8
7 E
6
69
XVIII K 13
Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SACRVM
STAGNVM
SENTENTIARVM,
ATQ. CONCEPTVVM:

Ex pluribus Sanctis Patribus Potiſsimum, alijſq; Doctoribus hauſtorum.

PER REV. PATREM

ANGELVM GIARDINA,

ET BANCHERI MESSANENSEM

Religionis Cleric. Regularium Miniſtrant. Infirmis.

Opus Diuini Verbi Præconibus perutile.

Nunc denuò pluribus Sententijs, Conceptibus, atque Materijs locupletatum, & auctum.

Ad usum Fris Angeli Fammentini Carmelitæ Senensis S. T. Magistri



MESSANÆ,

Ex Ingenioſiſsima Typographia Iacobi Matthæi. 1651.

Superiorum licentia.

Digitized by Google

Digitized by Google

F R.

IOANNI STAGNO

EQVITI HIEROSOLYMITANO

Mecœnati Optimo.

ANGELVS GIARDINA, ET BANCHERI

D. D. D.

TENVES hoſce riuos, licet pios, ex eius latere, vulneribuſque manantes, qui petram iam olim in aquarum Stagna conuertit, Sanctorum Patrum ſolertia guttatim hauſtos, in hoc Volumen confluxiſſe, & in Stagnum, præter opinionem, video excreuiſſe. Mens fuit ab initio, mihi ſudores iſtos meos colligere, ne incaſſum diffluerent, ſed amicis vrgentibus, modo etiam ſacrorum ſtudioſis emergunt. Vtinam aliquid fœcunditatis eorum lucubrationibus allaturi, quos fortè in ſua deriuare conciones, non pigebit. Vbi ex alueo priuatæ cellulæ in publicum commodum erumpant neceſsè eſt, non diutius hærendum, cui nam nuncuparem, cum Tu mihi, vnus inter omnes, ob oculos obuerſeris, non amicitia tantum, domeſtica vicinitate, beneficiorumque frequentia obſeruandus, verum etiam virtutum ſplendore apprimè colendus. eoque magis debere me tibi hoc obſequium animaduerto, quod non ſolum nomine, verùmetiam re ipſa, huius typum Stagni referas; vt enim multis vndique confluentibus riuulis hic aſſurgit in vndas, ita in te, licet proprijs meritis magnum, tantum ex Auorum, generiſque nobilitate ſplendoris accedit, vt inter cæteros bonarum artium cultores, omni genere laudis exuberes; nam etiam Gallia, quingentis ab hinc annis, Stagnos, inter Toloſates proceres, non inglorios (vnde tuæ origo Familiæ) admirata eſt, qui bello, paceque inclyti, & à Gallicis Regibus, honoribus, Titulis, dignitatibuſque cumulati, quæ non Senatoria ſolum prudentia, & ſacris infulis, verùm etiam proprijs ſudoribus, ac ſanguine coemerant, eam in gloriam laudemque deuenere, vt

anguſtiores eos fines rati, alpes tranſmitterent, Italiam peragrarent, Siciliam colerent. Hic fixis nobilitatis antiquæ radicibus, non degeneres à præclaro ſtipite fructus peperere: è quibus, pleroſque iam olim Catana, & Syracuſæ coluerunt, faſcibus conſularibus ſtipatos; exhorruere alios Siculi exercitus Summos Armorum præfectos, ac militiæ Duces. Obſeruauit vniuerſa Sicilia regijs ærarijs præpoſitos, fide, diligentia, ſolertiaque apprimè conſpicuos Regum liberalitatem, gratiamque promeruiſſe; ſed Meſſanenſe cœlum, mirum quantum tantis viris arriſit, Zanclæum ſolum præcipuè tanta fœcundum familia, tot proceribus enituit, vt quemadmodum prolis copia abundare viſum eſt, ita egregiorum ciuium vbertatem in dies, ſuo bono experiatur. Hinc Senatorum veluti quoddam ſeminarium erupit, ne Vrbs Nobiliſſima fidos Ciues, optimos Patres, pro re nata deſideraret, pleni ſunt Mamertini faſti, plenæ hiſtoriæ, publicæ tabellæ, in quibus legitur Senatoria dignitas, veluti hæreditario iure ab Anno 1401. Manfrido Stagno in ſuos poſteros tranſmiſſa, & in eoſdem iterum, ac ſæpiùs rectè adminiſtrationis præmium, vltro collata, quam hodie ſumma cum laude ab Antonio Stagno tuo Germano fratre ſuſtineri, Vrbs hæc apprimè gaudet, non ſine fœnore publicæ vtilitatis; ſed quid non egregium experiri poteſt, qui ad inſitam ſuæ virtutis laudem, meritò etiam Patrias prærogatiuas addit? ad quem nam non peruenit Ioſephi Stagno Patris tui numquam nomen interiturum, qui Senatoriam togam, ita adhuc adoleſcens induit, tam præclarè geſtauit, vt nunquam depoſuerit, niſi cum vniuerſo Patriæ condolentis ſenſu; quem auctoritate, ac robore animi oppido magnum Excellentiſſimus Oſſunæ Dux Siciliæ Prorex, ita demiratus eſt, vt vnum ex Triumviris nuncuparit, qui in Valle Mazarienſi extinguendæ pecuniæ veteri, nouæque confluendæ daret operam, quàm, tàm egregiè nauauit, vt omnem laudem huc vſque excedat. Prætereo reliqua Patriæ munia pluries tuos cum laude obijſſe, vt nunquam otium agnoſcerent, cum itum ſit in ſuffragia ſileo multa, eaque præcipua contuliſſe Patriæ beneficia, & aliorum veſtigijs, in ea exornanda, & amplificanda, non inhæſiſſe, ſed facem prætuliſſe. Teſtem voco inclitum illum Bernardum Stagno ciuem optimum, cuius operam, prudentiaque icta ſunt inter nobiles, cæteroſque inferioris ordinis Meſſanenſes, ea fœdera, quorum huc vſque vſu immota ſtat Pax Mamertina. Inter Magni Xenodochij primos auctores, & in eius deinde regimine, non ne iugiter aliquem è Stagnorum ſanguine annales connumerant? In Stelligerum Equitum Academia excitanda, vbi flos ipſe viget Zancleæ nobilitatis non enitet inter primarios fulgor Stagni nominis? Cum Societas nobilium ſub Inuocatione Diui Baſilij, ſummo cum animorum profectu, Vrbis commodo ſplendoreque inſtitueretur, defuit ne forte Patriæ, inter primos Stagnorum opera, atque munificentia? ita ſane omnium affluentia virtutum, dignitatum gloria, opum nitore, prolis fœcunditate confluentibus; hæc tandem tua Stagna intumuere, vt Meſſanenſis Nobilitatis ampliſſimos campos alluant, ſegetemque ferant vberrimæ laudis, & in maria tandem excreſcant. Idcircò Dælio, vt aiunt, opus eſt natatore, vt ſine metu, tuæ laudibus familiæ luſtratis, portum quis tutè videat. Sed in te vno, quotquot ſparſim in alijs decora iam olim, & nuper ſuſpexit Orbis, ſimul conſpirare, nemo eſt, qui non videat, Pietas, Religio, Prudentia, Comitas, Caritas patriæ, in pauperes beneficentia, & quidquid ornamenti nobilem animum illuſtrare poteſt, certatim in tuo florent; eo titulo præ cæteris conſpicuus, quod cum accitas dignitates meritus ſis, vel à puero, nauſeaueris, Deoque addictus, Diui Ioannis Ieroſolimitani inclytæ militiæ nomen

dede-

Digitized by Google

dederis, tuorum maiorum exempla ſequutus, ne ea quoque gloria tuæ familiæ deeſſet, quam tibi è bellicis, ſed pro Religione, exantlatis laboribus deriuare poterat. Tibi igitur optimo iure, iſti qualeſcumque ſint ſudores mei Stagnant, tibi à me debentur, qui extergere non ſemel tua benignitate didiciſti. Tibi eos dico, cuius fulgore virtutum coaleſcere poſſunt, in margaritas non contemnendas. Vale, & in hoc Stagno te ipſum, ideſt tuarum animi dotium compendium contemplare, 1651. Menſis Iunij, die 24.

CAN.

CANDIDO PIOQVE LECTORI.

FLORVM alimenta ſunt lymphæ, hos aliquando è ſacris codicibus, atque à Sanctorum Patrum voluminibus excerptos, in areolaſq; digeſtos, tibi ad ſpirituales animi delicias, veluti in horto concluſos propoſui: ſed ſine irrigatione, dubium erat, nè langueſcerent, ideò Stagnum aperui, vt illi accederent humores, quibus Dei O. M. magis gloria, quàm aliquid mihi nominis excreſceret; dum Sacrorum Scriptorum lucubrationes, mihi, meiſque ſtudijs euoluerem, colligere obuios quoſque exercitationis cauſa, accepi; tum amicis, neſcio ſanè ſuadentibus, an compellentibus, in lucem prodiere, relatum à nonnullis, non diſplicuiſſe laborem, non deſtiti legendo, alij atq; alij paſſim erant obuij, manipulatim alligatos ſepoſui: tandem viſum, quibus in me ius eſt, vt iterum exponerentur: non lubens id facio, quia alios cultus res ipſa poſtulat, quàm rudem ſtilum ſimplicemq; verborum ſupellectilem; ſed flores non externa egent venuſtate, cum polleant ſua. cum tamen coloribus eloquentiæ fucatos promere tandem aliquando cogitarem, occupationibus nunquam intermittentibus, præpeditus, ſtatui aquarum copiam immitteret in meam ariditatem, quarum humoribus reflorerent. ſed aliter res accidit, nam ita vbertim irrupere fluctus, vt Stagnum apparuerit, vbi hortus erat. Tu candide Lector æqui, boniq; conſulas hæc mea ſtudia: ſi flores placent, decerpe, vt lubet, tui ſunt. ſi vnda allicit, haure, tibi manat. quidquid videris boni, (ſi quid tamen illud eſt) Deo adſcribe, bonorum omnium oceano; ſi quid eſt incuriæ, ſi quid non ad ſenſum olere videbitur, ſi quid flaccidum, aut marcidum langueſcere, id meum eſt, qui fucos odi, ac deteſtor: hoc vno contentus, quod veniam à te impetrem. Vale.

IVLIVS

BARTOLOMAEVS STAYTI
Præfectus Prouincialis vtriuſque Siciliæ Religionis Cleric. Regul. Miniſtrantium Infirmis.

POteſtate nobis tradita à Reuerendiſſimo Patre noſtro Præfecto Generali Nicolao Grana, eiuſq; Conſultoribus; concedimus facultatem Reuerendo Patri Angelo Giardina, & Bancheri, noſtræ Religionis Sacerdoti, typis tradendi Opus inſcriptum. SACRVM STAGNVM SENTENTIARVM, atq; CONCEPTVVM &c. In hac ſecunda editione recognitum, & auctum; vbi alijs huic negotio præſidentibus viſum fuerit. Datum Meſſanæ in Aedibus noſtris Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli die 25. Menſis Martij 1651.

Bartolomæus Stayti Prouincialis.

Illuſtriſsime, & Reuerendiſsime Domine

SAcrum Stagnum Sententiarum, & Conceptuum ſpiritualium, alias ad publicam, tum concionatorum, tum Religioſorum virorum vtilitatem emanatum, laboribus, Studijſq; Admodum Reuerendi Patris Angeli Giardina, & Bancheri Religionis Cleric. Regul. Miniſtrantium Infirmis, nuper nouis Patrum Sententijs, & Conceptibus auctum dignum exiſtimo, quod in lucem prodeat plurimis mentis lucem allaturum.

Doctor D. Leonardus Patè.

Imprimatur

S. Archiepiſcopus Meſſanenſis.

Imprimatur

Don Anibal Rubà pro Ill. F. P.

INDEX

SACRVM STAGNVM SENTENTIARVM

R. P. ANGELI GIARDINA, ET BANCHERI MESSANENSIS Religionis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis,

Nunc denuò, pluribus Sententijs, Conceptibus, atque Materijs locupletatum.

De Abſtinentia, & Ieiunio.

1 Diuus Ambroſius, *de Halia, & Ieiunio*, Gula de Paradiſo regnantem expulit; Abſtinentia ad Paradiſum reuocauit errantem, Gula nudos facit, Ieiunia operiunt exutos. *tom. 4. cap. 1.*

2 Idem, *lib. de Virginit.* Quid dubitas carnem macerare Ieiunijs? non ne concupiſcit aduerſus ſpiritum? non ne ipſa inimica eſt Animæ? at ſi illam per abſtinentiam maceraueris, ex inimica, amicam facies, quæ plurimum proſit, & iuuet.

3 Idem, *lib. de Ieiunio.* Inuitas ad prandium? offerri vis ad ſepulchrum, cibos promittis? tu tentamenta irrogas, vina prætendis? venena diffundis, omne, quod nocet, venenum eſt, tollit ſenſus, viſcera exurit, ſomnum infert, caput vexat etiam, maior vis vini, quam veneni.

4 Idem. Medicamentum quæris, & Ieiunium fugis? quaſi magis aliud remedium reperire poſſis? Ieiuni hominis ſputum, ſi ſerpens guſtauerit, moritur, vides quanta vis ieiunij ſit, vt, & ſputu ſuo homo, terrenum ſerpentem interficiat, & merito ſpiritualem. *tom. 5 lib. 6. exam.*

5 Idem, *Epiſt. ad Vercell. Eccl.* Dominus Ieſus, volens aduerſus diaboli tentamenta, fortiores reddere creaturas, ieiunauit, vt ſciremus, quia aliter illecebras mali, non poſſemus vincere. *lib. 10.*

6 Idem, *de Halia, & Ieiunio*, Illi, qui ieiunant à cibo, & non ſe abſtinent à malo, ſimiles ſunt diabolo, qui non manducat, & à malo non ceſſat. *cap. 3.*

7 Idem, *In Quadrageſ.* Caſtra ſunt noſtra ieiunia, quæ nos à diaboli oppugnatione defendunt. *Serm. 25.*

8 Idem, *ibidem*, Murus quidem eſt Chriſtiano ieiunium, in expugnabilis diabolo, intranſgreſſibilis inimico.

9 Idem, *de Halia, & Ieiunio*, Victoria noſtra, Crux Chriſti eſt, tropheum noſtrum, Paſcha eſt Domini Ieſu, certamen noſtrum, ieiunium eſt, quo Chriſtus Dominus præliatus eſt, vt vinceret, & nobis formam debellandi præſcriberet. *tom. 4. cap. 1.*

10 Idem, *ibidem*, Ieiunium, vita eſt Angelorum, ieiunium, culpæ mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum eſt caſtitatis, hoc ad Deum gradu, citius peruenitur. *cap. 2.*

11 Idem, *ibidem*, Ieiunium, continentiæ magiſterium eſt, pudicitiæ diſciplina, humilitas mentis, caſtigatio carnis, forma ſobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ, miſerationis expenſa, lenitatis inſtitutio, charitatis illecebra, cuſtodia iuuentutis, infirmitatis alleuamentum, alimentum ſalutis. *cap. 8.*

12 Idem. Diabolus terretur pallore ieiunij, debilitatur inedia, infirmitate proſternitur, quia chriſtiana infirmitas, fortitudo eſt, *vnde Apoſt. 2. Corinth.* cum infirmor, tunc fortior ſum. *Serm. 25.*

13 Idem, *de Halia, & Ieiunio*, Ieiunantibus, manna de Cœlo deſcendit, epulantibus, culpa præuaricationis aſcendit. *cap. 13.*

14 Idem. *Loquens de Ieiunio Iudith.* His armis munita proceſſit, & omnium Aſſiriorum circumuexit exercitum; abſtulit Holophernis caput, ſeruauit pudicitiam, victoriam reportauit.

Digitized by Google

7. *Aeth.* 15 Ariſt. Deliciæ furantur ſapientis animum, Abſtinentia ſerenitatem animi parit.
16 Athanaſ. *orat. de Virginit.* qui ieiunio vtitur, Angelici ordinis cenſendus eſt.
Ser. 4. 17 D. Auguſt. *de Domenica Aduentus*, qui ſic ſe à carnibus temperant, vt alias eſcas difficilioris præparationis,& pretij maioris inquirant, multum errant, non enim eſt hoc ſuſcipere Abſtiuentiam, ſed imitari luxuriam.
tract. 17. *1. Ioan.* 18 Idem in hoc ergo ſœculo, quaſi quadrageſimam Abſtinentiæ celebramus, cum bene viuimus, cum ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus abſtinemus.
tom. 9. 19 Idem, *de Conflictu vitiorum, & virtutum*, ait, ne homo fame moreretur, omnia ad eſum Deus creauit, ſed ne menſuram comedendi excederet, Abſtinentiam imperauit.
ser. 192. 20 Idem, *de tempore*, imple miſerationis officia, & ſanctificaſti Ieiunia, ſagina pauperum viſcera, & anima tua muneribus ſanctitatis pingueſcit, peregrinum hoſpitio tuo contende ſuſcipere, vt te Deus in cœlorum regna ſuſcipiat.
tom. 10. *Ser.* 25. 21 Idem, *ad fratres in eremo*. Moyſes poſt ieiunium, cum Deo facie ad faciem loquutus eſt, qui ante ieiunium, Deum, nec videre, nec ad Deum accedere auſus fuerat.
lib. 50. *homil.* 22 Idem, ſanctificat ille ieiunium, cuius cor, neq; adulatio amicorum, neq; parentum gratia, neq; ſeruientium munera à recto tramite auertunt.
ser. 130. 23 Idem, *de tempore*, ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinis ardores extinguit, charitatis lumen accendit.
ser. 64. 24 Idem, *de tempore*, ſic ieiunemus cibis, vt multò magis ieiunemus vitijs.
tom. 4. 25 Idem, *lib. quæſt. ex vtroq; teſtamento*, ieiunia intemperantiam corporis mitigant, motus aduerſos reprimunt, præſſuram animæ auferunt; *ſicut ait Dominus Luc.* 21. nolite dediti eſſe in eſca, & crapula, ne grauentur corda veſtra.
ibidem. 26 Idem, Niniuitæ cum euerſionis ſuæ præſcriptum diem à Propheta audiuiſſent, ieiunio in dicto euadere meruerunt.
tom. 10. *ser.* 33. 27 Idem, *ad fratres in eremo*, Helias tamdiù miracula fecit, quamdiù pane, & aqua refectus eſt, ſed poſtquam carnes comedit, & vinum bibit, in ſaturitate, miracula non legitur feciſſe; Adam quamdiù abſtinuit, tamdiù obediens fuit, tamdiù bonus, & ſanctus permanſit.
de gen. ad ſoter. 28 Idem, Princeps ille humani generis Adã, quamdiù ieiunauit, ſeruans mandatum Dei, in Paradiſo fuit, vbi vero comedit eiectus eſt de Paradiſo: *Et ſubdit idem Doctor*, eiecit ergo nos de Paradiſo cibus? reducat eſuries, reducat ieiunium.
tom. 2. 29 D. Baſilius, *de ieiunio*, verum ieiunium eſt à vitijs immunem eſſe, continentia linguæ, iræ cohibitio, obtrectationis, mendacij, periurij; ab his abſtinere, verum ieiunium eſt.
homil. 1. 30 Idem, *de ieiunio*, eſt quidem, omni tempore ieiunium vtile, neq; enim Dæmonum inſultus ieiunantem impetere audet.
homil. 1. 31 Idem, *de laude ieiunij in illud Matth. 4. & cum ieiunaſſet quadraginta diebus, &c.* ait, Dominus noſter, non prius in carne, quam pro nobis aſſumpſerat, diaboli inſultus excepit, quam eam ieiunio communiſſet, ſimul, & nos erudiens, vt noſmet aduerſus tentationis conflictus exemplo paleſtritarum vngamus, & exerceamus.
ser. 2. 32 Idem, *de ieiunio*: Angeli ſunt, qui per ſingulas Eccleſias ieiunantes deſcribunt, vide ne propter paruam eduliorum voluptatem, damnum incurras, vt ne ab Angelo in numerum deſcribaris.
homil. 2. 33 Idem, *de ieiunio*, ieiunium omnem ciuitatem, omnemq; populum ad bonam diſciplinam adaptat, ſopit clamores, exæquat contentiones, compeſcit lites, & conuitia.
in exam. 34 Idem, Paradiſi vita imago ieiunij eſt.
homil. 1. 35 Idem, *de ieiunio*, quemadmodum ſitis potum dulcem facit, & fames progreſſa iucundam facit menſam, ſic ciborum voluptatem ieiunium exhilarat.
ibidem. 36 Idem, *in illud Matth. 6. tu autem ieiunas vnge caput tuum*, ablue animam à peccatis, vnge caput Oleo Sancto, vt particeps fias Chriſti, ideſt vncti, & ſic ad Ieiunium accede.
Hum. de lau. ieiun. 37 Idem. Quotquot fuere Sancti, omnes per ieiunium ad vitam Deo dicatam inſtituti fuerunt.
ser. 1. 38 Idem, *de ieiunio*, loquens de Elia ait. Ieiunantis ore vox egreſſa. populo contra leges agenti, cœlum concluſit per annos tres, & menſes ſex.
ser. 4. 39 Idem, *de quadrag.* ieiunium non ſolum eſt abolitio peccatorum, ſed extirpatio vitiorum, non ſolum obtinet veniam; ſed, & gratiam promeretur.
ser. 24. 40 Idem, *de modo beneuiuen.* tentationes vincere, non poteris, niſi carnem per abſtinentiam caſtigaueris.

42 Cæ-

Digitized by Google

41 Cæſarius Arelat. Epiſc. quid prodeſt afflictio corporalis, ſi linguam nequitijs, & obtre- *homil.27.*
ctationibus polluamus? non ne omnes labores noſtri ad nihilum rediguntur? agnoſcite
itaque fratres chariſſimi, quod ad ſalutem perpetuam acquirendam, abſtinentia ſola corpo-
ralis, non ſufficit, niſi, & Animæ quoque ieiunium, per abſtinentiam vitiorum, fuerit
ſociatum.

42 D. Ciprianus, *ſer. de pæn.* Nunquam audiui Sanctum in cœlis eleuatum, quam ieiunijs
hoc obtinuiſſet.

43 D. Eligius, qui à cibis abſtinent, & praua agunt, dæmones imitantur, quibus eſca non *hom. 11.*
eſt, & nequitia ſemper eſt.

44 D. Hieronymus, *in Epiſt. ad Demetr. Virginem.* Abſtinentia tua, atque Ieiunium tuum,
eo magis Deo grata ſunt, quo cum moribus ſanctis offeruntur, vt quæ in alijs ſunt vmbra-
cula vitiorum, in te ſint ornamenta virtutum.

45 Idem, *ad Ruſticum Monacum*, modicus, ac temperatus cibus carni, & Animæ vtilis eſt.

46 Idem, *ad Celantiam*, quid prodeſt tenuari corpus abſtinentia, ſi animus intumeſcit ſuper-
bia? quid virtutis habet vinum non bibere, & ira, & odio inebriari? tunc enim præclara
eſt abſtinentia corporis, cum animus ieiunat à vitijs.

47 Idem, *aduerſus Iouin.* Beatitudo Paradiſi abſque abſtinentia cibi, non potuit dedicari, *lib. 2.*
quamdiu ieiunauit in Paradiſo fuit. comedit, & eiectus eſt.

48 Idem, *Epiſt. ad Furiam*, ardentes diaboli ſagittæ ieiuniorum, & vigiliarum rigore extin-
guendæ ſunt.

49 Idem, *contra Iouinianum*, ſicait, Daniel, & tres pueri in Babylone reuelationem merentur *tom. 2.*
ieiunio, paſti leguminibus, pulchriores ſunt, & prudentiores eis, qui de menſa Regis carni-
bus veſcebantur.

50 Idem, *loquens de Abſtinentia, ita aſſerit:* quam pulchra res, quæ placat Deum, leones miti- *loco cit.*
gat, dæmones terret.

51 Idem, *loco cit.* timemus, ne ab aduentu æterni iudicis, ſicut in diebus diluuij, & euerſio-
nis Sodomæ inueniamur manducantes, & bibentes; nam, & diluuium, ignis de cœlo ſatu-
ritatem, quam deleret inuenit.

52 Idem, *loco cit.* ait, Chriſtus eſt, qui diuitem purpuratum, propter epulas narrat in tarta-
ro, & Lazarum pauperem ob ineditam, dicit eſſe in ſinu Abrahæ.

53 D. Greg. qui à Paradiſi gaudijs per cibum cecidimus, ad hæc in quantum poſſumus, per *in Hom.*
Abſtinentiam reſurgamus.

54 Idem, dum venter non reſtringitur per carnis concupiſcentiam, ſimul cunctæ virtutes *30. moral.*
obruunt.

55 D. Ioannes Chryſoſt. Ieiunium corpus comprimit, & laſciuias inordinatas refrænat, ani- *tom. 1. ho-*
mam autem clariorem efficit, & ſublimem. *mil. 10. in*

56 Idem, *ſer. 1. de ieiunio*. Ieiunium ſententiam Dei reuocauit, dixit enim ſubuertetur Nini- *geneſim.*
ue, & non eſt ſubuerſa, adhibuerunt enim ieiunium, & effugerunt.

57 Idem, *ad populum*, Ieiunium Angelum ex homine reddit, & cum incorporeis pugnat *homil. 17.*
virtutibus.

58 Idem, *in Matth.* quam magnum bonum eſt ieiunium, & qualiter ſcutum eſt aduerſus dia- *homil. 13.*
bolum, & quoniam poſt baptiſmum, nō laſciuiæ, ſed ieiunio intendere oportet, ideo Chri-
ſtus, poſt baptiſmum ieiunauit, non ieiunio indigens, ſed nos inſtruens.

59 Idem, Ieiunium animæ noſtræ alimentum eſt; & ſicut corporalis iſte cibus impinguat *homil. 1.*
corpus, ita, & ieiunium animam habiliorem efficit, & valentiorem. *in Gen.*

60 Idem, *de ieiunio*, ieiūna quia peccaſti, ieiuna vt, & non pecces, ieiuna, vt accipias, ieiuna *ſer. 1.*
vt, & permaneant, quæ accepiſti.

61 Idem, ieiunium arma miniſtrat contra diabolum. *hō. 1. in Gē.*

62 Idem, *ad populum*, honor enim ieiunij, non eſt ciborum abſtinentia, ſed peccatorum fuga. *hom. 3.*

63 Idem, tu qui magis ieiunas corde, quam corpore, qui magis abſtines à peccato, quam cibo, *hom. 15. in*
non hominibus, ſed Deo ieiunas. *c. 6. Matt.*

64 Idem, *de ieiunio*. Ieiunium Angelorum imitatio eſt, contemptus præſentium, ſchola pre- *ſer. 1.*
cum, alimonia animæ, frænum oris; mitigat concupiſcentias, mollit furorem, compe-
ſcit iram.

65 Idem, *in homil. de ieiunijs*, ceſſat pugna carnis aduerſus animam, & animæ aduerſus car-
nem, nec inſurgit ancilla in dominam, nec ſerua ſuperabit in liberam, ſed vniuerſa hæc præ-
lia, ieiuniorum præſentia conquieſcunt.

homil. de pænit. 66 Idem, *in illud Geneſ. 2. de omni ligno quod eſt in Paradiſo comedetis, &c.* ita inquit, ſi in Paradiſo Ieiunium neceſſarium fuit, extra Paradiſum multo magis; ſi ante plagam, vtilis medicina fuerat, multo magis poſt plagam; ſi nec dum bello voluptatum,inſurgente,nobis arma fuerant opportuna, multò magis, poſt voluptatum, vitiorumq; prælium a dæmonijs nobis illatum.

67 D. Iſidor. *ſuper Amos Prophet.* qui cibis abſtinent, & mala agunt, Demones imitantur, quibus culpa adeſt, & cibus deeſt.

part. 3. 68 D. Greg. *paſt. adm. 20. in illud Ioel. 1. ſanctificate Ieiunium*, ait Ieiunium ſanctificare, eſt adiunctis alijs bonis, dignam Deo abſtinentiam carnis oſtendere.

69 D. Iulianus Toletanus, *in commentario in Nahum Proph. ad calcem.* Ieiunium eſt mors vitiorum, vita virtutum, eſt Ieiunium pars corporis, Decus membrorum. ornamentum vitæ, eſt ieiunium robur mentium, vigor animæ, eſt ieiunium caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculum, ciuitas ſanctitatis.

cap. 19. 70 Iſaac Antiochenus, *lib. de contemptu mundi*, multi Martires nihil guſtabant in die, in qua coronam martirij præſtolabantur, ſed ſicut ad nuptias præparati, expectabant occurrere gladio in ieiunio, cum Hymnis, Pſalmis, & Canticis.

to. 5, c. 19 71 Idem Syrus, *BB. PP. de contemptu mundi*, noluit Chriſtus incurſus diaboli excipere, niſi prius carnem ſuam ieiunio communiſſet.

72 Idem, *ibidem vocat ieiunium.* Armatura operata per Deum.

ſer. 4. 73 D. Leo, *de Ieiunio*, non in ſola abſtinentia cibi ſtat noſtra ſumma Ieiunij, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

ſer. 6. 74 Idem, *de ieiunio*, impleri debet ieiunium non ciborum tantummodo parcitate; ſed maximè priuatione vitiorum.

ſer. 2. 75 Idem, *de ieiunio*, quid efficacius poteſt eſſe ieiunio, cuius obſeruantia appropinquamus Deo, & reſiſtentes diabolo, vitia blanda ſuperamus?

ſer. 4. 76 Idem, non in ſola abſtinentia cibi, ſtat noſtra ſumma ieiunij, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

ſer. 2. 77 Idem, *de ieiunio decimi menſis*, quid enim poteſt efficacius eſſe ieiunio? cuius obſeruantia appropinquamus Deo, & reſiſtentes diabolo, vitia blanda ſuperamus.

ibidem. 78 Idem, de Abſtinentia prodeunt caſtæ cogitationes, rationabiles voluntates, ſalubriora conſilia.

ſer. 3. 79 D. Maximus, *de ieiunio quadrag.* ſic caſtigemus membra ieiunijs, vt animas virtutibus ſaginemus, ieiunet in nobis omnis iniquitas, abſtineam' ab epulis, magis abſtineamus à vitijs.

hom. 4. 80 Idem, ieiunemus ergo fratres, vt hoſtes noſtros ſuperare poſſimus.

ibidem. 81 Idem, bene ieiunant; quicunque, eſuriem refecti pauperi ſatiate ſuſtentant.

cap. 40. 82 Origenes, *in Apologetico*, nos ieiunijs aridi,& omni continentia expreſſi, in ſacco, & cinere, voluntates, inuidia cœlum tundimus.

ſer. 43. 83 D. Petrus Chryſolog. eſt orationis anima ieiunium.

ſer. 31. 84 Idem, ieiunium eſt ſingulare ſanctitatis atrium, colit corda, charitatem ferit, copiam nutrit, parat innocentiæ meſſem.

ſer. 42. 85 Idem, *loquens de armis ieiunij*, ait, qui in his vixerit, qui per iſta fuerit communitus, iacula peccati, diaboli tela, mundi machinas, vitiorum cuneos, mala carnis, voluptatum laqueos, arma mortis Chriſtianus armiger bellator dominicus non timebit.

ſer. 42. 86 Idem, ieiunium abſcindit vitia, eradicat crimina, dat menti cultum, corpori dat decorē.

ſer. 120. 87 Idem, ieiunium fratres ſcimus eſſe Dei arcem, Chriſti caſtra.

ſer. 166. 88 Idem, Moyſes ipſe dierum quadraginta ieiunio, ita humano defæcatus eſt, & exinanitus à corpore, vt totius diuinitatis mutaretur in gloriam, & adhuc in noſtri corporis obſcuro toto fulgeret lumine deitatis.

ſer. 8. 89 Idem, *de ieiunio*, ieiunium ſine miſericordia ſimulacrum famis eſt.

ſer. 2. 90 Idem, *ſuper illud Luc. 15. quanti mercenarij, &c.* ait, fames reuocat, quem ſaturitas exularat, fames illi partem dedit ſapere, & ſi tantum præſtitit, vel in vita fames probate quid voluntarium poſſet conferre ieiunium?

ſer. 8. 91 Idem, eſt ieiunium caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculum, Ciuitatis ſanctitatis, eſt ieiunium inuictus Chriſtianæ militiæ principatus, ſed in his virtutibus, ieiunium tunc viget, tunc vincit, tunc triumphat cum duce miſericordia pugnat.

Epiſt. 10. 92 D. Paulinus, *ad ſeuerum in illud pſal. 36. operui in ieiunio animam meam*, ait Dauid operiebat ieiunio animam ſuam, vt eam ſpiritali ſaturitate contegeret, vnde dicimus veſtimentum animæ

Digitized by Google

animæ illud eſſe ieiunium, quo ab omnibus lege diuina vetitis abſtinemus.
93 D. Bernardus, *de modo bene viuendi ad ſororem*; ait, crede mihi ſoror mea, quia tentationes non poteris ſuperare, niſi corpus tuum per Abſtinentiam calligaueris. *ſer. 24.*
94 Idem, *ad ſororem*, melior eſt Abſtinentia vitiorum, quam ciborum. *cap. 6.*
95 D. Tertul. *lib. contra Pſychos*, Helias cum in ſpeluncâ diuertiſſet, quam familiari congreſſu Dei exceptus eſt? quid agis hic Helia? multo amicior iſta vox, quam Adam vbi es, illa enim paſto homini minabatur, iſta ieiuno blandiebatur, tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem parem, re vera pati.
96 Idem, Ieiunium ſcutum noſtrum eſt, ad retorquenda iacula diaboli. *ibidem.*
97 Idem, ſi enim Deus æternus non eſurit, vt teſtatur per Iſaiam, hoc erit tempus, quo modo Deo adæquatur, cum ſine pabulo viuit. *ibidem.*
98 D. Zenon. *ſer. de Ieiunio*, per cibum offenſus eſt Deus, per ieiunium mitigetur.

MANTISSA

Ad Abſtinentiam, & Ieiunium.

VT Sanctæ Abſtinentiæ, & Ieiunij nonnulla encomia, & diuinas magnitudines enarrare valeamus; opus eſt, à primi parentis immortalitatis, & innocentiæ fœliciſſimo ſtatu, in quo fuit à Deo conſtitutus, nos inchoare: fuit inquam, primus homo infinitis fere gratijs, fauoribus, & excellentijs locupletatus, & in eo, tam ſingularis, atque eximia elucebat quædam dignitas, vt cunctarum creaturarum, quam longiſſimè dignitatem ſuperaret: vt videre eſt, apud Moyſis orationem primorum protoplaſtorum generationem narrantem, in qua, quamplures ipſorum parentum prærogatiuæ animaduertuntur, vt optimè adnotauit Pererius in ſuis Commentarijs; nam cum Deus Optimus Maximus cæteras creaturas creaſſet, dixit abſolutè, (ait Moyſes iubendo) *fiat lux, fiat firmamentum, congregentur aquæ, appareat arida, germinet terra, producant aquæ, & producat terra*; at cum ad hominis creationem deueniſſet, noua, & ſingulari quadam vſus eſt oratione, quaſi cum conſilio, & deliberatione ait, *faciamus hominem, &c.* quod admirans Rupertus Abbas ait, *ſane* *Gen. c. 1.*
,, *non dicit ſcriptura, quod dixit Deus fiat homo ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & factus* *lib. 2. de*
,, *eſt homo, ſicut dixit fiat lux, & facta eſt lux, quore? videlicet; quia non repente, ſed operoſe agen-* *oper. Tri-*
,, *dum erat, vt homo conſumatus ſtaret ad Creatoris ſui imaginem, & ſimilitudinem*, & Diuus Ba- *nit. c. 2.*
,, ſilius inquit, *Noſſe vis te ipſum? vel hinc auſpicium ſumito, de nullo enim, operum, quæ Deus cate-* *homil. 10.*
,, *nus condiderat, vox iſta, faciamus in litteras tranſmiſſa eſt, ſed ſimplici verbo, & mandato Dei om-* *in exbam.*
,, *nia creata ſunt; erudire igitur hinc ò homo, ac diſce, quanti vnus tu æſtimandus venias, neque enim*
,, *generationem tuam, veluti prati vulgaris communi creaturarum mandato cenſuit attexendam, in*
,, *Deo prægreditur conſultatio, quemadmodum tantum hoc animal prouehi debeat ad vitam; facia-*
,, *mus ait, en conſultat ſapiens, & quid ſecum ſtatuerit artifex proponit decernendum*, & Magnus *lib. 9. mo-*
,, Gregorius ait, *quamuis per coæternum Patri verbum cuncta creata ſint, in ipſa tamen relatione* *ral. c. 27.*
creationis oſtenditur, quantum cunctis animalibus, quantum rebus, vel cæleſtibus, ſed tamen inſenſibilibus homo præferatur; cuncta quippe dixit, & facta ſunt, cum vero facere hominem decernit, hoc quod reuerenter penſandum eſt, præmittit faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, videlicet, quia rationalis creatura condebatur, quaſi cum conſilio facta videretur, quaſi per ſtudium de terra plaſmatur, & inſpiratione conditoris in virtute ſpiritus vitalis erigitur, vt ſcilicet, non per iuſſionis vocem, ſed per dignitatem operationis exiſteret, qui ad conditoris imaginem fiebat.

Magna quippe hominis dignitas fuit, quod in eius creatione, primum altiſſimum Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterium patefactum legimus: nam Trium Perſonatum pluralitatem, in illis verbis faciamus, & ad noſtram imaginem, & ſimilitudinem, & diuinæ naturæ vnitatem, in illis, fecit Deus ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, cognoſcimus: vnde Rupertus in exordio: dicit. *Faciamus, ait, Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, mutauit vocem* *Gen. c. 1.*
ſuam, quippe qui, hactenus de ſingulis dixit fiat, & factum eſt, producat tetra, producant aquæ, & fa- *lib. 2. de*
ctum eſt, nunc autem tamquam à circuitu Terræ, Cæli, & Maris laſſabundus reſederit, & inter reſpi- *Trinit. &*
randum, in mentem illi venerit, adhuc vnum deeſſe, quod deceret, vel optaret fieri, faciamus inquit *operibus*
hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Domine (inquit Propheta) *conſilium tuum anti-* *eius.*

quum

Digitized by Google

quum verum fiat, an tibi parum videtur conſilium Sanctæ Trinitatis, bis paucis dictiunculis eſſe ſignificatum? magnum plane conſilium, in illo talium perſonarum Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, non tam Senatu, quam Soliloquio venerando de nobis peccatoribus habitum eſt.

Hinc ob maiorem hominis dignitatem, & excellentiam, non vt cæteras creaturas, à terra, neq; ab Angelis, ſed ab ipſomet Deo manibus proprijs, & ex limo terræ formatum legimus, ac
cap. 10. in ipſum vitam inſpirauit, cuius corpori animam rationalem ab ipſo creatam indidit, vnde Iob. inquit, *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum totum in circuitu*, & Diuus
lib. 12. de Ciuit. Dei cap. 23. Auguſtinus. *Fecit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, talem quippe illi animam creauit, qua per rationem, atque intelligentiam omnibus eſſet præſtantior animalibus, terreſtribus, & natatilibus, & volatilibus, quæ mentem huiuſmodi, non haberent.*

lib. 6. hexam. c.6. Hinc Deus ad oſtendendam maiorem hominis excellentiam, dedit ei ſummum Imperium, ſuper cuncta animantia terræ, licet homine proceriora, & robuſtiora, vnde Diuus Ambr. ait. *Videbatur Elephantis nihil habere natura procerius, atque robuſtius: nihil terribilius, leone, nihil ſæuius Tigre, verum hæc ſeruiunt homini, & naturam ſuam humana inſtitutione deponunt: obliuiſcuntur quod natæ ſunt; induuntur quod iubentur, quid multa? docentur vt paruuli, ſeruiunt, vt famuli, adiuuantur, vt infirmi, verberantur, vt timidi corriguntur, vt ſubditi: in mores tranſeunt noſtros, quoniam motus proprios perdiderunt; vnde legimus Geneſ. Deum dixiſſe, & præſit piſcibus maris, & volatilibus, & beſtijs vniuerſæ terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra*, quod admirans Dauid
Pſal. 8. inquit, *gloria, & honore coronaſti eum, ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubijeciſti ſub pedibus*
cap. 17. *eius*, & Eccl. *dedit illi poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper terram, poſuit timorem illius, ſuper omnem carnem, & dominatus eſt beſtiarum, & volatilium*, & Deus etiam Noè dixit. *Terror veſter, ac*
Gen. c. 9. *tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis, quæ mouentur ſuper terram, omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.*

Fuit etiam hominis magna excellentia, nam cum eſſet cunctorum animantium princeps, omnium rerum naturalium ſcientia Deus ornauit eum, ita, vt numquam ſuper terram ſimilis viſus fuerit; vnde merito voluit Deus ab ipſo cunctis animantibus nomina imponi, vt di-
Gen. c. 2. citur Geneſ. *Omne, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius, appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cæli, & omnes beſtias terræ*, & ſic vt Regem, ac Dominum cognoſcerent hominem, eiuſque iuſſis obtemperarent.

Fuit etiam creatus homo tanta animi integritate, & innocentia, vt omnino mens Deo, ſenſus rationi, corpus animæ; & animantia cuncta hominis imperio ſubderentur, quod vt clarius pateſiat, animaduertendum eſt, Adam, & Euam nimia formoſitate, ac pulchritudine fuiſſe, & tamen, cum nudi verſarentur, nec pudorem ſuæ nuditatis, nec libidinis titillatio-
lib. 11. gen. ad litterã c. 1. nem ſentiebant, vt Diuus Aug. ait. *Nudi erant primi homines, & non confundebantur, nullus erat motus in corpore, cui verecundia deberetur, nihil putabant velandum, quia nihil ſenſerant refrenandum, quid enim puderet eos, quando nullam legem ſenſerant in membris ſuis, repugnantem legi mentis ſuæ?*

Et pro maiori hominis excellentia, voluit Deus quodammodo eum immortalitate locupletare, nam mors poterat homini accidere, vel intrinſecus, deficiente calore naturali, vel extrinſecus, ex aliqua cauſa mortem afferente, vnde Deus ad conſeruandum calorem naturalem, arboris vitæ fructum tribuit homini; cuius fructus perceptio, & eſus, integrum caloris naturalis vigorem conſeruabat, & ad defendendum hominem à cauſa extrinſeca, Deus Optimus Maximus, & ſcientiam omnium rerum contulit Adæ, ad diſcernendum bona à malis, & ſalutifera à noxijs, & Angelorum cuſtodiæ commendauit per quos inimicorum inſidiæ arcerentur, & ſic quodammodo immortalitate hic frueretur, & in ſtatu innocentiæ perſeuerans, tan-
lib. 2. de geu. ad litteram c. 1 dem aliquando ad immortalem patriam transferretur; quod Auguſt. admirans ait. *Deus quidem cum primum hominem condidit, ei dedit immortalitatem, non tamen. vt naturæ eius debitam, ſed vt ſupranaturale donum gratiæ ſuæ, gratuito ei conceſſum*, & lib. de quæſt. noui, & veteris teſtam. quæſt. 19. *Deus hominem fecit, qui quamdiù non peccaſſet, immortalitate vigeret, vt ſibi auctor eſſet*
lib. 4. moral. c. 26. *aut ad vitam, aut ad mortem*, & Diuus Greg. ſuper illud Iob, *nunc enim dormiens ſilerem*, ait, (*ad hoc in Paradiſo homo poſitus fuerat, vt ſi ſe ad conditoris ſui obedientiam vinculis charitatis aſtringeret, ad Cæleſtem Angelorum Patriam, quandoque ſine carnis morte tranſiret.*) Strabo ait in Geneſ. *Lignum vitæ, hanc naturaliter virtutem habebat, vt qui ex eius fructu comederent, perpetua ſolidita-*
tom. 1. c. 7 *te veſtirentur, nulla infirmitate, vel anxietate, vel ſenij laſſitudine fatigandi*, & Vgo Vict. in Gen. *lignum vitæ habuit in ſe naturam, vt perpetuaret homini vitam, ſi competenter ederetur, factus eſt enim homo mortalis, & immortalis, immortalis quidem, quia poterat non mori per cibi ſuſtentationem quo egebat, mortalis autem, quia perire poterat per extrinſecam violentiam; ſed Deus ita munierat*

eum

Digitized by Google

eum intus per lignum vitæ ſumptum in cibum, & extra per diuinam potentiam, vt poſſet non mori.

Et non ſolum creauit Deus hominem in gratia gratum faciente, vt ait, magiſter ſent. qui pro confirmatione ſuæ ſententiæ, quamplures patres adducit, & Sacroſanctum Concil. Trid. ait. *Adam per peccatum amiſit ſanctitatem, & iuſtitiam in qua fuerat à Deo conditus*; ſed ad oſtendendam Deus maiorem erga hominem dilectionem, originali iuſtitia ornauit illum, qua mediante homo rectus redderetur, & omnia quæ ad naturam ſpectarent, perfectè operaretur, & ſic maiorem inde caperet fœlicitatem; vnde Auguſt. ait. *Vt nullum bonum abeſſet homini, quod recta voluntas optare poſſet, nullumque malum adeſſet, quod hominis feliciter viuentis carnem, vel animum offenderet.*

lib. 2. diſt. 29.

Seſſ. 5. de pecc. orig.

lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 10.

Sed vt magis, ac magis Dei dilectio pateſieret, ex qua omnino ad eum diligendum moueretur, voluit ipſe Deus, (vt multi fatentur, doctores) ſuam præſentiam ſub humana forma, quam ſæpiſſime homini manifeſtare, & familiariter cum eo conuerſari, hinc ſcriptum reperimus, Deum dixiſſe, *delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum*, quod admirans Dauid exclamauit; *quid eſt homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum?* Tandem perfectiſſimus amans Deus, vt dignum tanto heroi locum pararet, omnium voluptatū Paradiſum ei tribuere conſtituit; vnde ſacra Geneſ. ait, *plantauerat autem Dominus Paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat*, cuius amœnitas, & pulchritudo, nullo poteſt explicari ſermone; erat enim ibi omnium optabilium abundantia, in cœlo ſumma ſalubritas, in aere magna ſerenitas, & claritas, cœli aſpectus propitius, aquarum ingens copia, Paradiſum irrigantium, & ad bibendum ſuauitas, atque ſalubritas, in his incredibilis piſcium abundantia, terra optima, & fertiliſſima; omnia proferens, nihil gignens noxium, ſuauiſſimos fructus, odoratiſſimas herbas, & flores, tribuens, dulciſſimo concentu omnium auium, locus ille reſonabat, ita vt merito, Paradiſi nomen ſit adeptus, vnde Ambr. in lib. de Paradiſo ait. *Sicut duplex eſt Heruſalem, vna cæleſtis, altera terreſtris, ait duplicem eſſe Paradiſum; vnum terreſtrem, in quo poſitus eſt Adam, vt ipſum coleret, atque cuſtodiret, alterum cæleſtem, ad quem raptus eſt Paulus.* Audi quæſo Diuum Baſilium in orat. de Paradiſo, hunc locum deſcribentem. *Paradiſus locus, erat delicijs omnifariam affluens, omnem creaturæ ſenſibilis exuperans pulchritudinem, ob ſublimitatem loci, in quo erat, nulla ſui parte tenebras admittens, ſed exorientium ſyderum ſplendore, ſemper illuſtratus, in quo nulla erat immodica ventorum vis, nulla tempeſtatum procella, nullus hyemis horror; non nimia veris humiditas, non torrens æſtatis ardor, non moleſtia, & noxia autumni ſiccitas; ſed temperata, & pacifica omnium temporum, inter ſe conſonantia, ita vt, quod in quaque anni tempeſtate optimum, & iucundiſſimum eſt, in ſe haberet ſcilicet veris amœnitatem, vbertatem æſtatis, autumni hilaritatem, hyemis otium, & quietem, eius terra pinguis erat, & mollis, omniumq. bonorum, & voluptatum fertilis, quam veriſſime dixiſſet fluere lacte, & melle*, & Diuus Damaſcenus ait. *Eſt locus Dei manibus in Hedem ad Orientem mirabiliter conſitus, omnis lætitiæ, ac voluptatis promptuarium, omni terra excelſior, optima temperie cœli, aere ſubtiliſſimo, & puriſſimo, plantis ſemper virentibus, ſuauiſſimumque odorem ſpirantibus, plenus lumine, vniuerſæ ſenſibilis venuſtatis, & pulchritudinis excedens intelligentiam; diuinus profectò locus mirificè congruens primi hominis dignitati.*

lib. 2. de fide orth. cap. 11.

In hoc ergo loco poſitus Adam, tamquam Princeps in aula regia: vnde Exech. (tu ſignaculum inquit ſimilitudinis plenus ſapientia, & perfectus decore in delicijs Paradiſi Dei, fuiſti) vel vt legit Tertull. *In delicijs Paradiſi Dei tui natus es.*

cap. 28.

O eximia Protoplaſtorum excellentia, & magnitudo, in quibus talis quidem diuinitatis radius relucebat, vt quaſi Dij terræ viderentur; ſed tamdiù huiuſmodi feliciſſimo ſtatu illis frui licuit, quamdiù abſtinentiæ præceptum obſeruauere, quo violato, in quot malorum inciderint, noſtra experientia comploramus; vnde Diuus Hieron. contra Iouin. *Beatitudo Paradiſi, abſque abſtinentia cibi; non potuit dedicari.*

to. 2. lib. 2

Abſtinentia enim, immortales parentes noſtri reddebantur, & mortem à mundo exulabat, audi Chriſoſt. ſerm. de Ieiun. *Ab vno ligno, ſi abſtinuiſſet Adam, mortua fuiſſet mors, immo non fuiſſet mortua, quæ non erat.*

Sed heù parentes noſtri mentita deitate, & immortalitate decepti, vt Ireneus teſtatur. *Ab altero ſeductus fuit, ſub occaſione immortalitatis*, & D. Epiphan. contra hęres: 38. diſputans ait: *Ipſe diabolus per mendacium decepit Euam, & Adam, alia pro alijs dicens, & amicitiam cum Creatore oſtendens, cum dixit, eritis ſicut dij, & nequaquam moriemini.* Diuinum abſtinentiæ præceptum tranſgredi auſi ſunt, & ſic omnes gratias, pulchritudinem, venuſtatem, & excellentias omnes, omneſque prærogatiuas amiſerunt, & tamquam indigni regio illo Terreſtris Paradiſi Palatio deiecti fuere; vnde Ambr. intuens, quod Deus eos irridens, ait, dixiſſe Deum. *Ecce Adam factus eſt, quaſi vnus ex nobis, vtique Deus, non approbans hoc dixit, quaſi diceret; putabas te*

lib. 3. aduerſus heres. c. 35.

lib. de Helia, & ieiunio.

ſimilem

ſimilem fore noſtri? ergo quia voluiſti eſſe, quod non erat, deſijſti eſſe, quod eras. Attamen ſua Deus
miſericordia motus, vocauit Adam, dicens. *Adam Adam vbi es,* ait Origen. *ſunt iſtæ voces ho-*
minum genus lugentis, ſunt patris quærentis filium perditum, indicant voces iſtæ Adam, non
eſſe in ſuo loco; ſicut enim leuiorum eſt ſurſum aſcendere, & grauiorum deorſum tendere,
ſic centrum hominis, eſt ipſe Deus, ſunt voces iſtæ cœleſtis medici requirentis ab ægroto lo-
de Helia, cum vulneris, vt ſalutarem applicet medelam, ſed quæ nam eſt medela, vt amiſſam ſalutem re-
& ieiunio ciperet, niſi abſtinentia? audi D. Ambroſium ita dicentem. *Gula de Paradiſo regnantem expu-*
tom.4.c1. *lit; abſtinentia reuocauit errantem, gula nudos facit, ieiunia operiunt exutos.* Et hæc eſt præcipua
cauſa, propter quam Chriſtus Dominus noſter, abſtinentiam, & ieiunium ordinauit, nam
ſer. 37. in per ieiunium, iuſtitiam, propter culpam amiſſam recuperamus, & per eam ad Paradiſum re-
quadrag. uocamur; vnde Ambr. ait. *Arbitror autem, hanc eſſe ieiunij cauſam, vt quia primus Adam in Pa-*
homil. 1. *radiſo conſtitutus, per intemperantiam gulæ, gloriam immortalitatis amiſerat; eamdem immortali-*
de laudib. *tatem ſecundus Adam Chriſtus, per abſtinentiam repararet, & quia contra mandatum Dei, guſtans de*
ieiun. *interdicta arbore, peccatum mortis inciderat, nunc ſecundum mandatum Domini ieiunans, vitæ iuſti-*
tiam mereretur. cui Diuus Baſilius ſic concinit. *Quoniam non ieiunauimus, exulamus à Paradiſo,*
aduerſus *ieiunemus igitur, vt ad illum poſtliminio reuertamur,* & Tertull. inquit, *Vt homo per eamdem ma-*
Pſych.c.3 *teriam ſatis Deo faciat, per quam offenderat, atque ita ſalutem æmulo modo reaccenderet inedia, ſicut*
extinxerat ſagina.

Hæc ideo præluſimus, vt abſtinentiæ magis neceſſitas eluceſcat, de qua loquuturi; ſciendum
eſt, ieiunium vitia ſuperare, mentem in altum extollere, & quoad fieri poteſt ieiunantem dei-
ficare, cuius potentia, diabolum, mortem, carnem, & ipſum veluti Deum ſuperamus, quod in-
nuere voluit Eccleſia dicens: *vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur, & præmia.*

Hinc ad vitia deſtruenda, conſiderandum eſt, quod ſicut in cunctis gymnaſijs prima princi-
pia, non ſunt probanda, ſed ſupponenda, ita in Chriſtiana ſchola, primum principium eſt ab-
ſtinentia, quæ non probanda, ſed ſupponenda eſt, vnde Euangeliſta Mattheus de ieiunio lo-
quens, inquit, *cum ieiunatis,* ſubiectiue, non autem imperatiuè, *ieiunate*, cæteræ virtutes iu-
bentur, *vt vigilate, petite, & accipietis, eſtote miſericordes, dimittite, diligite inimicos, creditis in*
Deo, & in me credite, confidite, ego ſum nolite timere, diſcite à me, quia mitis ſum; at ſolummodo
de abſtinentia dicitur, cum ieiunatis, non verbis imperatiuis vtitur, quaſi diceret, vſque adhuc
in dæmonis gymnaſio fuiſtis, vitia ſequuti, carni, & ſenſui, obedientes; at vero modo Chriſti
doctrinam profeſſuros, opus eſt ab abſtinentia inchoare, qua ſenſus, & paſſiones rationi ſub-
duntur; cum enim in homine, omnes paſſiones reperiantur, ſcilicet amor; timor, ſpes, dolor,
audacia, crudelitas, gaudium, & ſimilia, quæ ſi non refrenantur à ratione, & modum inue-
niant, rationales in bruta conuertunt, & in exitium deducunt, Amor facit hominem vanum,
timor vecordem, ſpes audacem, dolor deſperatum, lætitia inordinatum, audacia arrogan-
tem, crudelitas rabidum; ſed hæc omnia abſtinentiæ freno cohibita ſuperamus, abſtinentia
Luc. 15. enim vitia comprimit, & deſinent bellare, vnde Iob cap. 5. *& beſtiæ Terræ, erunt tibi pacificæ,*
id ingenioſè adnotauit Diuus Chriſol. in Euangelio filij Prodigi, qui inordinatis hiſce paſſio-
nibus diſſolutus à paterna domo diſcedens, portionem ſuam à Patre petijt, dicens, *da mihi por-*
tionem ſubſtantiæ, quæ me contingit, ſed attende quid ei accidit, *diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam,*
& facta eſt fames valida in regione illa, & adhæſit vni ciuium, cui operam locauit ſuam, ne fame pe-
riret, & in talem deuenit inopiam, vt cuperet, implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci
manducabant, & nemo illi dabat, vnde ſui ipſius miſertus, & in ſe reuerſus, lacrymas fundens,
dixit, *quanti mercennarij in domo Patris mei, &c.* dic mihi quæſo? quando iuuenis hic in ſe eſt
reuerſus? quando ſuum infelicem ſtatum cognouit? quando ſcilicet facta eſt fames valida, ò
fœlix abſtinentia, ò fœlix fames, quem nullum potuit reuocare errantem, & perditum ſaluare,
hoc ſolum præſtat abſtinentia, audi Diuum Chriſol. in hunc locum. *Fames reuocat, quem ſa-*
turitas exulauit, quid ſi tantum præſtitit in vita fames, voluntaria quantum præſtabit?

Vitia comprimit ieiunium, quo veluti falce cuncta vitia, & omnes peſſimæ paſſiones reſe-
cantur, & euelluntur, eodem teſte Chriſol. ſerm. 42. *Ieiunium abſcidit vitia, eradicat crimina,*
& ſerm. 41. *Ieiunium carnis amputat paſſiones*, & Bern. ſuper illud, *tempus putationis aduenit,* vult
ſanctus doctor intelligi tempus quadrageſimale, tempus abſtinentiæ, & legit. *Tempus reſeca-*
tionis ſuperfluorum.

Hinc Diuus Leo ſer. 8. de Ieiunio. *Per ieiunium, & abſtinentiam, vniuerſa vitia deſtruuntur,* &
de Helia, Ambr. *Ieiunium vocat culpæ interfectorem,* & cap. 2. *Ieiunium, ait, culpæ mors, excidium delictorum,*
& ieiunio & Cypr. ſer. de ieiunio, & tentationibus ſic loquitur. *Ieiunijs vitiorum ſentina, ſiccatur, petu-*
cap. 10. *lantia marcet, concupiſcentia languent, fugitiua abeunt voluptates, ieiunium, ſi diſcretione regatur,*
omnem carnis rebellionem edomat,

Ita

Ita ſcribitur feciſſe Diuum Hieronymum, pœnitentiæ ſpeculum, qui ait. *Mens deſiderijs æſtuabat in frigido corpore, & ante hominem ſuum, iam carne præmortua, ſola libidinum incendia, bulliebant; itaq; omni auxilio deſtitutus, ad Ieſu iacebam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubiugabam.*

Epiſt. 22. de Euſtoc. ſcribens.

Vitia comprimit, quia ieiunium eſt ſalutaris medela contra vitia, vnde Diuus Baſil. vocat. *Ieiunium pharmacum efficax abolendo peccato, quemadmodum vermes, qui in inteſtinis germinant, pharmacis quibuſdam, vehementer acribus; & amaris excutiuntur, ita peccatum in intimis receſſibus habitans extinguit, enecauitque ieiunium.* hinc Hieron. in illud Ioelis cap. 1. *Sanctificate ieiunium vocate coetum,* ſeptuaginta leggere, *Sanctificate ieiunium, prædicate curationem*, ait, *vt oſtenderetur ieiunium ſanctificari exteris operibus, & ſanctificatum ieiunium, curationi proficere peccatorum*, & Ephrem. in oratione de pœnitent. Niniu. *Adhibito inquit ieiunij pharmaco, ciuitatem curauit*, & Theodor. (ſuper illud Ioelis ſanctificate ieiunium innuit) *docemur dicens, vt ieiunium animæ male habenti, ſit medicina ſalutaris, quare ieiunio ſubiunxit curationem*; proinde Diuus Ambrog. demiratur peccatores quærentes vitia deſtruere, & ieiunium fugere, neſcientes, forſan infelices, ieiunium eſſe tutum, & ſalutare pharmacum contra vitia, & ſic ait. *Medicamentum quæris, & ieiunium fugis? quaſi magis aliud reperire poſſis? ieiuni hominis ſputum, ſi ſerpens guſtauerit, moritur, vides quanta vis ieiunij ſit, vt ſputo ſuo, homo terrenum ſerpentem interficiat, & merito ſpiritualem*, & Bern. *Ieiunium non ſolum abolitio eſt peccatorum, ſed extirpatio vitiorum, non ſolum obtinet veniam, ſed promeretur gratiam, non ſolum delet peccata præterita, quæ commiſimus, ſed, & repellit futura, quæ committere poteramus.* S. Petrus Chryſol. ſer. 42. ait. *Ieiunium abſcindit vitia, eradicat crimina, dat menti cultum, corpori, dat decorem.* cum Abraham, & vxor Sara, multas prouincias, & regna peragraſſent, tandem in Aegyptum peruenerunt, & tunc dixit Abraham vxori ſuæ: *Noui quod pulchra ſis mulier, & quod cum viderint te Aegyptij, dicturi ſunt, vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt; dic ergo, obſecro te, quod ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te.* Admiratur hoc D. Amb. quare Abraham hoc non dixerit vxori ſuæ, cum eſſent in regione Cananæorum, in qua quidem regione, vt animaduerterunt Liranus, & Abolenſis, erat tunc fames valida, & aduertit S. Ambr. quod tunc Ægyptus abundabat cunctis bonis, & fames, & eſuries illic aberant; quam quidem abundantiam, omnium malorum, & libidinis cauſam exiſtimauit. Audite verba D. Ambr. *Compererat in Aegypto laſciuam eſſe iuuenum luxuriam, petulantem cupiditatem, voluptatum intemperantia. Aduertebat inter huiuſmodi viros, intutam vxoris pudicitiam fore, ſibiq; coniugis pulchritudinem periculo futuram, monuit vxorem vt ſororem ſe diceret.* bene igitur Eccl. de Abſtinentia, ait (vitia cōprimit,) & D. Chriſol. ſer. 41. inquit *Ieiunium carnis amputat paſſiones.* & ſer. 12. (*mentem eleuat*) *quia quanto magis caro abſtinentia deprimitur, tanto amplius, mens noſtra diuino ſplendore, capax redditur; corpus quāto rarius, & translucidū, tanto ipſa luce capacius; ita, & anima noſtra, quanto rarior abſtinentia, & translucida fiet, tanto ipſa diuinæ gratiæ luce capatior, & dignior erit.* Vnde Apoſtolus ait, *nox præceſſit, dies autem, &c. induamur arma lucis,* quænam ſunt, hæc arma lucis, quibus nobis induendum erit? *non incubilibus, non impudicitijs, ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum*, (mentem eleuat,) anima per abſtinentiam, ita leuis efficitur, vt alata videatur, & ſe erigens, ſuperuolat ventos ipſos, quo vſq; ad cœlum perueniat, audi Chriſoſt. *Ieiunans leuis eſt, & alatus orans cum ieiunio geminas habet alas, & ipſis quidem ventis leuiores.* ideſt Chriſoſt. *Ieiunium, leues animæ pennas producit, vt in ſublime feratur*, cuius rei teſtis ſit Diuus Paulus, qui veluti Aquila generoſa, ita ſuperuolauit, vt ad tertium cœlum raperetur, vbi nemini aſpicere, nec penetrare licet, & hoc accidit Apoſtolo ſecundum aliquos, *cum appropinquaret Damaſco, & lux de cælo circumfulſit eum, & cadens in terram, audiuit vocem ſibi dicentem Saule, Saule, quid me perſequeris, & cum apertis oculis nihil videret, viri qui comitabantur cum eo, ad manus illum trahentes, introduxerunt eum Damaſcum, & erat ibi tribus diebus*, ait Luc. act. 9. ſed quid fecit, his tribus diebus? *non manducauit, neq; bibit*, ieiunium ergo, & abſtinentia Apoſtolum ſuperuolare, vſque ad Paradiſum fecit, attende quæſo hic Diuum Baſil. differentem. *Paulum inter alia multa, ieiunium; quod ipſe inter ſuas tribulationes commemorat, in tertium cælum euexit.* Et Chriſ. loquens de Elia qui igneo curru, vſq; ad cælum raptus fuit, ait ſer. 166. *Ieiunium Eliam leuauit ad cælum*, & ſerm. 2. *Elias Dominici continuatione ieiunij defecatus à carnali pondere mortis, victor euolauit ad cælum*, & D. Ephrem. in orat. de pœnit. Niniu. ait, *Ieiunium eſt vehiculum ad cælum.*

Homil. 1. de laudib. ieiunij. *lib. 2. aduerſ. Iou.* *lib. 6. hexam.* *ſer. 4. de quadrag.* *gen. c. 10.* *De Abr. lib. 1. c. 2.* *homil. 71. ad pop.* *hom. 1. de gen.* *ſerm. de ieiun.*

Idem D. Baſil. loquens de Moyſe, aſſerit, *Moyſem cognouimus per ieiunium penetraſſe in montem, neq; enim id auſus fuiſſet, fumante montis cacumine, neque ſubſtinuiſſet ingredi in nubem, niſi fuiſſet ob armatus ieiunio.* (Mentem eleuat,) dum nos, Ieiunium Angelos euadere facit. Hinc dicebat D. Athanaſius, orat. de Virginit. *Qui ieiunio vtitur, Angelici ordinis cenſendus*

hom. 1. de laudib. ieiun. *lib. 2. aduerſ.*

ſer. 11. de ieiun.

eſt, & D. Petrus Chriſologus inquit. *Non es homo ſed ferme Angelus, quia ferme Angelus eſt ieiunans*, & Vgone Cardinale. *Semel in die comedere, quaſi vita Angelica eſt.* Athanaſ. *Angelorum cibus eſt ieiunium.* Huiuſmodi ſignum dedit Angelus Tobiæ petenti, quid nam eſſet, ego, reſpondit Angelus cibo inuiſibili; & puro vtor, & Ambroſ. dicit, quod. *Ideo Ioan. Baptiſta fuerit vocatus Angelus, ecce ego mitto Angelum meum, quia ieiunium, & abſtinentiam ſeruauit.*

in cap. 4. reg. 2.

ſerm. de virgin.

lib. de Helia, & ieiun. cap. 3.

ibidem.

lib. aduerſus pſych. cap. 6.

Mentem eleuat, quia Paradiſi cibus, eſt ieiunium, audi Diuum Zenonem Martyrem ſerm. de ieiunio. *Ipſa Paradiſi vitia, ieiunium eſt*, & Ambr. *quid eſt ieiunium, niſi ſubſtantia, & imago cæleſtis*, & meritò hoc ait Ambr. *in quo nam conſiſtit cæleſtis gloria, niſi in Dei viſione? facit hoc ieiunium, vt Dei gloriam, ſcilicet videre poſſimus*, hoc accidit Moyſi, montem aſcendenti, vt legem Domini acciperet, monet Tertull. *Moyſes quadraginta diebus totidemq; noctibus, ſupra humana naturæ facultatem perennauit, ſpirituali fide, virtutem ſubminiſtrante, & vidit oculis Dei gloriam, & audiuit, auribus, Dei vocem, & corde concepit Dei legem, tam tunc docentis, non ſolo pane viuere hominem, ſed in omni verbo Dei, cum quidem, nec ipſum Moyſem, Deo paſtum inediamq; eius nomine ſaginatam, conſtanter contemplari valeret, pinguior populus.*

Petijt olim Moyſes à Deo, vt faciem ſuam videre poſſet dicens, *oſtende mihi faciem tuam*, cui reſpondit Deus Verbum iſtud, quod locutus es faciam, inueniſti enim gratiam coram me Exod. 33. quomodo homo mortali corpore indutus ad illam inacceſſibilem lucem ſe erigere, & illum cœleſtem globum, contueri poterit? reſpondet Ambr. *Quamuis illum, ab obtutibus Dei conditio humana, ſubtraheret, ieiunorum tamen gratia, proximum illum, diuinitatis conſortio faciebat*,

ſer. dom. 1 quadrag.

& Baſil. loquens de Helia ait. *Ipſum namq; ieiunium Heliam magnæ viſionis ſpectatorem fecit, quadraginta, namque dierom ieiunio, animam purgans, quantum fas eſt homini Deum videre.* Idem Baſil. dicit quod tum Hælias, tum Moyſes ieiunio quadraginta dierum ſe accinxerunt ad videndum Deum, at de Moyſe ait. *Ieiunauit, vt mens perſiſteret ieiuncta ab omni turbulenta intemperie*, & de Hælia inquit. *Tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem parem, re vera pari; ſi enim Deus æternus non eſuriret, vt teſtatur per Iſa. hoc erit tempus, quo homo Deo adæquatur, dum ſine pabulo viuit.* & Diuus Hieron. ait. *Dominus noſter, atq; Saluator, non ob differentiam virginitatis, & nuptiarum, vt quidam putant; ſed ob ieiunorum conſortia Moyſem, & Hæliam transfiguratos, in monte ſecum oſtendit in gloria.*

ſer. 1. de ieiun.

in c. 1. Iſ.

3. reg. 29.

Exod. 24.

lib. 2. aduerſ. Ion.

Volens Chriſtus Dominus noſter, minimam ſuæ gloriæ partem, oſtendere diſcipulis ſuis, inquit D. Matthæus Euangeliſta. *Aſſumpſit Ieſus, Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum, ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit facies eius, ſicut Sol; veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt eis Moyſes, & Elias cum eo loquentes*, & vt inquit Ianſenius in c. 17. Matth. *voluit Dominus hac ſua transformatione ſpecimen quoddam dare ſuæ gloriæ.* Admiratur hoc D. Vinc. Ferrer. & perquirit quare potius apparuerint Moyſes, & Hælias, & non alij, vt Adam, Noe, Abraham, &c. Hæc ſunt verba Sancti Doctoris, *quare plus anima Moyſis, quam Ada, vel Noe? & quare plus Hælias, quam Enoch*, (& reſpondet) *quia præ alijs Sanctis qui fuerunt ante Aduentum Chriſti, nullus ieiunauit quadrageſimam, niſi iſti duo.*

ſer. 2.

Mentem eleuat, dum per ieiunium, & abſtinentiam videtur homo quodammodo diuinitatem ſapere; ita, inquit Auguſt. *Ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, & carnem ſpiritui ſubijcit*, vt patet in Moyſe, qui tot miranda operabatur, ita vt conſtitutus fuerit Deus Pharaonis, attendite Chriſolog. ſerm 166. *Moyſes dierum quadraginta ieiunia, ita humano acſiccatus eſt, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam, & adhuc in noſtri corporis obſcuro, toto fulgeret lumine deitatis, neq; intueri eum mortalium viſus poſſet, qui ſubſtantia Dei, diu paſtus, totæ mortalis, cibi oblitus fuerat adiumenta.*

Hinc Hilarius ait, Diabolum quam maximè arrogantem fuiſſe, Chriſtum tentare, qui quadraginta diebus, totidemque noctibus ieiunauerat, licet eſurierit; nam qui huiuſmodi abſtinentiam obſeruabat, non poterat, non eſſe Deus, aut in eo diuinam virtutem, non latere, audi Hilarium. *In eo tentando, quem hominem intuebatur, ſumpſit temeritatem*, & Ambr. loquens de Ionata, qui fuit fractor ieiunij, quod pater ſuus indixerat ait. *Tanta indignatio repente commota eſt, vt, & differretur victoria, & diuinitas læderetur.*

Canon. in Matt. c. 4.

ſer. 25.

Hinc Helias ieiunium ſeruans diuinitatem ſapiebat, & familiariter cum ipſo Deo verſabatur; vnde in ſacra Geneſ. legimus, quod Deus neſcire ſimulabat vbi nam fuiſſet Adam, & dicebat, *Adam, Adam, vbi es?* quare hoc? quia Adam interdictum fructum comederat, quod obſeruans Tertull. ſupracitatus, ait. *Cum Halias in ſpelunca diuertiſſet quam familiari congreſſu*

Dei,

Digitized by Google

*Dei, exceptus eſt? quid tu Hælias hic? multo amicior iſta vox, quam Adam vbi es? illa enim paſto ho-
mini minabatur, iſta ieiuno blandiebatur, tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præ-
ſtet homini contubernalem parem, re vera pari.* Vnde hoc? quia ieiunans diuinitatem ſapit, hinc
animaduertens diabolus Chriſtum tam magnum obſeruare ieiunium, timere cœpit, & ad ado-
randum eum, tamquam Dei filium accedit; *cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta
noctibus acceſſit tentator dicens, ſi filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant*, ſic Matth. quod ad *ſer. 12.*
uertens Chriſolog. ait. *Diabolus, qui manducantem contempſerat Chriſtum, & bibentem velut ho-
minem, computarat, vbi ieiunantem vidit, ſuſpicatur Deum, Dei filium confitetur*, & ſerm. 13. ait.
*Audite, quid de ieiunio ipſe ſentiat, & indicet inimicus; ſentit diabolus ieiunium cunctis virtutibus an-
teferri, Dei filium credit, quem liberum à mentis conſpexerat ſeruitute. Ioannem viderat vrbium de-
licias, mollitiem carnis, veſtis aſperitate calcaſſe, & quod ſolum deitatis, inſigne eſt, hominibus dimi-
ſiſſe peccata, & tamen non ei dixit, ſi filius Dei es, at vbi vidit dominum, iugiter ieiunantem, procla-
mat, ſi filius Dei es*; Sed miror, cur petijt diabolus à Chriſto, vt lapides in panem conuerteret?
reſpondet Chriſolog. cit. *Signum panis petit, qui ſignum ieiunij pertimeſcit, vt ieiunij tremendum,
ſibi refugiat ſignum.*

Attendite ergo ex hoc, quantum ieiunij virtus hominem extollit; ideo Auguſt. ad fratres in
eremo proclamat dicens. *ô Ieiunium, conuiuium animarum beatus, qui te amat, ſed beatior, qui te* *tom. 10.*
frequentat. meritò ergo dicit Eccl. *mentem eleuat.* *ſerm. 25.*

(Virtutem largitur, & premia) talis eſt abſtinentiæ, & ieiunij virtus, ac potentia, vt nullo
poſſit explicari Sermone, magna quidem eſt ignis vis, nam ſua actiuitate cuncta, quæ ei adhæ-
rent in ſuam conuertit ſubſtantiam, at maior eſt abſtinentiæ virtus, qua ſuperatur ignis ipſe, vt
in illis tribus pueris fornacis Babilonicæ viſum eſt, qui non ſolum ab igne conſumpti, non fue-
re, verum tamquam aurum in fornace, puriores euaſerunt, & ipſo igne ſuperiores fuere, ſic
Baſilius. *Ea eſt lapidis cuiuſdam quem [Amiantum] appellant, natura, vt igne quidem confici,* *hom. 1. de*
conſumiq; nullo modò poſſit in flammam tamen poſitus prunarum ſpeciem præ ſe ferat: indè verò *ieiu.*
*extractus, quaſi aqua benè lotus, ac luſtratus purior, ac nitidior videatur; talia erant tria illorum
puerorum corpora ad Babiloniam, qui Ieiunij adiumento cum Amanti lapidis vim haberent in im-
menſam illam furnacis flammam coniecti, perindè, ac ſi natura aurei eſſent ab ignis iniuria in-
columes euaſerunt, vſq; adeò, vt auri vim ſuperarent. Non enim eos ignis liquefecit, & con-
ſumpſit, ſed integros planè conſeruauit.*

Eſt Ieiunium morte potentius; potuit enim filium Viduæ Sareptanæ, mortuum, viuum re-
ſtituere, ex eodem Baſil. cit. *Ieiunans Viduæ filium ſuum reſtituit, aduerſus ipſam etiam mortem, ro-
buſtus factus per ieiunium.*

Ieiunium meretur naturæ mutationem; nam Anna ſterilis fęcundatur, ita ſentit Tertull. *Ie-
iunium in Deum reuerentiæ opus eſt, per quod Anna quoque ambiens vxor Elcanæ, retro ſterilis impe-* *aduerſus*
trauit facile à Deo manem cibo ventrem, filio implere, & quidem Propheta. Idem cit. *naturæ muta-* *pſych. c. 7.*
*tionem, periculorum aduerſionem, delictorum oblitterationem, Sacramentorum cognitionem, ieiunia de
Deo merebantur.* Ambr. loquens de matre Sampſonis, & de Anna ait. *Illam vini abſtinentia* *de Halia,*
facundauit, & de Anna, in facunditatem eius ſoluere ieiunia, & Diuus Antiochus de Anna, ait. *& ieiun.*
filium impetrauit præſidio fleta, orationis, & ieiunij.

Ieiunium videtur cęli Dominus, nam claudere, & apetire illud poteſt; quandocumque vo- *hom. 7. de*
luerit. ita Baſil. cit. de Hælia loquens ait, *vox ob ore ieiuno proficiſcens populo tranſgreſſori, clau-* *ieiun.*
ſit cælum.

Ieiunium Apoſtolorum potentiam ſuperat, docet Auguſt. ſuper illud Marci 11. hoc genus
demoniorum, videte ait Aug. *quanta ſit ieiuniorum virtus, vt id facere ieiuna valeant, quod Apo-* *ſerm. 65.*
ſtoli nequiuerant. *de temp.*

Per Ieiunium impius Acab. diuinam ſententiam contra ſe in filium tranſtulit, vt ani-
maduertit Hieron. *Achab Rex impijſſimus, vt ſententiam Dei ſubterfugeret, & euerſio domus eius* *3. reg. 21.*
differretur, in poſteros ieiunio impetrauit. *lib. 2. con-*

Ieiunij virtus tanta eſt, quod ſi ſodomitæ ieiunaſſent, immunes euaſiſſent ab ira Dei, ex Ter- *tra Ioun.*
tull. cit. *Sodoma quoq; & Gomorra euaſiſſent, ſi ieiunaſſent.*

Ieiunium Danielem diuinorum myſteriorum ſpectatorem fecit, placet Antioch cit. *Danie-
lem ex ieiunio dignum habitum, cui retruſa myſteria reuelarentur, eorumq; fieret ſpectator, quæ nulli
dùm reuelata fuerant.*

Ieiunium inducit nos ad Chriſti cognitionem, vnde Tertull. attendens quod Lucas Euang.
cap. 2. dicit de Anna filia Phannelis, ait. *Anna filia Phanuel, ieiunando, ita acuit ſenſum vt Chri-* *cap. 8. cit.*
ſtum Dominum cognoſcere mereretur. oſtendens à nullis magis intelligi Chriſtum, quam ſemel

Epiſt. 140 nuptis, & ſępe Ieiunis, nec abnuit Diuus Hieron. ad Princ piam. ait. *Anna filia Phanuelis in templo, templum efficitur Dei, & quotidiano ieiunio, cæleſtem inuenis panem,*

Ieiunium longè facit diſtare bella, & mundo afferi pacem, eleganter Baſilius orat. de ie- *orat. de ieiun.* iunio. *Si Ieiunium omnes in rebus agendis adhiberent; nulla res profectò prohibere poſſet, quo minus optimam pacem, per omnem terrarum orbem traheremus, & neque gentes, ita me Deus amet, con ra ſe arma mouerent, neque loca deſerta homines, qui ſcelere, & maleficio paſcuntur alerent, neque ciuitates calumniatores, neq; mare piratas, deniq; neque vita noſtra, tot ærumnis eſſet referta.*

tom. 4. lib. de Halia, & ieiunio cap. 3. In mundi creatione, eius fundamentalis lapis, fuit ieiunium, quod ſtatim, ac deſijt, ceſſauit, & mundi fabricatio, quod diligenter animaduertit Ambr. dicens. *Primus vſus mundi, à ieiunio cæpit, quando lux clara reſplenduit.* Secundus dies à ieiunio, tertio die pabulum terræ germinauit, ieiunium tamen cœleſtis diſciplina ſeruauit, quarto die adhuc ieiunium, quinto die produxerunt aquæ reptilia animalium, & volatilia, & benedixit eis dicens, *creſcite, & multiplicamini*, & non dixit edite, & manducate; ſexto die beſtiæ ſunt creatæ, & cum beſtiis orta eſt edendi poteſtas, & vſus eſcarum, vbi cibus cępit, ibi finis factus eſt mundi; ad cuius rei probationem notandum eſt, quod Chriſtus Redemptor Matth. 24 ait mundi finem futurum eſſe, ſicut accidit tempore Noè. *Sicut in diebus Noè ita erit, & aduentus filij hominis*, ſicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, ita erit, & aduentus filij hominis. *Quo inditio*, ait Ambr. cit. *declaratum eſt, quod per cibos mundus haberet imminui, per quos deſijt augeri,*

Ieiunium eſt vera chriſtiani armatura, vt quiſq; cõtra Diaboli inſultus pugnare poſſit; hinc *homil. 11. de ieiun.* Chriſtus ieiunauit quadrag. diebus, &c. vnde Baſil. ait. *Dominus noſter, non prius in ea ne, quam pro nobis aſſumpſerat, diaboli inſultus excepit, quam eam ieiunio communiſſet.*

His armis communiti fideles, ita inuincibiles redduntur, vt omnes inimicos proſternere, *ſer. 43.* & debellare valeant, vnde Diuus Chriſol. ait, *Qui in his vixerit, qui per iſta fuerit communitus, iacula peccati, diaboli tela, mundi machinas, vitiorum cuneos, mala carnis, voluptatum laqueos, arma mortis, chriſtianus armiger, debellator dominicus non timebit*, aiunt nonnulli, Sampſonem inuincibilem fuiſſe Gigantem, cuius fortitudo potius ærea, quam humana videbatur, ſed quid *hom. 1. de ieiun.* eum talem reddidit, niſi ieiunium? audi Baſilium dicentem. *Quæ res fortiſſimum Sampſonem reddidit in expugnabilem? an non ieiunium? cum ieiunio in vtero matris conceptus eſt, cum ieiunio in virum adoleuit.*

de Hal. & ieiun. Ieiunium Danielem à ferarum morſibus defendit; teſtatur Ambroſ. *In Adamantis rigorem abſtinentia ſoliditate membra durata, non patuerunt vulneri; ſic eum conſtrinxerant ieiunia, vt in eius corpore ferarum morſibus locus eſſe, non poſſet.*

His armis Iudith munita acceſſit ad Holophernem, ſed vt inimicos tutè vincere potuiſſet, diſſimulauit ſe illis fuiſſe indutam, hinc optimè ſe ornauit, & decorauit; ſcriptura teſtante, non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, & pulchritudine, Iudith cap. 11. hac venuſtate deceptos inimicos illicere, & vincere, ac triumphare valuit; ita Diuus Chromatius Aquil. *in cap. 5. Matth.* ait. *Cum magno mærore pro populo eſſet afflicta, poſt ſollemnitatem, triduani ieiunij, capite vncto, & læta facie, ita internæ afflictionis triſtitiam texit, vt diſſimulato gaudio lætari hoſtibus videtur, ac ſic demum, per lætitiam vultus ieiunium texit, & ab hoſte triumphum victoriæ reportauit.* S. Petrus Chriſolog. ait. *Ieiunium fratres ſcimus eſſe Dei arcem, Chriſti caſtra,*

ſer. 12. Hinc deducitur ieiunium, Euchariſtiæ vicem ſupplere, bis enim Chriſtus ad certamen contra Sathanam ſe accinxit, primò in paſſione, mediantibus Iudæis dæmonis miniſtris. nam hoc ſignificant verba illa Chriſti per Ioannem Euang. dicta, *hæc eſt ho a veſtra, & poteſtas tenebrarum*, quo tempore, Chriſtus veniam dedit, non ſolum Sathanæ miniſtris, ſed ipſimet diabolo, ſub miniſtrorum forma, eum aggrediendi, in qua pugna, Chriſtus diuiniſſima Euchariſtia ſe communire voluit, ſe ipſum ſub panis, & vini ſpecie ſumens. Secundo in deſerto contra dæmonem pugnaturus, & cum adhuc Sacroſanctam Euchariſtiam, non inſtituiſſet, ieiunio quadraginta dierum, totidemq; noctium ſe armauit, vt ad pugnam deſcenderet; vnde clarè apparet, quanti fecerit ieiunium, cum Sacroſanctæ Euchariſtiæ æquiparauerit, hinc *de ieiun. & Halia cap. 8.* Ambr. ait. *Ieiunium eſt bonum itineris viaticum, quod vſque ad cælum ferre debemus*, & Chriſol. cap. 8. *eſt ieiunium viaticum ſalutare.*

Hinc Diuus Iſaac præsbiter Antiochenus de nonnullis martiribus, qui dum ad mortem ducerentur, & cũ Sacroſanctam Euchariſtiam, ſumere non poſſent, ieiunio ſe ad martirium diſponebant, ait, *Multi Martires nihil guſtabant, in die, in quo coronam martirij præſtolabantur,* *lib. de Reſurr. c. 6.* *ſed ſicut ad nuptias præparati, expectabant occurrere gladio in ieiunio, cum Hymnis, Pſalmis, & Canticis.* Vnde videtur ieiunium Diuiniſſimæ Euchariſtiæ æquiparari, neque hoc aſperum videatur,

deatur,

deatur, cum Tertull. dicat. *Ieiunium ipſa beatitudine inferius non eſſe, cum ſit gloriæ pignus*, vt etiam canit Eccleſ. de Sacroſancta Euchariſtia dicens, *futura gloriæ nobis pignus datur*, audi Tertullianum de ieiunio quadraginta diebus. *Moyſes, & Halias, ieiunio fundti ſolo Deo alebantur*, (& ſtatim ſubdit) *virtutis futura lineamenta*; Vnde Hilarius valde temerarium adiudicauit dæmonem, qui auſus eſt, eum, qui tam longum ieiunium obſeruabat tentare, cum facilè ex tali ieiunio iudicare potuerit, aut Deum fuiſſe, aut diuinam virtutem in eo habitare, & ſic ait. *In eo tentando, quem hominem intuebatur, ſumpſit temeritatem*, & Diuus Chriſol. ait. *Moyſes ipſe iterum quadraginta ieiunio, ita humano defæcatus eſt, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam, & adhuc in noſtri corporis obſcuro, toto fulgeret lumine deitatis*. Canon. in Matth. 4. ſer. 66.

Tanta eſt abſtinentiæ, & ieiunij excellentia, atque virtus, vt quicquid gratiarum, vel donorum, quocunque tempore Deus ſeruis ſuis conceſſerit, virtute ieiunij, ſeù abſtinentiæ concedere voluit, concedit olim primo noſtro parenti dominium ſuper omnes creaturas, ſed hoc nonniſi ieiunio, inquit D. Ambr. hinc dicitur gen. 2. *Ex omni ligno Paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ne comedas*; voluit Deus eligere Moyſen ſuum legiſlatorem, & populi Ducem, ſed antequam legem à Deo reciperet, ieiunauit; voluit Deus magnam afferre conſolationem ſua præſentia lapſo Hæliæ in quadam ſpelunca moranti, & Iezabel indignationem fugienti, ſed antequam Hælias Deum videret, ieiunauit. Voluit Deus ſcripturarum intelligentiam tribuere Danieli, ſed hoc conceſſit virtute ieiunij. Victoria quam extrenua illa Iudith obtinuit de Holopherne, ieiunio tribuitur. Niniuitæ Deum iratum ieiunio placauerunt; & ſuum Deus præcurſorem honore afficere volens, dixit. *Venit Ioannes, non manducans, neq; bibens*. hom. de Halia, & ieiun. Matt. c. 1.

DE ADVLATIONE

1 Diuus Ambr. Emolliri adulationibus, non ſolum fortitudinis, non eſt, ſed etiam ignauiæ tribui debet. lib. 3. de offic.

2 D. Auguſtinus. Duo ſunt genera perſecutorum, vituperantium, & adulantium; plus perſequitur lingua Adulatoris, quam manus interfectoris. in pſ. 59.

3 Idem, Adulantium linguæ, alligant homines in peccatis.

4 Idem. Non timebis comminatorem, ſi non amas Adulatorem. in pſal. 9.

5 Idem in illud Pſal. 140. *Corripiet me iuſtus in miſericordia, &c.* Falſa laus, Adulatio eſt, falſa laus Adulatoris, hoc eſt oleum peccatoris, propterea, & homines, cum falſa laude aliquem irriſerint, hoc etiam de illo dicunt; vnxi illi caput. Amate ergo argui à iuſto in miſericordia; nolite amare laudari à peccatore, cum irriſione. in pſ. 57.

6 Idem. *de Demetr.* Beata mens, quæ perfectè hoc vitium vincit, nec adulatur aliquando, nec adulatori credit, quæ, nec decipit alterum, nec ipſa decipitur. in epiſt. : 7

7 Idem, *lib. 3. contra litteras Petiliani*, Si conſcientiam mordet veritas criminis, quid mihi prodeſt, ſi me continuis laudibus totus mundus attollat? ita, nec malam conſcientiam ſanat præconium laudantis, nec bonam vulnerat, conuitiantis opprobrium. tom. 7.

8 Idem, citat. quando peccator, peccatorem laudat, alius alium, dum ſe inuicem laudant occidunt.

9 Idem, ſicut amici Adulantes peruenerunt, ſic inimici litigantes, plerumque corrigunt.

10 Idem, *lib. de Baptiſmo contra Donatiſtas*. Leuius debet putari, quod gladio minante, quam, quod lingua adulante committitur. 9. confeſſ.

11 Agapetus Diaconus, *in ſua Pareneſi. inquit*, Caros, & commendatos eos, qui tibi probe conſultum eſſe volunt habeto, non eos, qui adulari frequenter ſtudent, illi enim, quod reuera expedit, reſpiciunt, hi vero ad ea, quæ arrident potentibus, corporumque imitantes vmbras, omnibus, ac ſingulis eorum verbis applaudunt. num. 22.

12 Idem, *in capitibus Pareneti*, Auerſare Adulatorum pellaces ſermones, vt coruorum rapaces mores, illi namq; corporis effodiunt oculos; iſti autem animæ hæbetant cogitatus, cum non permittant perſpicere rerum veritatem.

13 Alanus, *de compl. ſiue de conquaſt. natura*. Quid ergo adulationis vnctio, niſi domorum emunctio? quid commendationis alluſio, niſi Prælatorum deluſio? quid laudis arriſio, niſi eorumdem deriſio?

14 Beda. Adulator eſt, qui tacet, & dat conſenſum, ne offendat illum, quem credit habere propitium. lib. 1. in Luc.

15 Bern.

Digitized by Google

epiſt. 1. 15 D. Bern. Tolle occaſiones, reſpue blandimenta, adulationibus claude aures, te interroga de te, quia tu te melius noſti, quam alius.

16 Idem, *in Epiſt. ad Ramaldum Fuſmaſcenſem Abbatem.* Tu itaque dilectiſſime, ceſſa iam indebitis me honoribus, magis obruere, quam attollere; alioqui, coetui te inimicantium, mihi amica licet voluntate commiſces.

17 Borc. *in dict. vmbr. ait.* Sicut vmbra, ſe ſolet conformare corpore, cuius eſt vmbra, ita quod, eo moto mouetur, & eo ſiſtente, ſiſtitur, ſic adulator alijs ſe conformat, & ad eorum conditionem ſe variat, atque mutat.

in pſal.49 18 Caſſiodorus, Adulatio omnibus applaudit, omnibus ſalue dicit, prodigos vocat liberales, auaros, ait eſſe parcos, & ad rem attentos, laſciuos, appellat vrbanos, & aulicos, obſtinatis, & pertinacibus, conſtantiæ titulum aſſignat; Adulationis ſagitta leuiter volat, & celeriter infigitur; Adulatorum lex eſt, ad omnia ſubſidere, ad omnia ſubridere, ad omnia dicere Amen, in omnibus toto capite annuere.

19 Carthuſian. *in illud Petri 2. cap.2. in Auaritia, fictis laudibus, &c. ſic inquit.* Ex cupiditate, per vana, & adulatoria verba vos fallent, & quaſi contractum quemdam de vobis efficient, temporalia bona veſtra, fallaciter auferendo.

lib. 1. in 20 D. Greg. Adulator ſcorpio eſt, qui palpando incedit, ſed cauda ferit.

Ezech.c.9 21 Idem, *in Euang. Matt.25. date nobis de oleo veſtro, inquit.* Venditores quippe olei adula-
homil. 12. tores ſunt: qui enim accepta quadam gratia, vanis ſuis laudibus nitorem gloriæ offerunt, quaſi oleum vendunt.

lib. 5. mo- 22 Idem. Impij minimè laudari debent, quia laudibus efferuntur, vt corruant, & vitupe-
ral.cap. 3. rationem promereantur.

23 D. Hieron. *ad celantiam.* Rumuſculos, & guloſos, & palpantes Adulatores, quaſi hoſtes fuge.

24 Idem, Nihil eſt, quod tam facilè corrumpat mentes hominum, ſicut Adulatio; plus
ſuper pſ. enim nocet lingua Adulatoris, quam gladius perſecutoris.

25 Idem, *ad celantiam.* In multis, iſto maxime tempore regnat Adulatio, quodq; eſt grauiſſimum; quia humilitatis, ac beneuolentiæ loco ducitur, ita fit, vt qui adulari neſcit, aùt inuidus, aùt ſuperbus reputetur.

26 Idem, *Epiſt. ad Sabin.* Naturali ducimur malo, & adulatoribus noſtris libenter fauemus, & quamquam reſpondeamus, nos eſſe indignos, & calidus rubor ora profundat, ad laudem tamen ſuam, intrinſecus lætamur.

27 Idem, *exponens verba Pſal. 3. veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem, ſic habet.* Hoc de illis intelligi valet, quiq; interficiunt animas adulando.

28 Idem, *Epiſt. 14. ad celantiam.* Si verè laudabilis eſſe cupis, laudem hominum, ne requi-
tom. 1. ras, illiq; præpara conſcientiam tuam, qui, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus tibi erit à Deo.

29 Hugo, *Vict. lib. de Clauſtro Animæ.* Adulator, amicus eſt in officio, hoſtis in animo, comptus in verbo, turpis in facto, lætus ad proſpera, fragilis ad aduerſa, inflatus ad obſequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia, facilis ad humana, difficilis ad honeſta.

30 Idem, *in illud Matth. audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, &c.* ait. Inueritate turbati, non ſunt, ſed turbationem ſimulauerunt, vt Hærodis haberent fauorem.

31 Hugo Charenſis. *in cap.6. Prou.* Eſt adulator, quaſi Sirena Diaboli, trahens in exitium audientes.

32 Idem; *in cap.6. Prou.* Adulator eſt, quaſi nutrix diabolica, lactans paruulos Babylonis.

33 Idem, *in Pſal.27.* Faſcinatio eſt adulatio.

34 D. Ioannes Chriſoſt. *homil. 42. in Matth. inquit.* Iſti catenam ſubdolæ laudis in ore portantes, & gladium malitiæ abſcondentes in corde.

homil. 44 35 Idem, *in illa verba Matth. 12. Magiſter volumus à te ſignum videre, &c.* ait. Cum illi aſperè,
in Matth. atque contumelioſè interrogant, manſuetè, ac leniter reſpondent, cum verò aſſentirentur, nunc, non mediocri vtitur agrimonia, omni ſe perturbatione ſuperiorem oſtendens: veluti enim tunc, nulla ira concitatur, eodem, nunc modo, adulationibus, non delenitur.

36 Idem, *homil. 13. in Matth.* Blandiri enim, vt noceat, Diaboli eſt, corripere verò, vt proſit, Dei.

37 Idem, *cit. cap. 11.* Adulator, omnis virtutis inimicus eſt, & quaſi clauum figit in oculo illius, cum quo ſermonem conterit; eoq; magis cauendus eſt; quo ſub amantis ſpecie nocere,

Digitized by Google

cere, non deſinit, donec rationis obtundat acumen, & modicum id luminis, quod ad eſſe videbatur extinguat.

38 Ioannes Sariſberienſis, *lib. 3. cap. 5. Policrat.* omnis adulatio comitem habet dolum, ſequelam quoque ignominia ſeruitutis, *& paulo poſt* efficitur ergo, vt nulla ſit ei moleſta ſeruilis obſecundatio, nullum indecens videatur obſequium, omnium officiorum perſonas induit.

39 D. Petrus Chriſolog. *ſuper illud Marc. 5. videns Ieſum à longe, cucurrit, & adorauit eum, &c.* *ſer. 17.*
Credit infelix, vt eum, quem tentatione vincere, quem muneribus nequiuit inflectere, poſſit adulatione pulſare, vt adulator, non, vt deuotus, & obſequens, hic adorat.

40 Idem, Bene cum magiſtratibus ageretur, ſi ſcirent inter adulationem, & laudem diſtinguere, ſed cæca laudis ambitio, plus credens alijs de ſeipſo, quam ſibi, vtrumq; accipit indiſtinctè, ampliant eos beneficijs, quos, torquere deberent. *ſer. 103.*

41 Petrus Bleſenſis, multi ſunt, qui de calice Babilonis, tibi proditoriæ adulationis venena propinant. *epiſt. 36.*

42 Idem. Ad magnatum gloriam admittuntur, qui eos palpant blanditijs, & aures famæ bibulas calice Babilonis inebriant. *epiſt. 77.*

43 D. Petrus Damian. Interea romuſculos, & gloriolas, & palpantes adulatores, tamquam ſerpentini morſus venena deuita, & velut obiecta Theriaca, protinus audiant: auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi: euge, euge. *epiſt. 114.*

44 Idem. *Scribens ad Henricum II. Imperatorem*, ait. Vos autem Excellentiſſime Domine, aures veſtras à venenatis eorum conſilijs claudite, & ſplendidiſſimæ gloriæ veſtræ, famam propter vnum hominem offuſcare nolite. *lib. 7. ep. 12*

45 Idem. Sæpè malignus ſpiritus, velut auis in ramo arboris, ſic in lingua ponitur adulatoris, & tamquam per organum vaſis, ſic vas virus effluit, quòd læthaliter, in audientis interiora transfundit, tu autem obtura aures: malè ſuadis cantibus Sirenarum, *Opuſc. 50. cap. 8.*

46 Idem. *In verba Prou. 1. fili mi, ſi te lactauerint peccatores, &c. ita inquit.* Quibus nimirum, ſacræ Scripturæ teſtimonijs, patenter oſtenditur, quia quiſquis adulatur, generale peccatoris nomen per auxeſim, ſpecialiter promeretur. *Opuſc. 22. cap. 1.*

47 Plutarcus. *In Moral. de adulatoribus.* Pernicioſi magis, quam, qui fontes veneno inficiūt.

48 Idem cit. Simia, dum hominem imitari conatur, ſæpè capitur, & adulator, idem faciens, alios capit, & allicit.

49 Saluianus. *ſer. 3. contra Auar.* Non te moueant blandimenta eorum: venena tibi ſunt, non attendas adulationes, gladij ſunt, illos cuncti inuident, hos incauti, non vident, illi, qui apertè ſæuiunt, euitantur, iſti qui occultè inſidiantur, occidunt, illis qui lædi velit, nemo eſt, iſtis multi occidi, etiam volunt, noua lætalis mali illecebra, illi, qui tangitur, torquetur, iſtis, qui occiduntur, delectatur; fuge ergo hoc malum, fuge aſſentationes, tibi inſidiantes, fuge obſequelas, tibi noxias; iſta ſunt officia, quæ te iugulant.

50 Seneca. Habet ſuum venenum blanda oratio. *li. de prou.*

51 Idem. Adulatio recipitur proprijs, & apertis auribus, in præcordia vna deſcendit, eo ipſa gratioſa, quo lædit. *epiſt. 81.*

MANTISSA
ad Adulationem.

DE peſtifero Adulationis vitio locuturus, timore magno afficior, ne (quod abſit) adulatoribus inhærens, mortem ſubeam, cum ſit mortale venenum adulatio, ita ait Seneca: *Habet ſuum venenum blanda oratio.* *lib. Prou.*

Scribunt naturales de Aſpide, quæ dum mordet, ſuum inter plagas diffundit venenum inſanabile, quod mortem affert, ita, & adulatores, dum alios honore, & laude videntur afficere, & extollere, linguis ſuis mortale diffundunt venenum; de quibus Pſal. 13. *linguis ſuis doloſè agebant, venenum Aſpidum ſub labijs eorum.* Nihil hac morte crudelius, dum animæ, & aliquando, ipſi corpori opprobrioſam afferunt mortem, ita ſtatuunt leges ſecundum Gloſſam, & Matemat. dicentes. *Plus eſt hominem extinguere veneno, quam occidere gladio.* Plus eſt, ideſt, *atrocius eſt.* *L. 1. C. de Malef.*

Adula-

Digitized by Google

Adulator, eſt animarum auceps, blanditur enim, vt capiat, ita, & diabolus blanditur, vt
homil.13. noceat, & decipiat, animas, vnde Chriſoſt. ait. *Blandiri, vt noceat, diaboli eſt.* Quia, vt in-
in Matth. quit Petrus Damian. *Sapè malignus ſpiritus, velut auis in ramo, ſic in lingua ponitur adulatoris.*

Tam ingens malum eſt adulatio, vt ipſimet Sacratiſſimæ Dei Matri timorem incuſſerit;
opuſc. 50. nam adueniente Archangelo Gabriele, vt eam, de admirabili Sanctiſſimæ Incarnationis
cap. 8. Miſterio, certiorem faceret, & Annuncians ei, vt gauderet, & Deo gratias ageret, quia Dei
Mater fuerit electa, & de ſuo Sacratiſſimo Vtero, Dei Filius Carnem ſumere dignatus fuerit,
cum eſſet Maria omnium Creaturarum humillima, & tanta dignitate, magnitudine, & ho-
nore, ſe indignam putaret, valdè timuit, ne Arcangeli verba deceptoria fuiſſent; hinc ait tex.
Luc. 1. *Turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio*, ita, vt neceſſe fuerit, vt Ga-
briel clarius Diuinum Miſterium Mariæ patefaceret, dicens, *ne timeas Maria, &c.* quod ex-
pendit. D. Andreas Archiepiſcopus Hieroſolymitanus apud Lippon. 25. Mart. his verbis.
*Ne timeas Maria, non ſunt hæc fallentis verba, non veni, vt te decipiam, non loquitur tibi fallax ſer-
pens, è terra tibi loquor, ſed bonum, ex Altiſſimis nuncium aſſero.*

Adulatores ſemper, quod re vera, non ſunt, apparere volunt. Hærodes Regnum Iudeæ
Tyrannicè poſſidebat, quia, cum eſſet alienigenus, ad eum non ſpectabat dominari; hinc
mirum non fuit, quod Herodes magno timore fuerit affectus, audiens Chriſtum legitimum
Regem natum eſſe; vnde Tex. ait. *Audiens Hærodes Rex, turbatus eſt.* Hoc inquam, non eſt
mirum, ſed mirandū valdè eſt, quod Iudæi, cum ad Aduentum legitimi Regis, lætari, & exul-
tare debuerint, timuiſſe ſcribatur; ait enim Tex. *Turbatus eſt Hærodes, & omnis Hieroſolyma,
cum illo*, ſed vnde hæc Iudæorum turbatio, niſi ex peſtifero adulationis vitio? vt Herodi ſci-
licet adularentur; ita ſentit Hugo Cardinalis ibidem. *In veritate turbati non ſunt, ſed turbatio-
nem ſimulauerunt, vt Hærodis haberent fauorem*, & Toſtat. ibidem ait. *Nemo auſus eſt, oſtende-*
quaeſt. 23. *re ſe gaudere, licet in corde ſuo gauderent; quia Hærodes erat crudelis valdè, cum etiam proprios
filios ſuos occideret.*

Et hoc, quia Adulatores, aſſimilari eis contendunt, quos adulantur; hinc magiſter hy-
ſtoriæ ſcolaſticæ ait, quod diabolus alloquens Euam in Paradiſo terreſtri, formam cuiuſdam
pulchræ mulieris aſſumpſerit. *Elegit inquit quoddam genus ſerpentis, virgineum vultum habens,
quia ſimillima ſimilibus applauduntur.*

Mirandum quidem magnum legitur, apud Marcum, quod diabolus, qui ſuperbia elatus,
ne Sanctiſſimam Chriſti humanitatem veneraretur, (nonnulli aſſerunt:) potiùs inferorum
ima, quam cœlum inhabitare elegit; attamen, ſtatim, ac Geraſenorum Regione viderit Sal-
uatorem, cucurrit, vt eum adoraret; ſic ait textus, *videns autem Ieſum à longe, cucurrit; & ado-
rauit eum; clamans voce magna, quid mihi, & tibi Ieſu Filij Dei Altiſſimi.* Sed vnde hoc? num-
quid diabolus deuotione, aùt humilitate motus, fecit hæc? nequaquam, ſed cogitauit vin-
cere Chriſtum adulatione: audi Chriſologum dicentem. *Vt adulator, non, vt deuotus, & ob-*
ſerm. 17. *ſequens, ſic adorat, credens infelix, vt eum, quem tentatione vincere, quem muneribus nequiuit infle-
ctere, poſſit adulatione pulſare.*

Scribit Ioannes Apoc. 10. quod, quidam liber fuit ei traditus, vt comederet eum, *& erat,*
ait Ioannes, *in ore meo, tamquam mel, dulce, & cum deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus.*
Medici inquiunt; dulce eſſe oppilatiuum, & hoc, quia ſtomachus amplectitur dulce, tam-
quam amicum, & id alijs corporis partibus, non deſtribuit; contra verò, amarum expellit
ſtomachus, & ſic cum per omnes corporis partes diuidatur, magnam affert vtilitatem cor-
pori; ita, & mellita adulatoris verba, cum dulciſſima videantur, noxia ſunt animæ, & ma-
hom. 2, ſu- gno detrimento, eam afficiunt, mens eſt Greg. ſic dicentis. *Nihil eſt, quod facilè corrumpat*
per Ezec. *mentes hominum, vt adulatio; plus enim nocet lingua adulatoris, quam gladius perſecutoris.* Hinc
leuit. 2. & alibi, numquam legitur, Deum imperaſſe, mel ſacrificijs apponi, ſed, ſal, ita, &
nos, dum opera noſtra, & actiones, ob eius amorem offerre digni ſimus, corpus per pœni-
tentiam maceratum offeramus, *ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c.* caueamus, ne com-
miſceamus Adulationis mel; ideſt, vt alij opera, & actiones noſtras laudent, & extollant,
ſed libenter noſtrorum operum, magna, cum humilitate repræhenſionem audiamus, nos-
2. de Tri- metipſos repræhendentes; hinc D. Aug. ait. *Magis optabo à quolibet reprahendi, quam ab adu-*
nit. *latore laudari*, & Petrus de Rauenna in quadam Epiſt. inquit; *Cum enim, ſal correctionis in
omni ſacrificio acceptetur, mel adulationis, in omni ſacrificio reprobatur:* & Iſa. clamat, *popule me-
us, qui te beatum dicunt; ipſi te decipiunt.*

cap. 3. Achab Rex nolens credere, nec audire Prophetam Micheam, & adhætens falſorum pro-
phetarum conſilijs, bellum mouit contra Regem Syriæ; in quo bello, Achab vitam perdi-
dit ita,

Digitized by Google

dit; ita, & qui credit, & qui libenter adulatorum dementias audit, animæ vitam amittit, ita peſſimum venenum Adulatio, vt ſimul, & laudantem, laudatum interimat, vnde Pſal. 140. *corripiet me iuſtus, &c.* ſuper quæ verba Auguſt. ait. *Quando peccator peccatorem laudat, alius alium, dum ſe inuicem laudant, occidunt*. Hinc Seneca refert de magno Alex. quod, cum quamdam vrbem circumſideret, & ſagitta fauciatus, cum ob copiam fuſi ſanguinis, & dolorem ſe deficere videret; hoc admirans, ait, adſtantibus. *Omnes iurant, me eſſe filium Iouis, ſed vulnus; hoc me eſſe hominem, monet*. & ita adulatorum venena cognouit, hinc in Prou. 26. *Homo, qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius*, & Eccl. 7. *Melius eſt à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi*, & Prou. 27. *Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula blandientis*.

lib. 3. contra litter. Petilian. to. 7. epiſt. 60.

D. Baſil. in homil. in illa verba, *Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant*, ait. *Multi enim ſunt, qui pro bonis, prauas comprobant actiones, & vitia virtutibus vicinis honeſtate contendunt*, & D. Hieron. inquit. *Propriè hæreticorum eſt adulari*. & Hieremias cap. 8. *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locutum eſt more ſuo, pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias; num quid, ſuper his, non viſitabo dicit Dominus, aut in gentem huiuſmodi, non vlciſcetur anima mea?* D. Chriſoſt. ait. *Collaudare delinquentes, quoad ſupplicij pertinet æſtimationem; longè plus eſt, quam delinquere*; idque iure optimo, eo quod, *hoc ſuffragium proficiſcatur ab animo planè corrupto, & inſanabili morbo laborante, ſiquidem is, dum peccat, condemnat, interim peccatum ſuum, poterit aliquando ad ſe redire, at qui laudat malitiam, is ſe priuauit curatione, quam affert pœnitentia*, & D. Auguſt. in Pſal. 134. ait. *Inſanit, qui laudat, quod non eſt bonum, ſi laudes iniquum, eo ipſo, quod iniquus eſt, nonne, & tu iniquus es? ſi laudes furem, eo ipſo, quod fur eſt, nonne, & tu particeps eris? ſi laudes iuſtum, eo ipſo, quod iuſtus eſt, nonne, tu inde partem habes laudando? non enim laudares iuſtum, niſi amares, non amares, ſi nihil inde haberes*. Idem. *Duo ſunt genera perſecutorum, ſcilicet vituperantium, & laudantium, ſed plus perſequitur lingua adulatoris, quam manus perſequentis*.

lib. 1. & cōtra Pelag. hom. 2. de Dauid, & Saul. in Pſ. 134 in Pſ. 59.

Diuus Paulinus ait. *Adulatorum aſſentationes, velut quaſdam peſtes animæ fuge, nihil eſt, quod tam faciè corrumpat mentes hominum, nihil eſt, quod tam dulci, & molli vulnere animam feriat*. & Prou. 18. *Verba adulatorum mollia, feriunt autem interiora ventris*; & Iſa. 3. *Popule meus, qui beatificant vos, & ſemitas pedum veſtrorum diſſipant*.

ad celan. in Hieren. Epiſt. 14.

Diuus Epiphan. ait, quod inuenitur quidam ſerpens, hanc habens proprietatem, vt quem mordet, ita ſitientem reddit, quod ſi illicò ad fontem, non recurrit, obeat, verum ſerpens, hoc naturæ inſtinctu agnoſcens, prius ad fontem pergit, & venenum euomit, vt morſus veniens ad bibendum, ſimul cum aqua, & venenum bibat, & pereat, quod ſerpens ſit diabolus, nemo eſt, qui contradicit, in hac enim forma noſtros primos parentes tentauit. *Serpens decepit me*. Dixit Eua, quos ardentiſſima ſiti ſciendi affecit. *Eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum*, at Deus, vt hanc parentum noſtrorum ſitim extingueret, ſalutarem fontem deſtinauit, ſic Eccl. 14. ſcribitur. *Aqua ſapientiæ ſalutaris*, & eſt aqua Euangel. Doctrinæ; immo ipſemet Chriſtus, eſt Fons ſapientiæ. *Fons Sapientiæ verbum Dei in excelſis*, & ad bibendum nos inuitat, dicens, *ſi quis ſitit veniat ad me, & bibat*, & à nobis deſcendens, hanc ſalutarem aquã, veluti in tot piſcinis, in Apoſtolis, in Doctoribus reliquit; vnde Apoſtolus Paulus primo Epheſ. vocat doctores, *verbum vitæ continentes*; nam ſicut Piſcina aquas continet, ita, & doctores ſapientiæ, & Euangelicæ Doctrinæ Diuinorum Præceptorum aquam continent, ſed ecce Adulator, quaſi alter demoniacus ſerpens, has ſalutares aquas, veneno inficit, dum peccata laudat, audi Plutarcum in moralibus de Adulatoribus, ſic dicentem. *Perniciosi magis, quam qui fontes veneno inficiunt*. Pſal. 9. *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, exacerbauit Dominum*. Vulgata cum Pagnino legit. *Iraſci fecit Dominum peccator*, ita peccator dominum exacerbat, vt permittat adulatores ſeducere, & nocere alijs, quod eſt indicium magnæ iræ Dei; vnde Gloſa ibidem ait. *Hæc eſt magna ira Dei, vt deſit correctio, & ſit adulatio*. Cum adulantium linguæ ligent mortales in peccatis; vnde Auguſt. inquit. *Adulantium lingua alligant homines in peccatis*.

contra hæreſ. c. 10 Pſal. 9.

Adulantium verba ſunt venenatum mel, & Auicenna 3. Cau. ait reperire quoddam mel, ita venenatum, quòd ſi aliquis illud ſumat, illicò ratione orbabitur, frigidum ſudorem, & ſitim magnam ſolus odor affert, ita, & adulantium verba, ratione priuant, qua homo ſe ipſum cognoſcere debet, frigido ſudore afficit, quia opera illa, quæ priùs in frigido corde celabantur; tunc palam fiunt, & de illis gloriatur peccator, ſitim affert magnam, vanagloriæ ſcilicet, vnde Seneca lib. Prou. ait. *Habet ſuum venenum blanda oratio*. & Ouid. lib. ſine titulo.

 Impia,

Digitized by Google

Impia, ſub dulci melle venena latent.

Adulator, dicitur ſimilis eſſe Simiæ, quod animal, vt ſcurra inſeruit, ita, & Adulator; vnde Prou. 30. dicitur, *Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis*, & quamuis, nonnulli hoc nomen *Stellio*, intelligunt Araneolam; tamen Pagninus legit *Simia*; hinc de Leone ſcribitur, quod, cum febre laboret, nihil vtilius habet pro huiuſmodi morbo, quam Simiæ ſanguinem bibere, vnde capiens eam occidit, & ſanguinem exugit, hinc, quidam Princeps, cum pro ſtemmate vnum Leonem Simiæ ſanguinem exugentem efformaſſet, tale addidit dicterium. *Sic ego meis.*

Scribitur de Polypo piſce, qui, vt alios piſces capere poſſit, his vtitur dolis; alicui lapidi inhæret, & ita illius colore induitur, vt ipſemet lapis videatur eſſe, & ſic alij piſces decepti, mare pererrantes, Polypi fraudes, non animaduertentes, illimet lapidi inhærent, & illicò Polypus eos deprædatur; ita, & Adulator, aliorum moribus, & paſſionibus induitur, vt eorum gratiam, & fauorem aucupetur, & ſic decipiat; hinc Hierem. cap. 7. ait. *Numquid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta?* Septuaginta, & Chriſoſt. legunt. *Spelunca Hienæ*. Hiena, eſt quoddam animal, quod (Si verum fama refert) Maximopere humanam vocem imitatur, & ita callidum eſſe deſcribitur, vt audito alicuius paſtoris nomine, memoria retinens, nocte propè paſtoris ianuam accedens, clara voce proferat, quem conſurgentem, & egredientem, illicò ingruit, & occidit, quod ſymbolum eſt Adulatorum aptiſſimum.

DE AMBITIONE

cap. 4. 1 Diuus Ambr. *Luc. inquit*. Sæpè quos vitia nulla deflectunt, facit Ambitio criminoſos.

ibid. li. 3. 2 Idem. Erugo mentis eſt appetentia dignitatum, ſi in his ſuprema ſpes vitæ præſentis locetur; reſipiſcat vnuſquiſq; furore ſecularium dignitatum, quæ mentem, animumq; perturbant, vt compos ſui eſſe, non poſſit.

lib. 4. in Luc. 3 Idem. Ambitio, vt dominetur alijs, priùs inſeruit; curuaturq; obſequio, vt honore detur, & cum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior.

quæſt. 23. ex lib. 83. quæſt. 4 D. Aug. Iuſtus regens, & gubernans, nullam pęnam, cuiq; ſinit immeritò infligi, nullum proemium immeritò dari, impudentes tamen iſti ambitioſi, ſicut inuerecundè ſuprema loca appetunt, quærunt, & ambiunt, ſic eos, non pudet, quando ad illa perueniunt, nullius impietati occurrere, ſed propriè vanitati inſeruire, & vanam maieſtatem augere.

Luc. c. 12 5 Idem. Qui in terra ſedet, non habet, quo cadat, ſed quanto, quis in loco ſuperiori, tanto in periculo maiori.

in pſal. 1. tom. 8. 6 Idem. *In illud, Beatus vir, qui, non abij in conſilio impiorum, & in cathedra, ſic habet.* Cathedram peſtilentiæ vocat Regnum terrenum cum ſuperbia, quæ ideo cathedra peſtilentiæ rectè intelligatur, quia, non færè quiſquam eſt, qui caret amore dominandi, & humanam non appetat gloriam.

7 D. Baſil. *lib. de Inſtitut. Monaſt. cap.* 10. Hoc vitio capti ſunt inuidi, contentioſi, ſimulatores, & denique, quos Ambitio inuadit, iugum Eccleſiaſticæ diſciplinæ facit reſpuere.

ibidem. 8 Idem. Ambitio diabolica peſtis eſt, & ſine dubio, qui in huius vitij poteſtate eſt, eodem planè morbo cum diabolo laborat.

cap. 31. 9 D. Bern. *Serm. de Conuerſ. ad Cler.* Propter Ambitionem, paratos eos videas, vniuerſa pericula ſubire, ſuſcitare ſcandala, ſuſtinere odia, diſſimulare opprobria, negligere maledicta, vt non minus ſit pernicioſa animoſitas talium, quam puſillanimitas mercenariorum.

10 Idem. *De conſid. lib.* 3. ò Ambitio ambientium Crux, quomodo omnes torques? omnibus places, nil acrius cruciat, nil moleſtius inquietat, nil tamen apud miſeros mortales celebrius negotijs eius.

ibidem. 11 Idem. Quo progrederis miſer, an, vt ab altiori gradu caſus ſit grauior? neque enim ſic paulatim decides, ſed tamquam fulgur impetu vehementi, quaſi alter Sathanas ſubito deijcieris.

lib. 2. 12 Idem. Graue Ambitionis iugum, quia, vt Dominetur alijs, prius ſeruit, quam enim multis adulari, quam multis ſe ſubmittere debet, quoad optatum honoris, & dignitatis culmen perueniat?

13 Idem

Digitized by Google

13 Idem. *ad Epiſc. Londinen.* Non cum tanta alacritate currerent ad honores, ſi eſſe ſentirent, & onera; grauari profectò metuerent, ne cum tanto labore, & periculo dignitates affectarent; affectant autem, quia ſola attenditur gloria, non pęna. *Epiſt.* 24.

14 Idem, *Serm.* 49. *in Cant.* Nemo ſedere quærat, nemo torpeat denique, & honoris ſedes ambienda, non eſt, periculoſa hæc ſeſſio eſt.

15 Idem, *ſerm.* 6. *in Pſal. qui habitat: in verba illa (Aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, &c.* ait. Tertia Chriſti tentatio de Ambitione fuit, quando omnia regna mundi promiſit, ſi cadens adoraret eum, vides ne, quod Ambitionis via, adoratio diaboli eſt, quia videlicet, ad honores, & gloriā mundi perueniendū, ſuis ille adorationibus pollicetur? *Matth.* 4.

16 Idem. Ambitio, ſubtile malum, ſecretum virus. Peſtis occulta, doli opifex, mater hypocryſis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum erugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem. *ibidem.*

17 Idem. *Super miſſus eſt.* Quoties hominibus præeſſe deſidero, toties Deum meum præire contendo, & tunc verè, non ſapio ea, quæ Dei ſunt.

18 Idem. *In Declam.* Caueant, qui primas cathedras amant, ne contingat carere ſecundis, & qui primos nunc accubitus eligunt, incipiant cum rubore locum tenere nouiſſimum. *homil.* 1.

19 D. Bernardin. Senen. 3. *p. ar.* 2. *c.* 1. *in illud Io.* 19. *Inclinato capite, &c.* ait. Videbatur titulum fugere.

20 D. Cyprianus. *Orat. de Ieiun. & tent.* Ambitio, pernicioſa, ſacrilegij forma, nihil intentatum relinquit, in ſinu Sacerdotum dormit, ibi ſub vmbra recubat, in ſecreto calami, ſe fraudulenter occultat,

21 Idem, *lib. de zelo, & liuore*, hinc adulteratur veritas, vnitas ſcinditur ad hæreſes, atque ſciſmata proſilitur, dum obtrectatur Sacerdotibus, dùm Epiſcopis inuidetur, dùm quis, aùt quæritur, non ſe potiùs ordinatum, aùt dedignatur alterum ferre præpoſitum.

22 Idem, *Epiſt. ad Donatum.* Qui amictu clariore conſpicuus, ſibi fulgere videtur in purpura; quibus hoc ſordibus emit, vt fulgeat? quos arrogantium factus priùs pertulit? quas ſuperbas fores matutinus ſalutator obſedit? quos tumentium contumelioſa veſtigia ſtipatus inclientium cuneis ante præceſſit, vt ipſum etiam ſalutatum, comes poſtea pompa præcederet? *lib.* 2.

23 Carthuſianus, *ad illud Io.* 6. *Ieſus ergo cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem*, ait. Vt doceat nos honores, prælationeſq; fugere.

24 D. Greg. *in Paſtoral.* Locus regiminis, deſiderantibus negandus eſt; fugientibus offerendus, virtutibus ergo pollens, coactus ad regimen veniat.

25 Idem. Væ, qui culmen regiminis, non ad officium portandi oneris ſuſcipit, ſed ad appetitum gloriæ, & tranſitorij honoris. *lib.* 7. *epi.* 126.

26 Idem, *in Euang.* Si culmen veri honoris quæritis, ad cęleſte regnum tendite, ſi gloriam dignitatum diligitis, in illa ſuperna Angelorum curia adſcribi feſtinate. *hom.* 15.

27 Idem. *In illud Ioan.* 6. *Ieſus ergo, vt cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, &c.* ait. Exemplum ſe ſequentibus præbens, Rex fieri noluit, ad crucis vero patibulum, ſponte peruenit: oblatam gloriam culminis fugit, pęnam probroſæ mortis appetit; vt membra eius, videlicet diſcerent, fauores mundi fugere, terrores minime timere, quia, & iſta ſæpè, per tumorem cor inquinant, & illa per dolorem purgant. *in Paſt.* 1. *p. c.* 3.

28 D. Hieron. *de vita Beati Hilarionis tom.* 1. *intuens diaboli perſecutionem, contra D. Hilarionem*, ſic ait. Ingens cura diaboli fuit, vt Sanctum virum, per honorem præcipitaret, videns his armis, etiam hominem inculpatiſſimos vinci poſſe. *Epiſt.* 51.

29 D. Ioannes Chryſoſt. *ad Pop. tit.* 5. Quemadmodum ſæui quidam venti, in tranquillum mare delati, totum ab imo ſubruunt, vt & arena, cum vndis miſceatur, ſic, & Ambitio, & turpis quæſtus animam ſubeuntes, omnia ſubuertunt. *homil.* 13.

30 Idem, *homil. de Abſalon.* Vbi ſolatium Patres, & genitores præſidium inuenire debent, inueniunt mortem, cum brutæ pecudes pietatis in parentes iura conſeruent, innocentem perimere nefas eſt, patrem occidere ſcelus, Ambitio docet, id, quod natura non nouit, quod pietas ipſa horreſcit, audet perficere, quod nouo ſupplicio Deus cogatur vindicare.

31 Idem, *hom.* 25. *in Matth.* Quicunq; deſiderauerit primatum in terra, inueniet confuſionem in cœlo, nec inter ſeruos Chriſti computatur, qui egerit de primatu.

32 Idem. *hom.* 56. *in Gen.* Ne ambitionem ſectemur; nihil enim periculoſius, id quod rerum experientia, ſatis didicimus.

33 Idem, *hom. 83. in Ioan.* Graue quoddam eſt Ambitio, graue inquam, & quæ animam perdere valeat.

homil.13. 34 Idem, *in Epiſt. ad Rom.* Si gloriæ amatores, eam fugias, & habebis, nihil enim, æque ſolent admirari homines, atque eum, qui non ſuſtinens celebrari, omnia iſta contemnit.

homil.39. 35 Idem, *ad Pop. Antioch.* Si vis eſſe glorioſus, noli gloriam concupiſcere, ſi vis eſſe ſublimis, ne te ſublimem facias, & alioqui quidem honores, non quærentem, omnes honorant, ambientem verò aſpernantur.

homil.34. 36 Idem, *in Epiſt. ad Hæbr.* Audiant ij, qui regunt, & gerunt magiſtratus, quantum eſt periculum omnium, quos regit; mulierum, virorum, & puerorum reddenda eſt ratio, miror, an fieri poſſit, vt aliquis ex rectoribus fiat ſaluus.

homil.73. 37 Idem, *in Matth. tom.* 2. Explicans illud Matth. 23. *Amant primos accubitos in menſis, &c.* ſic habet. Hæc enim, & ſi minima eſſe videantur, magnorum tamen cauſa ſunt malorum; nam, & ciuitates, & Eccleſias, ſæpè numero euerterunt.

38 D. Fulgentius, *lib. 1. ad Monimum.* Angelus aduerſus Deum elatus. & ipſa elatione proſtratus, volens vſurpare, quod illi à Deo datum non fuit, à Deo diſceſſit, & cecidit, in quo ſi ſtetiſſet, non cecidiſſet, ſed concupiuit plus extra ſe, & minus factus eſt in ſe, quam concupiſcentiam, licet explere nequiuerit, opere tamen retinuit voluntate, ſic ipſe ſibi iam factus eſt, pœna, vt ſupplicium ſemper eſſet voluntas mala.

39 Innocentius 3. *De contemptu mundi cap.* 27. Ambitio eſt, quæ per fas. & nefas nititur adipiſci, nec deſiſtit adhuc, ſed inſtat, & inuadit violenter honorem, impudenter accipit dignitatem.

ibidem. 40 Idem. Ambitioſus humilitatem ſimulat, honeſtatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtendit, ſubſequitur, & obſequitur, cunctos honorat, vniuerſis inclinat, frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit, & amplectitur, applaudit, & adulatur.

41 Ianſenius, *in Conc. Euang. cap.* 104. in illud Matth. 20. *Audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus*, ait. Decem indignati ſunt de petitione illorum, quod ſcilicet peterent præponi alijs, cum cæteri, non minus primatum ambirent, eumq; ſibi quiſque ſperaret. Hi nimitum ſunt affectus eorum, qui viuunt in aulis principium: ſibi quiſque placet: ſibi quiſq; pollicetur primos honores, & alijs prælatis inuidet.

42 D. Leo. *Serm. 4. de Natiu.* Mala proinde omnia in Eccleſiam Dei, Ambitio introducit, tamquam eorum radix.

43 Lucas Burg. *in illud Matth.* 20. *Quicumque voluerit inter vos maior fieri ſit veſter miniſter*, ait. Ambitioſorum eſt, dum ad honores aſpirant, ſeruiliter blandiri.

ſerm. 28. 44 D. Petrus Chriſol. Ambitio, eſt quædam Simia charitatis, charitas enim, patiens eſt pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis, charitas benigna eſt pauperibus, ambitio diuitibus, charitas omnia ſuſtinet pro veritate, ambitio pro vanitate, vtraq; omnia credit, omnia ſperat, ſed longè diſſimili modo.

45 Petrus Alaic. *Apud Lipp. May 5. de Cæleſtino Papa*, ait. Depoſitis pontificalibus inſignijs, de alta Petri ſede deſcedens Cęleſtinus, vt cęleſtem ſedem conſcenderet.

46 Origen. Bonum eſt, non proſilire ad eas, quæ à Deo ſunt dignitates, & Principatus, & miniſteria Eccleſiæ; ſe imitari Moyſen, & dicere cum eo; prouide alium, quem mittas, neque enim ad Principatum Eccleſ. venit, qui ſaluari vult.

47 Tertull. *lib. de Pœnit. cap.* 11. Illos, qui ambitum obeunt capeſſendi magiſtratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ, & corporis, nec incommodis tantum, verum, & contumelijs omnibus eniti in cauſa votorum ſuorum, quas, non ignobilitates veſtrum affectant? quæ, non atria nocturnis, & crudis ſalutationibus ocupant? ad omnem occurſum maioris cuiuſque perſonæ decreſcentes, nullis conuiuijs celebres, nullis commeſſationibus congreges, ſed exules à libertatis, & lætitiæ felicitate.

48 Tullius, *lib. 1. Officiorum.* Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumq; contentio.

Epiſt. 80. 49 Seneca. Quam fragoſa, & in faſtigia dignitatum via eſt, & per difficiles; & arduos tramites pergitur.

50 Diuus Vinc. Ferrer. *Dom. 2. Paſch. ſerm.* 4. ad Regimen, deberet homo venire, ſicut ad Furcam.

MANTISSA
Ad Ambitionem.

QVam ingens malum ſemper fuerit Ambitio, liquidò videri poteſt, tum ab Angelo poſtata, tum etiam, à primis noſtris parentibus, cum ambo propter peſſimum Ambitionis vitium à ſeliciſſimo ſtatu, in quo à Deo creati, & locupletati fuerant, ceciderint. Angelus enim, Ambitione elatus, dum ſuper cœlum aſcendere, & inordinata cupiditate, ſimilis eſſe altiſſimo cogitauerit, illicò ad Inferorum ima deiectus eſt. vnde Chriſtus Ioann. ait, *videbam Sathanam, ſicut fulgur cadentem de cælo*; *cap. 8.* & Parentes noſtri mentitæ deitatis Ambitione decepti, diuinum præceptum traſgredi auſi ſunt, & dum immortalitatem, ac diuinitatem, ſe conſequuturos rati ſunt, & ſibi, & nobis omnibus mortem, omniumque miſeriarum congeriem pepererunt; & meritò, nam Ambitio omnium malorum eſt radix. Sic D. Leo. *Mala proinde omnia in Eccleſiam Dei Ambitio introducit, tamquam eorum radix.* Vndè Diuus Bernard. ſerm. 9. in Pſal. qui habitat: clamat. *ſer. 4. de Natiuit.* *Ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli opifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina langorem.* & D. Baſilius ait. *Ambitio diabolica peſtis eſt, & ſine dubio, qui in huius vitij poteſtate eſt, eodem planè morbo, cum diabolo laborat.* *lib. de Inſtit. Monach. c. 10.* & D. Cyprian. loquens de Ambitione. *Hinc adulteratur veritas, vnitas ſcinditur, ad hæreſes, atque ſciſmata proſilitur, dum obtrectatur ſacerdotibus, dum Epiſcopis inuidetur, dum quis, aut queritur, non ſe potius ordinatum, aùt dedignatur alterum ferri propoſitum.* *li. de zelo, & liuor.*

Hoc innuere voluit Luc. Euang. 10. dicens. *Homo quidam deſcendebat ab Hierico, & incidit in latrones, &c.* Hominem illum fuiſſe Adam, nemo eſt, qui dubitet, niſi enim, per ſuperbiam, & ambitionem deſcendiſſet, inordinatè diuinitatem appetens, in latronum, ideſt dæmonum manus, non incidiſſet: ita ſentit Rupertus Abbas ſupradicta verba exponens, & ſic ait. *Niſi enim deſcenderet, non incidiſſet, quia videlicet niſi mente ſuperbiret, dati præcepti, præuaricationem, non incurriſſet; namque aſcendere, veraciter deſcendere eſt.* Vnde Dauid Pſal. 73. *Superbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper.*

Et Timon Magnus Philoſophus, loquens de vitijs, ſic ait. *Omnium malorum originem, ac fontem, & veluti elementum, vnicam Ambitionem eſſe.*

Tanta eſt hominis dignitas, atque excellentia, vt quam plura ſuarum nomina prerogatiuarum ſortiri meruerit; vnde Mercurius Trimagiſt. *Magnum inquit miraculum eſt homo.* Abdala Aethiops. *Nihil fatetur homine admirabilius.* Plato. *Diuinum genus hominibus ineſſe probat.* Pithagoras. *Homo eſt Deus mortalis.* Plotinus. *Homo eſt quoddam omne*, & D. Greg. Magnus. *Homo eſt omnis creatura*, *tom. 8. ſuper illud Pſ. 18. qui ambulat ſuper pennas ventorum.* & Iob ſecundum eumdem Gregorium de homine loquitur dum ait, *Excelſior cælo, profundior inferno, longior terra, & latior mare*, meritò ergo homo, ſemper ad altiora adſpirat, cum ſuæ conditioni conuenire videantur? ſed magnopere oberrat, in eligendis medijs, quibus ad ſublimia, erigere ſe poſſit: cum nullum aliud ſit medium, atque via adoptata perueniendi, quam virtus, vt monet D. Aug. *Pennæ quibus anima plumeſcit, & attollitur, ſunt opera bona, & virtutes.* Putat tamen homo ambitione, & ſuperbia peruenire, atque optata pertingere poſſe, ſed longè aberrat, & licet tandem, aliquando peruenerit, cum non poſſit propter virtutis, carentiam ibi permanere: quia ſtultus, vt luna mutatur, grauior erit caſus audite quæſo Diuum Bernard. *lib. 3. c. 1. de conſil. ad Eugen.* *Quo progrederis miſer, an vt ab altiori gradu caſus ſit grauior? neque enim, ſic paulatim decides, ſed tamquam fulgur impetu vehementi, quaſi alter Sathanas, ſubito deijcieris.*

Dauid Pſal. 23. introducit Dei filium, poſt ſuam paſſionem cęlum aſcendentem, & cęli Ianitoribus, vt aperirent dicentem, *attollite portas, &c.* & cum interrogaretur quis nam eſſet, *quis eſt iſte Rex Gloriæ?* reſponſum fuiſſe, *Dominus fortis, & potens*, & tamen non legitur, quod aperuiſſent, ita, vt denuo pulſare coacti fuerint, & cum iterum interrogaretur, *quis eſt iſte Rex gloriæ?* reſponſum fuit, *Dominus virtutum*, (O mira virtutis excellentia) vix eius nomine audito, illicò ianua aperta fuit, quid eſt hoc? niſi vt oſtenderetur, per virtutem, nos peruenturos ad gloriam, ad ſublimia, audi Diuum Bernardum dicentem. *Ser. 1. de S. Vict. ex uonẽt illud pſ. 88. Domine in lumine vultus tui ambulabunt: qm̃ gloria virtutis eorum tu es.* *Pulchrè, non eorum, ſed virtutis eorum gloria commendatur, quæ cum ſine virtute eſt gloria, profectò indebita venit, prapoſtere affectatur, virtus gradus ad gloriam, virtus mater gloriæ eſt.*

Virtus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Virtus ergo, eſt via ad altiora perueniendi, ita, vt poſſim dicere illud Iſa. 30. *Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis, neq; ad dexteram, neque ad ſiniſtram*, at Ambitioſi, quam maximè aberrant ab ea, vt rectè dixit Dauid Pſal. 106 *Et errare fecit eos in inuio, & non in via*, quod Diuus Auguſt. intelligit de Ambitioſis, & ſuperbis, qui, non in via virtutis, ſed in aſpera peccatorum ſolitudinem ambulant, & ſic ait Auguſt. *Errare fecit eos in inuio, & non in via, ideſt donauit illos ſibi*, & Genebrardus ait. *Errare fecit eos, vbi non eſt via, ſed in vaſta ſolitudine*, & Paraphraſis caldea addit. *Errare fecit eos extra cœlum*, & Simmacus legit ex Hebræo. *Et errare fecit eos in vanitate mentis*.

Ambitioſi enim, amittunt mentis lumen, vnde D. Aug. *Superbire eſt ſupra ſe ire*. Et, vt cæci neſciunt, quò pergant, & in infernalem foueam cadent, & meritò ambitioſi, & ſuperbi cadere dicuntur, nam ſcriptura, nonnullos homines, cæteris eminentiores, Gigantes vocare ſolet, qui, cum viderint, ſe alijs hominibus præire corpore, ita elati ſunt, etiam animo, vt numquam alios regnare permittant, & ideo ait Rupertus Abb. *Gigantes fuerunt dicti, quod latino idiomate ſonat (cadentes.)* Sed cum ſint alijs eminentiores, cur cadentes dicuntur? reſpondet

lib. 4. c. 14 Rupertus. *Cadentes autem, rectè dicuntur, nam hoc primum ſuperbire, cadere eſt*. Et quanto altius ſe erigunt, tanto profundius demerguntur, vnde de ſuperbo Lucifero dicitur, *quomodo cecidiſti, &c.*

Hinc Dei ſeruus, cum ad dignitatem aliquam vocatur, quo ad fieri poteſt, omni conatu fugam arripere debet, vt multos ſanctos feciſſe legimus, exemplo Saluatoris noſtri, qui, cum in Regem eligeretur, fugit in montem. hinc quæſo in mentem veniat, quod, cum Deus Sanctum Moyſem in Ducem populi eligere vellet, conſiderans Moyſes magnum pondus, cui ſubiacebat, ſi aſſentiretur, Deum obſecrauit dicens, *Obſecro Domine, mitte, quem miſſurus es*; cuius rei Pater Origenes cauſam diſcutiens, quam Ambitioſi magnopere perpendere debent, ait. *Bonum eſt, non proſilire ad eas, quæ à Deo ſunt dignitates, & principatus, & miniſteria Eccleſiæ, ſed imitari Moyſen, & dicere cum eo, prouide alium, quem mittas; neq; enim ad Principatum Eccleſiæ venit, qui ſaluari vult.*

Ex quo liquidò patet, quanti ponderis, ſit dignitas, & quam difficilis, & aſpera ſit via ho-

Epiſt. 8. ad Lucill. norum, & magnitudinum, vt homo ad cæleſtem patriam poſſit peruenire, quod gentilis ille Seneca cognouiſſe videtur, vnde ait, *Quam fragoſa in faſtigia dignitatum via eſt, & per difficiles, & arduos tramites pergitur.*

Et tamen, proh dolor, non ſic famelici ad copioſam menſam, non ſic ſitientes ad limpidum fontem, non ſic auari ad diuitias, vt Ambitioſi ad honores, ad dignitates currunt, pericula, non metuentes, labores quoſcunq; perferentes, opprobria diſſimulantes, & quod deplorandum eſt, animam ipſam paruipendentes, dummodo ad optata peruenire valeant, audi Di-

de cõuerſ. ad cler. cap. 13. uum Bernardum, ſic dicentem. *Propter Ambitionem paratos eos vidi, vniuerſa pericula ſubire, ſuſcitare ſcandala, ſuſtinere odia, diſſimulare opprobria, negligere maledicta*. & D. Ambr. inquit. *Ambitioſus, vt dominetur alijs, priùs ſeruit, curuatur obſequio, vt honore donetur, & dum vult eſſe*

in cap. 13 Luc. *ſublimis, fit demiſſus, ac tenuis*, & D. Chriſoſt. ait. *Graue quoddam eſt Ambitio, graue inquam, & quæ animam perdere valeat.*

homil. 83. in Io. Innoc. de contemptu mundi, ait. *Ambitioſus humilitatem ſimulat, honeſtatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtendit, ſubſequitur, & obſequitur, cunctos honorat, vniuerſis inclinat, frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit, & amplectitur, applaudit, & adulatur.*

lib. 3. de conſid. Nulla quidem crux, tàm ponderoſa inuenitur, quæ ſic mortales opprimat, vt Ambitio, vndè Bernard. clamat. *ò Ambitio ambientium crux, quomodo omnes torques, nihil acrius cruciat, nihil moleſtius inquietat*. Et tamen cæci mortales, hanc crucem, tàm libenter optant, diligunt,

Epiſt. 73. currunt ad eam, & amplectuntur, & veluti canes ad fruſtrum panis captandum, vt deuorare poſſint, ſemper inhiant, audite quæſo Senecam ſic de Ambitioſis loquentem. *Vidiſtis aliquando canem, miſſa fruſtra panis, aùt carnis, aperto ore captantem, quicquid accipit, protinus integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri inhiat, idem inuenit nobis, quicquid expectantibus fortuna proiecit, id ſine vlla voluptate demittimus, & ſtatim ad rapinam alterius ſumus.*

Hoc idem, dixiſſe legimus Aggeum Propheta cap. 1. *Comediſtis, & non eſtis ſaturati, quia*

Epiſt. 8. ad Lucill. *reſpexiſtis ad amplius, ecce factum eſt minus*. Vis ergo quietam, & tranquillam ducere vitam? dignitates, & honores fugito, ita docet Seneca dicens. *Qui vitam tranquillam agere velit, vitet huiuſmodi viſcata beneficia*. imo qui Ambitioni ſtudet, opus eſt, vt laboret morbo inſana-

homil. 43. bili. Audi Diuum Chriſ. *Ambitio morbus eſt, & finem non habet*. Eſt magna quidem Ambitioſorum miſeria, nam, vt poſſint ad dignitates, & honores peruenire, vt dominium adipiſcantur, neceſſe eſt, vt deſeruiant, & multoties, quod horrendum, & deplorandum eſt, ipſi

diabo-

Digitized by Google

diabolo, quod innuere voluit ipſemet Sathan, oſtendens Chriſto omnia regna mundi, di-
cens, *hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me?* Vnde D. Bernard. in Pſal. 90. loquens de
tentationibus, quibus Sathan aggreſſus eſt Chriſtum ait, tertia Chriſti tentatio de Ambitione
fuit, quando Sathan omnia regna mundi promiſit, ſi cadens adoraret eum; *Vides ne, quod* in cap. 4.
Ambitionis via, adoratio diaboli eſt, qua videlicet ad honores, & gloriam mundi perueniendum ſuis Luc.
ille adorationibus pollicetur. Attende etiam ad Diuum Ambr. dicentem. *Habet Ambitio do-*
meſticum periculum, & vt dominetur alijs, priùs ſeruit, & curuatur obſequio, vt honore donetur, &
dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior, omnis quidem poteſtas, & ordinatio poteſtatum à Deo eſt, ſed à
malo poteſtatis Ambitio, nec eſt poteſtas mala, ſed is, qui male vtitur poteſtate, docemur ergo Ambi-
tionem deſpicere, eo quod diabolicæ ſubiacet poteſtati. Et tamen ad dignitates currunt mortales,
& ſæpè ſub charitatis ſpecie decipiuntur, quibus dicere poſſumus illud Lucæ. *Quid prodeſt ho-*
mini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Quibus etiam re-
ſpondet D. Bern. dicens. *Vtinam, quiſquis ſic intrat, ſi fieri poſſet, tàm fideliter miniſtraret, quàm*
fiducialiter, ſe ingeſſit. Sed heù, non quæritur hodie pondus, ſed honor, non crux, & labor, epiſt. 42.
ſed gloria, & dominium; vnde Diuus Bernard. exclamat: *Curritur à clero paſſim, ab om-*
ni ætate, & ordine, à doctis pariter, & indoctis ad Eccleſiaſticas curas, tamquam ſine curis, iam
quiſque victurus ſit, cum ad curas peruenerit.

Et eo peruenit Ambitioſorum impudentia, vt eos, qui ad dignitatem, & honorem perue-
nire non poſſunt, viles, & ingloriòs habeant, quas Diuus Bernard. alloquens, ſuper illa verba,
ecce nos reliquimus omnia, ſic ait. *Age ergo, quoniam duriſſimum iudicium his, qui præſunt fiet, &*
potentes, potenter tormenta patientur, aſcendit ſuperbia tua ſemper, ſequere regem tuum, omne ſu-
blime videant oculi tui: feſtina multiplicare præbendas, in Archidiaconatum vola, deinde aſpira ad
Epiſcopatum, nec ibi quidem requiem habiturus, quoniam, ſic itur ad aſtra, quo progrederis miſer? an
vt ab altiori gradu, ſit caſus grauior, neque enim, ſit paulatim decides, ſed tamquam fulgur impetu
vehementer, quaſi alter Sathanas, ſubitò deijcieris. Hinc eſt vt D. Hieron. dicat. *Lætamur ad*
aſcenſum, timeamus lapſum, non eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quanti terroris, de excelſis cecidiſſe. homil. 23. ad pop.

Aliud certè non ſunt honores, & dignitates, quam ligna, quibus futuris ignis augeri poſ-
ſit, audi Chriſoſt. *Honoris ſiquidem magnitudo, his, qui, non dignè viuunt in honore, cumulus inci-*
pit eſſe pœnarum. Honores, & dignitates, non debent perquiri, ſed qui vocati ſunt ad illas, de- lib. 19. de
bent vocari tamquam Aaron, immò neque eas deſiderare conuenit. Audi Diuum Auguſt. ciu. c. 19.
Status ſuperior, ſine quo Reſpublica, non regitur, & ſi benè adminiſtretur, indecenter tamen appeti-
tur. Hinc Greg. Magnus inquit. *Virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat, virtutibus verò*
vocatus, nec coactus accedat. & Diuus Bernardus, ait. *Audi querelas Domini, quid ſuper hac*
temeritate loquatur, ipſi inquit regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & ego non vocaui in ſerm. in
eos, quid iſtud temeritatis? immo quid inſania? vbi timor Dei? vbi mortis memoria? vbi gehennæ illud Euā-
metus, & terribilis expectatio iudicij? & Eccl. 7. *Noli quærere ducatum, neque à rege cathedram* gel. Ecce
honoris. nos reliqui mus om- ma.

Scribitur de ſuccino, omnia genera palearum ad ſe trahere, præter ozimum, quod propter
occultam antipatiam, à ſe reijcit, cuius rei cauſam, eſſe aſſerunt Philoſophi, quia huiuſmodi
herba, noxijs vaporibus, & fumoſis exalationibus cerebrum replet, hoc ſuccinum Chriſtum
eſſe dicimus, vt ait Apoſtolus. *Petra autem erat Chriſtus*, nos paleæ ſumus omnes, quos ad ſe
trahit, & replet ſuis gratijs, & miſericordijs, ſolum reijcit Ambitioſos, Ambitio enim, caput
replet ſuorum ſequacium ſuperbiæ exalationibus, ac illicitarum cogitationum vaporibus.

Narrat Valerius Maximus de quodam Rege, cui, cum regnum, & diadema oblatum fue- lib. 7. c. 2.
rit, vt caput ornaret, præ manibus illud habens, inquit. *O nobilem magis, quam fœlicem pannum,*
ſi te homines cognoſcerent, ne humi quidem iacentem tollere vellent. Et de Antigono Rege, cui-
dam vetulæ, cum vſque ad aſtra extollenti, oſtendens coronam, ac Regium diadema, ſic di-
xiſſe, ſcribitur. *Si Noſſes ò mater, quantis malis, hic panniculus eſt plenus, ne, in ſterquilinio qui-*
dem, iacentem tolleres.

Cum ego inueſtigarem, quæ nam differentia poſſit eſſe inter Ambitionem, & reliqua pec-
cata, hoc mihi dicendum occurrit. Quod ſi peccata vim haberent ſatiandi, omnia quidem
explerent, præter ambitionem, quia ambitio, cum inferno, qui nec principium, nec finem
habet, participet.

Vnde in Canticis cantic. deſcribitur, quod Sponſus ſuam inuitans Sponſam, ait. *Veni de*
Libano Sponſa, veni coronaberis de capite Aman de vertice ſanir.

Vbi aduertendum eſt, Monti Aman, Sponſum caput tribuere, *de capite Aman*, non au-
tem Monti Libano, quaſi, nec caput, nec finem habeat. Vnde hoc? vt hanc difficultatem
capere

Digitized by Google

epiſt 1. c. 2. capere valeamus animaduertendum eſt, quod ait Ioan. dicens. *Quidquid eſt in mundo, aùt eſt concupiſcentia carnis, aùt concupiſcentia oculorum; aùt ſuperbia vitæ*; Hinc Rupertus ait, Montem Sanir, concupiſcentiã ſignificare, qui mõs, ſuis pabulis copioſè paſcit greges, ita interdũ, & caro ſenſualis appetitus ſatiare poteſt. Aman ſignificare oculorum concupiſcentiam, qui mons innumerabilium ſære arborum varietate, & eorum pulchritudine ſatisfacit, & explet oculos, hinc duobus hiſce montibus, caput tribuitur, at quia mons Libani ambitionem ſignificat, quæ terminium nullum habet, ideò tollatur, & caput, & finis. Audi Rupertum. *Concupiſcentia carnis, & oculorum aliquando finem deſiderij obtinet. Ambitio eſt illa, quæ ſatietate caret, ſuper alta quærit, & requiem, non habet.*

Narrat Lucas Euang. cap. 20. quod poſtquam Chriſtus Saluator noſter, cum Diſcipulis ſuis cænaſſet, dixit eis, non ſine magno cordis dolore. *Vnus veſtrum me traditurus eſt, ſed væ illi, per quem tardar ego, melius erat ei, ſi natus non fuiſſet.* Hoc audientes Diſcipuli, nimia afflictione detenti, dicebant inter ſe, quis noſtrum erit proditor, qui tantum ſcelus committere audebit? audite quæſo dùm hæc ſciſcitabantur. *Facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior.* O magna ineptia, de primatu loquuntur, dùm eorum magiſter de paſſione, & morte loquitur; ſed meam reuoco ſententiam, numquam, tàm ſapienter, ac prudenter locuti ſunt Diſcipuli, quia innuere volebant, cum ſit ambitio caput, & origo omnium malorum, qui noſtrum primatum perquirit, ipſe ambitione captus, erit proditor. Audite Patrem Origenem ſic dicentem. *Quia Iudas, præ cæteris Diſcipulis erat ambitioſior, ideo Magiſtri ſui, ac Domini factus eſt proditor.*

Ad cuius rei confirmationem, legitur in Actis Apoſtolorum, quod volentes Diſcipuli eligere alium, vt in locum Iudæ proditoris abiret, dixit Apoſtolus Petrus. *Viri fratres oportet impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit Dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum*, miror cur Apoſtolus vocet Iudam Ducem, cum potuerit eum vocare, ſceleſtum, infamem, traditorem; ſed hoc dixit Apoſtolus, vt deueniamus ad perfectam Iudæ cognitionem, audi quæſo D. Chriſoſt. *Non dixit ſceleſtus, non proditor ille, ſed dixit, Dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum, ideo magiſtri ſui factus eſt proditor, ſufficit dixiſſe, qui fuit Dux eorum.* Immò tam peſſimum, & abominabile vitium eſt Ambitio, vt ſocium, non admittat, rogatur Chriſtus in Euang. à Matre Filiorum Zebedei, vt ſui filij, vnus ad dexteram, alius ad ſiniſtram Chriſti ſederent, quo audito ab alijs, ait ſacer textus, *indignati ſunt*, nonne inter illos decem, erat Petrus, qui maximo amore proſequebatur Ioannem? quare indignatur, & ipſe contra Ioannem? reſpondet Petrus, Chriſtus me elegit caput Eccleſiæ, deditq; mihi claues Regni Cœlorum; abſurdum eſt in Eccleſia eſſe tria capita; vnum ſufficit, audi Rupertum Abbatem. *Indignatus eſt Petrus, audito verbo mulieris, quaſi timens, ne dignitatibus condiſcipulum haberet.*

Cum acceſſiſſet diabolus ad tentandum primos noſtros parentes, petijt àb Eua, cur non comederet de omni fructu Paradiſi, cui reſpondit mulier, *de fructu lignorum, quæ ſunt in Paradiſo veſcimur, de fructu vero ligni, quod eſt in medio Paradiſi, præcepit nobis, nec comederemus.* Quare hoc ait Diabolus? *ne fortè moriamur*, reſpondet mulier, *nequaquam*, inquit Diabolus, nam hoc præcepit Deus, quia conſortium, non admittit in Principatu: *ſcit enim Deus, quod in quocumq; die comederetis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij.* Pero nunc ego, cum diabolus hæc diceret, cum quo loquebatur? cum Eua, an cum Eua ſimul, & Adamo? reſpondebis mihi, & bene; loquebatur cum Eua ſolum, ſi cum Eua loquebatur, quare ergo dixit, *eritis ſicut dij*, in numero plurali, & non eris ſicut Dea, in numero ſingulari? hoc fecit Diabolus, quia adiudicauit, quod ſi Eua hoc audiuiſſet, viro non dediſſet, præ deſiderio diuinitatis, ipſa ſola comediſſet, & ſic Diabolus deluſus remanſiſſet, cum præceptum non comedendi ipſi Adamo datum fuiſſet, at dicens eritis ſicut Dij, mulieris animum excitauit, vt fructum illius arboris, ipſa prius comedens, deinde viro, ad comedendum tribueret, & ſic Diabolus victoriam reportaret, quæro nunc ego, quare mulier ipſa priùs comedit, & non potius priùs viro tradidit ad comedendum? cum decentius eſſet, ob innumerabiles ſærè cauſas, quod vir mulieri præferatur? noluit Eua hoc facere, quia dicebat intra ſe; quemadmodum vir, me prior eſt in natura, ita ego priùs comedens, eo prior ero in diuinitate, hoc annotauit, D. Chriſoſt. dicens. *Cur non vocauit Adam, vt priùs ederet de fructu Paradiſi? non alia de cauſa, niſi, vt illi praeeſſet in dignitate diuinitatis, qui eam præerat dignitate naturæ.* Cum Diabolus olim ambitione, & ſuperbia elatus dixerit, *in Cœlum aſcendam, &c.* Pero nunc, ſolus ne? an ſimul, & cum ſocijs Angelis, ſcilicet aſcendere cupiebat? nemo eſt, qui dubitet, quin ſocios deſiderauerit, etiam omnes Angelos, ſi potuiſſet; hinc dicitur; tertiam partem ſtellarum

(Ange-

(Angelorum ſcilicet) traxiſſe, hoc poſito, malè ergo dixit Diabolus, *aſcendam*, debebat enim dicere, *aſcendamus*, animaduertendum eſt, quod *aſcendam in Cælum*; denotatur Principatus, & Imperium, vt Deus; dixit, *Cælum mihi ſeaes eſt*, & licet Diabolus ſocios admiſiſſet, neminem tamen ſibi adæquari volebat, ſed ſolus regnare, & Principatum tenere cupiebat, ita ait Bernard. *Qui præeſſe præſumpſit, ſe ſolo voluit eſſe contentus*.

Sed cum Diabolus dixerit, *aſcendam in Cælum*, peto, vbi tunc erat, in Cœlo, an in Inferno? oportet reſpondere fuiſſe in Cœlo, nam tunc, non adhuc præuaricatus fuerat, attamen audiamus Diuum Bern. qui ait, quod ſtatim, ac Deus Angelos creauerit, duo eis prælata fuerunt, aùt Incarnati Verbi Humanitatem, tamquam inferiores veneraturos; aùt ſi facere renuiſſent, ad inferorum imi deſcenſuros, vt ibi Lucifer caput eſſet damnatorum, quo audito, credo diabolum ſuperbia, & Ambitione motum dixiſſe; ſi cęlum tenebo, & Verbi Incarnati Humanitatem venerari coactus fuero, (Quod mihi valdè contrarium eſt:) cœlum mihi, non erit Cęlum, at ſi Infernum eligam, vbi caput ero damnatorum, infernus ille, non erit mihi infernus, ſed cęlum, hinc dixit, *in Cęlum aſcendam*, audite verba Diui Bern. *Tentati ſunt Angeli, anmallent Deo obedire, vel in infernum deſcendere, & elegerunt, potiùs in inferno præeſſe, quam in cęlo regnando humanitatrſubire*.

Sanctus Epiſcopus Zenon. loquens de Ambitione ait. *Ambitio eſt aerea, & ventoſa*. Et dicitur ventoſa, quia nos vento paſcit, ait Galenus, quod ſi in gutture ingreditur cibus, vel potus, ſubito ſtrangulationes, & ſuffocationes oriuntur, aiunt enim Anatomici, nos in gula duos habere meatus, per vnum cibus, per alium aer ingreditur, vt reſpirationem cordi afferat, at ſi meatus per quem aer ingreditur occubetur à cibo, adeſt tunc mortis periculum, quia vbi aer ingreditur, aliud, non admittit; ita, & Ambitio, ſocium non patitur; Ambitio eſt ventoſa, & aerea, ſola vult dominari, præclarè hoc Diuus Zenon. *Ambitio ſolitudinem petit, quia omnia ſibi tolli credit, quandv ſtbiſocietatem admittit*.

Vbi Ambitio regnat, pax vlla certè regnabit, & ſic in curijs Principum, vbi officia rectè diſtribuuntur; Ambitio nunquam dominabitur, dum ſecundum merita vnicuique datur, quod ei conuenit, audi textum legalem: *In Vrbe ceſſat ambitio quando magiſtratus creatio, ſolùm ad Principem ſpectat, & non ad populi fauorem*.

Hinc cęleſtis Beatitudo Ieruſalem, dicitur, *viſio pacis*, quia eius habitatores ſumma fruuntur pace, ex hoc, quod apud Principem Deum, nulla eſt exceptio perſonarum, cum vnicuique datur, quod ei competit; audi Philonem Hebræum dicentem. *Omnem probeul excludit ab illa beatitudine ambitionem Deus*.

D. Greg. videns, quod Mauritius Imperator, quemdam homunculum, in magnam dignitatem extulerat; qua certè indignus erat, ſcripſit Sanctus Doctor Theotiſtæ Sorori Imperatoris his verbis. *Ecce Sereniſſimus Dominus Imperator, fieri Simiam, Leonem iubet, & quidem, promiſſione illius vocari Leo poteſt; fieri autem Leo, non poteſt*. epiſt. 5. ad Theotiſt.

De quodam coco ſene legitur, qui cum Cæſari multo tempore inſeruiſſet; tandem diſcedere à Cæſare ſtatuit, & licentiam ab eo petenti dixit Cæſar, vt aliquod pro ſe poſtularet, cui reſpondit cocus, *nihil aliud volo, niſi, vt Aſinus fiam, quia video omnes domeſticos tuos in Aſinos pertranſiſſe*; innuebat, ni fallor, quod ob Ambitionem ad dignitates abſq; meritis deueniren, vnde Hyerem. 14. *Steterunt onagri in rupis attrahentes ventum, quaſi Dracones*. Dicunt naturales, Dracones ob copiam veneni deficere; vnde ſuper montes volant, vt ſuauem auram illic ſpirantem captent, & ſic aliquantulum reſpirare, & reficere valeant; ſed hoc non eſt mirum, mirandum valdè eſt, quod Aſinus implumis volare poſſit, tales ſunt Ambitioſi, qui dum alis virtutum, & meritorum carent, ad dignitates, ad honores, ad Principatum volare audent. hinc Lucas Brug. in illa verba Matth. 20. *Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter*, ſic habet. *Ambitioſorum eſt, dùm ad honores aſpirant, ſeruiliter blandiri*, & Ianſenius, *in Conc. Euang.* ſuper illud Matth. 20. *Audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus*, ita habet. *Decem indignati ſunt de petitione illorum, quod ſcilicet peterent præponi alijs, cum cæteri non minus primatum ambirent, cumque ſibi quiſque ſperaret, hi nimirum ſunt affectus eorum, qui viuunt in aulis Principum, ſibique quiſque placet, ſibi quiſq; pollicetur primos honores, & alijs Prælatis inuidet*.

Et quamuis veriſſima ſit illa Diui Auguſtini ſententia, *non ferè quiſquam eſt, qui careat amore dominandi, & humanam, non appetat gloriam*, tamen veriſſimum eſt, omnes huius mundi fęlicitates, vanitates eſſe, vt ipſe Salomon ſapientiſſimuc confeſſus eſt, *vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, & ideo inſtabiles ſunt, & non durabiles, nam D. Marcus Euang. narrat, quod olim Apoſtoli quæſierunt inter ſe; *quis eorum videretur eſſe maior*, & diligenter annotat Euan- in pſal. 1. Eccl. c. 1.

gelista, quod huiuſmodi diſputatio fiebat, dum deambulabant, ſiquidem ait Euangeliſta *in via diſputauerant: quis eorum maior eſſet*, quod perquirens D. Hieron. quare in via deambulantes, & non potiùs ſedentes, fiebat huiuſmodi diſputatio, ita reſpondet, *rectè in via tractabant de principatu, ſimilis tractatio loco; principatus enim, vt ingreditur, ſic deſeritur, & dum tenetur, labitur, & incertum eſt, in qua die finatur*. Et Diuus Greg. *Præſentis vitæ gloria, quaſi in alto cernitur, ſed nulla ſtabilitate ſolidatur*. Vnde Dauid dicebat, *mox, vt honorificati fuerint, & exaltati deficientes, quemadmodum fumus deficient*, quem locum exponens Nicolaus de Lira ait, *quanto plus fumus exaltatur, deficit: ſic impij, quanto plus fuerint exaltati in præſenti vita, tanto magis deprimentur in futura*.

cap. 9.
cit. à Coloſſ. hic.
lib. 20. mor. c. 24.
Pſal. 36.

Mirabilis quidem fuit illa Zachariæ viſio, cum ex duobus montibus, magno impetu quatuor quadrigas egredi videret, *leuaui oculos meos*, ait Propheta, *& ecce quadrigæ egredientes de medio duorum montium*, quod admirans Propheta, petijt ab Angelo, quid hoc eſſet. *Quid ſunt hæc domine mi?* & reſpondit Angelus, *iſti ſunt quatuor venti cęli, qui egrediuntur*, acquieuit Propheta his verbis Angeli, ſed ego peto, quid ſibi velint, quod priùs ex medio duorum montium apparuerunt, *quatuor quadrigæ*, & modò Angelus dixit Prophetæ, *iſti ſunt quatuor venti*, quid quadrigæ, cum ventis? quid venti, cum quadrigis? quadrigæ ſunt magni ponderis, venti leuiſſimi; ſed ecce myſterium, ait Lyranus, denotant enim, quatuor mundi Monarchias, & omnes mundi temporales dignitates, quæ quidem inſtabiles ſunt, & inconſtantes, meritò vento aſſimulantur, hæc ſunt verba Lyrani, *iſti ſunt quatuor venti, id eſt quatuor regna, admodum ventorum, per terras diſcurrentia*, & Philo Hebræus ſcripſit. *Nihil eſt in humanis rebus præter vmbram, auramq; leuiſſimam, ſine mora præter volantem*, & Dauid, *vidi impium ſuper exaltatum, & eleuatum, ſicut cedros libani, tranſiui, & ecce non erat*, quod perpendens D. Greg. dicebat. *Præſentis vitæ gloria, quaſi in alto cernitur, ſed nulla ſtabilitate ſolidatur*.

lib. quod Deus ſit immut.
li. 20. mor. cap. 24.
cap. 1.

Scribit Propheta Ezechiel, *cum eſſem iuxta fluuium cobar, & ecce ventus turbinis, veniebat ab aquilone, & in medio eius, ſimilitudo quatuor animalium; cumque aſpicerem animalia, apparuit rota vna ſuper terram iuxta animalia, habens quatuor facies. & aſpectus rotarum*. Hugo Card. examinans hanc viſionem, magnum inuenit Myſterium, & ait quod quatuor illa animalia, quatuor mundi Monarchias ſignificent, videlicet, Nabucdonoſoris, Ciri, Alexandri, & Cæſaris, & rotas ait, ſignificare eorum imperia, hæc ſunt verba Hugonis, *per rotas autem, volubilia regna eorum, per quatuor mundi partes, dilatata ſignificantur*. Sed quid imperia, & Monarchiæ cum rotis? magnum quidem myſterium, vt ſcilicet oſtenderetur, monarchias, & imperia, fœlicitates, ſcilicet, & proſperitates temporales, eſſe inſtabiles, veluti ſunt rotæ; hoc innuit eleganter D. Greg. Nazian. *Natura quippè, nihil eſt in rebus humanis firmum, & æquabile: ac durabile, atq; eodem ſtatu conſtanter manens: verum res noſtræ, velut orbe quodam voluuntur, alias alio tempore, ſæpè etiam, vno, eodemq; die; atque etiam interdum hora mutationes aduehente*. Quod etiam D. Bern. in perſona Chriſti adnotauit, nam priùs populus Hebræus, Chriſtum, Prophetam, & regem acclamauit, & ingrediens Hieroſolymam, clamabant omnes dicentes *benedictus, qui venit Rex, in nomine Domini*, mille titulis, & honoribus eum afficiebant, ſed heù Paulo poſt, contra eum clamauerunt dicentes, *tolle eum, dimitte nobis Barabam, & crucifige eum*, hæc ſunt verba Bernardi, *quis ſperare iam debeat, in incerto gloriæ temporalis, cum videat, in ipſo quoq; qui peccatum, non fecit, creatore temporum, & conditore vniuerſitatis, poſt exaltationem tantam, nihilominus humiliationem ſequi*, & ita concludit, *hic eſt tranſitoriæ finis lętitiæ, hic fructus gloriæ temporalis*, vnde Dauid loquens de his, qui in magna dignitate, & honore ſunt poſiti, Deum alloquens dicebat, *deiecisti eos, dùm alleuarentur*, vt iuxta mentem D. Greg. intelligeremus, quod eleuatio impiorum, eſt eorum pernicies, hæc ſunt verba Greg. *eleuatio ipſa, ruina eſt, quia dùm gloria falſa ſubnixi ſunt, à gloria vera euacuantur*.

orat. 27.
ſerm. 1. in Dom. pal.
lib. 1. reg. epiſt. 5.

DE

DE AMORE M

1 Diuus Ambr. *In Luc. loquens cum Principem Sichem.* Vulnera doloris non timet,
qui vulnera Amoris ſentit.
2 Idem, *ſerm. de fide Petri.* Ambulabat in mare Petrus, magis dilectione, quam
pedibus, non enim videbat, vbi pedum veſtigium poneret, videbat autem vbi
figeret veſtigium charitatis; in Naui enim poſitus Petrus, conſiderat Dominum, & Amo-
re eius ductus, deſcendit in mare, non cogitabat labentes aquas, non fluenta currentia, &
dum Chriſtum reſpicit, non reſpicit elementum.
3 D. Aug. *tract. 2. epiſt. in Ioan.* Talis eſt quiſq; qualis eius dilectio eſt.
4 Idem, *in Manuali cap.* 20. Anima amans, maieſtatis oculos claudit.
5 Idem, *lib. 50. homil.* 37. Eſt amor vtilis, eſt amor noxius, amor amore impeditur, amor
noxius recedat, & amor vtilis ſuccedat, funde quod habes; vt capias quod non habes. *tom. 8.*
6 Idem, *ſuper illud Pſal.* 103. Qui ambulat ſuper pennas ventorum ait. Quiſquis dilexerit
Deum, & proximum, animam habet pennatam, liberis alis ſancto Amore volante ad
Dominum.
7 Idem, *lib. 13. Confeſſ.* Verus Amor, non ſentit amaritudinem, quia ſoror amoris dulce-
do, ſicut ſoror odij, eſt amaritudo.
8 Idem, *de Verbis Domini*: Omnis labor non amantibus, grauis eſt, ſolus amor eſt, qui no- *ſerm. 9.*
men difficultatis erubeſcit.
9 Idem, *in Manuali cap.* 20. Qui vult habere notitiam Dei; amet.
10 Idem, *tract. in Epiſt. Ioan.* Si cognouimus amemus, nam cognitio ſine charitate, non
ſaluos fecit.
11 Idem, *de Mor. Eccleſiæ contra Marcion.* Nil tam durum, atque ferrum, quod non amoris
igne vincatur.
12 Idem, *de Cathech. rud.* Nulla maior eſt ad amorem inuitatio, quam præuenire aman-
tem, & nimis durus eſt animus, qui ſi dilectionem nolebat impendere, nolit rependere.
13 Idem, *lib. de Sancta Viduit.* Nullo modo oneroſi ſunt labores amantium, ſed ipſi dele-
ctant, ſicut venantium, aucupantium, piſcantium; in eo enim, quod amatur, aùt non la-
boratur, aùt labor amatur.
14 Idem, *de Doctr. Chriſt.* Si poſſemus excitare homines, & cum ipſis pariter excitari, vt ta-
les eſſemus amatores vitæ permanentis, quales ſunt homines amatores vitæ fugientis.
15 Idem, *lib. 2. Confeſſ. cap.* 10. Cœlum, & terra, & omnia, quæ in eis ſunt, vndique mihi di-
cunt, vt amem te Domine, nec ceſſant dicere omnibus, ita, vt inexcuſabiles ſint.
16 Idem, *ſuper Epiſt. 1. Ioan.* Dilectio ſola diſcernit filios Dei, & filios diaboli; ſignent ſe om- *tract. 5.*
nes ſigno Crucis, reſpondeant omnes Amen, intrent omnes Eccleſiam, impleant parietes
Baſilicarum, non diſcernuntur filij Dei à filijs diaboli, niſi charitate.
17 Idem, *lib. 13. Confeſſ.* Minus Domine te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter
te non amat.
18 Idem, *lib. 10. Confeſſ. cap.* 17. Serò te amaui, pulchritudo tam antiqua, ſerò te amaui.
19 Idem, *in Epiſt. 1. Ioan.* Duo ſunt amores, mundi, & Dei, ſi mundi amor habitet, non
eſt qua intret amor Dei, recedat amor mundi, & habitet Dei.
20 Idem, *De Verbis Domini.* Omnia ſæua, & immania facilia, & prope nulla facit amor. *ſerm. 9.*
21 D. Anſelmus. Aufer Domine à me, ſi velis ſubſtantiam, manus, pedes, oculos, ſolum *lib. medit.*
relinque cor, quo te diligam, hoc enim ſolo tibi placebo. *cap. 9.*
22 D. Baſil. *in cap. 10. Deuter.* cum Deus magna nobis beneficia præſtat, nihil exigit à no-
bis, niſi vt eum diligamus.
23 D. Bernard. *in fine lib. de Præcept. & diſpenſat.* Non eſt præſentior ſpiritus noſter vbi ani-
mat, quam vbi amat.
24 Idem, *ſuper Cantic.* Vbi autem amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor. *ſerm. 85.*
25 Idem, *ſuper Cant.* Opus meum vix vnius eſt horæ, & ſi plus, præ amore non ſentio. *ſerm. 14.*
26 Idem, *ſuper Cant.* Purus amor, mercenarius non eſt, purus amor, de ſpe, vires non ſu- *ſerm. 83.*
mit, nec tamen diffidentiæ damna ſentit.
27 Idem, *Diligendo Deum.* O iugum Sancti Amoris, quam dulciter capis glorioſè laqueas,
ſuauiter præmis, delectanter oneras, fortiter ſtringis, prudenter erudis, ò fœlix amor, ex
quo oritur ſtrenuitas morum, puritas affectionum, ſubtilitas intellectuum, deſideriorum

ſanctitas, operum claritas, virtutum fecundit s, meritorũ dignitas, præmiorum ſublimitas.

28 Idem. *de Diligendo Deum*. Modus diligendi Deum, eſt ſine modo diligere.

ſerm. 51. 29 Idem. *De modo bene viuendi*. Tunc verè Deum diligis, ſi pro amore illius, bona quæ potes, operaris.

30 D. Bonau. *In 3. ſent. diſt. 32. quæſt. 2.* Amor eſt donũ, in quo omnia alia dona donantur.

cap. 40. 31 D. Greg. 4. *Moral. loquens de Iacob.* Vno mox pede claudicauit, quia, qui vero amore ſublimia reſpicit, iam in hoc mundo duplicibus incedere deſiderijs neſcit, vno enim pede nititur, qui ſolo Dei amore roboratur.

homil. 25. 32 Idem, *ſuper illud Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, &c.* Vis amoris, hoc agere ſolet in animo, vt quem ſemper ipſe cogitat, nullum alium credat ignorare.

cap. 7. 33 Idem, 25. *Moral. In illa verba ignis in altari meo ſemper ardebit, &c.* Altare Dei, eſt cor noſtrum, in quo iubetur ignis ſemper ardere, quia neceſſe eſt ex illo ad Dominum charitatis flammam indeſinenter aſcendere.

34 Gilbertus Abbas, *ſerm. 19. in Cant.* Si infra vires tuas, amor ſe cohibet, & contrahit; iniquus eſt.

35 Hugo Card. *In illa verba Pſal. 18. Non eſt, qui ſe abſcondat calore eius, ſic habet.* Nec eſt, qui ſe poſſit excuſare, quin Deum diligere non poſſit.

36 D. Hieron. *ad Euſtoch.* Id colit vnuſquiſque, quod diligit.

homil. 33. 37 D. Ioan. Chriſoſt. *ſup. 1. ad Corinth.* Amor eſt magnus Doctor.

homil. 1. 38 Idem, *in Epiſt. ad Philipp.* Adeo violenta, (& vt ita dicam.) tyrannica res eſt amor ſpiritualis, vt nulli cedat occaſioni, ſed continenter adhæreat amantis animo, neq; committat, vt vlla afflictio, aut vllus dolor ſuperet animum.

homil. 17. 39 Idem, *in cap. 5. ad ephef.* Amator eſto dilectionis, per ipſam ſaluatus es, per ipſam filius Dei factus es.

Pſal. 118 40 Idem. Quid autem diligendum diligitur, ſi ipſa dilectio non diligitur?

homil. 36. 41 Idem, *in Imperf.* Verè non habet ſuper terram, quod amet, qui bonum cæleſte in veritate guſtauerit.

homil. 63. 42 Idem, *ad Popul.* Magna vis amoris ab omnibus ſeparat, & amato animam alligat, quod ſi non auolat, ſaltem velociter currit ad Deum.

43 Idem, *illud Matth. 22. diligas Dominum Deum tuum, &c.* Homo ſi Deum amat, mundum non amat, ſi autem mundum amauerit, iam Deum ex toto corde non amat.

44 D. Laurent. Iuſtin. *In faſcic. diuini amoris, ait.* Clamant alapæ, ſputa, claui, lancea, irriſiones, & verbera, vt ipſe toto corde, totis viſceribus diligatur, qui pro dilectione noſtra, talia, ac tanta pati dignatus eſt.

Pſal. 22. 45 Idem. *Expendens illud, & calix meus inebrians quam præclarus eſt, ita habet.* Quomodo non inebriet medіantem; cum amor ipſe inebriauerit patientem.

46 Lippomanus, *in cap. 17. Gen.* Solus vult Dominus amari, vt, & ſolus Dominus eſt, ſic totos nos exigit eſſe ſuos.

ſerm. 28. 47 D. Petrus Chryſol. Nihil durum, nihil amarum, nil graue, nihil læthale veretur amor verus, quod ferrum, quæ vulnera, quæ pœnæ, quæ mortes; amorem præualens ſuperare perfectum, amor eſt impenetrabilis lorica, reſpuit iacula, excutit gladium, periculis inſultat, mortem irridet, denique ſi amor eſt, vincit omnia.

ſerm. 147 48 Idem. Amor non recipit de impoſſibilitate ſolatium.

ibidem. 49 Idem. Amor niſi ad deſiderata peruaſerit, necat amantem, ideo vadit, quod ducitur, non quod debeat, amor ignorat iudicium, ratione caret, neſcit modum.

50 Plato. *de Amore*. Amor ſi verus, ſi ſapiens, ſi humilis, beatiſſimus, ac ſupremus eſt.

51 Idem. *Dialog. Amore*. Cum amor ſit viuaciſſimus ſpiritus, intra præcordia genitus, in principio motus parum diligis, ſi multum quieſcis.

52 Riccardus, *de S. Vict. de gradibus charitatis, cap. 3.* Amor oculus eſt, & amare videre eſt, quia vbi intellectus calligat, amor penetrat.

ſerm. 4. 53 Idem. *de Contempl. cap. 15.* Amor ſingularis conſortem non recipit, ſocium non admittit.

54 Seneca. Monſtrabo tibi amatorium, ſine medicamento, ſine herba, ſine vllius veneficæ carmine, (ſi vis amari, ama) iucundius eſt amicum facere, quam habere, quomodo artifici iucundius pingere, quam pinxiſſe.

55 D. Antonius de Padua, *ſerm. Dom. 2. poſt Paſch. in illa verba, Ioannis 13. cum dilexit ſuos, &c.* ſic habet. In finem dilexit eos, id eſt tamdiù eos dilexit, quouſq; ad mortem filium ſuum perduxit.

56 D. Aug.

Digitized by Google

56 D. Auguſt. *in lib. Soliloq.* O ignis, qui ſemper ardes, & numquam extingueris, ò amor, qui ſemper ferues, & numquam tepeſcis, accende me, accendar totus à te, vt totus diligam te, quoniam tu prior dilexiſti me.
57 Idem, *tract. 2. Epiſt. in Ioan.* Exclude amorem mundi, vt impleaeris amore Dei.
58 Idem, *lib. Soliloq. cap. 13.* Dilexiſti me Domine pluſquam te, quia mori voluiſti pro me.
59 Idem, *tract. 49. in Ioan.* Si enim peccatores, Deus, non amaret, de cęlo ad terras, non deſcenderet, Deus factus eſt particeps noſtræ mortalitatis, vt homo fieret particeps ſuæ diuinitatis.
60 Idem. Natiuitas, vita, mors, & Paſſio Chriſti, euidentia ſunt teſtimonia, diuinæ erga nos, dilectionis. *in pſ. 118.*
61 Idem, *lib. 3. Confeſſ. cap. 11.* O tu bone, Omnipotens, qui ſic curas vnumquemque noſtrum, quaſi ſolùm cures, & ſic omnes, quaſi ſingulos curares, & diligeres.
62 Idem, *lib. Medit. cap. 5.* O Immenſa pietas, ò inextimabilis charitas, vt liberares ſeruum, filium tradidiſti; Deus factus eſt homo, vt perditus homo de poteſtate dæmonum erueretur.
63 D. Bern. *ſerm. 83. in Cant.* Diuinus amor, vbi venerit, cæteros in ſe omnes traducit, & captiuat affectus.
64 Idem, *de Diligendo Deo.* Deus inueniri poteſt, præueniri, non poteſt.
65 Idem, *ibidem.* In primo opere, me mihi reddit, in ſecundo ſe, & vbi ſe dedit, me mihi reddit, datus ergo, & redditus, me pro me debeo, quid retribuam Domino pro ſe?
66 Idem, *de Circumciſione.* Totus mihi datus, & totus in meos vſus expenſus. *ſerm. 3.*
67 Idem, *ſuper Cantic. In illa verba faſciculus mirrhæ, &c.* Propterea non faſcem, ſed faſciculum dilectum dicit, quod leue, præ amore ipſius ducat, quidquid laboris immineat, & doloris. *ſerm. 42.*
68 Idem, *in Cant.* Amor Dei, amorem animæ parit. *ſerm. 72.*
69 Idem. Amat Deus, nec aliunde hoc habet, ſed ipſe eſt, vnde amat. *ſerm. 39.*
70 Idem, *De diligendo Deo cap. 7.* O amor ſanctus, & caſtus, ò dulcis, & ſuauis affectio, ò pura, & defæcata intentio voluntatis, eo certè defæcatior, & purior, quo in ea, de proprio nihil iam admiſtum relinquitur, eo ſuauior, & dulcior, quo totum diuinum eſt, quod ſentitur, ſic affici deificari eſt.
71 Idem, *ſerm. de Paſſ.* Quid amore violentius? triumphat de Deo Amor. *ſerm. 42.*
72 Idem, *in Cant. in verba ad Galat. 2. Chriſtus dilexit me, &c.* Tradidit ſeipſum pro me, quia eadem charitate, qua mortuus eſt pro omnibus, mortuus eſt pro ſingulis.
73 Idem. *In illa verba ad Epheſ. 2. Propter nimiam charitatem ſuam, &c.* Charitatem verè nimiam, quæ omnem menſuram excedit, modum tranſcendit, ac ſupereminet vniuerſis. *in ſerm. 4.*
74 Idem, *Hebdomada panoſa in illa verba Ioan. 25. Maiorem charitatem, &c.* Tu verò clementiſſimè Ieſu, maiorem oſtendiſti, ponens eam, etiam pro inimicis: cum enim adhùc inimici eſſemus, per mortem tuam, & tibi reconciliati ſumus, & Patri, quæ nam alia videtur eſſe, vel fuiſſe, vel fore huic ſimilis charitati? *ſerm. 3.*
75 Idem. *In Cana Domini, expendens, quod dixit Chriſtus Iudæ. Quod facis, fac citius Ioan. 13.* O amor interminabilis, ò charitas inextinguibilis, ò dilectio inſcrutabilis; illud cupio, illud deſidero, illud quæro, ad hoc veni in hunc mundum, vis me vendere Iudæis? volo vendi, vis tradere? volo tradi, vis vt crucifigar? volo crucifii, vis vt occidar? volo occidi: hoc amo, hoc affecto.
76 Idem. *De diuinis nom. cap. 4.* Facit extaſim diuinus amor, non dimittens ſui ipſorum eſſe amantes, ſed amatorum.
77 Idem. *De caleſti Hyerar. cap. 1.* Ignis diuinus Deificos facit.
78 Idem, *loquens de Dei amore.* Audebimus, & hoc pro veritate dicere, quod ipſe quoq; Deus, pro magnitudine amoris, extra ſe ſit, prouidens Creaturis, & amori ex ſupremo ſuo ad hoc ſe dimittit, vt inter omnia ſit. *Epiſt. 8.*
79 Idem, *lib. de Paſ. Dom. cap. 4.* Video oculis mentis te Domine Ieſu, tàm diris nexibus ad ſtrictum, tamquam latronem trahi ad iudicium Principis Sacerdotum, & Iudicem Pilatum; video, & perhorreſco, & admiror, & admirando deficerem, niſi quod liquidò cognoſco, te priùs in corde, charitatis nexibus fuiſſe conſtrictum, qui ad deteriora vincula ſufferenda, te libenter attrahere potuerunt.
80 Idem, *In illa verba Ioan. 19. Vt viderunt eum iam mortuum vnus militum lancea latus eius aperuit,* ſic habet. Mortuum eſt cor Domini Ieſu, quia vulneratum, poſſedit vulnus amoris, poſſe-

Digitized by Google

ris, poſſedit mors amoris Domini cor Sponſi Ieſu, quomodo mors altera introibit?

81 Idem, *tom. 2. ſerm. 54. ar. 1. cap. 1. expendens illa verba Pſal. 68. Zelus domus tua comedit me*, ita inquit. Immenſus animarum zelus, & zelans amor, me comeſtibilem fecit.

ſerm. 55. 82 Idem, *de Paſſ. Dom. ar. 1. cap. 2.* Immenſus, ac feruentiſſimus amor, in hoc manifeſtatur, ſæpè enim feruens ebullitio emittit ad extra, proindè quantum anima Chriſti charitatis igne in intimis bulliendo ferueret, ſcaturito ſanguinis clarius manifeſtat.

ibidem. 83 Idem, *cap. 2. in illa verba Ioannis 29. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua*, ita habet. Quaſi non ſufficeret amoroſo Ieſu, ad inebriati amoris ſui oſtenſionem, quod ſemel ſanguinem ſuum ſacrum pro nobis realiter effudit in illo ligno, niſi in nobis quotidie effundat ſub Sacramento.

DE DEI AMORE ERGA NOS.

84 Beda. *Super Cant.* Amor Dei, ſuper omnia ſic transfigit, & penetrat cor hominis, vt vox amantis audiatur, fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.

85 Idem, *homil. de quarela Chriſti, in illa verba Matth. 26. Deus Deus meus, &c.* Chriſtus ex vi tòrmentorum, ſuam mortem accelerati videns, & volens diutiùs pro nobis ferre tormenta, hanc amore refertam quærimoniam propoſuit Patri. Pater cur tam citò, me mori diſpoſuiſti? cur non moras protrahis, vt magis, magiſque pro hominum amore adhùc cruciarer.

86 Idem, *cit. in cap. 17. Matth.* Conquætitur Chriſtus, non propter tormenta, quæ patitur, ſed quia Pater, non ei concedit longiorem vitam, vt plura pati poſſet.

ſerm. 1. 87 D. Bonau. *ſer 2. Penthec. in verba Hierem. 31. in charitate perpetua dilexi te*, ſic habet. Bene dicit, *perpetua*, dilexit enim te antequam tu, vel aliquis, vel homo, vel Angelus, vel Cœlum, vel Terra eſſet, & certè antequam eſſes, tibi regnum preparauerat, filium mori fecerat.

88 Idem. *In opuſc. de perfect. vita cap. 4.* Dic quæſo dilecte mi Domine, cum vnica ſanguinis tui gutta potuiſſet ſufficere ad totius mundi redemptionem, cur tantum ſanguinem de corpore tuo effundi permiſiſti? ſcio Domine, & verè ſcio, quia non propter aliud feciſti, niſi vt oſtenderes, quanto affectu diligeres me.

89 Idem, *in ſtimul. diu. amoris, in illa verba Ioan. 19. Vnius militum, &c.* Pro nimio tui amoris feruore, voluit lancea ſuum latus aperire, vt demonſtraret, quod tibi tradidit cor ſuum.

90 Idem, *lib. Medit. cap. 89.* Quid vulneras longine? vulneras cor, tamdiù deſiderio patiendi vulneratum?

91 Idem, *in lib. pomum crucis expendens, verba Matth. 25. non reſpondit ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer*, ſi habet. Ieſus autem nihil reſpondere voluit, ne crimen diluens, dimitteretur à Præſide, & crucis vtilitas differretur, ò quanta circa humanam ſalutem dilectione feruebat, cum non reſpondere voluit, ne dimitteretur. ò Domine Ieſu, quam nimium diligendus es, & ineffabiliter totis deſiderijs appetendus, quia in tantum dilexiſti nos, vt deſideranter cuperes, pro nobis crucem ſubire, & mortem.

2. ſtrom. 92 D. Clemens Alex. Diuinus amor, non aliunde quærit, vt diligat, ſed in ſe inuenit, & habet vnde diligat.

93 D. Hieron. *In fine Comment. cap. 1. Soph.* Niſi Deus amaret animam humanam, numquam zelaretur eam, & in ſimilitudinem mariti, peccatum vlciſceretur vxoris.

homil. 27. 94 D. Ioann. Chryſoſt. *In Gen. in illa verba Ioan. 3. ſic Deus dilexit muddum, &c.* Dic nobis Beate Ioannes, quomodo ſic? dic menſuram, dic magnitudinem, doce nos excellentiam, ſic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, neque mens ſufficit, neque ſermo valet enumerare, nam quantumuis dixero, multo plus prætereo.

95 D. Ioannes Damaſc. *Orat. de Natiu. Domini.* Tantus Domine tuus in me fuit amor, vt non per Angelos, aùt per vllam aliam creaturam, ſalutis meæ negotium obieris, verum, vt primam fictionem, ſic etiam primam inſtaurationem, ipſemet efficiendam duxeris.

homil. 53. 96 Idem. *In illa verba Matth. 25. Homo peregrè proficiſcens*, de Chriſto ſic habet. Ad regna cęleſtia aſcenſurus, & ad Patrem ſuum iturus, vnde deſcenderat, peregrè ſe iturum dicit, propter charitatem ſanctorum, quos reliquit in terra.

97 Ianſenius, *Concor. cap. 137. expendens verba Luc. 21. Auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis, &c.* Non enim amor patiebatur, eum longè diuelli.

ſerm. 2. 98 Iacob. de Vorag. *de Paſſ. loquens de Chriſto ait.* Veſtes in Cruce, ferre non potuit, ſed

nudus

nudus aſcendit, ac ſi ipſo facto diceret, tanto igne charitatis ardeo, quod veſtes aliquas, ferre non valeo.

99 Innoc. Tertius Pontifex, *de laudib. charitatis*. Hæc eſt charitas, quæ tantum in Deum præualuit, quod cum de ſede Maieſtatis, ad infirmitatis noſtræ humilitatem adduxit, vulnerauit impaſſibilem, ligauit inſuperabilem, traxit incommutabilem æternum fecit mortalem.

100 B. Laurent. Iuſtin. O amoris vehementia, ò inextinguibile charitatis incendium, quantum in Chriſto præualuit, quantaue pro hominis redemptione ſuſtinuit. *ſer. de paſſ.*

101 Origen. Maior cura pro nobis, geritur ad ſalutem, quam aduerſarius procuret ad mortem, quia Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, non ſolùm prouocat, ſed etiam protrahit. *ſup lib. nū.*

102 Petrus Rabanus, *in quodam Serm.* Si vis perfectè purgari à vitijs, in quantum preuales, accende in te ignem diuinis amoris, ſi dulcedinem diuini amoris perfectè guſtaueris, de temporali dulcedine non curabis.

103 Idem, *ibidem*. Amor diuinus, ignis, lux, mel, vinum, ſol, ignis in meditatione purificans mentem à ſordibus; lux in oratione mentem irradians, claritate virtutum, mel in gratiarum actione, mentem dulcorans dulcedine diuinorum beneficiorum; vinum eſt in contemplatione, mentem inebrians ſuaui, & iucunda delectatione, ſol eſt in æterna beatitudine, mentem clarificans ſereniſſimo lumine, & ſuauiſſimo calore mentem exhilarans ineffabili gaudio, & perenni iubilatione.

104 Paulus de Palacio. Diuelli non poteſt amans ab eo, quem amat, quomodo diuelli poſſet ab hominum conſortio Chriſtus? *c. 3. Matt.*

105 Rupertus Abbas. Animarum amator Deus, vt quantumcumq; anima fornicata fuerit, ſtatim, vt vero Deo per fidem coniungitur, virgo fit. *in Oſe. 1.*

106 Riccardus. *De Sancto Vict. lib. 4. de Contempl. cap. 15.* Amor ſingularis conſortem non recipit, ſocium non admittit, diuinus amor, ſingularis eſt, non recipit conſortem amorem mundi, non admittit ſocium, amorem carnis reſpuit, reijcit.

107 Tertull. *Loquens de Deo formante hominem*. Recogita totum Deum illic occupatum, ac dedicatum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientia, prouidentia, & ipſa in primis affectione. *lib. de reſurr. carn.*

108 Theodoretus. Diuinus Amor, ſatietatis legum neſcius eſt. *orat. 3. de charit.*

109 Beatus Thom. à Villanoua. Amor fecit, amor impulit, amor traxit, amor vicit, amor Dei filium à Patris gremio in virginis vterum auolare fecit, denique ſaluum me fecit, non alia cauſa, non alia ratione, non alio merito meo, vel ſeruitio, ſed quoniam voluit me, quia dilexit me, ſic enim Deus dilexit mundum, vt filium vnigenitum daret, & in acerbiſſimam mortem traderet. *ſer. de Dō. 2. Adu.*

110 B. Thom. à Villanoua. Dilexiſti Domine ſupra modum, dilexiſti ſine modo, & qui omnia in numero, pondere, & menſura feciſti, in diligendo me, modum, pondus, atque menſuram exceſſiſti. *ſupra cit.*

111 Idem. O ineffabilem charitatis ardorem, Deus Immenſus, Omnipotens, Infinitus, æternus, ille, qui ſapientia ſumme beatus, & fęlix eſt, in ſinu Patris inenarrabilibus gaudijs, & delitijs fruens, ſuæ creaturæ amore ſuccenſus, ad ima pauper, inops, deſcendens, in ſtabulo inter animalia naſci, in patibulo inter ſceleratos mori dignatus eſt, ne Paradiſi delitijs homo, quem creauerat, priuaretur. *de Dom. I Adu.*

MANTISSA

ad Amorem.

EX quampluribus Amoris definitionibus, ſeu potiùs deſcriptionibus, eius varios, ac diuerſos affectus colligi, omnes fatentur.

D. Greg. in Luc. inquit. *Amorem eſſe quemdam ignis ſpeciem, quo cor comburitur.* Illud Chriſti perpendens. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt ardeat.* *cap. 12.* Hinc Spiritus Sanctus, cum Deus amoris ſit, in forma ignis deſcendit, vt ignem eſſe Amorem

de ſubſtã-tia electio nis cap. 2. & 21. cap. 6. de diuinis nom. c. 8.

rem doceremur D. Aug. ait. *Amorem eſſe quamdam delectationem, & cordis motum*, & in eodem lib affirmat. *Amorem eſſe cordis vitam, & quemadmodum hominem, ſine vita viuere impoſſibile eſt, ita, & nec cor noſtrum, ſine amore eſſe poteſt*, & lib. de Trin. dicit *Amorem eſſe quemdam laqueum, qui amantem, & rem amatam, annectit*, & D. Dionyſius Areopag. *Amorem virtutem reciprocam, & vnitiuam eſſe arbitratur*, & D. Thom. *Vitæ, & omnium operum eius, principium, medium, & finem eſſe amorem*. Vnde Sponſa Cant. ait, *ordinauit in me charitatem.*

l. 2. c. 4. ſer. 247. de diuinis nom. c. 4. ad Eug. de conſid. c. 1 in manua li c. 20.

Hinc eſt, vt infinitos propemodum effectus, ſanctiſſimis viris placuerit amori adſcribere. Vnde D. Chryſol. ait. *Amor ignorat iudicium, ratione caret, neſcit modum.* D. Dionyſ. *Amor ſui iuris, amatores eſſe non ſinit.* D. Bern. *Amor dignitatis neſcius.* Idem Cant. 79. *O Amor præceps, & vehemens, fragrans impetuoſè, qui præter te, aliud cogitare, non ſinis, faſtidis cætera, contemnis omnia, confundis ordinem, diſſimulas vſum, modum ignoras.* D. Aug. *Anima amans, maieſtati oculos claudit*, & lib. 13. Confeſſ. *Verus Amor, non ſentit amaritudinem, quia ſoror amoris dulcedo, ſicut ſoror odij, eſt amaritudo*, & ſerm. 9. de verbis Domini. *Omnis labor, non amantibus grauis eſt, ſolus amor eſt, qui nomen difficultatis erubeſcit*, & in Manual. cap. 20. *Qui vult habere notitiam Dei, amet*, & de Mor. Eccl. contra Marcionem, ait. *Nihil tam durum, atque ferreum, quod non amoris igne vincatur.* Idem lib. de Sancta Viduitate. *Nullo modo oneroſi ſunt labores amantium, ſed ipſi delectant, ſicut venantium, aucupantium, piſcantium, in eo enim, quod amatur, aùt non laboratur, aùt labor amatur.*

ſer. 85. ſuper Cant.

Diuus Bern. *Vbi autem Amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor.* Item in fine lib. de præcep. & diſpenſ. *Non eſt præſentior Spiritus, vbi animat, quam vbi amat.* Rurſus ſer. 14. ſuper Cant. *Opus meum vix vnius eſt horæ, & ſi plus, præ amore non ſentio.* Item ſerm. 83. ſuper Cant. *Purus amor, mercenarius non eſt, purus amor, de ſpe vires non ſumit, nec tamen diffidentiæ damna ſentit.* Idem de diligendo Deo exclamat. *O Iugum ſancti Amoris, quàm dulciter capis, glorioſè laqueas, ſuauiter premis, delectanter oneras, fortiter ſtringis, prudenter erudis, ò fœlix Amor, ex quo oritur ſtrenuitas morum, puritas affectionum, ſubtilitas intellectuum, deſideriorum ſanctitas, operum claritas, virtutum fœcunditas, meritorum dignitas, præmiorum ſublimitas.*

in 3. ſent. d. 32. q. 2. hom. 25.

D. Bonau. *Amor eſt donum, in quo omnia alia donantur.*

D. Greg. in illa verba. *Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, &c.* ait. *Vis amoris, hoc agere ſolet in animo, vt quem ſemper ipſe cogitat, nullum alium credat ignorare.*

orat. 2. de Apolog.

D. Greg. Nazian. ait. *Amor ad accuſandum acerrimus, copioſiſſimuſq; eſt, cum ob mærorem ſuſceptum in zelotypiam exarſerit.* D. Hieron. ad Euſtoch. *Amor non recipit de impoſſibilitate ſolatium.* Petrus Rabban. in quodam ſerm. *Nihil durum, nihil amarum, nil graue, nil lethale, computat amor verus, quod ferrum, quæ vulnera, quæ mortes amorem præualent ſeparare perfectum? Amor eſt impenetrabilis lorica, reſpuit iacula, gladium excutit, periculis inſultat, mortem irridet, ſi amor eſt, vincit omnia.*

homil. 33 ſuper Ep. 1. ad Cor. homil. 63 ad pop. li. de gradib. char. c. 3. ſer. 4. de contempl. cap. 15.

D. Chryſoſt. ſic habet. *Amor eſt magnus Doctor.* Idem hom. 1. epiſt. ad Philipp. *Adeo violenta (vt ita dicam,) & tyrannica res eſt amor ſpiritualis, vt nulli cedat occaſioni, ſed continenter adhæreat amantis animo, neque committat, vt vlla afflictio, vt vllus dolor ſeparet animum.*

Idem. *Magna vis amoris ab omnibus ſeparat, & amato animam alligat, quod ſi, non auolat, ſaltem velociter currit ad Deum.*

Riccardus de S. Vict. *Amor oculus eſt, & amare videre eſt, quia vbi intellectus calligat, amor penetrat.*

Idem. *Amor ſingularis, conſortem non recipit, ſocium, non admittit.*

Neque defuere ex æthnicis, qui de Amore, non præclarè, & ſenſerint, & ſcripſerint. Plato Dialog. de Amore, ait. *Cum Amor ſit viuaciſſimus ſpiritus, intra præcordia genitus, in principio motus, parum diligis, ſi multum quieſcis.* Symbolum eius, iam olim fuit adoleſcens, marſupium gerens, ex quo multos theſauros erogabat, vt inquerent, amorem, non in verbis tantum, ſed in operibus patefieri, vnde Chriſtus dixit. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, &c.* Antiquitus, Deus quoſdam viros eligebat, qui paruula lingua, at magnis manibus erant præditi, qualis fuit Moyſes, qui huiuſmodi habebat manus, vt intinuatas lepra inficeret, quæ diuinitatem ſapere videbantur, nunc muſcas oriri faciebat, nunc aquas in ſanguinem immutabat, ſed ei lingua balba erat. Fuit Moyſes miſſus à Deo ad Faraonem, ſed pro eo, Aaron loqui neceſſe fuit, ex quo enim locutus fuit cum Deo, factus eſt impeditioris linguæ, vt oſtenderetur, amantes paucis vti verbis, magnis operibus clarere. Hieremias magnas habebat manus, conſtitui te, vt euellas, ædifices, & plantes, & diſſipes, ſed audi, quam linguam habebat; ah, ah, neſcio loqui. Iſaias vir nobilis, aulis aſſuetus, qui, vt aulicus eloquebatur, vt eſſet Domini concionator, opus fuit, vt eius labia comburerentur, quare Dominus hoc imperat?

quia

quia Domini aulici, lingua care debent, & operibus abundare, quare ergo Spiritus Sanctus in forma linguarum miſſus fuit, *& apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, &c.* & Ezechiel. 6. ait, quod mittens Spiritum Sanctum, cor nouum tribuet, *dabo vobis cor nouum*, adeo in linguarum forma, & in forma ignis amoris miſit, quia prædicatores efficit eos. Sed proh dolor, hodie amor, totus in linguam conuerſus eſt, vnde Propheta. *Populus hic labijs me honorat, &c.* Omnes verbis Crucem amplecti, & mortem pro Chriſto, ſubire volunt, ſed cum ad factum deuenitur, omnes aufugiunt, quare hoc? quia eſt amor aulicus, verborum prodigus, actionum auarus.

Aeſtiuò tempore dum areſcit terra, & aquam deſiderat, incipit aer nubibus circumcingi, ad quorum aſpectum lætantur omnes, aquam expectantes, quæ manibus tangi videtur, & ſtatim, quidam vehemens ventus inſurgens, nubeſq; diſſoluens, talem ſerenitatem affert, vt omnes dicant, tempus nos fefellit, ita & homines, lingua multa ſe facturos promittunt, ſed operibus contradicunt, audi Salamonem Prou. *Nubes, & ventus, pluuiæ non ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non complens.* Sunt nubes decipientes; accedit quis ad orandum, optimis deſiderijs repletus, cuius oculi lacrymarum imbres emittere videntur, ſed vix aliqua ex aduerſu inſurgunt, ſtatim cuncta promiſſa euaneſcunt, quia nubes, & ventus, & pluuiæ, non ſequentes.

Amoris eſt in maximam egeſtatem amantes conijcere, vnde Plutarchus dixit. *Amorem fuiſſe mendicandi inuentorem.* Adæ Principatum omnium maximum fuiſſe, non eſt, qui neget, vniuerſo enim orbi dominatus eſt, ſed quandiù omnium eſt rerum potitus? vix ad meridiem ſuum imperium protendit, ſed cauſam tanti mali, amorem fuiſſe fatetur, D. Auguſt. ob amorem ſcilicet Euæ, quo Adam eam proſequabatur, vetitum pomum comedit, & reus, & mendicus factus eſt.

Cum reciperetur Chriſtus in Caſtello Magdalo, ait ſacer textus. *Mulier quadam Marta nomine excepit illum in domum ſuam.* Cur non recepit Chriſtum Magdalena? quia de ea dicitur, dilexit multum, & ideo propter amorem, maxima pauperie detinebatur, ita vt, nec domum haberet, in qua recipere Chriſtum potuiſſet. Amor, non ſolùm ſpoliat bònis externis, ſed etiam internis, nos enim ſpoliat intellectu ſcilicet, audi Paulum dicentem. *Nos ſtulti propter Chriſtum*, ſed ſtultitia hæc, eſt magna ſapientia; vnde D. Chryſolog. ait. *Amor ignorat iudicium, ratione caret, neſcit modum*, & Diuus Dionyſius Areopag. aſſerit. *Amor ſui iuris amatores eſſe non ſinit.* Immò amor aufert à nobis cor, vnde Sponſa, (vulneraſti cor meum.) Quo alij legunt (abſtuliſti cor noſtrum.) Immo amor, hoc idem agit cum ipſomet Deo, nam ſi Deus, vt Deus pauperiem pati, & his, quæ nobis tribuit expoliari poſſet, omnium pauperrimus eſſet, cum cuncta nobis donauerit, quin imo, eò amor peruenit, vt cor Dei abſtulerit, (vulneraſti cor meum,) alia translatio (abſtuliſti cor meum,) & quia abſque corde, eſſe non poterat, amor eum compulit, vt humanam carnem aſſumeret; vide ergo, quam pauper dici poſſit Deus, id quod Paulus Apoſtolus admirans, ad Corinth. 11, ait. (Scitis gratiam Domini mei Ieſu Chriſti?) quæ nam Sanctiſſime Apoſtoli, eſt hæc gratia? numquid creationis? numquid conſeruationis? numquid redemptionis? hoc non dico, *ſed cum eſſet diues, factus eſt pro nobis pauper*, ita, vt paupertatis typus fuerit.

ſer. 147.
de diuinis nom. c. 4.

Paupertatis Typus apud Egyptios, erat puerulus, qui inter matris brachia lac ſugebat, quomodo apparet Deus? audi Prophetam. *Aſcendit ſicut virgultum coram eo*, quod Theodoretus legit. *Sicut paruulus, qui lacte alatur.* Et ita pauper, vt cum non haberet locum, in diuerſorio, eius mater eum in præſepio reclinare coacta fuerit, vnde Dauid inquit. *Ecce audiuimus eum in Ephrata inuenimus eum in campis ſiluæ*, nam Ephrata, ſignificat Bethlem, quem locum, D. Hieron. teſtatur, oculis proprijs vidiſſe, & vocat eum. *Paruum terræ foramen.* Vnde Propheta, ait. *Vulpes foueas habent, &c.*

cap. 51.

Depingitur cupido Deus amoris, in ignito curru, arcum in vna, in altera manu facem geſtans, & cum ſit hic Deus falſus, hanc dementiam mundi dementibus relinquamus, ſed audite Danielem cap. 7. qui verum Deum amoris, ſe vidiſſe refert; vultus ignitum currum, *Thronus eius flamma ignis, & rotæ eius ignis accenſus, fluuius egrediebatur à facie eius*, currus hic ignitus, Deus amoris eſt, quo amans in rem amatam transfertur, *anima enim, magis eſt, vbi amat, quam vbi animat*, hoc curru Hælias in Paradiſum fuit translatus, quemadmodum ignis, ita lignum in ſe transformat, vt non amplius lignum, ſed ignis dicatur, ſimili modo amor in ſe transformat amantem, vt non amplius amans, ſed res amata dicatur, quod accidit. Diuo Paulo, qui dicebat, *viuo ego, iam non ego*, amor hic, eſt flamma ſemper ardens, lumen amantibus præbens, vnde dicebat Ioannes, *qui non amat in tenebris eſt*, accendit, & ardet, *nonne cor noſtrum ardens erat, &c.*

Digitized by Google

1.p.q.27. Gaetanus loquens de Spiritus Sancti proceſſione, dicit eſſe amorem, & ſic ait. *Amoris non eſt trahi, ſed trahere amantem ad ſe.* Ideſt vox illa amari paſſiua, non habet vim paſſiuam, ſed actiuam, amatus non patitur, ſed trahit amantem, hæc eſt vis amoris, quod dum ego amo Deum, Deus eſt amatus, & ad ſe trahit amantem, ergo amari non eſt trahi, ſed trahere, & ita Deus trahit ad ſe omnes amantes, ex quo oriuntur extaſes, vnde corpus trahitur, & eleuatur, vt accidit pluribus ſanctis.

ſerm.147 Cardinalis Petrus Damian. loquens de potentia amoris, ait. *Amor non recipit de impoſſibilitate ſolatium, amantem quieſcere non ſinit*, ita, vt quæ impoſſibilia videntur, exequatur. hinc Iacob, iter agens Meſopotamiam verſus, vt vxorem duceret, cum perueniſſet ad quemdam

Gen.29. puteum, vidit ibi nonnullos paſtores congregatos, eorumque greges, quas ad bibendum detulerant, à quibus, cum petijſſet, cur aquam gregi ad bibendum non tribuerent, reſponderunt, ſe alios paſtores expectare, vt omnes ſimul lapidem, quo os putei claudebatur reuoluere poſſent, os enim putei grandi lapide claudebatur, ideò multorum vires requirebantur, *dum adhùc loqueretur, ecce Rachel veniebat, cum ouibus Patris ſui, nam gregem ipſa paſcebat, quam cum vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, oueſque Laban auunculi ſui, amouit ſolus lapidem, quo*

Iud. 14. *puteus claudebatur*, ò mirum, vix multi paſtores ad amouendum putei lapidem ſuffecerant, & nunc vnus Iacob remouet? vnde hoc? quia amans factus eſt. Rachelem intuens.

Fortiſſimus Sampſon captus amore cuiuſdam puellæ, in terra Philiſtinorum, pergebat adducendam eam in vxorem, & iter facienti, quidam ſæuiſſimus Leo, qui omnibus iter agentibus mortem minabatur, occurrit, irruit autem Spiritus Domini in Sampſon, & dilacerauit Leonem, quaſi hedum, in fruſtra diſcerperet; cauſam huius fortitudinis, inueſtigans quidam Doctor ait. *Quia amore captus fortitudini fortitudinem addidit, & vicit fare inuincibilem.*

Ioan.21. pergit ad Sepulchrum Magdalena, vt amatum Chriſtum quæreret, videt Hortolanum, & dicentem ei, *ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi, & ego eum tollam*, quid ais penitens ſancta? poteris ne tu mortuum corpus tollere, cum ſis mulier nobilis, & delicata, quod vix duo viri robuſti tollere poſſent? ſed excuſatione digna eſt, quia amans erat, ardebat amore, & amans, non capit de impoſſibilitate ſolatium, quod apertè docet, D.Greg. cognoſci poſſe ex

homil.25 ſuper actu Domine ſi tu ſuſtuliſti eũ, &c. verbis Sanctæ Penitentis, dixit enim Hortolano illi; *ſi tu ſuſtuliſti eum*, quem nam? non ait, ſi tu ſuſtuliſti Chriſtum, non nominat eum; quia amantes neminem latere, quod ipſi cogitant arbitrantur; audite quæſo verba Diui Gregorij, *Vis amoris hoc agere ſolet in animo, vt quem ſemper ipſi cogitant, nullum aliud credat ignorare.*

Sed vt vlterius aliquid de amoris potentia dici poſſit, relinquendo Poetarum fabulas, ac fictiones, ſufficiens videtur dicere cum Salamone, *Fortis eſt vt mors dilectio*, cum nullus reperiatur, qui mortis imperio, non ſubiaceat, (mors enim ſceptra ligonibus æquat) ita, & ab amoris ardore nemo liber erit, ita vt dicere liceat, non eſt, qui ſe abſcondat à calore eius, ſed pace tua, ò Salamon, dicere audeo, amorem ipſa morte fortiorem eſſe, ſi tamen, ideo amorem morti æquiparaſti, quia nihil morte fortiùs, nos excogitare poſſemus, quemadmodum, & D. Mattheus effecit, dum faciei Chriſti ſplendorem, in Monte Tabor enarrare voluit, ſolis ſplendori æquiparauit, non quia, non fuiſſet ſole ſplendidior, ſed quia nos maiorem ſplendorem excogitare, non valemus; & vt ad rem ipſam deueniamus, quod egregium facinus, mors aggreſſa eſt? quam nam maiorem potentiam oſtendit? & ex quo glorioſiorem victoriam reportauit; niſi cum Dei filium morte affecit? ſed hanc potentiam, & victoriam non admiror, quia à morte aggreſſus eſt Dei filius, dùm erat hac fragili carne indutus, inter inimicos, cruci clauibus affixus, ſpinis coronatus, vlceroſus, eſanguis, & ab omnibus amicis derelictus, & tamen, mors numquam Chriſtum aggredi auſa fuiſſet, niſi Chriſtus eam laceſſiſſet, vocans eam, vt in ſe inuheretur, quia oblatus eſt, quia ipſe voluit, ideo, *inclinato capite emiſit ſpiritum.* Inclinauit caput, quaſi mortem vocans, vt properaret ad eum interimendum, & tamen in eo conflictu, mors ipſa debellata, & mortua eſt; *ò mors ero mors tua abſorpta eſt mors, vbi eſt mors victoria tua, vbi imperium tuum*, vnde dixit D. Bern. mortem vſque ad Cœlum Lunæ columnas poſuiſſe, & ſuum expandiſſe vexillum, dicens, *non plus vltra*, quod D. Ioannes Apoc. 21. vidiſſe, & legiſſe refert, audite. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & mors vltra non erit.* Hæc omnibus mortis victorijs maior, at amor tamquam potentior, & glorioſior clamat, *plus vltra, plus vltra*, & deferens vexillum, Cœlos aſcendit, omittens Cœlum, Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, omittens Stelliferam Spheram, Trepidantem, atque Empiream, & omnes Angelorum choros, vſq; ad Dei Tronum peruolauit, in quo Dei filium inuenit regnantem, & cum Patre triumphantem, inter exercitus Angelorum, & tamen amor eum aggreſſus eſt; & ſuum expandens vexillum

de Lei-

Digitized by Google

de Dei filio triumphat, faciens, vt humanam carnem aſſumeret, (Verbum caro factum eſt,) & ipſe Deus vinci ab amore, non dedignatur, imò dùm ei ſubijacet, gloria afficitur, & præ iucunditate clamat, *vexillum eius ſuper me Amor*, hinc D. Bern. dixit. *Amor triumphat de Deo.* Quod Ioan. 6. voluit innuere, dùm ſe vidiſſe refert, quemdam nobilem equitem, ſuper ſtrenuum equum ſedentem, cuius dextera arcum, & ſiniſtra ſagittam tenebat, equus hic Chriſtum ſignificat, vt opinatur.

D. Ambr. & ex his, quæ in manibus habet, clarè patet eſſe Amorem, qui Chriſto dominatur, & ſicut equus ad voluntatem equitantis mouetur, & ſaltitat, ita Chriſtus ad voluntatem amoris, quamplures dedit ſaltus: audite, *à ſummo Cęlo egreſſio eius*, è Cęlo in vterum virginis ſaltauit, ex hoc in præſepium, ex præſepio in Ægyptum, ex Ægypto, in Nazaret, ex Nazaret, in Hieruſalem, ex Hieruſalem in deſertum, ex deſerto in hortum, & tandem, ex horto in Crucem, vnde hoc? quia Amor dominabatur Chriſto, quia Amor triumphat de Deo; ait. Bern. Immo verò tanta eſt Amoris potentia, vt Amor contra Deum noſtram vicem vltus ſit, nam Deus olim, nunc morte, nunc peſte, nunc igne, nunc diluuio, ſeuerè nos caſtigabat, at amor pro tot flagellis, nos vltus eſt, flagellis olim affectus eſt homo? flagelletur modo Deus, dixit olim Deus per Prophetam, hominem alloquens, ſepiam vias tuas ſpinis, coronetur Deus ſpinea corona, Deus olim morte affecit primogenitos Aegypti, morte turpiſſima afficiatur modo Deus, deluſit olim Deus Adam, dicens, *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus es*, non relinquatur hæc iniuria impunita ait, amor, ſumat, & Deus humanam carnem, (& Verbum caro factum eſt) ita vt de eo vnuſquiſque poſſit dicere, ecce Deus, vnus ex nobis factus eſt, bene ergo Bern. dixit. *Amor triumphat de Deo.*

Tunc ardentior eſt Amor ait Plato, cum Zelotypiam ſapit, ſed quis hominum amans magis eſt Zelotypus Deo? qui ideo humanam aſſumpſit naturam, vt ſemper homini eſſet coniunctus, nec alium, homini inſeruire permittit, & quamuis Angelos eius ſeruitio deſtinauerit, omnes ſunt adminiſtratores, &c. ait. Paulus, hoc tamen Deo, ſatis non eſt, niſi ipſemet inſeruiret, hinc ait, *non veni miniſtrari, ſed miniſtrare*; & cum Zelotypus amans amatum non videat, ſolus videtur eſſe, hinc quamuis innumerabilibus abundet delitijs, magna tamen afficitur męſtitia, & ſemper triſtis eſſe videtur; ita erat Patriarcha Iacob, licet vndecim filios haberet, quia ei deerat Beniamin, lamentabatur, dicens, abſq; liberis me feciſtis, ita amans hominum Deus, quamuis fęlix, & beatus in ſe ſit, & innumerabilium Angelorum exercitus illi inſeruiant, tamen, abſque homine, ſe ſolum eſſe affirmat, Ioan. 12. niſi granum frumenti cadens in terram, ipſum ſolùm manet.

O Amor Amorum, qui tunc ardentior dicitur, cum propter Amorem rei amatæ, extra ſe eſſe videatur, audite quæſo, & obſtupeſcite, Marcus Euangeliſta 3. ait, *exierunt ſui, & voluerunt tenere eum dicentes, quia in furorem verſus eſſet*, qui nam ſui, non Hærodes, non Pilatus, non miniſtri, non carnifices, ſed ſui, ſcilicet, parentes, amici, & diſcipuli, quia ita Chriſtus hominum amore captus erat, vt extra ſe eſſe videretur, audite.

D. Dionyſium Areopag. loquens de Dei Amore. *Audebimus, & hoc pro veritate dicere, quod ipſe quoque Deus pro magnitudine amoris extra ſe ſit, prouidens creaturis, & Amori, ex ſupremo ſuo ſtatu ad hoc ſe dimittit, vt inter omnia ſit.*

Epiſt. 8.

D. Chryſoſt. colloquens cum D. Paulo dicente. *Chriſtus dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*, ad Galat. 2. ait. *Quid facis, ò Paule, dum communia propria tibi vendicas? cum quæ pro toto terrarum orbe facta ſunt, tibi facis peculiaria?* & reſpondet, *nam declarat hoc par eſſe, vt quiſquis noſtrum non minus agat gratias Chriſto, quam ſi ob ipſum ſolùm adueniſſet, neq; enim ſecus acturus erat, vel ob vnum tantum exhibere diſpenſationem, adeo ſingulum quemque hominum, pari charitatis modo dilexit, quo diligit orbem vniuerſum*, & D. Bern. *Tradidit ſemetipſum pro me, quia eadem charitate, qua mortuus eſt pro omnibus, mortuus eſt pro ſingulis*, & Saluianus inquit. *Chriſtus enim ſicut pro omnibus paſſus eſt, ſic pro ſingulis, & totum ſe dedit vniuerſis, & totum ſingulis, ac per hoc, quicquid paſſione ſua ſaluator pręſtitit, ſic totum ei debent vniuerſi, ſic totum ſinguli.*

ſerm. 42. in Cant.

lib. 1. ad Eccl. Cathed. lib. 6. de paſſ. c. 3.

D. Bernard. audiens Chriſtum dicentem (lanceis ſuis vulnerauerunt me) ſed ſi vna fuit lancea, quomodo lanceis ſuis? vnus militum lancea latus eius aperuit teſtatur Ioannes, & quamuis hoc ita ſit, verum tamen eſt, duas fuiſſe lanceas, amoris vnam, longini alteram, vnde Sponſus Sponſam alloquens dixit (vulneraſti cor meum Sponſa, vulneraſti cor meum) bis vulneratum fuiſſe fatetur, duabus ſcilicet lanceis, ita Bern. hunc locum explicans ait. *Quia zelo amoris tui vulneraſti me, lancea quoq; militis vulneratus ſum.* Ruſſus Bern. ſuper illud Ioannis 19. *vt viderunt eum iam mortuum, vnus militum, &c.* inquit, *mortuum eſt cor Domini Ieſu, quia vulneratum poſſedit vulnus amoris, poſſedit mors amoris, Domini cor ſponſi Ieſu, quomodo mors*

in pſ. 118

in epiſt. ad coloſſ. c. 1. *altera introibit?* & D. Ambr. *habet clauum ſuum charitas, habet gladium ſuum*, & Hugo Cardinalis attendens illa verba Geneſ. 9. *Arcum meum ponam inter terram, &c.* ita habet. *Arcus iſte fuit Ieſus poſitus in Cruce, & ex hoc arcu extenſo in Cruce iaculantur nobis ſagitta amoris.*

Chriſtus eſt verus Deus Amoris, *Deus charitas eſt*. ait Ioannes. *Deus pacis, & dilectionis, &c.* & Paulus Apoſtolus de Chriſto inquit, *ingrediens mundum dilexit*. Alciatus Embl. 113. Deum falſum amoris deſcribens.

Conuenit hoc, quod veſte caret, quod corpore paruus.
Tela, alaſque gerens, lumina nulla tenet.

Omnia hæc Chriſto vero Deo Amoris conueniunt, & in eo reperiuntur, primo, quod ſit nudus, ipſemet hoc dixit Matth. 2. *Nudus fuit.* & Ioann. 19. *milites acceperunt veſtimenta eius.* quod ſit Paruulus, audi, *natus eſt nobis*, & ſi falſus ille Deus Amoris, ſenes repueraſcere faciebat, & Chriſtus ait; *niſi efficiamini ſicut paruuli, &c.* Matth. 18. *quod tela gerat, telis oneratus venit*, hoc dixit Iſa. 49. in perſona Apoſtolorum Chriſti. *Poſuit me quaſi ſagittam electam*, quod Hugo Card. in illud Pſal. *ſagittas ſuas ardentibus effecit*, ideſt ardenter amantibus; intelligit de Chriſto, quod alas gerat, audi ipſummet Chriſtum dicentem Matth. 23. *quoties te volui congregare, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas?* quod oculos victa cooperios teneat, lege Marcum 14. *caperunt conſpuere, & velare faciem eius.*

Narrant Hiſtoriæ magnum amoris exemplum illud fuiſſe, quo Tiberius Graccus coniugem ſuam Corneliam proſequeretur; nam cum inueniſſet in domo ſua duos ſerpentes, maſculum, ſcilicet, & fœminam, & de hac re conſilium ab Hariolis petiſſet, reſponſum fuit ei, duos illos ſerpentes, Tiberij, & Corneliæ vitam, & mortem denotare, nam ſi maſculus ſerpens occideretur, breui tempore Tiberius moreretur, & longa eſſet Corneliæ vita, ſi vero fœmina ſerpens interficeretur, è contra eueniret, quod cum audiſſet Tiberius, & magis Corneliæ vitam, quam ſuam optaſſet, ob amorem, quo eam proſequebatur, impauidus iuſſit ſeruis, vt ſtatim maſculum ſerpentem interficerent; ita refert Valerius Max. lib. 4. & ait. *Et ſuſtinuit in coſpectu ſuo, ſeipſum in interitu ſerpentis occidi.* Res numquam audita, præclarum, ac æterna memoria dignum amoris exemplum, ita, vt Valerius Maximus dixerit. *Neſcio vtrum Cornelia fęlicior ſit exiſtimanda, quod talem virum habuerit, an miſerior quod amiſerit.* Sed admirabilius, & ſine exemplo incomparabile Amoris ſignum fuit illud Dei Filij, quo Eccleſiam ſuam Sponſam proſequutus eſt; ſcius enim Chriſti corpus ſerpentis nomine vocari; vnde ſerpens ille æneus à Moyſe in deſerto erectus, quem aſpicientes à venenoſis ſerpentibus morſi ſanabantur, Chriſti Corporis typus fuit, vnde idem Chriſtus dixit Ioan. 3. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, &c.* Idem ſignificauit Moyſis ſerpens, qui omnes Magorum Pharaonis ſerpentes deuorauit, ita Chriſtus peccata, mortem, & diabolum, vincere, & debellare debebat, alia ſerpens, fuit humana natura, venenata quidem, propter peccata, vnde Chriſtus, Matth. 13. Scribas, & Phariſæos alloquens dixit, *& vos implete menſuram Patrum veſtrorum, ſerpentes, genimina viperarum, &c.* & per Iſa. 27. ſerpentem vocat peccatorem, *in illa die viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti, ſuper Leuiathan, ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum*, hi duo ſerpentes in domo Dei inueniuntur, quorum vnus mori debebat; vt alter vitam haberet æternam. O Amoris exemplum incomparabile, noſtri potiùs miſertus Dominus, quam filij ſui; nam vt Sponſæ Eccleſiæ vitam daret, in coſpectu ſuo maſculum ſerpentem, (Chriſtum ſcilicet,) flagellis cedi, ſpinis coronari, cruci affigi, & mortem ſubire iuſſit, ita, vt dicamus, & nos in coſpectu ſuo ſuſtinuit ſe ipſum in interitu ſerpentis occidi, in interitu ſerpentis, Chriſti ſcilicet, occiſus eſt Deus, & licet Deus mori, non poſſit, cum ſit immortalis, hoc tamen eſt ſecundum modum noſtrum intelligendi, mortuus eſt Deus in Chriſto, nam per communicationem Idiomatum poſſumus dicere, Deum paſſum eſſe, Deum occiſum fuiſſe, ò fęlix Eccleſia, quæ talem habuit Sponſum, & Amantem, in facto Tiberij dubium fuit, vtrum cornelia fęlicior fuerit, quod talem virum habuerit, an miſerior, quod amiſerit, at nos fęliciſſimi, quibus tali frui Sponſo datum eſt, quia morientem Chriſtum, non amiſimus, vt Cornelia Tiberium, ſed per mortem ſuam in cœlis cum Patre regnantem inueniemus.

Et quis non rapiatur extra ſe, immenſum, & ardentem Dei amorem erga nos conſiderans? nam cum ſit Deus in ſemetipſo beatiſſimus, fęliciſſimus, &c. & in ſuis diuinis diuitijs, & voluptatibus creaturis minimè indigeat, attamen tantus eſt eius amor, erga creaturas, vt videatur illis indigere, vt oſtendit illis verbis, *Prou. c. 8.* *delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum*, ſed cum ſim ego puluis, & vermis, omni tamen riuerentia, & ſubmiſſione, loquar ad te Domine me, dicamq; quare potiùs tua conſuetudo, non ſit cum Angelis, iam in gratia confirmatis, creaturis nobilioribus?

Digitized by Google

lioribus? ſed mihi reſpondet Hugo Card. in hunc locum ſcilicet, quia pro Angelis ſolùm
verbum inſumpſit Deus, dixit enim, *fiat*, at pro hominibus, & vitam, & ſanguinem inſumpſit,
hæc ſunt verba Hugonis. *Potiùs ſunt ei delitiæ eſſe cum filijs hominum, quàm cum Angelis
per naturæ humanæ participium.* Rupertus Abbas notat, quod poſtquam Deus creauit hominem,
poſuit illum in Paradiſo voluptatis, vt vitam delitijs plenam duceret, & ipſemet homo erat Paradiſus ipſiuſmet Dei; cum ergo Adam expulſus eſſet propter culpam à Terreſtri Paradiſo, perdidit vtrumq; & ipſemet Deus Paradiſum ſuum, ſocietatem ſcilicet hominis, cum quo verſabatur, quia propter culpam factus eſt ei inimicus. Theodotus Anciranus in hunc locum ad hoc propoſitum, ait, quod poſtquam Adam à Paradiſo fuerit expulſus, Deus perquirebat eum, quaſi, vt ita dicam eo indigeret, *exulanti, & fugitiuo ſe adiunxit*, ita inquit Theodotus. *lib. 2. in Gen. c. 3.*

Et licet Deus Angelorum ſocietatem haberet, nam *millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei*, tamen abſque hominis ſocietate, ſolus eſſe videbatur; hinc Spiritus Sanctus, narrans quomodo Deus veniret ad quærendum hominem poſt peccatum, hoc verbo vſus eſt, *deambulauit, & cum audiſſet Adam vocem Domini deambulantis ad auram poſt meridiem.* Magnum quidem Myſterium, hoc innuere voluit, inquit Hugo de Sancto Victore, quia in hoc Deus ſe geſſit, veluti homo amans, qui cum aliquando à re amata ſpretus eſſet; diſcedit ab ea; ſed inuitus, deambulat tamen prope domum amantis, vt fortaſſe ab ea vocaretur, & inirent pacem, ita Deus ſe geſſit cum Adamo, vnde deſcribitur, *deambulabat ad auram*, ſed quæſo attendite ad verba Hugonis de Sancto Victore, quæ magnæ ponderationis ſunt. *Cum deambularet Dominus in Paradiſo ad auram poſt meridiem. Adam vbi es? non ambulauit, ſed deambulauit: quid eſt deambulauit? Huc, & illuc, quaſi errabundus, & vagus indirectum, non vadens, ſed pergens quocunque, hoc eſt deambulauit, abijt, & non abijt, modo vadens, & modo rediens, ac redire velle indicat; ſi fortè inuitetur, vt veniat.* Quid ergo vobis videtur? poteſt ne inueniri amor huic ſimilis? benè igitur innuit D. Greg. Nazian. *Deus nos pro delitijs habet.* *Dan. c. 7. Gen. 3. hom. 8. in Eccl. Orat. 22.*

Pro cuius rei confirmatione Ioannes Euang. dixit de Dei filio. *Agnus qui occiſus eſt ab origene Mundi*, indicans nobis per hoc fragrans deſiderium Dei filij, humanam ſumendi carnem, & pro homine mori, vt cum eo verſari potuiſſet, ſed Diuina Iuſtitia diſtulit ſuam incarnationem per tot ſæcula, vnde Dauid dicebat. *Diſtuliſti Chriſtum tuum*, ſed interea Dei filius, ex diuerſis nominibus, quæ ei Prophetæ tribuebant conſolationem capiebat, nam vocauerunt eum, *Emmanuel*, quod ſignificat, *nobiſcum Deus*, & ipſemet Deus cum hominibus loqui videbatur, vnde voluit ſcribi in Leuitico. *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri; ambulabo inter vos, & ero veſter Deus.* Et Iſichius exponit. *Homo factus*, quaſi diceret; tunc delitijs plenus ero, tunc Deus veſter ero, quando ambulabo inter vos, *homo factus*, vt ſic oſtenderetur, quantum noſtram ſocietatem deſideraret; & D. Auguſt. Dioniſij, Areopag. opinionem inſequens, exiſtimat, quod Angelus ille, qui luctabatur cum Iacob, eſſet Dei filius, vnde ſcripſit, dicens, *colluctans Iacob cum Saluatore, Deum eſſet intellexit, quem ſpecie corporis videbat.* Hinc D. Ambr. vult quod Abraham pedes lauaſſet, non Patris, non Spiritus Sancti, ſed Filij, qui in forma Pellegrini ad eum viſendum venerat; & forſan de hoc facto, ſit locutus Chriſtus, cum dixit. *Abraham exultauit, vt videret diem meum; vidit, & gauiſus eſt.* *Pſal. 88. cap. 26. cit. à Gloſ. hic. Gen. 32. quaſt. ex vet. teſt. q. 39. lib. 2. de diu. nom. c. 4.*

D. Amr. ait, quod ille, qui apparuit Moyſi in rubro ardenti; fuerit Dei filius, & D. Chryſoſt. ille quartus, qui adiunctus eſt illis tribus pueris Hebræis, miſſis in fornace Babilonica, Dei filius erat. *lib. 2. de fide c. 4.*

Et licet olim omnis caro corruperat viam ſuam, tamen ſemper aliquis bonus vir reperiebatur, cum quo poterat Dei filius verſari, & quia tunc iuſtus Noè viuebat, ideo ſcribitur de eo. *Ambulauit cum Deo Noe.* Imò tanto deſiderio, cum homine verſandi Dei filius flagrabat, vt etiam deſcenderit in carcerem, vbi Sanctus Patriarcha Ioſeph detinebatur in vinculis, vt cum eo verſaretur, *deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis, non dereliquit eum.* Quem locum ponderans Origen. ſcripſit, *conſtituto in carcere membro myſtico, ipſe non eſt ſolutus à carcere.* Et vt verſaretur Dei filius cum Dauid, & familiariter eius ſocietate frueretur, vbicumque Dauid pergebat, Dei filius eum ſequebatur, de qua dilectione, ipſemet Dauid admiratus dixit. *Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in Inferno ades.* Ob cuius rei confirmationem, ponderat D. Ambr. quod cum Deus tertio die (ſecundum communiorem doctorum opinionem) creaſſet Paradiſum voluptatis, numquam, eum nominauit, ſed tunc nominauit Paradiſum voluptatis, poſtquam creauit hominem; ſacra Geneſis, ait. *Formauit Deus hominem*, & poſtea ſubdit, *plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio,* *Ioan. c. 8. in epiſt. ad coloſſ. homil. de trib. pueri in Pſ. qui hab. pſal. 138. Gen. 1.*

cipio,

Digitized by Google

lib. 1. exã. *cipio, in quo poſuit hominem, quem formauerat*. Sed quare hoc? audite D. Ambr. dicentem.
cap. 9. *Iam Paradiſus conſitus erat, ſed quamdiu homo, non extitit, Dei voluptatis Paradiſus, non erat, vbi primum autem homo creatus eſt, Dei Paradiſus nominatur: delitiæ enim eius, eſſe cum filijs hominum.*

Hinc ob magnum gaudium, quo afficiebatur Dei filius propter hominis ſocietatem, ſubdit diuina ſcriptura, *& requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat*. Requieuit, quia habebat. cum quo verſaretur, & poterat vtiq; dicere, nunc delitiæ meæ eſſe cum filijs homi-
ibid. c. vlt. num, totum hoc idem D. Ambr. ponderauit dicens. *Gratias Domino Deo noſtro, qui huiuſmodi opus fecerit, in quo requieſceret: fecit Cœlum, & non lego, quod requieuerit: fecit Solem, Lunam, & Stellas, nec ibi lego, quod requieuerit, ſed lego, quod fecerit hominem, & tunc requieuit.*

Sed, vt maiora diuini Amoris encomia oſtendamus, cum iam venerit tempus, quo Dei
Barac. c. 3 Filius humanam carnem aſſumeret, vt verificarentur Scripturæ, *& poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt*, vt magis familiariter cum hominibus verſaretur, non ſatis ei
Matt. 18. fuit, duos, vel tres eligere, vt ſecum verſarentur, iuxta illud Matthæi. *Vbi ſunt duo, vel tres in nomine meo congregati, ibi ſum in medio eorum*. Sed voluit turbam Diſcipulorum, *& turba*
Luc. 6. *Diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis, ab omni Iudea, & Hieruſalem, & maritima, & Tyri*
Ioan. c. 12 *& Sydonis*. Imò ait Ioannes, *totus mundus poſt eum abiit*.

Et cum Dei Filius Diſcipulos, iam coaceruare cepiſſet, duo ex ipſis, tanto fauore fuerunt
Ioan. c. 1. affecti, vt Chriſti domunculam ingredi meruerint, ita aſſerit D. Ioannes, dicens, *venerunt, & viderunt, vbi maneret, & apud eum manſerunt die illo*.

Quam gratiam conſiderans D. Auguſt. ita clamat, *quam beatam diem duxerunt, quam beatam noctem? quis eſt, qui nobis dicat, quæ audierunt illi à Domino?* At ego dicerem, ſi mihi dicere liceret, quod beatior dies, & nox magis pro Chriſto, quam pro Apoſtolis, maiores enim delitias habuit Chriſtus ex Apoſtolorum ſocietate, quam Apoſtoli ex Chriſto. Et vt magis, ac magis innoteſcant delitiæ, quas Chriſtus ex hominum ſocietate potiebatur, perpendite, quod Chriſtus per montes, per loca deſerta, per rura perquirebat homines, vt eorum ſocietate frui potuiſſet, & per omne tempus prædicationis Euangelij fuit comitatus hominibus, quia pati, non poterat, ſe ſolum videre, & vix bis, aut ter fuit ſolus, quod Euangeliſtæ peculiarem mentionem fecerunt, quaſi de re ſingulari, & admiratione digna. Fuit ſolus, cum honores fugiendi exemplum dare voluit, dùm turbæ eum in Regem eligere cupiebant, ita ſcribit D. Ioan-
cap. 6. nes. *Ieſus ergo, cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem, ipſe ſolus*. Iterum fuit ſolus in monte, vt narrat Euangeliſta Matth. *Aſcen-*
cap. 14. *dit in montem ſolus orare*. Et hoc, vt moneremur de ſolitudine, in oratione. Fuit tertio ſo-
cap. 6. lus, cum Apoſtoli piſcarentur, ita aſſerit Diuus Marcus, *erat Nauis in medio mari, & Ieſus ſolus in terra*. Et quia pati, non poterat videre ſe ſolum, inquit Euangeliſta. *Venit ad eos ambulans ſuper mare*. Et vt hominum ſocietate perfrueretur, cum peccatoribus, & publicanis verſatur, & comedit. vnde refert Diuus Lucas, quod de eo dicebatur, *hic peccatores recipit, & manducat cum illis*. Imò perquirit eos, & ſeipſum, inuitat in eorum domibus ad comedendum;
Luc. c. 19 vnde dixit Zaccheo, *Zacchee feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua, oportet me manere*. Et tempore ſuæ Paſſionis, cum in Hortum Getſemani ad orandum Patrem veniret, & ne eſſet ſolus, tres elegit Apoſtolos, vt eum comitarentur, Petrum, ſcilicet, Iacobum, & Ioannem; At quia oportuit ab eis, ſe aliquantulum ſeiungere, vt oraret, vt hanc Euangeliſta ſeparationem oſtenderet, his verbis vſus eſt. *Ieſus autem auulſus eſt ab eis, quantum iactus eſt lapidis*, vt auulſus eſt, vt ſe diſſociauit ab eis, & non ſine magno dolore, ſed quare? reſpondet Doctiſſi-
in cõc. E- mus Ianſenius, *non enim Amor patiebatur eum longè diuelli*, immo cum poſt ſuam mortem, &
uãg. c. 137 reſurrectionem ſtatim cœlum aſcendere potuerit, voluit tamen, quadraginta dierum ſpatio in terra commorari, vt hominum ſocietate perfrueretur, quia amor, non patiebatur ab eis diuelli; vnde D. Bonau. Chriſtum alloquens dicebat, *poſtquam ſurrexiſti, voluiſti adhùc quadraginta diebus homini apparere, & te ei palpabilem tribuiſti, ò quam mirabilis eſt tua dilectio dulciſſime Domine Ieſu, vt non poſſis ab hominibus ſeparari*.

Ex qua quidem magna Dei dilectione, oritur in Deo quædam zelotypia, timet enim ne aliæ creaturæ aliqua noſtri amoris parte perfruantur, cum ipſe ſolus, tamquam creator, redemptor, conſeruator, &c. vult diligi toto corde, tota mente, & totis viſceribus. Vnde exodi 20. dicebat ipſemet Deus, *ego ſum Deus zelotes*, timuit enim ſerpentem, ne amorem noſtrum ſurriperet, præuidit enim creator, nonnullos, ita inſipientes futuros, inter quos fuit Varro, qui crederet, quod aliqua pars Magni Dei, qui ab ipſis Mundi Anima vocabatur, per venas terræ pertranſiret, & ita dæificaretur, & ita fertilis redderetur, vt deinde omnes Dij ab ea ori-

ginem

ginem traherent, & ſic adorationem, & amorem Deo creatori debitum, diuidebant, & partem eius, terræ tribuebant, tamquam Deorum Matri; quam impietatem præuidens Deus, creauit in principio mundi, terram abſque herbarum, arborum, plantarumq; ſeminibus, vt ſic omnes manifeſtè agnoſcerent, terram ex ſe nullam habere virtutem fructificandi, & tunc Deus ſua magna omnipotentia, præcepit, & dixit. *Germinet terra herbam virentem*, & illico apparuerunt herbæ, plantæ, arbores, &c. vnde cognoſcerent omnes, quod terra illa, quæ florem vnum germinandi virtutem, non habebat, eo magis, nec mater eſſe poterat alicuius Dei, ſed omnis terræ fœcunditas à ſummo Creatore dependebat; hinc dixit Diuus Chryſoſt. *vt diſcas non elementorum natura, ſed Dei mandatum omnia facere*: Ex hoc colligitur, quare Deus in deſerto voluerit, non frumento terræ coaceruato, ſed de Cœlo, vt fuit manna, populum Hebræum cibare, vt inquit Dauid. *Panem Cœli dedit eis*. Hic fuit effectus diuinæ Zelotypiæ, inſipiens enim ille populus, credebat Deum in illa Arabiæ ſolitudine, eos pane cibare non potuiſſe, dùm terra illa triticum, non germinabat, quaſi Deus terra indigeret, vt fructus terræ haberet, quod paret ex verbis ipſius populi, vt refert Dauid, dicens, *& male locuti ſunt de Deo; dixerunt nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto?* Vt ſic inſipientes illi agnoſcerent Deum terra; non indigere, vt hominibus panem tribueret, & totum hoc ſoli diuino Amori tribueretur. Quod innuit D. Chryſoſt. his verbis, *Deus nullius indigens Iudæis manna de Cœlo immiſit*.

Gen. c. 1. — homil. 10 ad pop. — Exod 16. — Pſal. 77.

Timuit etiam mare, vnde Deus voluit, quod nonnulli Sancti ſuper aquas ſiccis pedibus ambularent, imò præcepit Moyſi, vt virga aquas maris diuideret, & iterum, eiuſdem virgæ percuſſione vniret illud. Hæc ſunt verba Exodi 14. *Eleua virgam tuam, & extende manum ſuper mare, & diuide illud. Extende manum, & reuertantur aquæ ad Aegyptios ſuper currus, & equites eorum*. Sed ſi quæris, quare hoc perceperit Deus? Quia ſcilicet, nonnullos dixere, a quam ipſi Deo coæternam eſſe, & Exiodus Poeta, eam omnium rerum, initium eſſe dixit. Et Gentiles antiqui timebant iurare per aquam, quia tanquam deam, eam habebent, ideo, ne homo diuideret amorem cum ea, ſed totum tribueret ſoli Deo, quem amaret, & adoraret toto corde; hinc mare ipſum ſubdi voluit ſuorum ſeruorum plantis, & Moyſis præcepto, vt ſic intelligeremus, Mare, quod ſubditur ſeruorum Dei pedibus, diuinitatis vmbram vllam habere neceſſe amore dignum. Eadem ratione præcepit Deus Moyſi, vt eleuaret manum in aere, quaſi eadem Virga ei minaretur eumque in grandines, & fulmina, & tonitrua reſolueret, & ſic Regis Pharaonis ſuperbiam comprimeret. Ad quod reſpiciens D. Chryſoſt. inquit. *Moyſes aeri, & mari imperauit, vt per elementorum pulchritudinem, Deus in cognitionem ſuæ diuinitatis nos induceret; & per infirmitatem illorum, in adorationem eorum, nos cadere non permitteret*.

Paſſus eſt etiam Deus, Zelotypiam ex igne. Scribitur Danielis 3. tres pueros miſſos fuiſſe in fornacem Babylonicam, & ignis è fornace exiens, barbaros illos miniſtros vrit, & interfecit, *flamma erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Caldæis*. Sed non incendit illos tres pueros, licet membra eorum in fornace eſſent ligata, & anima tantum ſoluta, *non tetigit eos ignis, neque contriſtauit*. Quare hoc? audite Diui Hieronymi reſponſionem, *ardent vincula, quibus ligati ſunt: ſed vinctorum corpora timens flamma, non tangit*. Barbari illi Babylonici, & Perſæ, vt referunt D. Hieron. & D. Chryſoſt. & alij putantes ignem, vnum Deorum fuiſſe, magna veneratione eum colebant. Hinc Deus volens homines ab hoc errore liberare, eamque adorationem ipſi ſoli, tanquam vero Deo tribui, permiſit, vt ignis eos, qui ignem adorabant, incenderet, & tribus illis ſanctis pueris, qui ignem, eiuſq; potentiam aſpernebantur, non noceret.

ſupr. cap. 3. Dan. — lib. heb. quæſt. — homil. 4. ad pop.

Timuit etiam ipſe Deus ſolem, nam, vt refert D. Auguſt. & Manichæi, & aliæ gentium nationes adorauere, & coluere ſolem, tanquam Deum; Hinc diuinus amans Deus, cuidam famulo ſuo præcepit, vt magno cum imperio, ipſi ſoli minaretur, vt curſum ſiſteret, & hic fuit, Sanctiſſimus Dux Ioſuè, præcepit enim ſoli dicens, *ſtet ſol, & ſtetit ſol*, vt de eo canit Eccleſiaſticus. *Annon in iracundia eius, impeditus eſt ſol?* vt ſic intelligerent homines, nullam deitatis vmbram poſſe haberem Solem, dùm vnius ſerui veri Dei præcepto, non poteſt, non obtemperare; audite D. Chryſoſt. *Ideo Ioſuè dicit; ſtet ſol: vt ſic, nec ab aſpectu, eorum ſeruitutem cognoſcis, ab imperantibus diſcas, quod omnia conſerua tua ſunt*. Hinc legimus in morte Chriſti, Solem lumen ſuum celaſſe, quod fortaſſe fuit, ob diuinam Zelotypiam, ne gentium nationes in ſua falſa opinione confirmarentur, potuiſſent enim dicere, dùm Chriſtum mortuum intuebantur, claudit hic lumina ſua in Cruce, & Sol magno lumine tanquam Deus reſplendet in Cœlo, ſed vt ab hoc pernicioſo errore, gentium nationes Deus liberaret, tanquam zelator Animarum noſtrarum, voluit, vt Sol tenebris cooperiretur, quaſi plorans ſui

tract. 34. in Ioan. — Ioſue 10. — cap. 46. — hom. 7. ad pop.

Crea-

Digitized by Google

Creatoris mortem, & modo, quo poſſit proprium Creatorem veneraretur, & fateretur.

Preuenit etiam ob Zelotypiam Angelos, conſiderate quæſo, quod, cum Deus ad noſtram cuſtodiam Angelos deſtinauerit, non tamen nobis conceſſit, vt eos corporeis oculis videre poſſemus, vt debitam venerationem eis exhibere valeremus. Scribitur Apocal. quod Ioannes viderit Angelum, & poſtquam conſiderauerit eius ſpecioſiſſimam formam, ſe proſtrauit,
cap. 19. vt eum adoraret. *Cecidi ad pedes eius, vt adorarem eum.* Sed hoc Angelus prohibuit, monens eum, vt ſimilem cultum Deo tribueret, *vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, Deum ado-*
q.61. in Gen. *ra*. Diuus Auguſt. deſignans rationem cur Angelus hoc, non permiſerit, ait, *quia talis apparuerat Angelus, vt pro Deo poſſet adorari, & ideo fuerat corrigendus adorator*, tanta enim erat illius Angeli pulchritudo, atque ſplendor, vt pro Deo haberi poſſet; At Angelus, non ignorans quanta ſit Dei erga humanum cor Zelotypia, adoratorem correxit, dicens ei, *Deum*
2.2. q.84 art. 1. *adora*. Hoc enim fecit, inquit Diuus Thom. *Ad excludendum Idolatriæ occaſionem*. Conſidera modo, ſi hic tam eminens Sanctus Ioannes, ſcilicet, Euangeliſta, qui altiſſima, & profundiſſima Dei myſteria penetrare valuit, nunc Angelum pro Deo potuit habere, quanto magis id nobis peccatoribus accidere poterit, ſi noſtris oculis Angelos noſtros Cuſtodes videremus, certè, quod deciperemur, eorumque ſpecioſiſſimam formam pulchritudinem, & ſplendorem intuentes, & forſan amor noſter diuideretur, cum totus amor ſoli Deo debeatur.

Geneſi legitur, quod bis Angelus apparuit Agar famulæ Abrahæ. Primò propè quen-
cap. 16. dam fontem. *Inuenit eam Angelus Domini iuxta fontem*; & increpauit eam, præcepitque, vt ad domum Domini ſui rediret. Secundò, apparuit ei Angelus, in loco deſerto, cum eſſet cum Filio ſuo Iſmaele, & maxima ſiti laborarent, & Angelus oſtendit eis fontem, ad extin-
cap. 21. guendam ſitim. ſed notandum eſt, quod prima vice, Angelus apparuit propè Agar; ſecunda autem vice, Angelus de Cœlo vocauit Agar, & oſtendit ei fontem. *Vocauit Angelus Agar de Cœlo*. Quæritur modo quare Angelus, non deſcendit de Cœlo, ad oſtendendum fontem Agar? Hoc inquam factum eſt, ob Zelotypiam, nam ſi prima vice deſcendens Angelus ad increpandam Agar, ipſa tamen intuens Angeli ſpecioſiſſimam formam, ſplendorem, atque pulchritudinem, tanto amore accenſa eſt erga Angelum, quod neſcio, quid diuinitatis ei attribuere auſa eſt. Quid feciſſet Agar, ſi Angelus ad oſtendendum ei fontem de cœlo deſcendiſſet, ad ſolandam eam in ſuis calamitatibus? Voluit ergo Diuinus Zelator Animarum noſtrarum, quod Angelus de Cœlo oſtenderet ei fontem, & hoc ob Zelotypiam, ne fortaſſe ab ea adoraretur Angelus, etiam pro collato beneficio. *Vocauit Agar Angelus de Cœlo.*

Præuenit etiam Chriſtus ſuam Sanctiſſimam Matrem, ne nos propter noſtram ignoran-
Ioan, c.2 tiam deciperemur. In Nuptijs enim canæ Galileæ dixit Maria Chriſto. *Vinum non habent*, reſpondit Chriſtus, *quid tibi, & mihi eſt mulier?* quaſi diceret de vino, ad nos, non pertinet prouidere, ad eum ſpectat, qui nos inuitauit. Sed quæro, quare Chriſtus Mariam vocauit Mulierem, & non Matrem? fecit hoc ob Zelotypiam, præuidit enim ſurrecturos in Eccleſia Hæreticos Colliridianos, qui dicerent, Mariam veluti Matrem Dei, Deam eſſe, & ideo ſacrificium Virgini offerebant, & eadem adoratione, qua Creatorem, adorabant, & Virginem, ideo non Matrem, ſed Mulierem appellauit Mariam, vt intelligeremus eſſe Mulierem Deo ſu-
lib. 3. panar. her. 79. biectam, licet ſuper omnes homines, & creaturas, & ſic ab adoratione, & amore plurium Deorum liberaremur, audite verba Diui Epiphanij, *ne aliquis nimium admirati Sanctam in hanc hæreſim, eiuſque deliramenta dilabantur.* Ex hoc facile intelligeremus quare Chriſtus in Cruce Patrem vtique agnouit dicens, *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*, ſed Matrem
Mat, c.27 ignorare oſtendit, dum eam Mulierem vocat, dicens, *Mulier ecce Filius tuus*. Diuus Ambr,
Ioan. c. 19 inquit Mariam iuxta Crucem filij ſtare, ibiq; mori cupiebat pro totius Mundi ſalute, quod præuidens Dei Filius, noluit vt ipſa tunc iuxta Crucem moreretur, ne ipſa etiam medium redemptionis humanæ eſſe videretur; ſic enim multi exiſtimare potuiſſent, fortaſſe duos, eſſe Redemptores, & ſic amorem diuiderent, & partem Chriſto, & partem Mariæ tribuerent, ſuſcepit tamen Matris affectum, & voluntatem, audite quæſo verba Diui Ambr, circa hoc fa-
lib. 10. in Luc. c.25 ctum loquens de Maria iuxta Crucem. *Quia cognouerat per filij mortem mundi redemptionem; putabat ſe etiam ſua morte publico muneri aliquid addituram, ſuſcepit Chriſtus Matris affectum, ſed non auxilium; quia Ieſus non egebat adiutore ad omnium redemptionem.* Hinc dixit ei, *Mulier ecce Filius tuus*, tribuens ei alium Filium, Ioannem ſcilicet, quaſi diceret, Patrem agnoſco genitorem, & cum eſſet ipſe Deus, idem eſt eum diligere, ac me ſimul; ſed tu ò Maria, cum ſis Mulier virtutibus decorata, debes vtiq; diligi, ſed non, vt nos, ſed poſt nos.

Præuenit etiam Dei Filius ob Zelotypiam corpus noſtrum, ne tamquam improbus ſeruus Animæ amorem, qui ſoli Deo debetur, ſurriperet. Perquirit Diuus Hieronymus, quare

cum

Digitized by Google

cum Deus creaſſet Animam nobilem, pluribus donis condecoratam in vili, & luteo corpore, quaſi in quodam carcere detineri voluiſſet, cum potiùs videretur, quod cum ſit ipſa nobilis ſubſtantia, Angelis ſimilis, ex cæleſti materia donum, & habitationem conſtituere debuiſſet, & reſpondet Diuus Ambroſius his verbis. *Hominem Deus de ſyderibus non effecit: quoniam ſi eſſet inde creatus, de materia potiùs claritate, quam de Artificis dignatione polleret.* Quaſi diceret, ſi Deus creaſſet corpus noſtrum ex cęleſti materia, vultus humani pulchritudo, materiæ potiùs ex qua trahebat originem, & non Dei artificio, & benignitatem tribueretur, & ſic diuinus Amor imminueretur; voluit ergo Deus ex vili, & lutea materia hominem creare, nam cum ſe homo videret eſſe pulcherrimum, pulchritudinem hanc ex Dei benignitate, & non ex materia agnoſceret; & ſic totus amor ſoli Deo tribueretur. Hinc optimè ſubdit D. Amb. *ſuum Deus propriè voluit eſſe, quod ſumus; nihil elementis, nihil quibuslibet principijs, vel minimus voluit nos debere.*

Amic. a- epiſt. 7. ad grot.

ibidem.

Præuenit etiam Deus ob Zelotypiam Animam noſtram, adulterium fortaſsè, cum ſe ipſa committens, & amorem, Deo Sponſo debitum ſurriperet. Nam creauit Deus Animam immortalem, ſed infinitis curis eam ſubdidit; ignorantiæ, obliuioni, &c. fecit enim hoc Deus ob Zelotypiam, præuidit enim Deus inſurrecturos Hæreticos Gnoſticos, qui putabant Animam rationalem eſſe quandam partem diuinitatis, & per conſequens partem dilectionis ſoli Deo debitam ſurripiebant, & ipſi animæ attribuebant, tanquam parti diuinæ ſubſtantiæ. Ideo pluribus paſſionibus ſubmiſit eam, ne ſe eo affectu, quo cæleſtem Sponſum diligere deberet dignam exiſtimaret. Nam licet ſeipſam intueatur immortalem, & in hoc ſimilem Deo, diſſimilis tamen eſt, cum ſit illa multis mutationibus, & varietatibus ſubiecta, totum hoc eleganter inquit Diuus Chryſoſt. *Mortalem, non fecit Deus Animam, ſed immortalem: obliuioni autem, ignorantiæ, triſtitiæ, & curis obnoxiam ipſam reddidit, ne ad propriam generoſitatem reſpiciens, maiorem propria dignitate opinionem capiat. Si enim; cum hæc eſt ſubſtantia Dei, ſi ab his eſſet abſoluta paſſionibus, ad quã furoris iſti, non proceſſiſſent?*

hom. 11. ad popul. Antioch.

Præuenit etiam Deus ob Zelotypiam, eandem ſuam aſſumptam humanitatem, ex qua plura beneficia recepimus, ideò cautè ambulare nos oportet, ne homines imperfecti, ita Chriſti humanitatem diligerent, vt diuinitatem obliuiſcerentur. Chriſtus Dominus noſter poſtquã à mortuis reſurrexit quadraginta dierum ſpatio in terris moratus eſt, & vt plurimum, cum Sanctis Patribus verſabatur, rarò Diſcipulis apparens, ſed cum Sancti illi Patres, Chriſti ſocietate, non indigerent, cum eſſent iam beati, quare potiùs Chriſtus, non moratus eſt cum Apoſtolis, qui Chriſti præſentia indigebant, & magnopere diligebant? Reſpondet ad hoc Diuus Iuſtinus Martyr, *quia volebat ſenſim, ac pedetentim Diſcipulos à conſuetudine aſpectus, præſentiaque ſui corporis abducere.* quaſi diceret ne Apoſtoli, qui adhùc imperfecti erant, ita humanitatem Chriſti diligerent, vt diuinitatem obliuiſcerentur, ideo paulatim præſentiam ſuam ab oculis Apoſtolorum ſeduxit, & aptiores eſſent ad incorporeum, & inuiſibilem Creatorem diligendum, & hæc fuit cauſa ſecundum mentem D. Auguſt. quare Chriſtus antequam Cęlum aſcenderet Spiritum Sanctum, non miſerit, *niſi ego abiero paraclytus non veniet ad vos,* quaſi diceret (inquit Auguſt. *Nolo me carnaliter adhùc diligatis; ſi carni meæ carnaliter hæſeritis, capaces ſpiritus non eritis.* Totum hoc ex magna Dei Zelotypia procedit, volens diuinitas eleuare corda noſtra ad ſublimiores, & purgatiores amores. Permiſit olim Chriſtus Magdalenam ad oſculandos pedes, lacrimis lauandos, & capillis tergendos, ſed hoc fuit ante Chriſti reſurrexionem, poſt verò Chriſti reſurrexionem, acceſſit Magdalena ad Chriſtum, vt idem officium faceret, ſed prohibita fuit à Chriſto dicente, *noli me tangere.* Quare hoc? Reſpondet D. Leo Pontifex. *Noli me tangere nondum enim aſcendi ad Patrem meum: nolo vt ad me corporaliter venias, nec vt me ſenſu carnis agnoſcas: ad ſublimiora te differo; maiora tibi præparo: cum ad Patrem aſcendero, tunc me veriùs perfectiùſque palpabis apprehenſura, quod non tanges, & creditura quod non cernis.* Quaſi diceret, noli me tangere; ò Magdalena, quia diuinitas Zelotypiam patitur, ne eam obliuiſcereris, & nimium humanitatem diligeres.

quaſt. 4.

Ioan. 16.

tract. 94. in Ioan.

Vlterius progrediar, & magnæ quidem mihi admirationis eſt, dùm inter illas tres perſonas Diuiniſſimæ Trinitatis, neſcio quid vt ita dicam Zelotypiæ intueor, & cautè videntur ſe habere, ne noſtrum cor ob noſtram inertiam, magis vni, quam alteri perſonæ adhæreat. Et quia inter omnia altiſſima Dei opera, tria ſunt eminentiora, quibus omnem noſtrum amorem Deus lucrari ſolet, ſcilicet lucratur opere Creationis, Redemptionis, & Glorificationis, ideò magno artificio, Deus vſus eſt, ne nos cor noſtrum tripliciter diuidamus; ſed totum cor æqualiter cuicumque trium perſonarum offeramus. Hinc animaduertendum eſt, Deus in opere creationis hominis, non dixit, *fiat homo*, veluti dixit, *fiat lux*, *fiat firmamentum*, ſed

omnes ſimul tres perſonæ ad hanc nobiliſſimam hominis creationem, quaſi quadam Zelotypia conuenerunt, dicentes. *Faciamus Hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. Quod
orat. in illud faciã. hom. eleganter his verbis innuit D. Greg. Nyſſen. *Dixit faciamus, ne Patre cognito, Filium ignorares, laudareſque Patrem in Filio, & Filium in Spiritu Sancto; commune eorum opus extitiſſe, vt ipſos pariter adores, & colas, ne venerationem, cultumque diuidas cum vnicam eſſe Diuinitatem intelligas*. Nam ſi Deus dixiſſet fiat homo, homines per Creatorem Deum Patrem ſolum intellexiſſent, cui omnipotentia, & vniuerſi creatio tribuitur; vnde in ſymbolo legimus. *Patrem Omnipotentem Creatorem Cæli, & Terræ*. Et ſic ab amore, quem ſummo Factori debemus, Filium, & Spiritum Sanctum excluderemus; at dicendo, *faciamus*. oſtenditur ad hoc opus, omnes tres perſonas conueniſſe, & omnes æqualiter venerari, & amore proſequi tenemur in opere deinde Redemptionis facilè ſimplices deciperentur, putantes forſan, magis teneri Filio, quam Patri, & Spiritui Sancto, intuentes Filium carnem humanam aſſumpſiſſe, tormenta, & mortem ſuſtinuiſſe, & pro noſtra ſalute ſacramenta inſtituiſſe, &c. Quod intuens Æternus Pater Zelotypia motus nobis manifeſtare voluit, quod licet Filius de Cœlo deſcenderit pro noſtra ſalute, ipſe tamen Pater, vt Patrem in Redemptione haberet, miſit Filium; vt ipſemet Filius
cap. 6. per Euangeliſtam Ioannem fatetur dicens, *miſit me viuens Pater*, & alibi *ſicut miſit me Pater,*
cap. 20. *ego mitto vos*. Et Spiritus Sanctus ne excluderetur ab hoc opere Redemptionis indicauit nobis, quod nec Filius veniſſet, nec Pater miſiſſet, ſi ipſe, qui eſt vtriuſque amor, ad hoc non
Rom. 8. coegiſſet eos, & ſtimulaſſet. Vnde Paulus Apoſtolus inquit, *propter nimiam charitatem ſuam*
Ioan. c. 3. *miſit Deus Filium ſuum*. Et Euang. Ioan. *Sic Deus dilexit Mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*. Ex quo clarè patet nos omnem amorem noſtrum omnibus tribus perſonis æqualiter offerre debere.

In opere tandem Glorificationis idem valet argumentũ. Transfiguratur enim Chriſtus in Monte Tabor, & Imaginem noſtræ futuræ Beatitudinis in ſe oſtendit, & ne putaremus à ſolo
Matt. 17. Filio hoc beneficium nos accepturos, Pater, quaſi Zelotypia motus intonuit dicens. *Hic eſt Filius meus dilectus*, quaſi diceret, ſicut ego Pater glorifico hunc Filium meum, ita glorificabo, & vos, ſimiliter, & Spiritus Sanctus in hoc altiſſimo Glorificationis myſterio, Partem habere voluit, & in forma lucidæ nubis apparens, magno, & glorioſo ſplendore omnes adſtantes veſtire voluit, *ecce nubes lucida obumbrauit eos*. Vt ex bonitate ipſius diuini ſpiritus, lu-
3. p. q. 45. art. 4. minis gloriæ veſtem agnoſceremus. Hinc Angelicus Doctor ſcripſit, *in Transfiguratione tota Trinitas apparuit. Pater in voce, Filius in homine, Spiritus Sanctus in nube clara, quæ deſignabat claritatem Gloriæ, & refrigerium ab omni malo*. Inſtitutio etiam Diuiniſſimi Sacramenti Altaris fuit quædam Zelotypiæ inuentio. Propheta Ioel inquit, *zelatus eſt Dominus terram ſuam*. Et ſubdit effectum huius Zelotypiæ inquiens, *& dixit Dominus, ecce ego mittam vobis frumentum, vinum, & oleum, & replebimini in eis*. Quibus verbis voluit Creator oſtendere copiam rerum neceſſariarum, & fructus non ab elementis, & temporibus nos cognoſcere, ſed omnia ab ipſo Creatore, *ego mittam vobis*, vt ſolum Immenſo amori diuinæ liberalitatis teneremur; at in ſenſu miſtico, verba hæc de Sacramentali Frumento, & de Sacroſancti Calicis Vino accipiuntur; quibus etiam dignè ſumentibus gratiæ oleum aſſociatur, & totum hoc diuina Clementia fecit, vnde Propheta inquit, *zelatus eſt terram ſuam*. Quaſi Zelotypiam habens de cibo, quem comedimus, quia nihil eſt, quod in pectus noſtrum faciliorem ingreſſum habeat ſicut cibus, qui in viſcera ingreditur & cordi appropinquat. Vnde, & propter vitæ vtilitatem, & delectationem, quam affert, facilè pluſquam par eſt ab Anima diligi poteſt; hinc cœleſtis Sponſus Animarum noſtrarum Zelotypia motus, & cibum, & potum ſe fecit, vt in nos ingredi facilè poſſet, & noſtro amore potiri valeat. Et quaſi dicat, ſi aliquam partem cordis veſtri cibo, qui vos alit, tribuere putatis, mihi potiùs hoc debetis, qui vos ad vitam æternam, & Beatam alo; cibus enim materialis ad fugacem, & miſerabilem vitam vos nutrit.

Sed vt magis nobis innoteſcat, quam magna ſit Diuini Amoris Zelotypia erga nos attendite quæſo denuo ad verba Ioelis ſupra cit. nam priùſquam dixerit, *ecce ego mittam vobis frumentum vinum, & oleum*, ait, *zelatus eſt Dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo*, quibus verbis oſtendit, quod etiam Deus dùm peccata nobis condonat, hoc procedere ex peccatoris Zelotypia; Quis vnquam audiuit, quod dùm vxor adultera cum adultero moratur, Maritus eam diligat, & pro ea Zelotypiam patiatur? Anima, Chriſti Sponſa, dùm peccat adulterium
ferm. c. 3. cum Demone, Mundo, & Carne committit, *tu autem fornicata es, cum amantibus multis*, & vt adultera, à Sponſo repudiatur, *tu autem fornicata es, cum amatoribus multis; tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te*, quo clarè patet, quod Deus ad condonandum peccatori ex Zelotypia cogitur, *zelatus eſt terram ſuam, & pepercit populo ſuo*. Nam ſi generis hu-

Digitized by Google

mini inimicus, quoties ad eum per peccatum redit Anima, non ei improperat quod reliquerit eum, & Chriſto adhæſerit, imò lætanter eam recipit; Ideo Chriſtus, quoties ad eum Anima regreditur, ſemper magna cum lętitia eam recipit, imò ad regrediendum eam inuitat dicens, reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te, ne minorem propitiudinem in recipiendo Sponſam pęnitentem oſtenderet, quam Diabolus in eam recipiendo, poſt peccatum, & totum hoc, ex diuina Zelotypia procedit.

D. Dionyſius Areopagita poſtquam dixerit. *Amor extaſim facit*, ſubdit quod Deus propter vehementiam Amoris mirabiliter in extaſim fuerit raptus, his verbis. *Audemus, & illud pro veritate dicere, vt ipſemet Creator omnium, propter amatoriam ſuæ bonitatis magnitudinem, extra ſe factus ſit*. Ex quo quidem Amore oritur, in Deo, quod nobis iubeat, vt eum diligamus, & niſi diligimus iraſcatur, & minetur nobis, vt innuit D. Auguſt. *Quid tibi ſum ego vt amari te iubeas à me, & niſi faciam iraſcaris, & mineris ingentes miſerias? Parua ne, ipſa eſt miſeria, ſi non amem te?* *de diuin. nom. c. 4.* *lib. 1. confeſſ. c. 5.*

Et D. Chryſoſt. conſiderans vehementem Dei Amorem erga nos, in illis verbis, *ſic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum Vnigenitum daret*, inquit, *vox ſic dilexit, & illud; Deus Mundum, immenſam Amoris ſignificat vehementiam; magna enim inter hæc differentia eſt, & minimè conferenda; qui enim immortalis eſt, & nullo fine comprehenditur, homines ex terra, & cinere factos, & innumeris peccatis obnoxios, & malè de ſe meritos, & ingratos dilexit, & ſic dilexit, vt Filium ſuum Vnigenitum daret, non ſeruum, non Angelum, non Archangelum*, (& ita concludit, *nemo vnquam, pro Filio tantam præ ſe tulit charitatem, quantam pro ſeruis, & ingratis ſeruis Deus*. *homil. 26 in Ioan.* Et ex hac vehementia Amoris, coactus Dei Filius, pro omnium ſalute de Cœlo deſcendit, & humanam aſſumpſit carnem, & ita libenter, vt D. Athanaſius orat. in illud, *omnia mihi trad. &c.* alludens ad illud Iſaiæ, quem mittam, & quis ibit nobis; ita diſcurrit, *Deus nolens perire hominem in hæc verba locutus eſt, quem mittam? omnibus tacentibus, locutus eſt Filius, ecce ego mitte me tunc dedit illi Pater, vt verbum caro fieret*, ex quo clarè patet, quanti Deus ſemper fecerit hominem, quod ad eum redimendum poſt peccatum, Deus ſuum Filium mittere dignatus ſit, cuius prætioſo ſanguine redempti ſumus; vnde Euſebius emiſſ. clamat, *tam copioſo munere noſtra redemptio agitur, vt Deum valere videatur*, nec mirum, nam ab ipſomet creationis principio, Deus magno Amore proſecutus eſt hominem, dùm in creatione aliarum creaturarum verbo, *fiat*, vſus ſit, at in hominis creatione, eum proprijs manibus efficere voluerit, vt eleganter Diuus Ambroſius aſſerit. *Beſtias non fecerunt manus tuæ domine; ſed dixiſti, & produxit terra quadrupedia, & reptilia: me autem feciſti: me tuis manibus figuraſti, & manus tua parauerunt me, non mediocre opus, quod paratum eſt*. Et Tertullianus, ait. *Recogita totum illic Deum occupatum, ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, & affectione, quæ lineamenta ducebat*. Quem vehementem Dei amorem, & affectum, contemplans D. Auguſt. dicebat. *O anima mea Dei inſignita imagine, decorata ſimilitudine, dotata ſpiritu, deputata cum Angelis, capax Beatitudinis, dilige eum, à quo ſic dilecta es.* *homil. 21 de Paſch.* *ſer. 10. in pſal. 118.* *lib. de reſurr. c. 6.* *li. ſoliloq.*

D. Auguſt. hortatur nos, quare Deum amore proſequi debemus, & ita inquit, *nulla maior prouocatio ad amandum, quam præuenire amando. Nimis enim durus eſt animus, qui ſi vltro dilectionem, non vult impendere, etiam nolit rependere.* *lib. med. c. 3.* *lib. de Catech. Rud.*

D. Bernardus inquit. *Vbi amor eſt labor non eſt, ſed ſapor*. Sapientiſſimus Idiota inquit, *omnia grauia, & difficilia, verus amor facit facilia, & quaſi nulla.* *ſer. 85. in Cant.*

Sancta Eccleſia in libris Canticorum ſuæ fundationis ſucceſſus deſcribens inquit. *Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi*. Et per hanc Mirrham omnes ferè ſacri expoſitores martyria, & paſſiones intelligunt, quas ipſa Chriſti Sponſa paſſa eſt, quaſi diceret, dilectus meus fuit mihi amariſſima perſecutionum myrrha, quas libenter, propter eius amorem ſuſtinui; ſed valdè ponderandum eſt, quod ipſa Sponſa, plurium tyrannorum perſecutiones, tribulationes, tormenta, & martyria faſciculum vocat. & tamen cap. 4. Cant. dixit. *Vadam ad Montem Myrrhæ*, quid faſciculus cum monte? & quid mons cum faſciculo? D. Bernardus ait. *Myrrha amara, res dura, & aſpera tribulationem ſignificat*. Regius Propheta inquit, *multa tribulationes Iuſtorum. Et per multas tribulationes oportet, nos intrare in Regnum Dei*, ait Apoſt. & Ioannes, *hi ſunt, qui venerunt de magna tribulatione*. Qui ſcilicet de huius Mundi tribulationibus venerant; Quare ergo dicuntur faſciculus myrrhæ? Reſpondet D. Bernard. citatus. *Non faſcem ſed faſciculum dicit, quòd leue præ amore ipſius ducat, quicquid laboris immineat, & doloris. An non faſciculus, cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue? non, quia leue eſt in ſe, neque enim leuis paſſionis aſperitas, mortis amaritudo, ſed leuis tamen amanti, & ideo non ait tantum faſciculus myrrha dilectus meus, ſed mihi inquit, quia diligo, faſciculus eſt.* *cap. 1.* *ſer. 43. in Cant.*

Digitized by Google

Moyſes, qui mori deſiderabat pro ſuo populo dicens, *aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti*. Sed mirum eſt, cum idem Moyſes tanta fortitudine præditus, vnius tamen Ægyptij perſecutionem ſuſtinere non valuit, ſed ab eo viliter fugit, & ſe abſcondit, quomodo ergo mori deſiderabat pro populo? vnde ei tanta fortitudo euenit? Audite quæſo D. Chryſoſt. reſpondentem. *Moyſes ob vnicum Aegyptium territus fugit, & finibus exceſſit, & tamen idem ipſe fugitiuus, & vnius viri minas ſuſtinere non valens, melle charitatis ſemel guſtato nemine cogente mori pro ſuis feſtinabat*. Iterum Moyſes ipſe per Diuum Bernardum reſpondebit. *Non timeo, quia amo, paueant, qui non amant*.

hom. 33. in 1. Cor.

ſer. 64. in Cant.

Regius Propheta, vt oſtenderet quomodo diuinam Legem ad vnguem obſeruare potuiſſet, inquit. *Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer*, vbi aduertendum eſt, illud (&) non eſſe copulatiuum, ſed cauſatiuum quaſi diceret, *cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, quia dilexit ea vehementer*, ita interpretatur hunc locum D. Ambr. dicens. *cuſtodiuit, & dilexit, cum dixiſſet, cuſtodiuit, adiunxit dilexit: vt cuſtodia Amantis fuerit, non timentis, qui nimium diligit, nimium cuſtodit*. Legitur lib. 1. Paralipom. 15. quod leuitæ, qui Arcam Domini portabant, tanta facilitate portabant, quod nullum ferè pondus ſentiebant, & vt tanti beneficij grati eſſent immolabant Deo; hanc interpretationem affert Nicolaus de Lyra ex Hebræis. *Dicunt Hebræi, quod iſtud adiutorium intelligitur per hoc, quod Arca portabat ſeipſam, hoc eſt, quod diuina virtute ſic portabatur, quod leuitæ portatores eius, nullum pondus ſentiebant, & pro illo miraculo facta fuit immolatio*. Alij hunc locum exponunt, non quod Arca non ponderaret, ſed quod leuitæ tanta dilectione, & affectu Arcam portabant, quod eius pondus, leue, & quaſi nihil eis videbatur vnde ita ſubiunxit Nicolaus de Lira, *ſed fortaſſe illud miraculum, non tàm fuit poteſtatis, quàm charitatis, hæc enim efficiebat, vt illud onus alioqui grauiſſimum, amantibus leuiſſimum videretur*, iuxtà illud D. Gregorij. *Quid graue, non leuiter tolerat, qui amat? quidquid enim diligitur, cum magna deuotione portatur*, quod etiam accidit D. Mariæ Magdalenæ, quæ in horto quærens Dominum, inuenit quemdam, quem putans Hortolanum dixit ei Maria. *Si tu ſubſtuliſti eum dicito mihi, & ego eum tollam*, quid ais Magdalena? Mulier nobilis, & delicata es, quomodo tàm graue pondus (vt mortuum corpus eſt) portare poteris? ſed audio eam, mihi ita reſpondentem; *vbi Amor eſt, labor non eſt*, & omnia grauia, & difficilia; verus amor facit facilia, & quaſi nulla, quia amor, non capit de impoſſibilitate ſolatium, ſed audite quæſo Diuum Bernardum, *mira res, hominem perfectæ ætatis virum, cuius corpori vix centum libræ ſufficiunt vnguentorum tenerrima Mulier portabis, & tolles?* ſed D. Bern. ſubiungit hoc totum amori tribuendum eſſe his verbis. *Ardens, & affecta locutio, quæ de puritatis amore refuſa promittit, quod implere non poteſt, nihil enim amanti difficilè eſſe videtur*. Sed mirum quidem, non eſt, ſi veri Amantes, tanto amoris igne erga Deum flagrarent, cum in Deo optimo maximo omnia ea amabilia reperiantur, quæ nos ad eum diligendum trahunt.

ſer. 21. in pſal. 118.

ſerm. de S. M. Magdal.

Tria dicuntur requiri, vt aliquem amore proſequamur. Primum elegans aſpectus, vnde dici ſolet, *nulla commendationis epiſtola efficacior, ipſa pulchritudine*. Secundum beneficia collata, ad diligendum mouent, etiam ipſa bruta, vt multis patet exemplis. Tertium, cum certè ſcimus ab eo amari, nam *magnes amoris amor*, & ei, qui non amari conquærebatur, reſponſum fuit, *ſi vis amari, ama*, quæ omnia reperiuntur in Deo eminenter, monet eleganter Chryſoſt. *Tria ſunt, quæ amorem apud homines efficere conſueuerunt, forma corporis, magnitudo beneficij, vel quod ab eo amemur, vnumquodque enim eorum per ſe poteſt in nobis amorem procreare, in Deo autem, non hoc ſolùm, ſed hæc etiam tria videre licet, tanta, & tam inſignia, vt nulla ea poſſit explicare oratio*.

in pſ. 41.

Deum eſſe eamdem pulchritudinem, & omnis pulchritudinis fontem, & originem, hoc nulla indiget probatione, ſufficit dicere; *pulchritudo agri mecum eſt*; cuius beneficia ſunt inenarrabilia, audi Paulum. 2. Corinth. 9. *gratias ago Deo ſuper inenarrabili dono eius*; & quod mirum eſt, dùm nos eum offendere cogitamus, tunc ipſe nos iuuare cogitat, *ego cogito cogitationes pacis, &c.* quod admirans Iob dicebat; *quid eſt homo, quia magnificas eum*, immo totam volue, & reuolue ſcripturam innumerabilia inuenies beneficia, de amore audi D. Chryſoſt. *Deus ſuum nobis noſtræ ſalutis amorem ſignificaturus, patrum curam, matrum miſericordiam virorum profert amorem, non quia tantum dumtaxat amet, ſed his exemplis, atque regulis, non alia apud nos amoris ſigna, vel argumenta, quod multo magis nos reamet, ſi, ait mater filiorum vteri ſui obliuiſcatur; at ego tui non obliuiſcar*. Infinitis ferè alijs ſcripturis poteſt hoc probari; Hierem. *in charitate perpetua dilexi te*; Ioan. Epiſt. 4. *in hoc eſt charitas, non quaſi nos, &c. commendat autem Deus charitatem ſuam, &c.*

In finem dilexit nos, Ioan. quaſi diceret, ſemper dilexit, & tamquam perfectiſſimus amans

in finem

Digitized by Google

in finem maiora amoris argumenta demonſtrauit, cum ſcilicet Auguſtiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ inſtituit. in finem ait Euthimius, *quia vehementer dilexit eos*, in finem addit Cyrilius, *quia mortem ſubire propter eos, non prætermiſit.* in finem perpendit Dionyſ. Areopag. *quia in ſummum dilexit eos*, & D. Bern. explicans illud Matth. 21. *Si Filius Dei eſt deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei*, ait. *ſtulta petitio, immo quia Filius Dei eſt, de Cruce non ſcendat, quia proprium Dei eſt, perſeueranter vſque ad finem diligere*; vnde idem Bern. inquit, *Modus diligendi Deum, eſt diligere ſine modo.*

Nicolaus de Lyra in cap. 17. Gen. ita habet. *Solus vult Dominus amari, & vt ſolus Dominus noſter eſt, ſic totos nos exigit eſſe ſuos.* Vgo Vict. exclamat. *Ne amorem diuideres, idem tibi factus eſt Creator, & Redemptor*, & Rupertus Abbas loquens de Abel, & Cain, in illa verba Geneſ. 4. *nonne ſi rectè offeras, &c. Cain non rectè diuiſis, quia cum Deo offerret ſua, ſeipſum ſibi retinuit, cor ſuum reſtituit ſibi, & fructus terræ obtulit Deo.*

in lib. ſent.

Iſidorus ibidem. *Rectè offerebat, quia Deo, ſed non rectè diuidebat, quia exteriora dabat, & ſe in nequitia confirmabat.* Procopius in eundem locum. *Abel, non Cainus, quicquid immolauerat, totum tribuit Deo, nec cum illo dimidium facit, vnde donator, magis alter diſtributor appellari poteſt*, & D. Bern. *Quid miraris*, inquit, *ò Cain, ſi non reſpicit ad te, quia ita diuiſus es in te? ſi manum deuotioni, quid animum das liuori? non concilias Deum tibi, diſcors tecum, non placas, ſed peccas.* D. Laurentius Iuſtinian. ita, ait. *Deum planè, ſi quis agnoſceret, amore illius vniuerſa poſtponeret, paruipenderet viſibilia, laudabiliterque odiret, quamobrem ex ignorantia ſummi boni, terrena delectant.*

ſer. 24. in cant.
ſer. de S. Laurentio

D. Bern. Martires alloquens, qui lætanter patiebantur martiria, inquit. *Vbi tunc anima martiris?* & reſpondit Bernardus, *in viſceribus Ieſu nimium patentibus, ad introeundum, neque hoc facit ſtupor, ſed amor.* Diua Magdalena quamuis ab Angelo audiuiſſet Chriſtum reſurrexiſſe, denuò interrogata à duobus Angelis, *Mulier quid ploras?* reſpondit, *tulerunt Dominum meum, & neſcio, vbi poſuerunt eum*, quod animaduertens D. Bonauentura, ait. *Paulo ante audierat ab vno Angelo, quod reſurrexerat, & poſtea a duobus, quod viuebat, & non recordatur, ſed dicit neſcio, amor hoc faciebat, quia anima ſua, non erat; vbi ipſa erat, ſed ibi erat, vbi magiſter ſuus erat.* Theodoretus. *Docemur, inquit, dilectionem non ſcindere in dilectionem Dei, & in dilectionem auri, ſed tantæ dilectionis vim Creatori Deo conſeruare.* D. Auguſt. *minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.*

ſerm. 61.
ibidem cap. 89.
q. 3. ſuper illud Deut. 6. diliges Dom.

Diuus Lucas Euang. cap. 7. loquens de Sancta Maria Magdalena dicit, eam Chriſti pedes lachrymis lauaſſe, capillis terſiſſe, & vnguento vnxiſſe, at de oſculis Magdalenæ ſermonem habens, alio modo vſus eſt dicens; ex quo intrauit non ceſſauit oſculari pedes Chriſti, & hoc modò ait Baezza Chriſtus per Lucam Euang. definire voluit Animas Dei amantes, & ſic ratiocinatur. *Equidem verè Dei Amatorem animum definit, qui paucis amoris ſui ſignis, contentus, non quieſcat, ſed potius ceſſare neſciat ab his operibus, quæ intimum animi affectum manifeſtant.* Vnde dicitur in Cant. iuxta 70. lectionem, *oſculetur me ab oſculis oris ſui*, quod perpēdens D. Ambroſ. ait. *Non vnum oſculum quærit, ſed plura, vt deſiderium ſuum poſſit explere, quæ enim diligit, non eſt vnius oſculi parcitate contenta, ſed plura exigit, plura vendicat, itaque, & illa in Euangelio, ſic probata eſt, quia non ceſſauit, inquit, oſculari pedes meos, & ideo dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum.* Hinc Pſalmographus dicebat, *quærite faciem eius ſemper, quomodo ſemper ait.* D. Auguſtinus, *vt non huic acquiſitioni, qua ſignificetur amor, finem præſtet inuentio, ſed amore creſcente, inquiſitio creſcat inuenti*, & D. Greg. habet. *Cum vna, eademque ſit charitas, ſi mentem plenè cæperit hanc innumera opera multiformiter accendit.*

tuum in ſoliloq. c. 19
tom. 2. li. 6. cap. 6. §. 29.
lib. de Iſa. cap. 3.
Pſ. 104.
lib. 10. moral.

Quatuor genera Amantium reperiuntur, quorum primi dicuntur, *incipientes*, qui ſemper ſunt parati ad Dei voluntatem exequendam, & ad quæcunque aduerſa ſufferenda, quorum ſtemma erit, *cor Adamantinum*, hac inſcriptione, *paratum cor meum Domine*, quaſi dicerent, cor meum inter multas tribulationes non frangetur. Secundi dicuntur, *inſeparabiles*, de quibus Apoſtolus, *quis ſeparabit à charitate Chriſti?* quorum inſigne eſt, *Salamandra inter flammas*, cuius inſcriptio hæc eſt, *ignis in circuitu eius.* Tertij dicuntur, *ſingulares*, & ſunt illi, qui in amore conſumati ſunt, & in eo viuunt ſemper feruidi, quorum Symbolum eſt, *Fenix*, cuius inſcriptio eſt, *ſecundum eamdem naturam*, quia numquam moueri permittunt. Quarti dicuntur, *inuiacibiles*, quorum ſignum, *eſt magnus ignis accenſus*, cuius inſcriptio eſt, *Deus ignis conſumens eſt*, quia omnia ſibi contraria conſumunt.

Diuus Petrus Chryſologus, ait. *Amor non recipit de impoſſibilitate ſolatium.* Cognoſcit amans non poſſe ſummum, & æternum bonum videri in hac vita, & tamen, petit, *oſtende mihi faciem tuam, oſculetur me oſculo oris ſui*: cognoſcit non poſſe amari Deum, vt diligunt ſancti,

ſer. 147.

Digitized by Google

ſancti, & tamen *non capit de impoſſibilitate ſolatium*, immo infinito amore diligere cupit, & quamuis hoc difficillimum eſſe ſciat, tamen non aduertit affectum, non poſſe correſpondere effectui, vnde Dauid dicebat, *latum mandatum tuum nimis*, quæ verba diſcutiens Ricc. de Sancto Vict. inquit. *Præceptum ſcilicet dilectionis, omnem noſtram capacitatem ſuperare, nimis latum quia excedit cum deſiderio poſſibilitatem*. Et quamuis cognoſcat, obiectum amandum, eſſe infinitum, & anima cum ſit finita, non poſſe peruenire, ſupplet deſiderio, vnde Pſalmographus dicebat, *concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore*; oportebat dicere, *concupiuit anima mea iuſtificationes tuas*. & ſic bene ſe res habebat. ſed dicit, *concupiuit deſiderare*, quomodo ergo intelligitur hoc deſiderium deſiderij? modus animam iuſtificandi, & omnia adipiſcendi bona, eſt charitas, quia charitas operit multitudinem peccatorum, vnde de Magdalena dicitur, *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*; hinc Dauid conſiderans præceptum charitatis, tamquam affirmatiuum omni tempore non obligare, inter ſemetipſum dicebat, vellem Deum mihi addere præceptum omni tempore diligendi, ita, vt ſemper eſſem in actu amandi, hinc dicebat, *ſitiuit anima mea à Deum, &c.* ſed quod nam eſt remedium? ecce *fuerunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte*, quis nam modus eſt hic ſitim extinguendi? nam comedendo deſtruitur humor in corpore, & ſic maiori ſiti afficitur homo, nam ſicco conſumitur humidum, quomodo ergo ſitiens ad fontem curris, & lacrymas bibit, quæ in panem conuertuntur? ſed excuſatione dignus eſt, quia ſemper ſitiens erat, hoc enim eſt deſiderium diuinæ charitatis.

Chriſtus Dominus ita humanã naturam dilexit, vt quæcumque effecerit, ei pro futura eſſe voluerit; hinc cum Gabriel Archangelus ad Virginem Mariam deſcenderit, vt Diuinum Incarnationis Myſterium annunciaret, ait Virgini, *concipies, & paries Filium*, cum autem idem Archangelus ad Zachariam veniſſet, & Ioannem Baptiſtam naſciturum ex Eliſabeth annunciaret, dixit Gabriel Zachariæ, *Eliſabeth pariet tibi Filium*, cur non dixit etiam Mariæ, *concipies, & paries tibi?* quia Chriſtus venit in mundum pro redemptione omnium, & tamquam perfectus amans, omnibus ſua diuina beneficia impertiri voluit, ideo non dixit Archangelus, *concipies, & paries tibi?* at Ioannes Baptiſta, quia non venit pro noſtra redemptione, addidit Gabriel, *pariet tibi Filium*, quaſi diceret, pro tuo beneficio, pro tua vtilitate, tu, & parentes tui magna afficiemini iucunditate, audite Theophilatum ibidem loquentem de Annuntiatione Mariæ. *Non dixit pariet tibi filium, ſed ſimpliciter pariet, non enim peperit illi, ſed toto orbi.*

Hinc volens Deus populo Regem conſtituere, iuſſit Samueli, vt vngeret in Regem Saul, & ait Text. 1. Reg. 15. quod Samuel vnxit eum in Regem in extremo ciuitatis, vbi nullus aderat; quando autem, idem Samuel vnxit in Regem Dauid ſic ait Textus 1. Reg. 16. vnxit eum in medio fratrum, quod nam eſt hoc diſcrimen? dicimus quia Saul tamquam malus, Diabolum figurabat, qui nunquam pro noſtro beneficio, ſed pro noſtra perditione venit, & pro ſuo vtili, vt ſcilicet animas noſtras deuoret, ideo in extremo ciuitatis. Dauid autem, qui Chriſtum figurabat, qui tamquam ardens amans, pro noſtra ſalute venit, *nobis natus, nobis datus*, ideo vnxit eum in medio fratrum, audi D. Chryſoſt. ibidem. *In medio fratrum, quia ſi præeminet, bonum aliorum quærat, Saul in extremo ciuitatis, quia per proprium amorem intumeſcere debuerat*. Vnde animaduertendum eſt, quod quamuis Chriſtus poſtquam reſurrexit ſe cognoſcendum ſenſui præbuit ab illis duobus Diſcipulis, qui ibant in Caſtellum Emaus, loquens eis dulciſſimis verbis, ſcripturas explicans, & corda eorum igne diuini amoris inflammans, vnde dicebant, *nonne cor noſtrum ardens erat*, & tamen non cognouerunt eum, niſi in fractione panis, nam quando Diſcipuli viderunt Chriſtum fregiſſe panem in duas partes, quarum vnam, vni Diſcipulo, alteram, alteri dedit, & pro ſe nihil retinuit, tunc cognouerunt, & dicebant, qui omnia alijs diſtribuit, & nihil pro ſe conſeruat, non poteſt eſſe, niſi Dei Filius, ideo *cognouerunt eum in fractione panis*, mens eſt Durandi dicentis. *In Emaus fregiſſe panem, ſed non comediſſe legitur ideo agnouerunt eum.*

In rationabilibus Biblia.

In Daniel. 3. legitur, Regis Nabucdonoſor iuſſione, ſtatuam auream fabricatam fuiſſe, quam publico Edicto, ab omnibus adorari imperauit, & ſi aliquis eam adorare renuiſſet, in fornacem ignis ardentis eſſet mittendus; tres inuenti fuere pueri, Sidrac ſcilicet, Miſac, & Abdenago, qui potiùs fornacem ignis ſuſtinere elegerunt, quam ſtatuam adorare, dicet aliquis, hoc eos feciſſe, ne Idolatriam committerent, ſed ego reſponderem, quod poterant ſibi proponere in ea ſtatua verum Deum Iſrael fuiſſe, ſic eam adorare, quemadmodum nos facimus ſanctorum imagines adorando, quatenus ſcilicet Sanctos, qui in Cœlo viuunt, & regnant repræſentant, at tres illi pueri, non poterant hoc effingere, quare? quia ſtatua illa erat

aurea,

aurea, *ſtatuam auream*, (dicit Textus) aurum enim hanc proprietatem habet, quòd ſcilicet conſortem, non admittit, & vbi naſcitur nullum herbarum genus pullulat, quamuis ſeminaretur, quia omnem illius terræ humorem metallum ſibi attrahit, quod omnino contrarium Deo eſt, cum omnia nobis donet, nihil pro ſe retinens. audi D. Chryſoſt. dicentem. *Non poterat imago talis Deum repræſentare, quia Deus in auro non lucet.* *De Trib. puer. c. 27*

D. Matth. Euangeliſta inquit, quod ſimul cum Chriſto Crucifixerunt duos Latrones, quorum manus funibus ligauerunt in Cruce, quare ergo Chriſti manus clauis perforarunt? Ariſtot. dicit, ideo naturam non efformaſſe manum æqualem, ſed digitum vnum ab alio ſeiunctum, in ſignum liberalitatis, nam cum aliquis aliquid in manu habeat, facillimè per digitorum inter capedinem defluit, hinc, vt clarè cognoſcamus, Chriſtum nihil ſibi retinere, ſed omnia nobis tribuere, non ſolùm diſtantes digitos habere voluit, ſed etiam, ita perforatas manus, vt nihil ſibi retinere potuerit, omnia nobis largiendo, audi Hugonem Cardin. ibidem dicentem. *Largitate habuit manus perforatas, vt nihil ei remaneret, quod non daret, quia ſeipſum dedit.*

D. Petrus Chryſol. inquit. *Amor non recipit de impoſſibilitate ſolatium.* Hominem deambulare ſupèr aquas, impoſſibile eſt, Apoſtolus Petrus, qui ardenter Chriſtum amabat, videns Chriſtum ſuper aquas ambulantem, vt ad eum perueniret, quaſi impatiens, aquarum periculum non conſiderans, amore duce, aquarum vortices calcauit, animaduertit hoc D. Ambr. de fide Petri. *Ambulabat enim inquit, ſuper mare Petrus, magis dilectione, quam pedibus, nō enim videbat, vbi pedum veſtigium poneret, videbat autem vbi figeret veſtigium charitatis, in naui enim poſitus Petrus conſiderat Dominum, & amore eius ductus deſcendit in mare, non cogitat labentes aquas, non fluenta currentia, & dum Chriſtum reſpicit, non reſpicit elementum.*

DE ANGELORVM CVSTODIA, & Excellentia.

1 Diuus Ambr. Infirma eſt caro, mens ægena eſt, & peccatorum vinculis impedita; ad Medici illius ſedem; ſcilicet Chriſti, debile non poteſt explicare veſtigium, obſecrandi ſunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt. *lib. de Viduit.*

2 Idem, ita habet. Tantum enim mandati myſterium, non hominis fuit, ſed Angeli ore propemendum. *in Luc. ſup miſſ. eſt.*

3 Albertus Magnus. Angelus venire debuit in veſte clara. *ſup miſſ. eſt*

4 Anaſtaſius Synaita. Supernæ poteſtates valdè, & vehementer diligunt, ac protegunt humanum genus, & pro eo orant, & intercedunt. *l. 1. exam.*

5 D. Anſelmus. Cum iuſtus in extremis agit, Angelus ſui Cuſtos, cum multitudine Angelorum venit, & animam Sponſam Chriſti, de carcere corporis tollit, & cum maximo dulciſſimo melodiæ cantu, & immenſo lumine, ac ſuauiſſimo odore ad cęleſte perducit palatium, in ſpiritualem Paradiſum. *in elucid.*

6 Antiochus Abbas. Duo Angeli dati ſunt homini aſſeſſores, vnus quidem Iuſtitiæ amantiſſimus, alter vero malitiæ omnis incentor maligniſſimus. *hom. 61.*

7 D. Auguſt. Quoties bene agimus, gaudent Angeli, & triſtantur Dęmones, quoties vero à bono deuiamus Diabolum lætificamus, & Angelos ſuo gaudio defraudamus. *in lib ſoliloq. tom. 6*

8 Idem. Maximum æſtimo beneficium, quod Angelum pacis ab ortu natiuitatis meæ, ad me cuſtodiendum, vſque ad finem meum, mihi dediſti: magnas tibi gratias deferre debeo, quod me terra, non abſorbuit, non me cęlum fulminauit, non me fulgur combuſſit, non flumina ſubmerſerunt, nec alia pęna, pro vt dignus eram, me afflixiſti. *de dil. Deo tom. 9.*

9 Idem, de Angelis ait. Gemitus noſtros, atque ſuſpiria, referunt ad te Domine, vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem, *in ſoliloq. c. 27.*

10 Idem, *ibidem*. Magna cura, & vigilanti ſtudio adſunt nobis Angeli omnibus horis, & locis, ſuccurrentes, & prouidentes neceſſitatibus noſtris, & ſolliciti diſcurrentes internos, & te Domine.

Digitized by Google

in pſ. 44. 11 Idem: In ſcala Iacob aſcendebant, & deſcendebant Angeli Dei Prædicatores ſunt veritatis: aſcendunt, vt erigant magnos, deſcendunt, vt nutriant paruos, vide aſcendentem Paulum, ſiuè mente excedimus Deo, vide deſcendentem, ſiuè temperantes ſumus vobis, vide aſcendentem, ſapientiam loquimur inter perfectos, vide deſcendentem, lac vobis potum dedi, non eſcam.

in pſ. 62. 12 Idem: Attendunt Angeli nos Peregrinos, & iuſſu Domini, auxiliantur nobis, vt ad illam Patriam communem aliquando redeamus.

in pſ. 33. 13 D. Baſil. Quemadmodum vrbium muri vndequaque hoſtium inſultus arcent pro pulſantes hoſtiles incurſus; ſic etiam Angelus, & à tergo, & à fronte cuſtodit, & neque vtriuſque lateris partes in cuſtoditas relinquit.

14 Idem in verba Pſal. 33. *Immittet Angelus Domini in circuitu, &c.* Conſidera quanta eſt Angelorum natura, nam toti exercitui, & multorum hominum ordini, vnus Angelus aſſimilatur; propter magnitudinem igitur cuſtodientis te, Dominus totum exercitum tibi largitur, propter fortitudinem vero Angeli, velut muro te munit, vndequaq; ipſius tutela.

in pſ. 33. 15 Idem. Quemadmodum fumus fugat apes, & fœtus odor columbas expellit, ſic Angeli Sancti vitæ noſtræ cuſtodes praua opera. & peccata abigere, & profligare ſolent.

lib. 5. de conſid. c. 4 16 D. Bern. Putemus Angelis præeſſe Archangelos, qui nonniſi ob maximas & præcipuas cauſas mittuntur, ex quibus magnus ille Archangelus Gabriel miſſus eſt legitur ad Mariam, ob cauſam vtique qua maior eſſe non potuit.

ſer. 2. de Pent. 17 Idem. Miſſus eſt coluber tortuoſus à Diabolo, vt venenum per aures, mulierie in ipſius mentem transfunderet, & ſic refunderet in totius poſteritatis originem; Miſſus eſt Gabriel à Deo, vt verbum Patris per aurium Virginis, in ventrem, & mentem ipſius eructaret, vt eadem via intraret antidotum, quo venenum intrauerat.

ſerm. 1. 18 Idem. Angeli noſtros ſudores, non ſuos, noſtras, non ſuas lacrymas offerunt Deo, nobis quoque eius munera referunt.

ſer. 20. de Natiu. 19 Idem. Diſcurrunt medij inter nos, & Deum fideliſſimè portantes ad Deum gemitus noſtros, & ipſius gratiam.

ſer. 1. de S. Mich. 20 Idem. Habitote familiares Angelos fratres mei, & frequentate eos ſedula cogitatione, & deuota oratione, quia ſemper nobis ad ſunt, ad cuſtodiam, & conſolationem.

ſer. 5. in Cant. 21 Idem. Angelus erat, ſatagitque in libertate ſpiritus, adminiſtrare officia pietatis, ideſt, ea libertate, ac facilitate, quaſi ſpiritus omnia permeat.

ſer. 7. in Cant. 22 Idem. Attendite Principes noſtros, cum ſtatis adorandum, vel pſallendum, & ſtatecum riuerentia, & diſciplina, & gloriamini, quia Angeli noſtri, quotidie vident faciem Patris; nimirum miſſi in miniſterium propter nos, qui hæreditatem capimus ſalutis, deuotionem noſtram in ſuperna ferunt, referunt gratiam.

ibidem. 23 Idem. Credimus Angelos Sanctos aſtare orantibus, offerre Deo preces, & vota hominum, vbi tamen ſine ira, & diſceptatione leuari puras manus perſpexerint.

ſer. 12. in pſ. 49. 24 Idem. Etſi tàm paruuli ſumus, & tàm magna nobis, non modo tam magna, ſed, & tàm periculoſa via reſtat, quid tamen ſub tantis cuſtodibus timeamus? nec ſuperari, nec ſeduci, minus autem ſeducere poſſunt, qui cuſtodiunt nos in omnibus vijs noſtris, fideles ſunt, prudentes ſunt, potentes ſunt, quid trepidamus?

ſerm. 40. 25 Idem, ſuper illud. *Acceſſerunt Angeli.* Tu vero, ſi vis habere miniſterium Angelorum, fuge conſolationes ſeculi, & tentationibus reſiſte Diaboli.

26 Idem, in illa verba Pſal. 9. *Angelis ſuis Deus mandauit de te, &c.* ita habet: Quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam afferre deuotionem, conferre fiduciam? reuerentiam pro præſentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro cuſtodia, cautè ambula, cui videlicet ad ſunt Angeli, ſicut eis mandatum eſt, in omnibus vijs tuis.

ſer. 12. 27 Idem, *in pſalm. qui habitat.* Quoties grauiſſima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca cuſtodem tuum, ductorem tuum, adiutorem tuum; in opportunitatibus, in tribulatione inclama eum, & dicito, (Domine ſalua nos perimus.)

in ſer. de vig. Nat. 28 Idem. Exultare Angelos facimus, quando conuerſi ſumus ad pœnitentiam, proficiamus, & feſtinemus de nobis eorum implere lætitiam.

ſer. 11. in pſ. 91. 29 Idem. In quouis diuerſorio, in quouis angulo Angelo tuo reuerentiam habe. Tu ne audeas illo præſente, quod vidente me, non auderes.

ibidem. 30 Idem. Simus deuoti, ſimus grati, tantis cuſtodibus, redamemus eos quantum poſſumus, quantum debemus affectuosè.

ibidem. 31 Idem. Væ nobis, ſi quando prouocati Sancti Angeli peccatis, & negligentijs indignos

nos

Digitized by Google

nos iudicauerint præſentia, & viſitatione ſua, & quorum præſentia protegere nos, & propulſare poterat inimicum.

32 D.Bonau. *In ſoliloq. Anim. & Corp.* O Anima ſi videre poſſes, quanto gaudio Angeli *cap. 1.*
aſſiſtunt orantibus, interſunt meditantibus, quanto ſtudio in bono conſeruant.

33 Caſſianus. Mirantur omnes Hyerarchiæ Cęleſtes, quod ad huiuſmodi legationem *in Comm.*
nuntius cęleſtis egreditur, ſuſpenduntur eorum altis conſiderationibus mentes. *Euang.*

34 Idem. Angelus in ſolito lumine ſplendens à tabernaculo virginis tenebras abſtulit, & *ibidem.*
intus irradiauit.

35 D.Greg. *Loquens de Incarnatione verbi*. Summum Angelum venire dignum fuerat; qui *hom. 3. in*
ſummum omnium nunciabat. *Euang.*

36 Idem. Hi, qui minima nunciant, Angeli, qui vero ſumma annunciant, Archangeli *hom. 34.*
vocantur.

37 Idem. Superna illa ciuitas ex Angelis, & hominibus conſtat, ad quam tantum credimus humanum genus aſcendere, quantos illic contigit electos Angelos remanſiſſe, ſicut ſcriptum eſt. Statuit terminos gentium, iuxta numerum Angelorum Dei. *ibidem.*

38 D.Hieronym. Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in *lib. 4. in c.*
cuſtodia ſui, Angelum deputatum. *18. Matt.*

39 Idem. Angeli de ſuprema Patria deſcendentes in mundum, iuſtos, vel inter tentatio- *in cap. 25.*
nes ſpe cęleſtium roborant, vel finitis tentationum certaminibus, ad palmam perpetuæ re- *Prou.*
tributionis inducunt.

40 Idem, *in illud Pſal.* 33. Immittet Angelus Domini in circuitu, &c. Angelorum auxilijs vnuſquiſque ab inimicorum inſidijs liberatur.

41 Idem. Ad comparationem angelicæ dignitatis, omnis humana creatura pueritia eſt *ſup Zacc.*
nuncupata, quia non Angeli in nos, ſed nos in Angelos proficimus.

42 D. Ioannes Chryſoſt. *ſuper Epiſt. ad Coloſſ.* Angelum habet vnus quiſque credentium, ſi *hom. 3.*
ergo Angelus habemus ſobrij ſimus, tamquam ſi pedagogi quidam nobis adeſſent. Timeamus, ne irati à nobis recedant; iuxta illud Hyeremiæ curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam.

43 Idem. Quamdiù circa nos eſt Angelus bonus, numquam nos in tentationem impelle- *hom. 5. in*
re, poteſt Angelus malus. *c. 4. Matt.*

44 Idem. Nam ſicut Imperatoris Optimi prouiſione, Vrbes omnes, caſtella ſingula; manu *hom. 40.*
militari aduerſus hoſtilem muniuntur aduentum, ita, & Deus quoniam barbara, & agre- *in imperf.*
ſti mente tabientes Dæmones ad pacis euerſionem, vbique verſantur, ad tutelam noſtram conſtituit exercitus Angelorum.

45 B. Laurentius Iuſtin. Inſolito fulgore veſtitus Angelus in humana effigie deſcendit ad *ſer. de An*
Virginem. *nune.*

46 Idem. Fit pro peccatoribus conuerſis Angelis Dei gaudium in Cęlis; qui de ipſorum *de ſpirit.*
propinqua perditione, vtcumque gemebant, non dolendo, ſed compatiendo, ſed interce- *animæ in-*
dendo, ſed eorum emendationem anhelando. *teritu.*

47 Idem. Angeli ſuo miniſterio Dæmones arcent, ne ad libitum noceant, quis quæſo, niſi *de ſpir. aui*
Angelico eſſet fultus auxilio, tàm immaniſſimorum hoſtium valeret ſuperare rabiem, effu- *mæ reſur.*
gere laqueos, tentationes vincere, fraudeſque detegere? cuſtodia ſiquidem ſua, vias noſtras ſæpiunt, ne in petram ſcandali ſpiritualem animæ impingamus pedem, vt teſtatur Propheta dicens, (Quoniam Angelis ſuis Deus mandauit de te.)

48 Origen. Angeli in Cęlo de profectibus hominum gloriantur ipſi enim velut procura- *hom. 80.*
tionem animarum noſtrarum tenent, quibus dùm adhùc paruuli ſumus, velut tutoribus, *circa c. 21*
& actoribus committimur, vſque ad præfinitum tempus à Patre. *gen.*

49 Idem. Sancti Angeli videntes nos inſectationem Dæmonum pati, inſurgunt aduerſus *hom. 8. in*
eos, qui nos infeſtant, & omnes eos, poſt terga cadentes interimunt. *c. 8. Ioſuè.*

50 Idem. Adeſt vnicuique noſtrum etiam Angelus Domini, qui regat, qui moneat, qui *hom. 20 in*
gubernet, qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis quotidie vi- *c. 25 num.*
deat faciem Patris.

51 Idem. Vnuſquiſque Angelorum in iudicio aderit, producens illos, quibus præfuit, qui *hom. 66.*
teſtimonium perhibent, quot annis circa eum laborauit ad bonum inſtigando, ſed illeius *ſup num.*
monita ſpreuit.

52 Idem. Poſt Chriſtum natum, efficacius Angeli nos cuſtodiunt. *hō. 10 ī Luc*

53 Idem, *ibidem*. Si Princeps meus, Angelum dico, qui eſt mihi conſignatus commonuit

de bonis, & locutus eſt in corde meo, ſed ego contemptis eius moniris, præceps in peccata corrui, duplicabitur mihi pęna, vel pro contemptu monitoris, vel pro facinore commiſſo.

lib. 5. contra celſū. 54 Idem Angeli enim aſcendunt, & deſcendunt ad filium hominis, perquirunt. & curioſè agunt, quid in vno quoque noſtrum inueniant, quid offerant Deo. vident, & perſcrutantur vniuſcuiuſque mentem, ſi habeat aliquid tale, ſi tam ſanctum aliquid cogitet, quod Deo mereatur offerri.

ſer. 5. de exalt. Crucis. 55 B. Petrus Damian. Quotidie illos ad noſtram cuſtodiam deputatos, multipliciter offendimus, & offenſam negligentia cumulamus; ipſi autem, licet à nobis frequenter iniurias patiantur, ſuſtinent tamen, & compatiuntur peccantibus, nec minor illorum, circa nos cuſtodia, immo maior ſollicitudo, cum boni cuſtodis ſit, infirmis magis quam ſanis opetam exhibere.

ſer. 3. Dñ. Adu. 56 D. Vinc. Ferr. Sancti Angeli habent ad nos pietatem, quia reſpiciunt nos per feneſtram, & quando vident nos in periculis, & miſerijs, veniunt ad defendendum nos.

MANTISSA
ad Angelorum Cuſtodiam, & Excellentiam.

VT Angelorum laudes, Excellentias, Protectiones, atque beneficia valerem enarrare, Angelorum intellectum; me oporteret habere: ſubijciam tamen, quæ ex multorum collegi Doctorum ſcriptis, vt proprio meo vſui inſeruirent.

Angeli ait, Luc. 2. Miſſi ſunt, ad annunciandam gloriam, gaudium, & pacem. Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & dixit eis Euangelizo vobis, &c.

Angeli adhibiti, vt vinctos de carcere educerent, vt eduxerunt Petrum Apoſtolum. Act. 2.

Angeli aſſignati ad noſtram defenſionem, vt defendiſſe legitur Hebræos, tenebras immittentes in Aegyptiorum exercitum, vt ſic Hebræi tutè pertranſirent. Angelus Domini præcedebat. Exod. 14.

Angeli deſtinati, vt tribulatione affectos conſolarentur, vt conſolati ſunt tres illos pueros in Babilonica fornace, ita vt ignis ille, in auram ſuauem commutaretur.

Angelorum tactu, caſtitas in nobis effloreſcit, vt in Iacob dùm eius femur percuſſerunt, tetigit neruum, &c. Gen. 32.

Angelis commiſſum homines deducere in hac lacrymarum valle, vt deduxerunt Moyſem in columna, Angelus Domini præcedet te. Exod. 13.

Angelorum opera, in oratione excandeſcimur, vt Seraphin ille accenſo carbone, quem ex altari tulerat, vt Iſaiæ labia purgaret, & volauit ad me vnus, &c. Iſa. 6.

Angelis datum eſt, vt Diuinis Iudicijs nos terreant, vt accidit in ſepulchro Chriſti, cuius cuſtodes ex aſpectu conterriti ſunt; Angelus Domini deſcendit. Matth. 18.

Angeli ſpem reconciliationis cum Deo nobis tribuunt, vnde de Daniele dicitur, noli timere vir deſideriorum.

Angeli pęnitentibus animum addunt, vt accidit Heliæ ſub iunipero, ſedenti, cui panem ſubcinericium, & vas aquæ attulerunt, ecce Angelus tetigit, &c. 2. Reg. 19.

Angeli, Dei voluntatem nobis indicant, vt legitur feciſſe Patri Samſonis; Angelus Domini aſcendit in flamma. Iud. 13.

Angeli nos defendunt contra infernales poteſtates, (factum eſt prælium in cœlo.) Apoc. 12.

Angeli nos in Cœlum conducunt, vt de mendico Lazaro deſcribitur, (factum eſt, vt moreretur,) & portaretur ab Angelis.

Angeli nobis inſeruiunt, vt concinnatores: extollunt enim magnos, & paruos nutriunt. ita D. Aug. in cuius figura; (inquit Sanctus Doctor) eſt ſcala illa Iacob, per quam Angeli aſcendebant, & deſcendebant, aſcendebant, vt attollerent, deſcendebant, vt nutrirent, audi

in pſ. 44. quæſo verba D. Aug. *In ſcala Iacob, aſcendebant, & deſcendebant Angeli Dei, Prædicatores ſunt veritatis, aſcendunt, vt erigant magnos, deſcendunt vt nutriant paruos, vide aſcendentē Paulum, ſiue mente excedimus Deo, vide deſcendentem, ſiue temperantes ſumus vobis, vide aſcendentem, ſapientiā loqui-*

Digitized by Google

loquimur inter perfectos, vide deſcendentem, lac nobis potum dedi, non eſcam.

Angeli nobis veniam intercedunt, dùm noſtras lacrymas, & gemitus Deo offerunt, ſic D. Auguſt. ait. *Gemitus noſtros, atque ſuſpiria referunt ad te Domine, vt impetrent nobis facilem, tuæ benignitatis propitiationem.*

in ſoliloq. cap. 27.

Angeli ſemper pro nobis inuigilant, &, vt in noſtris neceſſitatibus adiuuent, iugiter ſunt parati, audi D. Auguſt. ſupracit. *Magna cura, & vigilanti ſtudio adſunt nobis Angeli, omnibus horis, & locis ſuccurrentes, & prouidentes neceſſitatibus noſtris, & ſolliciti diſcurrentes inter nos, & te Domine.*

Angeli, cum nos peregrinos eſſe in hoc mundo videant; omni conatu, vt nos ad Paradiſi Patriam reuertere poſſimus procurant, ita habet Diuus Auguſt. *Attendunt Angeli nos peregrinos, & iuſſu Domini auxiliantur nobis, vt ad illam Patriam communem aliquando redeamus.* Et quemadmodum ſolemus vrbes muris vallare, vt ab hoſtium inſultibus defendamur, ita, & Anima noſtra, Angelorum cuſtodia circumdatur, vt ab omnibus inimicis defenſa permaneat, audi D. Baſil. *Quemadmodum vrbium muri vndequaque hoſtium inſultus arcent, ſic etiam Angelus, & à tergo, & à fronte cuſtodit, & neque vtriuſque lateris partes incuſtoditas relinquit, cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tui, quoniam Angelis ſuis mandauit de te.*

in pſ. 62.

in pſ. 83.

Gaetanus reddens rationem, cur Deus ad repræhendendum populum miſerit Prophetam, vt dicitur Iud. 7. & ad conſolandum roborandumque Gedeonem miſerit Angelum, vt legitur Iud. 6. ſic habet. *Miſſus eſt Angelus ad Gedeonem conſolandum, & non ad populum obiurgandum, quia Angeli munus conſolandi miſeros tamquam magis nobile, ſibi ipſis præcipiunt, munus vero obiurgandi impios, tamquam minus nobiles, hominibus remittunt.*

in cap. 16. Geneſi.

Hinc prima vice, in qua Angelum apparuiſſe legimus, apparuit Agar Abrahæ Ancillæ, ſic obſeruat Gaet. cit. dicens. *Notandum Angelum Domini antea nullis apparuiſſe.* Vnde Drogo Oſtienſis quærit. *Cur primo tempore, quo Angelus apparet, non ad Heroes, non ad Principes, cum legatione mittitur, ſed ad miſeram ancillam Aegyptiam fugitiuam? quia Angelo nulla potuit eſſe legatio glorioſior illa, qua ad miſeram ancillam conſolandam fungebatur.* Hinc ad Chriſtum in Horto ſolandum, Angelus deſcendit, confortans eum, D. Auguſt. inquit, hunc Angelum fuiſſe Seraphim, habentem alas in modum Crucis, qua figura, maximè conſolationis Chriſto fuit, nam Chriſtus ardenter Crucem optabat, D. Chryſoſt. loquens de mendico Lazzaro perpendens illud, (vt portaretur ab Angelis,) ita habet. *Non ſuffecerat ad portandum pauperem vnus Angelus, ſed propterea plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant.* Vnde & Anſelm. *Cum iuſtus in extremis agit, Angelus ſui Cuſtos cum multitudine Angelorum venit, & animam Sponſam Chriſti, carcere corporis tollit, & cum maximo dulciſſimæ melodiæ cantu, & immenſo lumine, ac ſuauiſſimo odore ad cæleſte perducit palatium, ſpiritualem Paradiſum.* Aloyſius Lipom. loquens de Angelis, qui venerunt ſubuertere Sodomam ait. *Duo Angeli Sodomam acceſſerunt, alter quidem, vt eam vrbem euerteret, alter, vt tueretur Loth.*

in geneſ. cap. 16.

homil. de diuite, & Lazaro.

in Elucid.

Et vt Angelorum nobilitas clariùs innoteſcat, ſatis eſſet, id vnum dicere, pro eorum habitatione, (Cœlum,) pro ſcabello pedum, Celeſtes ſphęras inſeruire, ſunt enim Angeli altiſſimi montes, omnibus terrenis creaturis eminentiores, vnde Pſ. 71. *Suſcipiant montes pacem, &c.* De Angelis intelligit D. Ambr. *Angeli, ſunt veluti tot Atlantes, qui mundi machinam fulciunt.* Vnde ſcriptum reperimus, *ſub quo curuantur, qui portant orbem*, quod Nicolaus de Lyra, & D. Greg. de Angelis intelligunt, *Angeli ſunt conſiliarij ſtatus.* Vnde dicitur, *in conſilio iuſtorum, & congregatione*, quod Agellius legit, *in conſilio Angelorum*, bene eorum etiam dixeris, *Dei aures, fiant aures tuæ intendentes*, quod de Angelis intelligit Hylarius, nec ab re, *Dei oculos*, affirmaueris, *oculi Domini ſuper iuſtos, quod de Angelis interpretatur Baſilius.*

Currus Dei decem millibus, multiplex, legimus in Pſal. 67. quod alij ex Hebræo vertunt, *millia Angelorum*, & tamen Iſa. 6. duos tantum Seraphim, Deo adſtare cõperimus in Throno ſedenti, fortaſſe, quia egrediens in noſtrum auxilium, Dominus certatim Angeli concurrunt; quaſi ambitioſum nobis auxilium præſtituri.

Poetarum de Argo oculato fabulæ cedant catholicæ veritati, quæ in Angelorum, erga nos elucet cuſtodia, quos vndequaque oculis munitos vidit Ezechiel. cap. 1. & 10. vbi ſe vidiſſe refert Rhedam quamdam, quæ quatuor habebat rotas, totidemq; animalibus ducebatur, & Deus videbatur in ea, & ait Propheta, quod animalia illa erant plena oculis. *Et totum corpus oculis plenum in circuitu ipſorum.* Cuius Rhedæ Eccl. 49. mentionem faciens, ait, *quod vidit conſpectũ gloriæ, quam oſtendit illi in curru Cherubim*, ſi Ezechiel ait, quod à quatuor animalibus vehebatur; quomodo ergo Eccleſiaſticus, dicit fuiſſe rhedam Angelorum, hęc enim inter ſe, cum non conueniant, neceſſe eſt affirmare, quod animalia illa, quamuis talia vide-

bantur

bantur, tamen re vera Angeli erant, & per totum pleni erant oculis, veluti Argos ad animas cuſtodiendas, vt Angelorum vigilantia, & protectio oſtenderetur, ob cuius rei comprobationem, legere vos non tedeat D. Hieron. exponentem illa verba Iſa. cap. 66. *Et adducet fratres veſtros de cunctis gentibus donum Domino in equis: & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad Montem Sanctum meum in Hieruſalem, dicit Dominus*, vbi ſic habet, *Equos, & quadrigas, & lecticas, & mulos, atque carrucas, & diuerſi generis vehicula. Angelica poſſumus intelligere miniſteria*, de quibus alibi ad Deum dicitur, *aſcende ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus*, his equis curribus, & quadrigis, Hælias raptus ad cęlum eſt, & Eliſeus circumdari ſe, atque ſeruari, neſcienti puero demonſtrauit.

tom. 4. in c. 66. Iſa.

Quod D. Bern. in illa verba Cant. 1. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea*, perpendens hanc Eliſei viſionem, quam Angelorum fuiſſe fatetur, ſic habet. *Ne dixeris in corde tuo, vbi ſunt? quis eos vidit? vidit eos Propheta Eliſeus, inſuper, & fecit orando, vt videret etiam Giezi, tu non vides, quia non es Propheta, nec puer Propheta*, & textus ait. *Totum corpus, plenum erat oculis in circuitu ipſorum*, & quod per oculos intelligantur Angeli, audi Prophetam Zaccariam. 3. *Super lapidem vnum ſeptem oculi*, per quos ſeptem oculos, Nicolaus de Lyra, & Vatablus, magnam Angelorum multitudinem intelligunt, licèt dicantur ſeptem, numerus enim ſeptenarius, eſt numerus indefinitus, & æquiparatur infinito, & Ioan. Apoc. 5. clariùs hoc dicit, *& vidi Agnum ſtantem tamquam occiſum habentem oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei*. Hinc legitur Geneſ. 16. Angelum apparuiſſe Agar, monens eam, vt ad Dominam ſuam reuerteret, & diſcedens Angelus, ait textus Agar dixiſſe, *vidi poſteriora me videntis*, ergo Angelus humeris videbat? vtiq; erat enim, velut Argos, plures habens oculos ad nos cuſtodiendum, totum corpus erat plenum oculis; vnde dixit Origen. *Adeſt vnicuique noſtrum, etiam Angelus Domini, qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis, quotidie videat faciem patris.*

ſer. 39. in Cant.

hom. 20. in cap. 25 num.

Angeli nos baiulant, veluti egenos ad emendicandam ſtipem ineptos; vnde Iſa. cap. 63. dixit. *Angelus ſaluabit eum*, & Textus Hebræus habet. *In dilectione baiulat*, & quemadmodum magni Principes, apud Reges, & Potentatus, legatos ſolent eligere, qui in cunctis negotijs, Principis voluntatem declarent, ita, & Angeli diuinam voluntatem nobis interpetrantur, audite Iob. 33. *Si fuerit pro eo Angelus loquens*, & Textus Hebræus legit. *Eloquens*, & Chaldæus, *interpres*.

Gen. 18. legitur tres Angelos miſſos fuiſſe ad deſtructionem Sodomæ, & Gomorrhæ, &c. & antequam ad vrbes illas peruenirent, hanc Dei indignationem, & ſententiam Abrahæ indicarunt; quod admirans Cardinalis Gaetan. in hunc locum, & inueſtigans cauſam, cur Angeli hanc Dei indignationem palam fecerint Abrahæ; animaduertit Angelos, hoc feciſſe ob amorem, quo proſequuntur homines, quia pati, non poſſunt homines puniri; vnde ſemper inuigilant, & modum perquirunt, quo homines à malis omnibus poſſint liberari, ideo hanc Dei ſententiam indicarunt Abrahæ, vt Sanctus Patriarcha deprecaretur Deum, vt auerteret indignationem ſuam ab eis, & mutaret ſi potuiſſet Dei ſententiam, audite verba Gaetani. *Vt Abrahæ daretur occaſio deprecandi.*

Hinc Geneſ. 7. poſtquam ſecundum Dei mandatum, in Arcam de lignis leuigatis, factam, Sanctus Noè, cum ſuis, cunctiſque animantibus fuerit ingreſſus, ait ſacer Textus. *Incluſit eum Dominus foris.* Vnde quidam Magnus Doctor perquirens cauſam, cur Dominus incluſerit eum de foris, quaſi ianitoris officio functus, & non potiùs hoc commiſerit Angelis, ita reſpondit. *Sciebat enim Deus, quod ſi Angelis hoc munus mandatum fuiſſet, iuſta Dei indignatio, locum non habuiſſet, quia Angeli ob dilectionem, qua proſequuntur homines, eos perire in aquis diluuij non permiſiſſent.*

Angeli dùm nobis patrocinantur, malorum Angelorum inſultus timere, haud debemus, audire D. Chryſoſt. *Quamdiù circa nos Angelus bonus, numquam nos in tentationem impellere poteſt Angelus malus.* Mementote quæſo, pulcherrimæ Iudith, cuius venuſtate, & pulchritudine Diabolus Holofernem incitabat ad peccandum, ita, vt amore illius captus Holofernes, crimen patrare decreuerit, & ſic Diabolus valdè hilaris victoriam obtinuiſſe videbatur, ſed Sanctus Angelus ad Iudit defendendam inuigilabat, & cum fuerit Holofernes inebriatus, & nimio vino madidus, ad dormiendum perrexit; & tunc Sancta Iudith, oculis ad cœlum eleuatis, ad Conopęum accedens, caput Holofernis amputauit, & ſic de duplici inimico, Diabolo ſcilicet, & Holoferne, glorioſam victoriam reportauit, quis nam huius victoriæ cauſa fuit, niſi Sanctus Angelus? audite quæſo verba Iudith cap. 13. *viuit Dominus; quoniam cuſtodit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permiſit*

hom. 5. in c. 4 Matt.

miſit me Dominus ancillam ſuam conquinari, vnde Origen. dixit. *Sancti Angeli videntes nos inſectationem Dæmonum pati, inſurgunt aduerſus eos, qui nos infeſtant, & omnes eos poſt terga cadentes interimunt*, & D. Baſil. in Pſal. 33. *Quemadmodum fumus fugat apes, & fœdus odor columbas expellit, ſic Angelos Sanctos vitæ noſtræ cuſtodes, praua opera, & peccata abigere, & profligare ſolent*, & D. Hieron. in illud Pſal. 33. *Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos:* ſic habet. *Angelorum auxilijs, vnuſquiſque ab inimicorum inſidijs, liberatur.*

hom. 8. in c. 8. Ioſue

Hinc D. Bern. nos hortatur dicens. *Quoties grauiſſima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca Cuſtodem tuum, ductorem tuum, adiutorem tuum, in opportunitatibus, in tribulatione, inclama eum, & dicito (Domine ſalua nos perimus.)*

ſer. 12. in pſ. qui habitat.

Sicuti lætantur Angeli, cum homines coram Deo bene ambulare, & cœleſtibus quotidie repleri gratijs videant, ſic triſtantur Angeli de noſtra perditione, & de omnibus malis, quæ nobis in die accidunt, vnde D. Theodoret. dixit. *Si gaudent Angeli, propter iuſtificationem, etiam triſtantur, & dolent propter hominum peccata.* Quod etiam annuit Pantaleo Diaconus his verbis. *Quando autem ambulat in ſanctitate, & iuſtitia, homo fidelis, lætatur Angelus, quando vero à via recta declinauerit, triſtis quidem eſt bonus Angelus.* Et Origenes expendens verba Lucæ 15. *Gaudium eſt in Cœlo pro vno peccatore pœnitentiam agente*, ſic ait. *Si ergo Angels gaudent pro conuerſo neceſſe eſt, vt lugeant pro peccante.* Vnde quidam Doctor hæc Origen. verba (neceſſe eſt vt lugeant pro peccante) animaduertens ita habet. *Quare neceſſe eſt vt lugeant; quia maximo amore nos proſequuntur, & ſicut amantium eſt de eorum profectibus lætari, ita de eorum malis dolere.* Sicuti dixit Anaſtaſius Synaita. *Supernæ poteſtates valdè, & vehementer diligunt, ac protegunt humanum genus, & pro eo orant, & intercedunt*, & D. Auguſt. *Quoties bene agimus; gaudent Angeli, & triſtantur Dæmones, quoties vero à bono deuiamus, Diabolum lætificamus, & Angelos ſuo gaudio defraudamus.* Hinc D. Bern. nos monet dicens. *Exultare Angelos facimus, quando conuerſi ſumus ad pœnitentiam, proficiamus, & feſtinemus de nobis eorum implere lætitiam.*

q. 30. in geneſ.

apud lipoman. 27. Septemb.

lib. exam.

in lib. de ſoliloq. to. 6. in ſer. de vig. natiu. Dom.

Triſtantur quidem Angeli, cum nos ob peccata puniendos proſpiciunt, vt patet ex Ezech. 19. vbi legitur, Deum mandaſſe Angelis ſuis, vt ignitos carbones accipientes, ſuper Hieruſalem coſpergerent, vt combureretur, & deſtrueretur; audite Textum. *Ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubin, & imple manum tuam prunis ignis, quæ ſunt inter Cherubin, & effunde ſuper Ciuitatem.* Ingreſſuſque ille ſtetit iuxtà rotam, & morabatur ibi nimis meſtus; vnde D. Hieron. (ibidem) talis triſtitiæ Angeli cauſam inueſtigans, inquit. *Stetit tantum iuxta rotam, ob triſtitiam punienda Hieruſalem.* Vnde hoc? quia inuiti nos puniunt immo in illis met rebus, quæ ad eorum faciunt dignitatem, ſi nobis afferunt pœnam, & damnum, cruciantur Angeli, audi, quæſo D. Chryſoſt. loquentem de illis Cherubin, qui Terreſtrem Paradiſum, (à quo fuit Adam expulſus) cuſtodiebant, ne iterum in eum ingrederetur Adam, ſic habet. *Cherubin meruerunt quidem cuſtodire Paradiſum, ſed dolebant honorem cuſtodiæ, noſtris ſupplicijs triſtabantur.* Et Gen. 18. legitur, quod duo illorum Angelorum, qui ad faciendum cerriorem Abraham de Filio ſibi naſcituro venerant, dùm ad comburendam Sodomam pergerent, Abraham ſimul gradiebatur deducens eos; numquid hoc Abraham faciebat vrbanitatis cauſa? aùt quia Angeli duce indigerent? reſpondet Toſtatus ibidem. *Abraham ſimul gradiebatur, deducens eos, ideſt demonſtrans eis iter, quaſi ignorarent.* Sed vnde hoc? quia ad puniendum miſſi fuerant, & noſtris malis triſtabantur, ideo oſtendebant iter ignorare.

ſerm. de Aſcens.

Origenes, conſiderans, quod Iob cum eſſet vlceribus plenus, & ſederet in ſterquilinio; à Regione longinqua tres amici Iob venerunt ſinguli de loco ſuo, & vt eum viſitarent, & conſolarentur, petit Origen. quis nam his tribus amicis Iob hoc retuliſſet, & reſpondet, fuiſſe Angelos, vt Sanctum Iob conſolatione afficerent, audite verba Origen. *Sancti Angeli ad eum venientes, ſiue in ſomnis, ſiue in vigilijs admonuerunt eos, vt celeriter venirent, & iuſtum illum amicum conſolarentur.*

ſuper illud Iob 2. audiētes tres amici, etc.

D. Theodoretus perquiſiuit olim, ſi inter omnes pulchras creaturas, quas Deus creauit, omnium pulcherrimi fuere Angeli, cur de eorum creatione in ſacra Scriptura, nulla prorsùs fit mentio? & eruditè ad dubium reſpondet, quia ſcilicet Moyſes dubitabat, ne populus procliuis ad Idolatriam, intuens Angelorum pulchritudinem, & ſplendorem, illos, tanquam Deos adoraret; hæc ſunt verba D. Theodoreti. *Si tam facilè, ſibi Deo finxerunt, è iumentorum ſimulacris, quid non perpetraturi eſſent, inuiſibilis naturæ notitiam aſſecuti?* Et Nicolaus de Lyra ſcripſit. *Si Moyſes fuiſſet mentionem de creaturis ſpiritualibus, coluiſſet eos populus, tanquam Deos.* Idem affirmat D. Chryſoſt.

quæſt. 2. in gen.

in cap. 1. gen.

Tanta eſt Angelorum pulchritudo, atque ſplendor, vt inquit B. Thomas de Villanoua, quod

hom. 2. in gen.

Digitized by Google

quod ipſimet Ioannes Euangeliſta, licet familiariter verſatus ſit cum Chriſto, ſtatim, ac intuitus eſt Angelum, vidit eum tanto ſplendore, & pulchritudine ornatum, vt in terra proſtratus, eum volebat adorare, & vtique adoraſſet, ſi Angelus non prohibuiſſet, *cecidi*, ait
Apoc. c.9 Ioannes, *ante pedes eius, vt adorarem eum*, ſed Angelus prohibuit dicens, *vide ne feceris: conſeruus tuus ſum*, hæc ſunt verba Beati Thomæ, *Ioannes viſo Angelo, cum illo loquebatur, & pul-*
Conc. de S. Mich. *chritudinem eius admiratus, ſic vehementer expauit, vt niſi prohiberetur, ſolo proſtratus illum adoraſſet, Deum proculdubio ſuſpicatus, quia nihil in orbe, ea pulchritudine, quam videbat maius, aut ſpecioſius reperiri poſſe putabat*. Idem ſupra hunc locum affirmat Hugo Cardinalis dicens, *Ta-*
in cap. 19 Apoc. *lis enim appareret, qui pro Deo adorari poterat*.

Sed quid de Angelorum dilectione, atque affectu erga homines dicam? qui quidem affectus, tantus eſt, vt ſtatim ac homo natus eſt in mundo, illicò Dei Angeli ſe offerunt ad eum cuſtodiendum, imò pro hac cuſtodia, Deo gratias referunt, vt inquit Diuus Vincentius Fer-
ſer. de S. Mich. rerius, qui introducit Angelos, cum Deo ita loquentes, *Domine, reputo mihi ad magnam gloriam, & honorem, quod committis mihi creaturam ad imaginem, & ſimilitudinem tuam factam,*
ſer. in pſ. 90. *tuo ſanguine redemptam*, &, vt dixit D. Bern. *Demorari apud nos, non grauantur*. Quam cuſtodiam ipſimet Dæmones experti ſunt, nam, cum olim Deus vocauerit Sathanam, dixit ei.
cap. 1. *Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob?* quaſi diceret Deus, nunquid non es admiratus de Iob fortitudine, atque conſtantia, quam patienter infirmitates, & paſſiones paſſus ſit? & quem tu nunquam ſuperare potuiſti? Reſpondit Sathanas, *nonne tu vallaſti eum?* & hoc voluit dicere, ego vtique Domine mi, de eo victoriam reportaſſem, niſi tu optima Angelorum cuſtodia
in lib. 1. in Iob. cit. à Gloſſ. fuiſſes, ita inquit Origenes, *quoties volui appropinquare, & non inueni acceſſum, te muniente omnia eius Angelorum cuſtodia*, & quia, vt inquit D. Petrus, *Diabolus circuit, quærens quem deuoret*.
Ideo Dauid inquit, *immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos*, quæ ver-
1. Pet. c. 5 ba D. Hieron. ita legit, *circundat in giro Angelus Domini timentes eum*. & Septuaginta legunt,
Pſal. 33. *caſtrametatur Angelus Domini in circuitu timentium eum*, & Euthimius, *caſtra ponit Deus circa vnumquemque hominem*.

Et ad noſtram cuſtodiam peruigiles ſunt, de qua Angelorum vigilantia intelligitur illa viſio Ezechielis quatuor animalium, (ſecundum mentem D. Hieronymi hic) quæ erant plena oculis, & vnum animalium habebat faciem Leonis, ſymbolum Angelorum, qui nos cuſtodiunt, ita aſſerit D. Greg. ſed quare faciem habebat Leonis? Refert Plin. de Leone, quod ad cuſtodiendos ſuos catulos, nunquam dormiunt, ſed ſemper inuigilant, ita Angeli ſemper inuigilant ad noſtram cuſtodiam; Angelus fuit ille, qui populum Hebræum præcedebat in columna nubis, ſecundum mentem Nycolai de Lyra, & deducebat populum per deſertum,
in cap. 13. Ezech. cap. 4. hic vſque ad terram promiſſionis. *Dominus*, (ait Lyranus) *præcedebat eos in columna nubis, ſcilicet Angelum*. De huiuſmodi vigilantia interpretantur Doctores verba illa Danielis, *in ſententia vigilum decretum eſt*, & D. Hyeron. ſcribit, *vigiles dicuntur, Angeli* de his refert Hugo Cardin. & eſt ſermo in libris Cant. *Inuenerunt me vigiles, ideſt Sancti Angeli, quibus totus mun-*
ſer. 77. in Cant. *dus cuſtodiendus deputatus eſt*. Et D. Bern. *qui cuſtodiunt te, non dormitant, nec dormiunt*. Hinc Iob de hac Angelorum vigilantia, ait. *Vbi eſt Deus, qui fecit me? qui dedit carmina in nocte?*
cap. 35. hic Septuaginta legunt, *qui diſtribuit cuſtodias nocturnas?* & Orig. *qui diſtribuit nocturnos vigiles?* Et D. Aug. etiam verba hæc Iob, intelligit de cuſtodia Angelorum, & ait. *Tempora enim hu-*
lib. Ann. in Iob. *ius ſæculi, ſub certis ſunt poteſtatibus ordinata, nec in iſta erroris nocte, Deus hominem, abſque cuſtodia derelinquit*.

Deus enim, veluti dux ſtrenuus diſponit milites ſuos, (Angelos ſcilicet) ad cuſtodiendos homines, ita legitur Gen. 19. Dùm Sancti Angeli monebant Loth, vxorem, & filios, vt ſtatim diſcederent, & relinquerent infamem illam vrbem, ſed quia ipſi morabantur, Angeli eos obiurgabant, vt illicò exirent, ita aſſerit D. Chryſoſt. *Attoniti fuerunt, & in nimium pauorem inciderunt, & propter minas anxij fuerunt*. Vnde hoc, niſi ob eorum magnum affectum, & dilectionem erga homines? Legitur Gen. 19. quod duo Angeli itineri, ſe accingebant, tanquam miniſtri Diuinæ Iuſtitiæ, contra infames illas vrbes, vt igne conſumarentur, & ita lento pede ambulabant, vt ſerò peruenirent, *venerunt duo Angeli Sodomam veſperè*. Perquirit Nicolaus de Lyra, quare veſpere venerunt? Et reſpondet, quia Abraham Deum rogabat, vt vrbibus illis Deus condonare dignaretur, ideò morabantur Angeli ob dilectionem, & affectum erga hominem, putantes forſan Patriarcha Abraham indulgentiam à Deo obtinere potuiſſet; hæc ſunt verba Lyrani. *Tantum enim tardauerunt, vt viderent, ſi parceret terræ propter preces Abrahæ, quia erant Angeli boni*.

Angelorum numerus eſt in tanta quantitate, quem nemo ſanè numerare poterit, vt refert

diuina

Digitized by Google

diuina Scriptura, Iob enim, ait. *Numquid eſt numerus militum eius? millia millium miniſtrabant ei.* Et Daniel inquit, *& decies millies centena millia centena millia aſſiſtebant ei.* Sed, vt clariùs Angelorum numerum innumerabilem eſſe pateat, audite Beatiſſimam Dei Matrem dicentem Sanctæ Brigidæ. *Si computarentur omnes homines, qui nati ſunt ab Adam vſque ad nouiſſimum, qui naſciturus eſt in fine Mundi, pluſquam decem Angeli inueniuntur pro vnoquoque homine*, patet etiam hoc, ex illa parabola boni paſtoris, qui relinquens nonaginta nouem oues, vnam deperditam quærebat, quem locum exponens D. Amb. inquit. *Diues Paſtor cuius omnes nos centeſima portio ſumus: habet Angelorum Archangelorum, Dominationum, Poteſtatum, aliorumque innumerabiles greges.* Idem affirmat D. Cyrill. Hieroſ. dicens. *Plures Angeli nonaginta nouem oues ſunt, tu vero centeſima, quoniam vnum tantum eſt genus humanum.* Et Diuus Dionyſ. Areop. *Multi ſunt Beati exercitus ſupernarum mentium, infirmam, & constrictã excedentes noſtrorum materialium numerorum commenſurationem.* Quæ verba D. Dionyſ. ita interprætatur D. Bernardinus Senenſis, *Dionyſius dicit, quod Angeli plures ſunt, quam ſtellæ, quam arena maris, quam folia, & herbæ, & quam ſint omnia quæcunque creata.* Et Diuus Thomas inquit, *Rationabile eſt, quod ſubſtantiæ immateriales, (ideſt Angeli) exeedant ſecundum multitudinem ſubſtantias materiales, quaſi incombarabiliter.*

cap. 25. cap. 27. lib. 4. reu. c. 11. lib. 7. in Luc. c. 28. Catec. 13 de celeſt. Hier. c. 9. tom. 4 ſer. 48. de amiſſ. p. p. q. 50. art. 3.

Et cum ſint ita innumerabiles, omnes ferè Angeli, vt inquit Diuus Thomas, aùt ſaltem magna eorum pars, vt aſſerit Scotus, ita differunt inter ſe, non veluti vnus homo ab alio, ſed verbi gratia, vt differt equus, à Leone, quia diuerſitatem ſpecificam, & eſſentialem habent, & omnes iſti Beatiſſimi Spiritus ſunt veluti tot gemmæ quæ ſummi Imperatoris veſtem exornant; vnde Ezechiel de huiuſmodi gemmis dixit. *Omnis lapis pretioſus Ornamentum tuum, Sardius, Topatius, & Iaſpis, Chryſolitus, Onix, & Berillus: Sapphirus, Carbunculus, & Smaragdus:* in quæ verba dixit D. Greg. *Nouem dicit Propheta genera lapidum, quia nouem ſunt ordines Angelorum.* Quæ quidem gemmæ, vt inquit Tertullianus, creatæ fuere, *in Ornamentum Maieſtatis tuæ.*

DE ANIMA.

1 Diuus Ambr. Arbitror, quod etiam Iudas potuiſſet tanta Dei miſeratione, non excludi à venia ſi pœnitentiam, non apud Iudæos, ſed apud Chriſtum egiſſet, quantumcumque enim adultera anima ſit; nec deſinit diuinus Sponſus eam ad ſe vocare, nec venientem poterit, non recipere.

lib. 2. de pęnit. c. 5.

2 D. Aug. Facta eſt capax Maieſtatis tuæ, vt à te ſolo, & à nullo alio poſſit impleri.

c. 30. ſoliloq. de an.

3 Idem. Fęlix Anima, quam Dei pietas reſpicit, humilitas ſubijcit, potentia reducit, obedientia conducit, perſeuerantia perducit, deuotio introducit, charitas vnit.

de ſpiritu, & Anim.

4 Idem, *ibidem*, Totum iſtum mundum, ſic ornatum fecit Deus propter corpora, corpora propter animas, animas propter ſe, & ideo diligenter cuſtodire debemus animas noſtras, quatenus eas mundas, & ſanctas Deo reddere valeamus.

tom. 3.

5 Idem. Ecce miſericors Deus, coràm te exhibeo animam meam, virtutum muneribus deſolatam, catenis vitiorum ligatam, pondere peccatorum grauatam, delictorum ſordibus fędatam. diſciſſam vulneribus dęmonum, putridam, & fętidam vlceribus criminum, his, & alijs grauioribus malis obſtrictam, oppreſſam, circumdatam, obuolutam.

li. de cõtr. cordis to. 9.

6 Idem, *ibidem*. *Anima* mea diſtorta, & deprauata, ad percipiendum bonum, ſed ad voluptatum vitia nimis facilis, & prompta, ad ſalutem reminiſcendam nimis etiam difficilis, & pigra.

7 Idem. *Anima* deſerto Creatore, amans creaturam, adultera eſt.

in l. 50. ho. 38. to. 10.

8 Idem. O ſi placeres Sponſo, ò ſi non corrupta loqueteris, & corrupto quod peius eſt, non corpore, ſed corde.

tract. 14. in Io. to. 9.

9 Idem. *Oratio Animæ ad Deum*. O lux quæ illuminas omnia, medice ſpirituum, te deprecor, per te ipſum, ne derelinquas me, feciſti me, cum non eſſem, redemiſti me, cum perijſſem, mortuus fueram, ad mortuum deſcendiſti, mortalitatem ſuſcepiſti, & vt ſeruum redimeres, te ipſum tradiſti, & tantum me dilexiſti, vt ſanguinem tuum in prętium dares pro me; dilexiſti me Domine pluſquam te, quia mori voluiſti pro me.

lib. medit. cap. 13.

10 Idem. Infęlix ego te irritaui, ego malum coram te feci, furorem tuum prouocaui, iram promerui, peccaui, & paſſus es; deliqui, & adhùc ſuſtines; ſi pæniteo parcis, ſi reuertor, m: ſuſcipis, inſuper dùm differo, præſtolaris, reuocas errantem, vincis repugnantem, ex-

de dilig. Deo to. 9.

pectas

Digitized by Google

pectas torpentem, amplecteris redeuntem doces ignorantem, mulces merentem, à ruina ſuſcitas, poſt lapſum reparas, petenti largiris, quærenti inueniris, pulſanti aperis, oſtendis mihi bene viuendi viam, das gradiendi ſcientiam.

11 Idem, *ibidem*. Magnum eſt Domine, quòd multa mihi antequam petere poſſem, vel vellem, aùt noſſem, dona contuliſti, non ſolùm ante, ſed, & poſtquam ſenui, & potui te petere, te quærere, te deſiderare, tibi inhærere, gratuita bonitate tua, non petenti, non quærenti, non deſideranti, immo etiam paruipendenti, vel etiam contemnenti largitus es.

li. ſoliloq. cap. 22. 12 Idem. Obſecro, vt omnia mihi amareſcant, vt tu ſolus dulcis appareas animæ meæ, qui es dulcedo ineſtimabilis, per quam cuncta amara dulcorantur; tua enim dulcedo Stefano lapides torrentis dulcorauit, tua dulcedo, craticulam Beato Laurentio dulcem fecit, pro tua dulcedine, ibant Apoſtoli gaudientes à conſpectu conſilij.

in conſtit. Monaſt. 13 Diuus Baſilius. Quemadmodum per oculum corpus videt ſic anima cernit per intellectum.

homil. 5. 14 Idem, *ſuper illud Pſ. 25. Dominus diluuium inhabitare facit, &c.* Splendenti namque animæ ſtatim, poſt diluuium Baptiſmi, Deus inſidens veluti thronum, eam ſibi conſtituit, & efficit.

in medit. ſuis. 15 D. Bern. Totum ſiquidem mundus, ad vnius animæ prætium exiſtimari, non poteſt, non enim pro toto mundo Deus animam ſuam dare voluit, quam pro anima humana dedit, ſublimiùs igitur animæ prætium, quæ nonniſi ſanguine Chriſti redimi potuit: quid igitur dabis pro anima tua, qui pro nihilo das illam? ſe occidi corpus protulit, vt prætioſo ſanguinis ſui prætio eam redimeret aſpice mortalis, pro te datur hoſtia talis, agnoſce ò homo quam nobilis ſit anima tua.

ſuper Cãt. 16 Idem. Eſt Cœlum ſancta Anima, habens ſolem intellectum, Lunam fidem, aſtra virtutes, vel certè Sol Iuſtitiæ zelus, aùt feruens charitas, & Luna continentia.

ſer. 3. in ded. Eccl. 17 Idem. Anima noſtra ciuitas eſt, ſed ab inimicis obſeſſa, quotquot igitur in ipſius arma iurati ſumus, & eius militiæ dedimus nomina, triplici nouerimus opus eſſe nobis apparatu ad cuſtodiam caſtri huius, munitione, videlicet, & armis, & alimentis.

miſeric. in ſer. 7. de 7 pſ. 85. 18 Idem. Ego peccabam, & tu diſſimulabas, non continebam à ſceleribus, & tu à verberibus abſtinebas, prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, & tu Domine pietatem tuam; ſed quid prodeſſet expectatio, niſi ſequeretur pœnitudo? cumulus eſſet damnationis; dicente Domino, hæc feciſti, & tacui.

ſer. de miſer. hum. 19 Idem, *Anima alloquitur creaturas*. Quid foris vagaris homo? quid foris quæris? quid his carnalibus ſtudes? quid in ſecularibus te implicas? quid in varietatibus te inuoluis? in inferioribus delectaris? quid ab omnibus inferioribus, & ſuperioribus delongaris, & per ea, quæ foris ſunt diffunderis? quanto magis ad mundum accedis, tanto magis à te recedis, quanto magis foris es ſapiens, tanto magis intus ſtultus efficeris, quanto magis foris lucraris, tanto magis intus perdis, quanto magis intus perdis, quanto magis in his, quæ foris ſunt vagaris, magis intus euacuaris, quanto magis intemporalibus es ſollicitus, tanto magis es mendicus in ſpiritualibus; dormit in te ſpiritus Dei, & vigilat in te ſpiritus mundi, feruet in corde tuo amor terrenorum, & moritur in te amor æternorum bonorum, mundum diligis, & Deum relinquis, omnium recordaris, & te ipſum obliuiſceris, quæ ſuper terram ſunt, deſideras, & diligis, & cœleſtia vero, non curas, appropinquas ad interitum, & elongaris à ſalute, curris ad Diabolum, & elongaris à Deo, redi præuaricator ad cor.

lib. de Anima. 20 Caſſiodor. Eripe me à me, & conſerua me in te, impugna, quod feci, & vindica, quod feciſti, tunc ero meus, cum fuero tuus.

or. de Aſc. 21 D. Cypr. Anima cuius eſt Deus, quid amplius quærit? ſi ſufficis tu Deo, ſufficiet tibi Deus.

moral. 20 22 D. Gregor. Sic intendit Deus ſuper vnam animam, ſicut ſuper vnam vrbem, ſicut ſuper vnam gentem, ſicut ſuper vniuerſam multitudinem generis humani.

l. 18. mor. cap. 8. 23 Idem. Sine delectatione anima, numquam poteſt eſſe, nam, aùt infimis delectatur, aùt ſummis.

in quadam Epiſt. 24 D. Hieron. Anima quæ futura eſt Templum Dei, turpia, non intelligat, cantica mundi ignoret.

Ep 22. ad Euſt. to. 1. 25 Idem, *de cuſtodia Virginit.* Animæ tuæ oſtia clauſa ſint Diabolo, aperta ſint Chriſto Sponſo tuo.

homil. 13 26 D. Ioannes Chryſoſt. *ſuper Epiſt. ad Timoth.* Neque enim corpore iacente mortuo, floridum veſtitum circumdatum iuuat, ita, & corpus circumiacens floridum, mortua anima nihil proficit.

27 Idem

Digitized by Google

27 Idem. Sicut carnales oculi, carnalem ſpecioſitatem videndo delectantur; ſi qua autem diſſipata, vel deformata videremus, quaſi vulneratur aſpectus noſter, ſic, & Deus, qui in Sanctitate delectatur animarum, peccatrices animas aſpiciens, quaſi grauatus, non ſuffert, tanquam ſi dicat eis; quaſi putredo, & ſpurcitiæ eſtis, nec tandiù vos ſuſtineo, quandiù ſtaris in iudicio omnino. *ſup. matt. 25. in imperf.*

28 Iſidor. Anima dùm viuificat corpus, anima eſt, dùm vult, animus eſt, dùm ſit, mens, dùm recolit, memoria, dùm rectum iudicat, ratio, dùm reſpirat ſpiritus eſt, dum aliquid ſentit, ſenſus eſt. *2. Ethim.*

29 Idem. O homo, quid miraris ſiderum altitudines, & profundum maris? animi tui abyſſum intra, & mirare ſi potes. *de ſummo bono lib. 1*

30 Petrus Damian. Anima prætioſiſſima Deo pecunia. *li. 1. ep. 2.*

31 Idem. Sicut enim anima eſt vita corporis, ita, & vita animæ noſtræ Spiritus Sanctus eſt, & ſicut corpus noſtrum, anima recedente collabitur, ita, & eadem anima, ſi ſpiritus viuificator abſceſſerit, neceſſe eſt moriatur. *ſer. 21.*

32 Petrus Chryſol. Quod eſt anima corpori, hoc eſt animæ Chriſtus, ſine anima corpus, non viuit, non viuit anima ſine Chriſto, recedente anima, mox corpori fætor, corruptio, putredo, vermis, cinis, horror, & omnia viſu deteſtanda ſuccedent, diſcedente Deo, confeſtim venit in animam peccatorum fætor, corruptio criminum, vitiorum putredo, conſcientiæ vermis, vanitatum cinis, infidelitatis horror, & fit in corporis ſepulchro viuo, funus animæ, iam ſepultæ. *ſer. 19.*

33 Philon. Homini Deus excellentem quamdam largitus eſt animæ animum. *li. de Noè & Arca.*

34 Origen. Coniunctio animæ noſtræ fuit primo, cum malo viro, & marito peſſimo Diabolo. *hom. 13. in Ioſue.*

MANTISSA
AD ANIMAM

TAnta eſt Animæ Sanctæ pulchritudo, Nobilitas, atque Excellentia, vt nullo explicari ſermone, nec ab intellectu creato percipi poſſit, ita, vt ipſemet Deus totius pulchritudinis fons, & origo, qui in Angelis ſuis reperit prauitatem, ab animæ tamen pulchritudine, ita rapiatur, & delectetur, vt ab ea oculos auferre non poſſit, vnde Dauid Pſal. 32. dicebat. *Oculi Domini ſuper iuſtos*; & Iob 36. *nec aufert à iuſtò oculos ſuos*, & licet (Theologicè loquendo) oculi Domini cuncta perſpiciant; nam ſi Solis oculi, ita perſpicaces ſunt, vt cunctas latebroſas ſpecus penetrare valeant, quanto magis oculi Domini, de quibus dicitur, *oculi eius lucidiores Sole?* & tamen Propheta ait, *oculi Domini ſuper iuſtos*, quare hoc? quia ſi poſſibile eſſet, Deum cæteras creaturas auerſari, ad contemplandam nihilominus animæ pulchritudinem, eſſet intentus, hinc *oculi Domini ſuper iuſtos*.

Hac eadem animæ pulchritudine, etiam Angeli rapiuntur; vnde Apoſtolus Petrus, ait, *in quem deſiderant Angeli proſpicere*, quod Text. Græcus legit: *In qua*, quorum cupidos obtutus excuſare volens, adiecit dicens. *Maxima, & prætioſa nobis donauit, &c.* quaſi diceret, mirum, hoc, non eſt, vt qui prototypum diligunt, amore, proſequantur imaginem, atque tali affectu, eas contemplantur; vt inexplebiles videantur, ſubeant memoriæ verba, in quæ fertur prorumpiſſe Diuam Catherinam Senenſem, cum, in quamdam Sanctam Animam incidit, ad Cœlum euolantem, tanta pulchritudine, ac ſplendore radiantem; vidit, vt ad Chriſtum conuerſa dixerit. *Meritò enim ait dulciſſime Sponſe, ſanguinem ſudaſti, flagella ſuſtinuiſti, ſpineam coronam geſtaſti, & vitam tandem in Cruce pro omnibus dediſti, quia ſi tantummodo pro hac vna anima, quam modo vidi, paſſus fuiſſet, omnia tua tormenta refeciſſent.* Hoc videtur confirmare Tertull. dicens, ideo Chriſtum voluiſſe ſuæ morti in Caluario Matrem Mariam adfuiſſe. *Stabat iuxta Crucem Maria Mater eius*, vt aſpiciens Virginis animam longè pulcherrimam omnium animarum ſanctarum, lætus obiret. *1. cap. 1.*

Hinc recordari oportet, quod Gen. de Patriarcha Iacob ſcribitur, cum enim mors eius appropinquaret, audiens filium ſuum Ioſeph, adhùc viuere, quaſi è profundo ſomno euigilans ait, *nunc lætus morior, quia vidi faciem tuam.* Ideò opinor, Chriſtum Virgini Matri, tunc dixiſſe, verba illa Canticorum. *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt*; quæ

H Rabbi

Rabbi Salamon legit, *ſuperbire fecerunt*, quaſi diceret, tuo aſpectu, ò pulcherrima omnium mulierum; tales mihi vires addidiſti, vt omnia mundi tormenta, nihil eſſe mihi viderentur, vnde latius maior, hinc priùs caput inclinaſſe ſcribitur, poſtea expiraſſe, caput inclinauit, vt
hom. 2. de Paſſ. pulchram Virginis animam contemplaretur, & ab ea veniam peteret, vltimumque vale diceret, ita concinit Ioan. Lanſperg. *Inclinato capite, vt vltimum vale Matri iuxtam Crucem ſtanti diceret, clamans voce magna, ac ſi caneret, expirauit.*

Hanc Animæ pulchritudinem innuere voluit Paradiſi Sponſus dicens. *Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum*, quid fuiſſet, ſi eum ambobus oculis inſpexiſſet.

Hinc Anima noſtra, numquam à terrena, & cœleſti pulchritudine expletur, ſed à ſupra cœleſti, vnde Pſalmographus dicebat Pſal. 16. *Tunc ſatiabor cum apparuerit gloria tua*, quod Diuus Greg. Nazian. legit. *Tunc ſatiabor, quando videbo pulchritudinem tuam*, & D. Bern. *ad Imaginem quippè Dei facta eſt anima rationalis, cæteris omnibus occupari poteſt, impleri omnino, non poteſt; capax enim Dei eſt, & quicquid minus Deo eſt, non eam adimplebit*; & Diuus Chryſoſt. ait. *Quantum Cœlum Terra pulchriùs, tanto Animæ pulchritudo omnem formam pulcherrimam corporis ſuperat*, Vnde meritò dixit D. Bern. *Totus mundus iſte, ad vnius Animæ pretium, æſtimari non valet*, & Chriſtus ait, *quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* & Eccl. 26. *Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ*, & D. Auguſt. alloquens Deum de Anima dicebat.
cap. 30. ſoliloq. Eccl. 24. *Facta eſt capax maieſtatis tuæ, vt à te ſolo, & à nullo alio poſſit impleri.*

Tanta eſt Animæ nobilitas, vt dicere poſſit, *ego ex ore altiſſimi prodiui*, quia in eius creatione, ſpirauit Deus in faciem eius vitam, & D. Auguſt. aſſerit Animam ita nobilem eſſe, vt non ſolùm, cum Angelis certare poſſit, ſed eos ſuperare; Chriſtus inquit. Ioan. 13. *non eſt ſeruus maior Domino ſuo*, quia nunquam priuato viro, Principem aliquem pro pedagogo, viſum eſt inſeruire, ſed è contra, cum Angeli pedagogi, pro nobis munere fungantur, ſequitur homines Angelis nobiliores eſſe. *Cui aliquando Angelorum dixit Deus, Filius meus es tu, &c.* Nunquam Angeli ad Dei filiationem peruenere, quia, vt inquit D. Paulus. *Nuſquam Angelos apprehendit*, omnes enim ſunt adminiſtratores, Angeli nos Cuſtodiunt, Archangeli nos diuinam Legem docent, Principatus vitam noſtram gubernant, Poteſtates à Dæmonibus nos defendunt, virtutes ad bene operandum nos inflammant, Dominationes auxiliantur nobis, vt de vitijs victoriam reportemus, Throni in bono nos ſtabiliunt, Cherubin mentes noſtras illuminant, Seraphin igne diuini amoris cor noſtrum inflammant. Vnde D. Bern. obſeruat. *Quod Angeli per ſcalam Iacob erant aſcendentes & deſcendentes, nullum verò ſedentem, aut ſtantem, & hoc, vt nobis inſeruirent*, Et quamuis ſcriptum reperimus, Prophetam dixiſſe Pſal. 8. *Minuiſti eum, Paulo minus ab Angelis*. Textus tamen Hæbreus legit. *Minuiſti eum, pau-*
ſer. 19. in Cant. *lo minus à Deo*, Quod clarè patet; nam Chriſtus animas noſtras, & non Angelos proprio ſanguine redemit, vnde dici poteſt. *Non fecit taliter omni nationi*. Immo; nonaginta nouem reliquit, ideſt Angelos, (vt volunt Sancti Patres,) vt vnam aſſequatur ouem, ideſt Animam noſtram, hinc clamat Tertullianus dicens. *Vna pro omnibus deſideratur, & omnes pro vna, conſtituentur*

Moyſes Deum alloquens dixiſſe perhibetur, Exod. 34. *Si inueni gratiam coram oculis tuis, oſtende mihi faciem tuam*, cui Deus reſpondit, *oſtendam tibi omne bonum*, & tunc ait Schola. Scholaſtica. *Oſtendit ei omnes animas, quas proprio ſanguine ſeruaturus erat.*

Regem Salamonem, in omnibus libris, quos compoſuit, hunc titulum poſuiſſe legimus, videlicet, *Salamonis filij Dauid Regis Iſrael*, at cum Cantica compoſuerit, titulum mutauit, & abijecit, *Cantica Canticorum*, hoc perquirentes ſacri Doctores, inquiunt, Salamonem hoc feciſſe, quia Regis nomen, dominium ſignificat, at in libris Canticorum, Salamon, cum animam Sponſam alloquitur, eam ſibi ſimilem, & parem æſtimat, & par in parem, non habet imperium, audi D. Hieron. *Quia Sponſam loquitur, ideo neſcit eſſe Regem*, & D. Auguſt. loquens de anima inquit. *Aut Sponſa Chriſti eſt, aut adultera eſt*, & Diuus Dionyſ. Areop. Dei filium afflictum pro animabus noſtris contemplans, ita aſſerit. *Iam in Cœlis triumphantem, ſi opus eſſet, iterum pro ſalute hominum mortem obiturum.*

Dicitur Anima iuſta, *Angelus*, non ex natura, ſed ob gratiam, & quia eſt Angelus ob gratiam, ideò melioris conditionis quocumque Angelo ex natura, ob cuius rei intelligentiam, animaduertendum eſt, quia, quemadmodum, vnus tantummodo eſt Deus per eſſentiam, & naturam, *audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt*, ita plures ſunt Dij per participationem, vt ſunt omnes iuſti, *Hos dixi Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, ego dixi Dij eſtis*, hoc tamen veriſſimum eſt, nullum eorum, qui per participationem Dij vocantur, poſſe æquiparari Deo per eſſentiam, & naturam, quia *finiti ad infinitum nulla datur proportio*, ita multi Angeli inueni-

untur

Digitized by Google

untur per naturam, *millia millium aſſiſtebant ei*, & multi etiam per gratiam, vt ſunt omnes iuſti, vnde Chriſtus Marc. dicebat: *Non nubent, neque nubentur, ſed erunt, ſicut Angeli*. Hoc tamen verum eſt, quod Angeli per participationem, non ſolùm, certant cum Angelis per naturam, & eis æquiparantur, ſed antecellunt eos, hinc melioris conditionis eſſe dicuntur, & vt clariùs hoc intelligi poſſit, conſideratè quæſo latrunculorum ludum, in quo, aliqui latrunculi ſunt ſuperioris conditionis cæteris, vt ſunt Delphinus, Roccus, equus, reliqui dicuntur pedinæ, & ſunt inferioris ordinis, tamen latrunculi melioris, & ſuperioris conditionis, ita ſunt inter ſe diſpoſiti, vt nunquam Delphinus, poſſit eſſe Roccus, aùt equus, aùt Regina, neque Roccus Delphinus, aùt equus, aùt Regina, neque equus Roccus Delphinus, aùt Regina, euadere poſſit, at Pedina ex induſtria alicuius periti luſoris, ita progredi poteſt, vt aliquando ſuperet Delphinum, Roccum, & equum, & Regina euadat, & ipſummet Regem aggredi, & vincere: conſideratè quæſo hunc vniuerſum orbem, latrunculorum ludum eſſe fatebimini, vnde Salamon dicebat, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, maioris conditionis latrunculi, ſunt Angeli, inferioris ordinis, vt pedinæ, ſunt animæ noſtræ, ita Arabus ille Philoſophus Auerroes animam noſtram appellat dicens. *Anima noſtra, eſt infima intelligentiarum*. Latrunculi maiores, Angeli ſcilicet, ita inter ſe ſunt diſpoſiti, vt nunquam Angelus poſſit euadere Archangelus, neque Archangelus Thronus, &c. at pedinæ animæ noſtræ ſcilicet, auxilio diuinæ gratiæ, *fiat manus tua, vt ſaluet me*; poſſunt eò progredi, vt ipſos Angelos, Archangelos, &c. ac Seraphinos ſuperent, & antecellant, immo poſſunt euadere Regina, vt fuit ſanctiſſima Mater Maria, *quæ exaltata eſt ſuper Choros Angelorum*, & Dauid, *adſtitit Regina à dextris tuis*, quæ ipſum Regem aggreſſa eſt, quia paſſibilem, ac mortalem genuit eum, vnde morte victus fuit, ex quo patet, Angelos per gratiam, non ſolùm certare cum Angelis ex natura, ſed eos aliquando vincere, ac ſuperare, vnde dici poteſt, Angelos per gratiam, melioris conditionis eſſe Angelis ex natura; & quanto Angeli per gratiam ſunt diſſimiliores Angelis ex natura, tanto pulchriores, quia, Angelus per gratiam, ex Angelo, & ex homine participat.

Admirari ſolemus in pomarijs, eas arbores, in quas, inſerere alios fructus, præter naturales, ars didicit, eaſque veluti pulchriores ſuſpicimus. Iſa. 51. ait. *Vt plantes cælos, & fundes terram*, quod textus Hebræus legit. *Vt plantes cælos in terram*. Conſiderate quæſo Empireum Coelum, quod eſt, veluti pulcherrimum, & amenißimum viridarium, quod, ideò dicitur Paradiſus, in quo Angeli ex natura ſunt, veluti pomorum arbores, quas, dùm contemplamini, ſolummodo Angelicam naturam agnoſcetis, ſed Chriſtus, tamquam peritus Agricula, vt Agricolæ filius, *Pater meus Agricola eſt*, ſua ingenioſa manu, hominem, ſupra Angelum inſerit; & ſic hominem contemplando, & humanam, cum angelica natura coniunctam admirari fas erit. Bene igitur Iſa. *vt plantes cælos in cælo*, & ſic humana natura pulchrior erit, quam natura Angelica.

Non ſolùm Chriſtus Animam appellat Angelum, ſed etiam ſibi ſimilem, dicens. *Nolite tangere Chriſtos meos*. Amoris eſt traſmutare amatum in amantem, dùm ergo anima iuſta, Chriſtum tantummodo diligit, & omnia propter Chriſtum, loquitur, vt in eo ſit transformata, etſi omnes iuſti Chriſti fratres ſunt, vt idem Chriſtus dixit. *Qui fecerit voluntatem Patris mei hic meus Pater, Mater, Frater, & Soror eſt*, quia vnius Patris ſunt filij, *dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri*, & fratres, inter ſe ſimiles ſunt, clarè ergo patet, animas iuſtas, ſimiles eſſe Chriſto, & dùm ſemper de Chriſto cogitant, neceſſe eſt, in Chriſto transformari, aſſerunt naturales, quòd ſi grauida mulier, vehementer appetit aliquem fructum, ſi dùm huiuſmodi tenetur appetitu, aliquam ſui corporis partem tetigerit, naſciturus filius, aùt filia, eiuſdem fructus ſignum, in eadem corporis parte deferens. Audite D. Paulum Apoſtolum. *Nos autem reuelata facie, gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem faciem transformamur, de claritate in claritatem, tamquam à Domini ſpiritu*, dùm ergo anima iuſta nihil, niſi Chriſtum appetat, neceſſe eſt Chriſti imaginem deferre, vnde quiſque in illa, Chriſtum aſpiciet, conſideratè Seraphicum Franciſcum, Diuam Catherinam Senenſem, & alios Sanctos, qui Chriſti videbantur Imaginem referre, vnde Paulus Apoſtolus dicebat. *Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus*. Videns Ioannes Apoc. 14. centum quadraginta quatuor millia Virgines, coràm Domino canentes ait. *Habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus eorum*, quod Doctor Angelicus ibidem aduertens ait. *Nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis, ſcilicet, nomen Dei Patris, quod eſt Deus, quia à Deo poſſunt dici Dij*.

Matt. 12.

2. Corint. 3.

Ariſt. aduertens illud commune dictum, *amicorum, omnia ſunt communia*, ait. *Alter enim ipſe, eſt amicus*.

Digitized by Google

tom. 2. ſeſſ. 4.

D. Bernardin. Senenſ. ſic habet. *Omnia, quæ Dei ſunt, dici poſſunt Animæ exiſtentis in gratia per charitatem, vnde ſi amicus eſt alter ego, Anima per participationem, eſt alter Deus.*

D. Cyprian. aſſignans cauſam, quare Deus, homo factus ſit, & cur mortem ſubijt propter homines, ſic habet. *Vt qui ſine Deo fuerant, dùm dominaretur in eis peccatum, reducti ad iuſtitiam, conformes Chriſti, & Chriſti efficerentur, & Dij.*

ſerm. de Paſſ.

Diua Tereſia, inter cætera ſalutaria conſilia, quæ nobis præbet, ait. *Memento vnicam eſſe vitam, vnicam eſſe animam, vnicam eſſe gloriam.*

Mercurius Trimeg. ſic habet. *Anima eſt Orizon æternitatis, & temporis*, & hoc, quia ex vtroque participat, in quantum enim fuit in tempore creata, temporis particeps eſt, in quantum finem non habebit, æterna poteſt dici.

Euſebius Emiſſ. loquens de Animæ valore ait. *Tàm pretioſo munere, ipſa redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur.* Solemus dicere, quod auro emitur, aurum eſſe, Anima redempta fuit Chriſti ſanguine, & vita, ergo anima noſtra, ſanguis, & Chriſti vita eſt. Hinc patet, quare tanto prætio animam noſtram redemerit, quia quodammodo poteſt dici, in ea ſeipſum redimiſſe, & quemadmodum alicuius Sancti, aùt Sanctiſſimi Crucifixi adoratio, non remanet in illa imagine, ſed tranſit ad prototypum Chriſtum viuum, qui viuit, & regnat, & in dextera Dei Patris ſedet, ita, & Amor, quo Deus animam meam diligit, non remanet in ea, ſed tranſit ad Dei imaginem, quæ in anima mea reſplendet, dùm ergo Deus, Animam meam amore proſequitur, ſeipſum diligit.

hom. 6. ad Monacas,

D. Auguſt. ait. *Anima eſt ſubſtantia creata, inuiſibilis, incorporea, immortalis, Deo ſimillima, imaginem habens creatoris ſui.*

Poterit hic aliquis interrogare; ſi ita nobilis eſt Anima quare Deus eam corpori vili, ac corruptibili coniunxerit? reſponderi poteſt, hoc Deum feciſſe, vt diuinorum operum perfectio magis eluceret, fecerat enim Deus creaturas aliquas ſpirituales tantum, vt fuerunt Angeli, fecerat corporales tantum, vt fuerunt Cęli, Terra, elementa, &c. ad diuinorum operum perfectionem ſpectabat, aliquas eſſe creaturas, quæ ex ſpirituali, ac corporali participarent, vt fuit homo.

Secundò, fuit anima infuſa corpori, vt mediante corpore, ieiunando ſcilicet, & laborando anima mereretur. Tertiò ob maiorem beatitudinem, nam, & corpus, poſt hoc exilium, ſperat fore, vt æterna illa Patria fruatur, vnde Paulus Apoſtolus: *Habemus theſaurum in vaſis fictilibus*, hinc videmus nautas, ne nauigia naufragentur, ſaburra grauare, ita, ne pulcherrima animæ nauis naufragium per ſuperbiam pateretur, coniuncta fuit ei humilitatis ſaburra, terra ſcilicet, corporis noſtri, qua, qui caruerunt, á ſuperbiæ vento elati, ſummerſi ſunt in inferorum aquis vehementibus; ideo Deus formauit hominem de limo terræ; quæ verba perpendens D. Greg. Nazian. ita, ait. *Vt terra mediatione deprimeretur; & ad portum minimè naufragus illideretur.*

Volens Deus Adæ corpus formare, magna cum diligentia perquiſiuit nobiliorem, ac puriorem terram, ex qua etiam meliores partes elegit, ne in corporis formatione imperfectiones admitterentur, & antequam opus inciperet, eam percolare, ac purificare voluit, audite quæſo verba Philonis de mundi opific. *Non ex quauis terræ parte homo ſumpta videtur, Deus hanc humana ſpecie ſtatuam formare voluiſſe, ſumma cum diligentia, ſed ſelecta vndequaque optima, ex pura materia, & id, quod inerat puriſſimum excolaſſe atcuratè, quod maximè ad hoc opus erat.* Mirum quidem, Deum tantam diligentiam adhibuiſſe in formatione corporis corruptibilis, & quod tandem in puluerem reſoluendum erat, ſed reſpondet, idem Philo dicens. *Domus enim, ac Templum ſacratum fabricabatur rationali animæ, quo illa diuina imago circumferri debebat.* Tertull. de Reſurr. car. cap. 6. loquens de formatione animæ ait. *Velut pater ex præcordijs, animam in faciem plaſmati hominis inſpirauit.* Ex præcordijs, id eſt ex viſceribus diuinitatis, vt oſtenderetur, quanti faciat Deus animam, noſtram.

Chriſtus Crucifixus, ita Patrem rogauit, *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*, id eſt animam meam, ſed ſi anima Chriſti ſemper fuerit in manu ſui Æterni Patris, quam ergo Animam commendauit? reſpondet D. Anſelmus, Chriſtum non ſolùm commendaſſe Sanctiſſimam Matrem Mariam, ſed etiam cunctas animas iuſtorum, hæc ſunt verba Diui Anſelmi. *In hac commendatione Chriſtus Deo patri commendat dulciſſimam Matrem, vna cum omnibus, qui de Spiritu Sancto victuri ſunt, vſque ad finem mundi.*

Dialog. de Paſſ.

DE

DE AVARITIA.

1 Diuus Ambr. Clamat ante domum tuam nudus, & negligis, clamat non nudus, & tu ſollicitus es, quibus marmoribus pauimenta tua veſtias, pecuniam pauper quærit, & non habet, panem poſtulat homo, & equus tuus ſub dentibus ſuis aurum mandit, delectant te ornamenta pretioſa, cum alij frumenta, non habeant; quantum ò diues tibi ſumis. *de vinea Nabot.*

2 Idem. Cæca eſt Auaritia, ſed diuerſis fraudum oculata ingenijs, erubeſcit auarus, erubeſcit vſuræ nomen, & lucrum non erubeſcit vſuræ, ſemper alieno vtitur, alieno ſe paſcit damno, & illi præda geſta alterius, eſt illi lætitia fletus alienus, ecce ſenex pater captum deflet filium, & tu iam ſuper eum, velut ſerculum glorliaris; innocens ruſticus, perditum ingemuſcit iuuencum, & tu eo rus tuum excolere diſponis, & fructus reputas poſſe capere ex gemitibus alienis, ecce religioſa vidua, tota ſupellectile diſpoliatam domum ſuam dolet, & tu eadem ſupellectile domum tuam ornatam eſſe lætaris; ſic mihi, ò chriſtiane, non compungeris, non conſtringeris, cum vides in hoſpitio tuo lachrymas alienas? *ſer. 19. de Auaritia.*

3 D. Anſelmus. Auari Deus, nummus eſt. *ſup epiſt. ad eph.*

4 D. Auguſt. Deſiderauit guttam qui non dedit micam. *ſer 21. de verb. Do.*

5 Idem. Auarus vir, ſimilis eſt inferno, infernus enim, quantoſcumque mortuos deuorauerit, numquam dicit ſatis eſt, ſic, etſi omnes theſauri circumfluxerint in auarum, numquam ſatiabitur. *ep. 3 ad Io. comitem.*

6 Idem. O homo Auaritia plenus, an ignoras, quod tria inſatiabilia, & quartum numquam dicit ſufficit, & quid eſt, quod numquam dicit ſufficit, niſi animus hominis, qui numquam dicit ſatis eſt? ò homo non ignoras, quod omnium malorum radix auaritia eſt, & ſeruitus idolatriæ, mater vſuræ, genitrix ſimoniæ? fomes culpæ, pœnæ via, nutrix gehennæ? ò auaritia, abyſſus inſatiabilis, ſemper fameſcis, ſemper doles, ſemper triſtaris in cunctis? ò peſtis interminabilis, ò famelica rabies, nam omnia ſuis terminis clauduntur, ſola auaritia nullo clauditur fine, omnia in homine ſeneſcunt vitia, ſola auaritia iuueneſcit, ò rabies omni fine carens; terra ſuis limitibus terminatur, aqua ſuis finibus limitatur, aer ſuo fine concluditur, cœlum ſuis terminis arctatur, ſola auaritia terminum neſcit, ò auare, qui ſi terræ, & cœli Deus fueris, numquam quieueris, donec te Deo adæquari, vel fueris ſuperior altiſſimo; ò peſtis dæmone ſæuior, nam dæmon, ſimilis altiſſimo eſſe voluit, ſed auarus, ſuper Deum, ſi poſſet, aſcendere, vellet. *ſer. 48. ad fratres in heremo.*

7 Idem. Auaritiæ morbus, numquam melius compeſcitur, niſi cum dies mortis, fine obliuione meditetur. *de coaſt.*

8 Idem. Si patri, non parcit, ſi amico, non ſeruat fidem, ſi viduam, & pupillum inuadit, ſi falſum fert teſtimonium, nec veritatis diſcipulus erit. *de verbis Dom.*

9 Idem. *ibidem*. Auare, quid quæris? aut ſi aliquid quæris, quid tibi ſufficit, cui Deus non ſufficit? *ſer. 24.*

10 Idem. *In illa verba ad Rom. 8. quis non ſeparabit à charitate Chriſti, &c.* Auarus dicit in corde ſuo, quia forte, non audet lingua ſua: quis non ſeparabit à cupiditate auri? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio? poſſunt, & auari dicere auro, propter te occidimur tota die. *ſer. 10. de ſanctis.*

11 Idem. Auarus rectè comparatur hydropico, ſicut enim ille, quanto magis abundat humore inordinato, tanto melius ſitit, ille quanto eſt copioſior diuitijs, quibus, non bene vtitur, tanto ardentius talia concupiſcit. *lib. 2. qu. Eua. q. 29*

12 Idem. *ibidem*. Auarus velut Infernus, omnia deuorans, vellet nullum hominem eſſe, vt ipſe ſolus omnia poſſideret.

13 Idem. Cum auaritia alicui dominatur, ſubiectus malis omnibus demonſtratur. *de lib. arb.*

14 Ariſt. Amor diuitiarum creſcit in infinitum. *1. Polit.*

15 D. Baſilius. Mare terminos habet, nox item leges antiquas, non tranſgreditur, ſolus autem Auarus, nullum circumſcribit tempus, nullum terminum nouit, rerum ſucceſſioni, non cedit, ſed vim, naturamque ignis imitando, omnia comprehendit, omnia paſcitur, & velati flumina ex paruis initijs excitata, deinde paulatim incrementum intolerabile in proceſſu accipientia, impetu demum violento, quidquid obijcitur ſecum trahunt. *hom. 13. de Auar.*

16 Idem. Quid reſpondebis iudici tu, qui parietem veſtis, hominem nudum ſinis? qui equos ornas, fratrem in turpi amictu contemnis? qui frumentum putreſcere ſinis, eiurien- *ſer. 20. in diuites.*

tem,

Digitized by Google

tem, non nutris? qui multos canes, variaſq; feras ſplendidè paſcis, & Chriſti pauperes nuditate, & fame pereunt? qui non aperuiſti domum repudiaberis à regno: non dediſti panem, non accipies vitam æternam.

hom. 9. in diſceſcent. 17 Idem. Auarus quanto plùs accipit, tanto plura deſiderat.

ſer. 9. ſup Cant. 18 D. Bern. Auaritia, rotis vehitur quatuor vitiorũ, quæ ſunt puſillanimitas, inhumanitas, contẽptus Dei, mortis obliuio; porro iumenta trahentia, tenacitas, rapacitas, & his vnus auriga ambobus, præſidet habendi ardor; ſola quidem Auaritia, quæ conducere plures, non patitur, vno contenta eſt ſeruitore.

in epiſt. 34 19 Idem. Quid eorum, qui auaritiæ ſeruiunt, aut amatores ſunt voluptatum, ſeù vanas teſtantur hominum laudes? nonne, & ipſorum inſatiabilia deſideria arguunt nos negligentiæ, & tepiditatis; pudeat certè ſpiritualium nos bonorum minus cupidos inueniri; erubeſcat anima conuerſa ad Dominum, minori affectu ſectari iuſtitiam, quam iniquitatem antea ſectaretur.

ſer. 21. in Cant. 20 Idem. Auarus terrena eſurit, vt mendicus, fidelis contemnit, vt dominus; ille poſſidendo mendicat, iſte contemnendo ſeruat.

in ſent. 21 Beda. Quis diues, qui nihil cupit, & quis pauper? auarus. Auarus propriæ eſt cauſa miſeriæ, ingerens ſibi ſitim auaritiæ. Auaritia, deſideratis opibus, non extinguitur, ſed augetur.

14. mor. 22 D. Greg. *Loquens de Auaritia*. Abundantiam, quam ob requiem quæſierat, nunc ob cuſtodiam grauiùs laborat.

li. 13. mor. cap. 21. 23 Idem. Auaritia, deſideratis rebus non extinguitur, ſed augetur, nam more ignis, cum ligna, quæ conſumat acceperit, accreſcit, & vnde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo poſt cernitur dilatari.

24 Idem, *ibidem*. Omnis Auarus ex potu ſitim multiplicat, quia cum ea, quæ appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia, amplius anhelat.

7 quod. ſer. 25 D. Hieron. Omnia vitia, cum ætate ſeneſcunt, ſola auaritia ſemper floret.

hom. 81. de Auar. Iudæ. 26 D. Chryſoſt. Tantus, tamque incredibilis eſt Auaritiæ furor, vt hæc Iudam, & proditorem nequiſſimum, & ſacrilegum nefandiſſimum faciat, audite hæc omnes auari, qui grauiſſimo Iudæ morbo laboratis, vt teterrimam hanc ægritudinem fugiatis, nam, ſi qui vna cum Chriſto viuebat, qui doctrinam Chriſti audiuit, ſi qui ſigna fecit, in profundiſſimum malorum baratrum ex hac ægritudine præcipitatus eſt, multo faciliùs vos, qui ſecularibus rebus affixi eſtis, hic morbus aggredietur, niſi iugiter, atq; perpetuo vigiletis.

hom. 64. in Io. to. 3 27 Idem. Grauis morbus eſt auaritia, qui, & oculos cæcat, & aures obſtruit, & fera ſeniores reddit, non conſcientiam, non amicitiam, non conſuetudinem, non propriæ animæ ſalutem cognoſcere ſinit, ſed ſemel ab omnibus diſcedens in ſeruitutem ſibi, quos cæpit more ſæuiſſimi tyranni vendicat.

hom. 65. in Ioan. 28 Idem. Tanto peior idolatra auarus eſt, qui non boues, & oues immolat, ſed animam, & corpus ad æternam damnationem.

hom. 15. ſuper Cor. 29 Idem. Corpus ſuum Diabolo proſtituit auarus.

30 Idem. Libentius carnem ſuam tradit auarus, quam aurum, auari meretricibus peiores.

hom. 4. in ep. ad heb. 31 Idem, *homil. ſuper illud Pſal.* (cum diues factus fuerit homo.) Auaritia, & cupiditas, manus diuitijs alligat, & arctiſſimis vinculis adſtringit, ne ad donandum liberæ, & expeditæ ſint.

hom. in c. 5 ep. ad Gal. 32 Idem. Diuitias colit auarus, vt idola, veneratione quadam eas proſequens, attingere, tanquam ſacroſanctas verens, & neque in extrema neceſſitate poſitus, inde ad ſubſtentationem ſuam aliquid audet expendere.

hom. 64. ſuper Io. t. 1 33 Idem. Habent nonnulli pecunias, & his vti, non audent, ſed intactas ad alios transmittunt, tunc, & tanquam dona Deo dicata tangere minimè audent; quod ſi quandoque coguntur, tamquam ad nefas aliquod timidè veniunt.

hom. 36. in Matth. 34 Idem. Quemadmodum ſine fluctibus, nunquam mare conſpicitur, ſic animum diuitum auarorum, abſque ſolicitudine, tremore, turbatione, curis, periculis, numquam reperies, ſed antequam priora componant, alia inuaſerunt.

in ſer. contra gulã. 35 Idem. Auarus neminem, vel amicum diſcernit, vel hoſtem, oculoſque apertos gerens, captus hominibus eſt.

hom. 15. 1 ep. ad Cor. 36 Idem. Rectè quidam dixit auaros eſſe hydropicos, quomodo enim illi, multam aquam ferentes in corpore, magis vruntur, ita etiam auari, multas circumferentes pecunias, plures concupiſcunt.

37 Idem

Digitized by Google

37 Idem, *in illa verba Matth. 8. occurrerunt ei duo habentes demonia, &c.* ſic habet. Auarus eſt dæmoniacus in ſepulchris habitans, quid enim ipſum poterit ligare? certè, non timor, non quotidianæ minæ, non exhortationes, non conſilia, omnia hæc enim vincula ſpernit, ſupplicium putans eſſe maximum, non viuere in ſupplicio. *hom. 29. in Matth. tom. 2.*

38 Idem, *ibidem*. Quid enim miſeriùs auaro, nam dæmoniacus, verbo Chriſti, abacti dæmonij liberatus eſt, pecuniæ autem ſeruus, Chriſto, non auſcultat, nam, & ſi gehennæ terror incutitur, ac inferni pœnæ imminere dicuntur, non credit tamen, quis mentis compos, cum huiuſmodi hominibus conuerſabitur? nam mea quidem ſententia, cum mille dæmoniacis habitandum potiùs eſſet, quam cum vno, qui hoc morbo laboraret.

39 D. Chryſolog. Multos facit auaritia, inter diuitias indigere; iudicium enim Dei, vt in eo, quo quis deliquit, priuatur, vt ſemper indigeat, qui ſemper indigentiam timet. *ſer. 48.*

40 Diuus Leo. Nullum eſt in illo corde iuſtitiæ veſtigium, in quo ſibi auaritia fecit habitaculum. *ſer. 6. de Paſſ.*

41 D. Nylus. Nec multitudine fluminum mare, nec diuitiarum copia, auari animus expletur; pecuniam duplicauit, & eam rurſum ſtudet duplicare, nec à duplicandi, augendique ſtudio deſiſtit, priuſquam inane ſtudium ipſius mors interrumpat. *orat. 3. de Auar.*

42 Origen. Iudæ Iſcariotis imitatores, in Chriſti Domini venditione, ſunt omnes auari, qui propter res temporales eijciunt ab anima ſua Saluatorem: qui cum contemnunt, propter auaritiam, aùt lucrum pecuniarum; tales enim, dicunt dæmonibus, quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? *hom. 35. in Matth.*

43 D. Petrus Damian. *in illa verba Eccl. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius*, ſic habet. Dura certè, & nimis formidoloſa ſententia; ſi enim nihil eſt auaro ſceleſtius, nihil iniquius, non ergo melior parricidis, non præfertur inceſtis, æquatur hæreticis, aſſimilatur idolatris; vnde, & Apoſtolus dicit Auaritia, quæ eſt Idolorum ſeruitus, ſit ergo quilibet caſtus, ſit ſobrius, ſit indigentibus alendis intentus, hoſpitalitati deditus, ieiunet, vigilet, nocte pſallendo continuet, ſi tamen auarus eſt, totum perdit, ita, vt inter omnium criminum reos nequiorem ſe inuenire, non poſſit, nihil eſt enim, ſicut dicitur auaro ſceleſtius, quid ergo proderit, non occidere? non mæchari? non rapere? non denique periurare? immunemq; te prorſùs à cunctis criminibus cuſtodire? dummodo, ſi à te auaritia, non expellitur, nihil te nequius, nihil ſceleſtius reperitur. *lib. 2. ep. 2*

44 Theophylus Alexand. Infernus mortuis, non expletur, ſed quanto plures ſuſceperit, tanto plures deſiderat; imitatur ergo eum Auaritia, nec ſatiari poteſt, ſed quicquid habuerit, plus requiret. *in ep. Paſch. ex BB. PP. to. 1.*

45 Seneca. Inter homines conſortium, aliquandiù inuiolatum manſit, antequam Auaritia ſocietatem deſtruxit. *epiſt. 2.*

46 Idem. Pecunia non ſatiat auaritiam, ſed irritat. *in epiſt. ad Lucill.*

47 Idem, *ibidem*. Quæ eſt maxima egeſtas? Auaritia.

MANTISSA

Ad Auaritiam.

VNicuique noſtrum ſciendi, atque ſpeculandi, deſiderium quoddam à natura inſitum eſſe, nemo eſt, qui neget, vnde Philoſophus ait. *Omnis homo natura ſcire deſiderat*, quod callidus ſerpens agnoſcens, cum ad parentes noſtros tentandum accederet, vt facilius ad culpam induceret, eſcam ſciendi addidit dicens, *eritis ſicut Dij ſcientes, bonum, & malum*, ſed proh dolor, propter peccatum, ita natura corrupta, & voluntas, atque intellectus deprauatus eſt, vt non amplius homo, cęleſtia, ac diuina meditetur, ad quæ ſpeculanda fuit à Deo creatus, ſed potiùs omnibus vitiorum generibus ſe immiſcens, vnus luxurię, alter ambitioni, hic inuidiæ, ille rapinæ omni ſtudio inuigilant. & ſic de cæteris, quilibet enim aliquod peculiare vitium ſpeculatur, ac ſequitur, vnde Moyſes Gen. 6. *Omnis quippè caro corruperat viam ſuam*, vnum tantummodo vitium reperitur, cui omnes ſtudent, & quo omnes inficiuntur, & eſt Auaritia; de qua modò loquuturi ſumus; hoc innuit Hyerem. 6. *à minore quippe ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent*, aſpicite quæſo pelagum, in quo

quam

quamplura nauigia videbitis, hinc, inde mare diſcurrentia, infinita ſerè pericula naufragandi ſubeuntia, à quibus ſi petetis quid tandem perquirant, vnanimiter reſpondebunt, *diuitias, diuitias, perquirimus*, quia omnes, ita auaritiæ inuigilant, vt non oculos (vt dici ſolet) ſed cor ipſum ſuper hunc auaritiæ librum reliquiſſe inuenies; vnde Chriſtus meritò dixit, *vbi eſt theſaurus tuus, ibi, & cor tuum erit*, & ille Poeta. *Quid non mortalia pectora cogis, auri ſacra fames*. Quia omnes auaritiæ ſtudent, & ſi aliquem, qui huic libro non ſtudeat, inuenies, magnum erit miraculum ſummumque prodigium, ita Eccleſiaſtes, *Beatus, qui poſt aurum non abijt, fecit enim mirabilia in vita ſua*, inter magna miracula, quæ ſacræ literæ commemorant feciſſe Prophetas; magnum quidem illud Ioſuè fuit, quod ſolem ſtare iuſſit, & ſtetit, donec inceptæ victoriæ finem daret, magna quidem fuit vocis Ioſuè potentia, & tamen idem in Ierico expugnatione iubens Propheta, nullum militum quicquam ſurripere ex ſpolijs inimicorum; inuentus eſt vnus Achaz, qui voci Ioſuè fuit inobſequens vnde hoc? quia cor eius auaritia detinebatur; audi D. Ambr. *Ieſus Naue, qui potuit ſolem ſiſtere, ne ſerperet, ad vocem ipſius, Sol ſtetit, auaritia non ſtetit.*

lib. 2. de off. c. 26.

Refert Plinius in ſua Hiſtoria naturali, quod ſi veneuatum cor ponatur inter prunas, non ſolum, non comburitur, ſed neque calefit, cuius rei ratio eſt, quia ita veneno cor illud alget, vt nunquam calefieri poſſit, ita, & auari cor; conſiderate quæſo diuitem illum Epulonem, cuius meminit Euang. Lucas, qui ita cor frigidum habebat, vt quamuis pauper Lazarus, vlceribus plenus ante eius ianuam ſtaret mendicans, Epulonis cor nunquam calefieri potuerit, nec charitatis igne fouens, vt induceretur pauperi illi fruſtrum panis tribuere.

Albertus Magnus ait, quod ſi fulmen decidens, percutiet dormientem, ſtatim eius oculos aperit, at ſi vigilantem percutiet, eius oculos claudet; ita Deus inuigilantes, vt pauperum, & egenorum neceſſitatibus ſubueniant, mortis fulmine adueniente, quia vigilantes reperit dulci, & æterno pacis ſonno componet, vt accidit D. Stephano, qui dùm viueret ſemper vigilauit, *ecce video cælos apertos*, ita vt adueniens mortis fulmen obdormiuerit in Domino, non ſic accidit auaris, qui dùm viuunt, ſemper dormientes videntur, & clauſos habent pietatis oculos, ne videant, & ſubueniant pauperum neceſſitatibus, proinde cum mortis fulmen aduenerit ita eorum oculos aperiet, vt à longè proſpicere valeant, ita accidiſſe legimus diuiti Epuloni; de quo Euangeliſta ait, *vidit à longè*, & hoc fuit ei maius tormentum.

Miror quidem, quod Iudæi, cum tot tantiſque tormentis afficerent Chriſtum, cuius ſanctiſſimum corpus ita dilaniauerunt, vt totum vna plaga videretur, *à planta pedis, &c.* eius tamen veſti pepercerunt, dicentes, *non diuidamus eam, &c.* vnde hoc? numquid pietate moti hoc effecerunt? nequaquam, ſed quia magna auaritia Iudæorum cor detinebatur, viderant enim, ſacram illam veſtem, quamplura miracula effeciſſe, vnde dixit mulier illa Matth. 9. *ſi tetigero tantum fimbriam veſtimenti eius ſalua ero*, putabant quod ſi diuideretur virtutem miraculorum amitteret, & ſic lucrum quòd facere ſperabant, ceſſaſſet, mens eſt D. Chryſoſt. dicentis. *Tantummodo veſtis Chriſti in tota Paſſione habuit reuerentiam, ſed reuerentia eius non fuit propter honorem ſuum, ſed propter virtutem ſanandi.*

Proditor Iudas Magiſtrum ſuum Chriſtum propter auaritiam vendidit, acceſſit Magdalena ad pedes Chriſti, vt eos vnguento vngeret, huic pietatis actioni aderat Iudas, qui cum loculos haberet, vbi eleemoſynas, quæ offerabantur conſeruabat, videns vnguentum illud effuſum, fremens ex auaritia, ait. *Poterat vnguentum iſtud venundari trecentis denarijs, & dari pauperibus*. Non quia illi pauperes curæ eſſent, ſed quia ex omnibus eleemoſynis decimam partem ſibi retinebat, & ſic cum non fuerit venditum vnguentum illud, triginta denarios amiſit, quos ſurripere cogitabat; hinc, vt hoc ſibi damnum reſarciret, vendidit Chriſtum triginta denarijs, vnde pergens ad Scribas, & Phariſeos, ait quid vultis mihi dare? & ſtatim ac audiuit, quod triginta denarios ſibi ſpondebant, tradidit eis Chriſtum, ita D. Chryſoſt. *Damnum, quod ſuperaret ei in effuſione vnguenti, reſarciuit in venditione ſui Magiſtri.*

Eccleſiaſticus cap. 10. ait. *Auarus nil eſt ſceleſtius animam ſuam venalem habet, quoniam in vita ſua preiecit intima ſua, nihil eſt iniquius quam amare pecuniam*, & cap. 13. *qui aurum diligit, non iuſtificabitur*, ſenſerunt hoc etiam æthnici Cicero pro Quint. ait. *Nullum eſt officium, tam ſanctum, atque ſolemne, quod non Auaritia comminuere, atque violare ſoleat.* & lib. 2. officiorum. *Nullum eſt vitium tetrius, quam Auaritia, præſertim in Principibus, & rempublicam gubernantibus*, & Seneca. *Nulla Auaritia ſine pœna eſt, quamuis ſatis ſit ipſa pœnarum, ò quantum lacrymarum, ò quantum laborum exigit*, & Iuuenalis Satir. 14. *Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit*. Eccl. cap. 5. *Auarus numquam impletur pecunia*, & quamuis Auarus diuitijs exuberet, quaſi nihil haberet vitam ducit, vnde Salamon Prouerb. 13. dicebat, *Eſt quaſi pauper, cum*

in mul-

Digitized by Google

in multis diuitijs ſit, & D. Hieron. ait. *Antiquum dictum eſt, Auaro tàm deeſt quod habet, quam, quod non habet, credenti totus mundus diuitiarum eſt infidelis, auarus etiam obolo indiget*, & Diuus Aug. in quodam Serm. *Auarus velut infernus omnia deuorans, vellet nullum eſſe, vt ipſe ſolus omnia poſſideret.* epiſt. 115

Abſalon dùm patrem ſuum inſequebatur, cum magnum haberet capillamentum, & inter ruinas, & belli tumultus fugeret, ſedens mulo, ingreſſuſq; ſubter condenſam quercum, & magnam, adhæſit quercui, & ex illo capillato ſuſpenſus inter cœlum, & terram, mulo cui inſederat pertranſiente à Ioab tribus lanceis eius cordi infixis perijt, Abſalon hic, Auarus eſt, qui Chriſtum in ſuis membris inſequitur, dùm pauperibus neceſſaria tradere renuit, vnde à quercu diuinæ iuſtitiæ captus; tribus lanceis vulneratur, quia in eius morte, diuitijs ſpoliatur, *& relinquent alienis diuitias ſuas*, corpus vermibus traditur, & anima dęmonibus vnde Ezechiel cap. ait. *Filij hominis accipe gladium acutum, & rade tertiam partem capillorum, & vento eam diſperges, aliam vero tertiam igni combures, reliquam vero gladio diuides*, & D. Hieron. habet. *Auarus eſt burſa Principum, cella latronum, rixa parentum.* D Aug clamat. *Inſatiabilis auaritia patri non parcit, nec matrem cognoſcit, patri non obtemperat, nec amico fidem ſeruat*, & Aug. habet. *Auarus antequam lucretur, ſeipſum perdit, & antequam aliquid capiat, capitur.* epiſt. 103. ad Paulinum. 2. reg. 18. in quodam ſerm.

Diuus Paulus, ait. *Auaritia eſt idolorum ſeruitus.* D. Auguſt. aſſerit. quod meritò, Auaritia idolatria vocatur; quia nihil aliud eſt Idolatria, quàm auferre honorem Deo debitum, & creaturis tribuere, & quia duo debemus Deo, ſcilicet eum ponere pro fine noſtræ fęlicitatis, & in eo omnem noſtram fiduciam collocare, ſed quia auarus vtrumque in pecunijs reponit, meritò ergo auaritia idolorum ſeruitus dicitur, vnde Iob, ait. *Si dixi auaro robur meum, & obrizzo fiducia mea.* Aurum eſt finis auari, aiunt Philoſophi, quod finem, ſine fine deſiderare debemus, media autem, vt finis ſequatur, aliquo termine appetere debemus; infirmus pro fine habet ſanitatem, & ſine fine eam deſiderat; media perueniendi ad hunc finem ſunt, medicina, quam aliquo termine appetijt, ſcilicet, vt tanta ſit, & non plus, ita ego Deum deſidero ſine fine, ſed medium ad Deum perueniendi, quod eſt Ieiunium, aliquo termine appeto, ita, & Auarus, aurum ſine fine cupit, ergo aurum pro Deo habet. *Idolorum ſeruitus*, audi Baruch. cap. 3. *Vbi ſunt Principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram, qui in auibus cęli ludunt, qui argentum theſaurizant, & aurum in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum*, & Oſeam 8. *Argentum ſuum, & aurum ſuum, fuerunt idola, vt interirent*, & Dauid Pſal. 113. *Simulacra gentium argentum, & aurum.* Propter cuius rei probationem, recordari oportet, quod Moyſes, cum moraretur in monte quadraginta dierum ſpatio, vt legem à Domino acciperet, videns autem populus, quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes; congregatus aduerſus Aaron dixit. *Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant*, coactus Aaron dixit ad eos. *Tollite inaures aureas de vxoribus, filiorumque, & filiarum veſtrarum de auribus, & afferte ad me, fecitque populus, quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron, quas cum ille accepiſſet, formauit ex eis vitulum conflatilem dixeruntque hi ſunt Dij tui Iſrael, & obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas.* Sed cum vitulus vnus eſſet, quare dixerunt in numero plurali Dij tui? nullam aliam quidem ob cauſam, niſi, quia vnuſquiſque aurum ſuum, quod poſuerat venerabatur, quia auaritia eſt Idolorum ſeruitus, vt bene dixit Paulus Apoſtolus. *Radix omnium malorum auaritia, quam quidem appetentes errauerunt à fide.*

Hinc Diabolus in Monte, poſt multos contra Chriſtum inſultus dixit tandem. *Hæc omnia tibi dabo, &c.* vt oſtenderetur auaritiam aurum adorandi proprietatem habere.

Seneca, ait. *Numquam auarus benefacit niſi moriturus, ſed qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit?*

Baſil. ait. *Omnia poſſides, ſed vno, & hoc neceſſario cares, poteſtate videlicet te ipſum mutandi.*

Idem, ait. *Vidi ego quoſdam ieiunantes, orantes, præteritorum pœnitentia ſuſpirantes, omnem denique ſine ſumptu pietatem oſtendentes, egentibus vero, nec obulum quidem præbentes.* ſer. 3. de diuite auaro.

S. Zenone Mart. ait. *Inextinguibilis peſtis, incendio totus mundus exarſit auaritia, vt putatur crimen eſſe deſijt.* ſerm. 2.

Tam ingens, & enorme malum eſt auaritia, vt ipſemet Deus obſtupeſcat; valdè ſtupentium eſt, quod quando aliquid triſte accidit eis ob ſtuporem complodunt manus, ita, & Deus cum auaritiam viderit coram Angelis complodit manus ob ſtuporem audi Ezechiel, ait. *Dominus Deus ecce comploſi manus ſuper auaritiam, &c.* Vnde cum viderit illos auaros in templo ementes, & vendentes complodens manus fecit flagellum, ad vocem Ioſuè ſolem ſtetiſſe vidimus, at tempore Auari Abimelech, legimus primo Paralip. quod Sol retrogreſſus eſt. *Fugit, & obſtupet Sol propter auaritiam.* ita traduxit Lyranus, & ait cauſa auaritiæ talem fuiſſe Abimelech. ſer. 1. de auaritia.

Non ſolùm terra cęlum, & Deus obſtupeſcunt ob auaritiam, ſed etiam ipſimet mortui, audite quæſo. Iſa. 14. narrantem, quod ad mortem cuiuſdam diuitis auari, qui tributa exigebat exclamat mors, *ceſſauit exactor, quieuit tributum*, & cum ſepelliretur eius cineres eijecerunt extra ſepulchrum, quaſi ſepultura indignum, *tu autem*, ait Iſa. *Proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis pollutus, quaſi cadauer putridum*.

Secundò Machab. 14. legitur quod quidam Azias miles enſem nudans ſe ipſum interemit. *Azias qui gladio ſe petijt, ſtans ſupra quamdam petram, & iam exanguis effectus complexus inteſtina ſua vtriſque manibus proiecit ſuper turbam, &c.* O ſpectaculum orrendum, ita auarus moratur ſuper petram obſtinationis nil curans, & propria viſcera dilaniatur.

Eccleſiaſticus ait, nihil eſt iniquiùs quam amare pecuniam, ſuperbia, luxuria, gula malæ ſunt, ſed non iniqua, ſolùm auaritia, hic enim in vita ſua proijecit intima viſcera.

Vinum dùm non transmutatur ſemper fęcem ſapit, quod nam eſt remedium? tranſmutatio, ita, & auarus, qui dùm auaritiæ ſtudet, ſemper auaritiam ſapit, quia non tranſmutatur, audi Hieremiam 48. *Ecce Moab requieuit in fęcibus ſuis, nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in transmigrationem non abijt ideirco permanſit guſtus eius in eo, & guſtus eius non eſt immutatus.* Auaritiæ peccatum pertinacem reddit hominem.

Hoc eſt diſcrimen inter aquam liquidam, & gelidam; quod illa ſemper effleuit, hæc autem numquam, idem eſt inter diuites auaros, & pauperes, diuitis aqua, peccatum eſt, *qui bibunt quaſi aquam iniquitatem*, quorum vas eſt anima, & vas interitus, quia cauſa gelida eſt, pertinacia ſcilicet, at pauperum vaſa ſunt plena aqua liquida: ita; vt ſi concionator dicet eis, vt ploreut ſtatim lacrymas effundunt, vt ſe humilient ſtatim in terra proſtrati videntur, &c. non ſic dici poteſt de auaris, quia aqua gelida ſunt; vociferari poſſunt concionatores, Patres ſpirituales commonefacere poſſunt eos, nunquam à ſua ſententia diſcedunt, quia aqua gelidæ ſunt, vnde Sophonias ait. *Congelatos in fęcibus ſuis*, & Caldeus legit. *Qui ſumma iucunditate fruuntur delitijs*. Vnde de Auaris poteſt intelligi illud Iob. *Edificauit ſicut tinea domum*, ſeptuaginta legunt. *Edificauit araneas telas*. Hoc eſt diſcrimen inter Araneam, & Tineam, quod Aranea ſe euiſcerans telam componit, at tinea aliorum pannum corrodit, ita diues Auarus crudelis contra ſe ipſum efficitur dùm ſe euiſcerat Diabolo animam tradens, ſed ex Araneæ Tinea efficitur dùm contra pauperes ſęuit, ita accidit proditori illi Iudæ, qui propter auaritiam Aranea effectus dùm ſuſpenſus crepuit, *& diffuſa ſunt omnia viſcera eius*. Tinea fit dùm ſęuit contra Chriſtum.

Auarus peius redditur ipſo Diabolo: Auarus enim pluris pecuniam, quam animam ſuam æſtimat; at Diabolus maioris pretij vnam animam, quam vniuerſum orbem æſtimat, vnde Chriſto dixit. *Hæc omnia tibi dabo, &c.* & oſtendit illi omnia regna mundi; hinc Orig. ait tract. 2. in Matth. *Duobus propoſitis magis eſt eligendum, vt mundum perdamus, & lucremur animas noſtras*.

Et Ambroſ. *Valde timendum eſt ne propter auaritiam pecuniæ, vel propter amorem carnalis vitæ ſalutem animarum quærere negligamus, quia nihil prodeſt lucrifacere temporalia ſi perdantur æterna*.

Dauid Pſ. 33. ait. *Diuites eguerunt, & eſurierunt; &c.* ſi diuites erant quomodo ergo eguerunt, & eſuriejunt? quæ incognitus explicans ait. *Diuitiarum enim abundantia mentem auari non ſatiat, ſed anguſtias in præſenti, & in futuro*.

li. 14. mor. Iob cap. 20. loquens de huiuſmodi auaris ait. *Nec ſatiatur venter eius*, quæ verba decla-
c. 12. in pſ. rans, Diuus Greg. ait. *Venter quippe diuitis auaritia eius eſt, quia in ipſo colligitur, quidquid per-*
33. ſuper *uerſo deſiderio glutitur*, & Aug. *Egent ergo diuites; & quod eſt grauius egent pane*.
Matth. 6. Chriſtus de diuitibus loquens Matth. 6. ait. *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, non poteſtis ſeruire Deo, & Mammonæ*. Diuus Paſchaſius hunc locum declarans inquit. *Quod ſuperius propoſuerat apertiùs exponit mammona namque (ſyra interpetratione,) diuitiæ dicuntur quibus ſer-*
ſup Matt. *uire, Deum negare eſt*, idem affirmat Hugo Card. *Ergo Chriſtus pecuniam Dominum diuitis vocat,*
6. *& diuitem mancipium pecuniæ*. Ex quo facilè intelligitur quare Chriſtus expulerit ex templo auaros illos diuites menſam nummulariorum tenentes, quos puniuit flagellis, *fecit flagellum, &c.* quare flagellis, & non potiùs baculis, virgis aùt aliquo alio inſtrumento puniuit? animaduertendum eſt quod reperitur, quedam Lex. in ſeruorum ff. de poenis quod famulus liber puniendus ſit baculis; mancipium vero flagellis, audite verba legis. *In ſeruorum perſona ita obſeruatur, vt exemplo humiliorum puniatur, & ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur ex his ſeruus flagellis cædi, & Domino reddi iubetur*.

Drogo Epiſcopus Hoſtienſis, loquens de triginta argenteis, quibus Iudas vendidit Chri-

ſtum

Digitized by Google

ſtum, ait. *Vide quam magni ponderabat eos, non proijecit eos in ſterquilinio, ſed in templo, nimirum talibus ſemper dijs templum ſuum deuouerat.*

ſerm. de Sacram. Dō. Paſſ. to. 2. Bibl. PP.

Ergo, vt Deos habuit.

Lucas 4. ait. *Spiritus Domini miſit me Euangelizare pauperibus*, numquid diuitibus non debebat Euangelizare? minime, quare? audi Iſidorum Clar. *Perinde quaſi diuitias nihil ad prædicationem pertineant, & reuera ita eſt, nam cauſam diuitum pro re deſperata poſuit dominus.*

Luc. 16. *Beati qui nunc eſuriunt, quia ſaturabuntur, &c.* Iſidorus Clar. petit quare in ſacris litteris diuitum fames damnatur, ſi modo Chriſtus famelicos beatos appellet? & ipſemet Iſidorus reſpondet dicens. *Eſuriunt quidem diuites, ſed numquam explentur, numquam exaturantur.*

orat. 19. ibidem.

Oſea 12. *Diues effectus ſum, inueni Idolum meum*, ſeptuaginta legunt. *Diues effectus ſum inueni requiem mihi.* Quia diuites quieſcere putant in diuitijs, ſed falluntur audi Chryſ. *Aurum ſatura, graue grauius fit auaritia, hinc eſt, quod plus habentem deprimit, quam ferentem, vehementius aggrauat corda, quam corpora, naſcitur in terra profunda, & dum ſuam ſemper repetit ad naturam, caleſtes animos ad inferna deponit.*

ſup. hunc ... or. 7.

ſerm. 29.

Et D. Cyprian. loquens de diuite ait. *Suſpirat ille in conuiuio, vigilat in plura, nec intelligit miſer ſpecioſa eſſe ſibi ſupplicia auro ſe illigatum teneri, & poſſideri magis, quam poſſidere diuitias.*

in epiſt. ad Donatū ſn per illud Iob 12.

Et Greg. ait. *Eo magis contra Deum eleuantur; quo magis ab eius largitate contra meritum ditantur.*

Ambr. ait. *Vides ergo quoniam, qui pecuniam appetit fidem perdit, auaritia enim cæcitas eſt, errorem religionis inducit.*

abūdat tabern. prædonum.

Chryſoſt. ait. *Quid manibus auari ſceleratius? quid oculis impudentius, & caninum magis, non aſpicit homines, vt homines, neque cælum, vt cælum, ſed omnia pecuniam eſſe putat. Vrſi, & Lupi, vbi ſaturati ſunt abſtinent ſe cibo, iſti vero non ſatiantur; at qui propterea manus nobis fecit Deus, vt alijs opitulemur, non vt inſidiemur, talium ora, etiam ferarum ora ſunt; quin his etiam truculentiora; etenim verba premunt magis, quam ferarum dentes venenum emittentia, & necem patrantia, quod ſi mentem quoque talium, quis excutiat, iam non feras modo, ſed etiam dæmones ipſos appellabit.*

ſer. 59 attēdens illud 1. Timot. 10. radix omniū malorū, &c.

Aug. ait. *Peruerſi, & auari frui volunt nummo, vti autem Deo, quoniam non nummum propter Deum impendunt, ſed Deum propter nummum colunt, quia nimirum licet Deum agnoſcant, & reuereantur, tamquam rerum omnium parentem, immoderato tamen affectu, quo in ſordibus pecuniæ inhæreſcunt, eum vltimum, qui finem ſummum bonum eſſe re, & facto negare videntur.*

orat. in auaros.

de Ciu. Dei lib. 11. c. 25.

Exod. 10. dicitur, quod flante auſtro vento vrente leuauit locuſtas, quæ aſcenderunt ſuper vniuerſam terram Ægypti, & omnes campos ita perdiderunt, vt nihil omnino virens relictum fuerit in lignis, & in herbis terræ in cuncta Ægypto. *Orauit Moyſes Dominum, & flare fecit ventum ab occidente vehementiſſimum, & arreptam locuſtam proijecit in mare rubrum, & non remanſit ne vna quidem in cunctis finibus Aegypti*, locuſtæ ſunt auari, quæ toto corpore ventrem maiorem habent, ita, & auari appetitus maiores ſunt vniuerſo orbe, mundus ſuos habet terminos, & confines quibus caret auarus, vnde 30. Prouerb. *Quatuor ſunt inſatiabilia, & quintum eſt deſiderium auari*: de locuſta dicitur, quod diluculo repletur rore, & in ardore vehementiori ſolis cuncta euacuat, ita, & auarus per fas, & nefas aliorum bonorum rore repletur, ſed in maiori ardore diuinæ Iuſtitiæ cuncta euacuabit, cum ad ignem æternum deſcenderit, vt dixit Iob 20. *Diuitias quas deuorauerat euomet, & de ventre eius extrahet eas Deus.* Flans auſter ventus vrens ideſt euentus ſecundi præſentis vitæ, auarus pingueſcit, & moratur in tenebris Ægypti, & deſtruit omne virtutum viride, cum auaritia, & virtutes ſimul eſſe non poſſint, hæ ſunt locuſtę, quas vidit Ioannes Apoc. 9. ſimiles equis, & poteſtatem habebant à beſtia, ideſt à Dæmone cunctis nocendi, vnde Innocentius ait. *Quam multos ſeduxit cupiditas, quamplures perdidit auaritia. Balaam redarguit Aſella, quia captus cupiditate promiſſorum diſpoſuerat maledicere Iſrael, Achaz populus lapidauit, quia tulit argentum, & aurum de Anathemate. Hierico. Naboth interemptus eſt, vt Achab ſuam vineam poſſideret. Giezi lepra perfudit, quia tulit, & petit argentum, & veſtes ſub nomine Heliſei, Iudas laqueo ſe ſuſpendit, quia vendidit, & tradidit Ieſum, Ananiam, & Saphiram ſubita mors extinxit, quia de pratio agri defraudauerunt Apoſtolos.*

de vtilitate conditionis humana.

Pſal. 103. *Excuſſum ſum ſicut locuſta.*

Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, aùt quia ſinus maris ita magnus eſt, vt flumina præ illius comparatione nihil videantur, aùt quia mare, (vt ait Iſidorus) habeat quemdam motum circumlarem, vnde Salamon ait. *Omnia flumina intrant in mare, vt fluant iterum.* Hæ aquæ ſunt diuitiæ, quæ numquam morantur in vno, vnde Seneca ait. *Cito enim repetet fortuna, quod præſtat.* Pro mari cor intelligitur Iſa. 57. *Cor impij, quaſi mare feruens,*

Digitized by Google

quod numquam quieſcit, nam auarus infinitis fere cogitationum procellis iactatur, & cir-
cumdatur tùm, vt aliena acquirat, & acquiſita conſeruet, quæ enim magno labore acqui-
runtur, magno timore conſeruatur, & maximo dolore amittuntur, audi D. Greg. *Prius nam-*
que mens auari dolorem habuit in ipſa ſuæ concupiſcentiæ fatigatione, qualiter concupita raperet:
lib. 5 mor. *quomodo aliqua blandimentis aliqua terroribus auferret: & poſtquam acquiſitis rebus peruenit ad*
deſiderium, alijs hunc dolor fatigat, vt cum ſollicito timore cuſtodiat, quod cum graui labore memi-
nerat acquiſitum, hinc inde inſidiatores metuit, atque ſe quod ipſe fecit, ab alijs, ſibi fieri pertimeſcit.

Indomitus Taurus cum abluitur furenter ſaltat volens omnes percutere, & ſauciare, ita
de condit. auarus induratum habens cor erga Deum, erga proximum, ac etiam ſeipſum, vnde Innoc. ait.
vilitat *Auarus offendit Deum, offendit proximum, offendit ſeipſum, nam detinet debita à proximo neceſſa-*
bum *ria, aufert ſibi opportuna ſubtrahit, vnde Pſal. 21. Tauri piagues obſederunt me, cum abluitur ideſt*
cum eius cor auaritia, & cupiditate repletur omnia percutere, & omnia tentat acquirere; Hiſto-
riarum magiſter narrat, quod à flumine in quod Pharaonis iuſſione filij Hebræorum eijcie-
bantur. Exod. 1. egrediebatur animal quoddam Tauro ſimile, & in dextero humero cornu-
tæ Lunæ ſignum ferebat, & tunc veniebant omnes Ægyptij muſicalia inſtrumenta deferen-
tes, & dùm Ægyptij perſonabant, Taurus ſaltabat, qui Taurus, ab Ægyptijs vocabatur Deus
aquarum, & eodem die euaneſcebat. Taurus hic eſt auarus, qui in dextera ideſt in intentione
vanitatem, & vanam ſpem habet, per Lunam cornutam ſignificatam, moratur in flumine
Ægypti, ideſt in tenebroſa diuitiarum cupiditate, vbi Diabolus omnes fideles demergit, co-
ram eo omnes Ægyptij, ideſt Dæmones congregantur variarum tentationum inſtrumenta
perſonantes. Illicitos modos acquirendi ſuggerendo, & quo ſonitu ſaltat auarus, & omni ſtu-
l. 16. mor. dio inuigilat, vt aliena rapere, & acquirere poſſit, vnde Greg. ait. *Cui cupiditas dominari di-*
citur, ſubiectus omnibus malis demonſtratur.

Sed hoc monſtrum ſtatim euaneſcit. *Transiui, & ecce non erat, quæſiui eum, &c.*
hom. 9. ſu Chryſoſt. *Qui pecuniæ ſerui, & præſentibus compedibus conſtringitur, & futuris paratur.*
per Matt. Iſa. 62. loquens de incarnatione ait. Ecce Saluator tuus venit tibi, & merces eius cum eo,
numquid Chriſti præſentia non ſufficiebat cum ſit omne bonum? quid opus fuit mercedem
afferre? dùm, & Dauid dicit Pſal. 72. *Quid mihi eſt in Cælo, & à te quid volui*, cauſam cur Dei
filius mercedem attulerit adducit Oleaſter ibidem dicens. *Aduerte hic auaritiam noſtram, vt*
non audeat ad nos Deus ſine mercede venire.

Zacch. 5. apparuit Prophetæ Angelus dicens, vt oculos in altum eleuaret, & contempla-
retur, quid nam videret, & dixit Angelus, *quid eſt hoc quod vides quid nam eſt?* neſcio ait Pro-
pheta, reſpondet Angelus, *hæc eſt Amphora*, tunc ait Zaccharias. *Quianam Angele Dei hoc ſi-*
gnificat? eſt oculus inquit Angelus eorum in vniuerſa terra, & ecce mulier vna ſedens in medio Am-
phoræ, ſed quia ſæpè tamquam inuerecunda caput eleuabat, maſſa plumbea miſſa eſt in os
eius, & petens Proghera ab Angelo, quod nomen fuiſſet illi mulieri reſpondit Angelus quod
vocabatur impietas, & ecce apparuerunt aliæ duæ mulieres alas milui habentes, & cum ve-
hemens ventus flaret replebant alas, ita, vt viderentur duo nauigij vela inflata, quæ Ampho-
ram ita in altum eleuauerunt vt cœlum tangere videretur, & ſtatim vidi illam transferri vſque
ad Babiloniam in terram Senaar vbi et domus ædificata fuit, vt moraretur ex qua non diſce-
dit amplius, ſed impietas, & idolatria vbi imperat, & reſidet niſi in auaritia? vnde Paulus Apo-
ſtolus ad Coloſſ. 3. vocat vnumquemque auarum idolatram, & auaritiam idolatriam. Deus
Auari: Aurum eſt; ſacrificium eſt anima, incenſum aſſidua ſedulitas terrena. Templum eſt
marſupium, altare peruerſa voluntas, ignis eſt cupiditas ardens, ſed quid eſt Amphora illa,
in qua impietas videtur niſi auaritia? per Amphoram ſignificata, quæ os apertum habet, quia
auarus numquam dicit ſufficit, ſemper hiſcit, ſemper ad alias diuitias tendit, ſemper fame-
ſcit, illa inexplebilis vorago numquam clauditur numquam dicit ſatis eſt Eccl. 5. *Auarus non*
implebitur pecunia, numquam quieſcit, hi fructus ſunt Auaritiæ, requieſcere non ſinit, Eccl. 5.
Saturitas diuitis non ſinit eum dormire, ſemper viuit in timore, Eccl. 5. ait *Cruciatibus diſtorque-*
tur cunctis diebus vitæ ſuæ, &c. domum conturbatione afficit, Prou. 15. *Conturbat domum*
ſuam qui ſectatur auaritiam, & committit ſe Diabolo, *qui volunt diuites fieri incidunt, &c.* ſu-
perbia inflatur, Iob 20. *Cum ſaturatus fuerit arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum,*
nudauit pauperis domum rapuit, nec eſt ſatiatus, &c. omne bonum ſpirituale amittit. *dicis quia*
diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, &
cæcus, & nudus Apoc. 2. proprijs diuitijs non fruitur Eccl. 5. *Eſt alia infirmitas peſſima, quam*
vidi ſub ſole diuitiæ conſeruatæ in malum, &c. Eccl. 5. *cunctis vitijs repletur auarus.* Eccleſ. 10.
Auaro nihil eſt ſceleſtius. ſæuit in pauperes, vnde de mendico Lazaro ſcribitur Luc. 16. *Cupi-*
ebat

Digitized by Google

ebat ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat. Paradiſi gloria expolia-
tur Auarus, *non habet habitationem in Regno Eph. 5.* Dei gratia priuatur, *eſurientes impleuit bo-
nis, & diuites dimiſit inanes. Luc. 1.* ad omnia Eccleſiaſtica officia inhabilis redditur Exod. 18.
Elige viros qui oderint auaritiam, & ſibi, & alij nequam eſt. *Auarus nulli bonus ſibi autem peſſi-
mus.* Hic eſt oculus cunctorum hominum, hæc eſt ſapientia, & prudentia Principum, nobi-
lium, mercatorum, & omnium, in reliquis tamquam cæci viuunt, & ſunt veluti veſpertilio-
nes, ad lucrum autem tamquam aquilæ, *filij huius ſæculi prudentiores.* Luc. 16. illa maſſa plum-
bea, quæ in os Amphoræ fuit proiecta, ſignificat magnum onus terreni affectus, quod ita
opprimit auarum, & deorſum deducit, vt non valeat cæleſtia contemplari, *incuruatus ſum mul-
to in vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi.* Paralip. 36. ideo tamquam onerosum plumbum ad
ima inferorum auarum deſcendere facit, *ſubmerſi ſunt tamquam plumbum, &c.* Exod. 15. duæ
illæ mulieres rapacis milui alas habentes, ſunt Ambitio, & ſuperbia, quæ dilaniant, dilace-
rant, opprimunt ſuffocant, & enecant pauperes, vnde Hierem. 2. *In alis tuis inuentus eſt ſanguis
pauperum, & innocentum,* & quamuis hæ alæ vſque ad ſydera te eleuare videantur, tandem ad
Sennar, in Babilonia ideſt ad inferorum ima, te transferunt.

Tam ingens malum eſt auaritia, quod Deus, quo nihil nobis præſentius eſt, ita, vt cum ip-
ſo Ioanne dicere poſſumus; *quod vidimus, quod audiuimus, quod manus noſtræ contractauimus.*
attamen quandoque homines auaritia obcæcati ſic eum non vident, quaſi non eſſet, quod
innuit Rex Dauid dicens, *non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum,* & tamen, non longè eſt Pſal. 53.
ab vnoquoque noſtrum, & illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ſo-
la Auaritia fidei, nationi, creaturis omnibus, & gratiæ ſe opponit; vnde dicebat D. Auguſt.
Quomodo proponent ante conſpectum ſuum Deum, ante quorum conſpectum, non eſt, niſi ſæculum? in pſ. 53.
& Ambr. inquit. *Non videt, quæ diuinitatis ſunt, ſed cogitat, quæ cupiditatis ſunt.* Et D. Chry- in Luc. 4.
ſoſt. perpendens, quod Iudas proditor propter auaritiam Magiſtrum vendit, inquit. *Parrici-* ſer. 3. de
da pariter, & conuina vendidit argento Dominum, fecit de Magiſtro ferale commercium, accepit au- reſurr.
rum, & perdidit Deum. Et de Auaro loquens D. Auguſt. inquit. *Acquirit veſtem, & perdidit* ſer. 85. de
fidem, vbi lucrum ibi damnum, viſibiliter lucrum, inuiſibiliter damnum. Et Diuus Drogo Epiſc. temq.
Oſtienſ. perpendens, quod proditor Iudas prætium Magiſtri proijecerit in templo, ait enim
Matthæus. *Retulit triginta argenteos, & proiectis triginta argenteis in templo, receſſit.* Perqui-
rit S. Drogo quare in templo, & non in alio loco proijecerit? & reſpondet, *non proijecit in ſter-* li. de Sacr.
quilinium, ſed in templum; talibus ſemper ijs templum ſuum deuouerat, auaritia enim eſt ſimula- paſſ. Chriſ.
crorum ſeruitus, quæ excæcat oculos.

D. Paulus Apoſtolus ait. *Qui volunt diuites fieri incidunt in deſideria multa, quæ mergunt ho-* 1. Tim. 6.
minem in interitum, & perditionem. Quæ verba perpendens D. Proſp. ita concludit. *Ergo fu-
giendæ ſunt diuitiæ, quas, qui habent, ſine labore, non quærunt, ſine difficultate, non inueniunt, ſine* l. 1. de vit.
cura non ſeruant, ſine noxia delectatione, non poſſident, ſine dolore non perdunt. Et quod valde mi- cōtēp. c. 13
randum eſt, aurum auari Spiritus Sanctus, vocat aurum ſacerdotium. *Lignum offenſionis eſt* Eccl. 31.
aurum ſacrificantium. Paulus Palatius inquit, quod Spiritus Sanctus his verbis loquitur de
illo ligno, quod in deſerto æneum Serpentem ſuſtentabat, quem Iudæorum multi odoraue-
re, ita, & diuitiæ, cum nobis à Deo conceſſæ fuere, vt in noſtris infirmitatibus, & neceſſita-
tibus eis vteremur. Sed heù infelix genus humanum, multi aurum tanquam Deum adorant,
ex eo Idolum efficiens, de quo iuſti Deus conquerebatur per Oſeam dicens. *Argentum dedi
eis, quæ fecerunt Baal.* Quaſi diceret, argentum tradidi eis, vt eorum neceſſitatibus inſerui-
ret, ipſi vero ex eo fecerunt ſibi Idolum, quod optimè innuit D. Greg. his verbis, *de bonis Do-* in mor.
mini, contra Dominum pugnauerunt. Quod ponderans D. Aug. dicebat. *Potuit ne grauiùs di-* lib. 3 cōtr.
uinis eloquijs accuſari auaritia, quam, vt Idolatriæ monſtraretur æqualis, & eius nomina appellare- ep. parmē.
*tur? potuit ne maiori digna pœna iudicari, quam vt inter illa crimina poneretur, quibus obſeſſi Re-
gnum Dei, non poſſideant? aperiantur oculi cordis, ne fruſtra pateant oculi corporis,*

Conſiderate quæſo, quod vt narrat Euang. Matth. ambulans Chriſtus per regionem Ge-
raſenorum. *Occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes ſæui nimis, ita, vt ne-* cap. 8.
mo poſſet tranſire per viam illam. Liberat hos Chriſtus à Dæmonio vexatos, quod magnum
miraculum intuentes Geraſeni exierunt obuiam Chriſto. *Et ecce tota Ciuitas exijt obuiam Ieſu.*
Sed quare exierunt obuiam Chriſto? forſan, vt eum eis in eorum Ciuitatem iret? An, vt
gratias ei, pro tanto miraculo referrent? An, vt eum exaltarent, eiuſque magnam potentiam
extollerent, tamquam Inferni domitorem? (nequaquam,) ſed quod valdè mirandum eſt,
vt ab eorum finibus diſcederet, ita inquit Euangeliſta. *Et viſo eo, rogabant eum, vt tranſiret
à finibus eorum.* Sed quare hoc, niſi ob auaritiam? quia ſcilicet viderunt, quod Dæmones
ingre-

Digitized by Google

ingredientes in porcos, & eos in mare proijcientes, perierunt, & ita ceſſauit lucrum eorum, *in Matth.* quod innuere videtur Cardinalis Caietanus his verbis. *Salutem quippe hominum liberatorum à Dæmonibus, & perditionem porcorum videntes, ex Aduentu Ieſu, magis timuerunt augumentum damni rerum temporalium, quam concuperint augumentum ſalutis ſpiritualis. Salus hominum admirationem generauit, damnum porcorum timorem maioris damni in ea excitauit.* Et Benedictus *in Gen.* Fernand. ait. *En Auaritia eijcit Deum; neque enim cum Deo Auaritia poteſt commorari. Nolunt recipere Chriſtum, & cuſtodes, & heri porcorum.* Et Theophylatus in hunc locum ita con- *in Matth.* cludit, *videlicet, quia, vbi eſt vita porcina, ibi non manet Chriſtus, ſed Diabolus.*

Vita porcina eſt vita Auarorum, quemadmodum enim porci, numquam caput eleuant, ſed iugiter per terram perquirunt, vt aliquid deuorare poſſent, ita, & Auari.

in Matth. Ianſenius magnam Dæmonium malitiam, & calliditatem admiratur dùm eos à Chriſto petere audit. *Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum*, & cauſam huiuſmodi petitionis perpendens, ita inquit. *Cupierunt nocumentum iſtud hominibus illis inferre, vt perditis porcis damno* *hom. 17. in* *conſternati, Ieſum non ſuſciperent; ſicque fructu prædicationis priuarentur.*

1. Thimo. D. Ioann. Chryſoſt. inquit. *Tolle pecuniarum ſtudium, & ceſſabunt hæreſes.*

Cum Sancti Prophetæ, ad conuerſionem, & emendationem gentium vbique miſſi fuerint; cur prohibetur eis Dei verbum annunciare Ciuitati Geth? ita vt Mich. cap. 1. *in Geth nolite annunciare, lachrymis ne ploretis.* Cauſam huius prohibitionis ait Deus fuiſſe, quia deſperata eſt plaga eius, quia venit vſque ad Iudam, tetigit portam populi mei, vſque ad Hieruſalem; ſed quæ nam erat huius Ciuitatis plaga inſanabilis? & irremediabilis? reſpondit Diuus Antonius Paduanus, quia erat ciuitas auarorum, nam Geth ſonat torcular. *Quia auari ait ſanctus tamquam torcular opprimunt, & emungunt pauperes, & inopes*, quo poſito, Diuus Antonius ait. *Iſtis nec tuba prædicationis debemus annuntiare, nec lacrymis plorare: quia nec tuba cordis duritiam flectere, nec lacrymæ ignem auaritiæ valent extinguere.*

Qui olim Chriſti fidem profitebantur, vt auaritiæ renuntiarent, vendebant omnia, quæ *dom. 23. Triuit.* poſſidebant, quorum prætium ad Apoſtolorum pedes deferebant accidit autem, vt quidam Anania quamdam ſuam vendiderit poſſeſſionem, & auaritia motus medietatem prætij occultauit, quod Diuus Petrus Apoſtolùs cognoſcens ait. *Anania cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de prætio agri? nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? non es mentitus hominibus, ſed Deo, audiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expirauit.* Mirantur nonnulli Diui Petri rigorem, quod in primo delicto, tàm rigidè, & abſque vlla pietate ſe geſſerit, & tamen de hominis vita agebatur; poterat Apoſtolus corrigere Ananiam, & hic ſe emendare, & pœnitentiam agere; ſed reſpondet Diuus Ambrog. dicens. *In Anania enim Petrus ſi potuiſſet corrigere, non puniſſet.*

Vnde hoc quia auaritiæ vitium eſt irremediabile.

ſerm. de S. Alex. Luc. 12. ait Chriſtus. *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit*, quod attendens Diuus Petrus Chryſolog. ait. *Qui theſaurizantes temporaliter arguebat, ad totius cupiditatis fomitem, iubet ſacculos ſine fine perquiri.*

Quaſi diceret, ſi Chriſtus ſemper reprehendet auaros, quare modo eos hortatur ad acquirendum, & conſeruandum? niſi quia piè, ac ſanctè eos deludens, congregare aurum, & ar- *ſerm. 25.* gentum hortaris eos, & vt ſecurus ſit eorum theſaurus à latronibus, & à Tinea in cęlis conſeruari monet, & ne in congregando defatigentur, per manus pauperum deportari iubet, audite verba D. Petri Chryſol. loc cit. *Domine tu vidiſti, quia in theſauris tota fides, tota ſpes, in ſacculis ſit auaris, & ideo imputribiles in cælo ſacculos vis parari, vt qui te non ſequatur ad cælum ſequatur ſaltem ſacculos ſuos.*

D E

Digitized by Google

DE BEATITVDINE AETERNA.

1 DIuus Amb. oſ. Breuis hu ius laboris eſt mora, & corona fructuſq; perpetui tollerabilis paſſio, merces inæſtimabilis. *de B. vita lib. 1.*

2 D. Anſelmus, *in illud pſal. 35. inebriabuntur, &c.* In illa futura vita, delectatio quædam ineffabilis bonos inebriabit, & inextimabili dulcedine ſui totos eos inænarrabili abundantia ſatiabit, quid dixi totos? oculi, aures, nares, os, guttur, cor, iecur, pulmo, oſſa, medullæ, extra etiam ipſa, & cuncta ſigillatim, ſingulaq; membra eorum, in communi tàm mirabili delectationis, & dulcedinis ſenſu replebuntur, vt verè totus homo torrente voluptatis Dei potetur, & ab vbertate domus eius inebrietur. *de ſimilitud. c. 57.*

3 D. Anguſt. Contemplemus quæ ſit ipſa ſocietas Beatorum ſpirituum, quæ maieſtatas viſionis Dei, & quomodo Deus æternæ viſionis ſuæ dulcedine Sanctos ſuos reficiet; nemo enim in hac vita digne penſare poteſt, quanta ſit illa fęlicitas Deum facie ad faciem videre, quanta ſuauitas illud melos Angelicum audire, quanta iucunditas omnium Sanctorum ſocietatem habere. *de ſpir. & anim. to. 3*

4 Idem. Facilùs poſſumus in illa vita æterna quid ibi non ſit, quam quid ibi ſit; non eſt ibi mors, non eſt ibi luctus, non eſt ibi laſſitudo, non eſt infirmitas, non eſt fames, nulla ſitus, nullus æſtus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mæſtitia; ecce diximus quid ibi non ſit, quid autem ibi ſit, vultis noſſe? hoc nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcendit; ſi in cor hominis non aſcendit, cor hominis illùc aſcendat. *lib. 3. de ſimb. Cathec. to. 9.*

5 Idem, *loquens de Beatitud.* O Ciuitas Sancta, Ciuitas ſpecioſa, de longinquo te ſaluto, ad te clamo, te requiro; deſidero enim videre te, & requieſcere in te, ſed non ſinor carne retentus, ò Ciuitas deſiderabilis, muri tui lapis vnus, cuſtos tuus ipſe Deus, Ciues tui ſemper læti, ſemper enim gratulantur in viſione Dei, non eſt in te corruptela, nec ſenectus eſt in te; heri nec heſternum, ſed eſt idem hodiernum, glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei; ſicut enim lætantium omnium habitatio eſt in te, vbi iam deſiderium omne tranſit in gaudium. *lib. de ſpiritu, & Ani. to. 5.*

6 Idem, *in illud Pſal. 41. Quemadmodum deſiderat ceruus, &c.* Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quid ſitiuit? quando veniam, & apparebo ante faciem Domini, hoc eſt quod ſitio venire, & apparere, & ſitio in peregrinatione, ſitio in curſu, ſatiabor in aduentu. *tom. 8.*

7 Idem. Tota vita Chriſtiani boni ſanctum deſiderium eſt, quod autem deſideras, nondùm vides, ſed deſiderando capax efficeris, vt cum venerit, quid videas implearis. *tract. 4. in 1. Canon. Ioan. to. 9.*

8 Idem. Gratus tibi ago lumen meum, ecce video; ſed per ſpeculum in ęnigmatè, ſed quando facie ad faciem? quando veniet dies lætitiæ, & exultationis, in qua ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei, vt videam videntem me facie ad faciem, & ſatietur deſiderium meum? Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem tuam? O fons vitæ, vena aquarum viuentium, quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ de terra deſerta, inuia, & inaquoſa, vt videam virtutem, & gloriam tuam, & ſatiem ex aquis miſericordiæ tuæ ſitim meam? ſitio Domine, fons vitæ ſatiam me, ſitio Domine, ſitio te Deum viuum. *li. ſoliloq. tom. 9.*

9 Idem. Quam magna, & innumerabilia erunt, ò Deus illa bona, quæ præparaſti diligentibus te in illa cęleſti Patria, vbi te videbimus facie ad faciem. Si tanta nobis facis in carcere, quid ages in Palatio. *li. ſoliloq. cap. 22.*

10 Idem. Ad beatitudinem natura compellit. *13. de Ciu. Dei.*

11 Idem. Ideo Deus fęlicitates terrenas amaritudine miſcet, vt alia quæratur fęlicitas, cuius dulcedo non eſt fallax, quid ſtrepis, ò munde immunde te tenere vis periens? quid faceres, ſi maneres, quem non deciperes, dulcis ſi amarus alimenta mentiris. *hō. 28. de verb. Dō.*

12 Idem. Si tanta Deus largitus eſt his, quos deſtinauit ad mortem, quanta largietur his, quos deſtinauit ad vitam? *lib. 2. de Ciuit. Dei*

13 Idem. Tanta eſt dulcedo futuræ gloriæ, vt ſi gutta vna in infernum deflueret, totam damnorum amaritudinem dulcem efficeret. *ſer. 8. de transfig.*

14 Idem. Tanta iucunditas lucis æternæ, vt etiam ſi non liceat amplius in ea manere, quam *lib. 3. de lib. Arb.*

vnius

Digitized by Google

vniuſdiei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs, & circumfluentia temporalium bonorum rectè, meritoq; contemnerentur.

ſer. 49. ad fr. in Her. 15 Idem. In æterna vita, vita eſt ſine morte, iuuentus ſine ſenectute, lux ſine tenebris, gaudium ſine triſtitia, nobilitas, & voluntas ſine iniuria, regnum ſine commutatione.

in manual. cap. 15. 16 Idem. O Anima mea, ſi quotidie oporteret nos tormenta perferre, ſi ipſam gehennam longo tempore tolerare, vt Chriſtum in gloria ſua, videre poſſemus; & ſanctis eius ſociari: non ne dignum eſſet pati omne quod triſte, vt tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur?

in pſ. 36. Conc. 2. 17 Idem. Si vis ſuſtinere laborem attende mercedem; nam, & operarius in vinea deficeret, niſi attenderet quid accepturus eſſet, cum autem attenderis quid ſis accepturus, omnia tibi erunt vilia, quæ agis, aut pateris, nec digna æſtimabis pro quibus illud accipias, miraberis tantum dari pro tanto labore.

in Enchir. 18 Idem. O Regnum Beatitudinis ſempiternæ, vbi iuuentus numquam ſeneſcit, vbi decor numquam palleſcit, vbi amor numquam tepeſcit, vbi ſanitas numquam marceſcit, vbi gaudium numquam decreſcit, vbi vita terminum neſcit.

lib. 22. de Ciu. Dei. 19 Idem. Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur.

ſer. 2. de ded. Eccl. 20 Idem. Quod præparauit Deus diligentibus ſe, fide non capitur, ſpe non attingitur charitate non appræhenditur, deſideria, & vota tranſgreditur; acquiri poteſt, æſtimari non poteſt.

pſal. 72. 21 Idem, *in illud quid mihi eſt in cælo?* Quanta ſint ſupernæ Ciuitatis gaudia, ea narrare non ſufficiens clamabat, quid mihi eſt in cœlo? quaſi diceret excedit vires meas, facultatem eloquentiæ meæ, traſcendit capacitatem intelligentiæ meæ, illud decus, illa gloria, illa celſitudo.

de ſpiritu, & anim. 22 Idem. Nemo in hac vita dignè penſare poteſt, quanta ſit illa fęlicitas, Deum facie ad faciem videre, quanta ſuauitas melos Angelorum audire, quanta iucunditas omnium Sanctorum ſocietatem habere.

de Simb. ad Cathe. cap. 12 23 Idem. Faciliùs poſſumus dicere, in illa vita æterna, quid ibi non ſit, quam quid ibi ſit, non eſt ibi mors, non eſt ibi luctus, non eſt ibi laſſitudo, non eſt infirmitas, non eſt fames, nulla ſitis; nullus æſtus. nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mæſtitia, nulla triſtitia.

in pſ. 33. 24 D. Baſil. Illa celeſtis Hieruſalem non eſt bellatorum, ſpolium ſed longanimiter, & manſuetè omnia tollerantium ſperata hæreditas.

hom. 12. in pſal. 45. 25 Idem, *Explicans illud Fluminis impetus lætif. Ciuit. Dei.* Nunc iuſtus bibit aquam viuentem, & poſtea copioſiùs bibet, vbi in ciuium Ciuitatis Dei numerum fuerit relatus, nunc per ſpeculum in ænigmatè bibit, tunc autem ſimul inundans flumen ſuſcipiet, quod totam Ciuitatem Dei per lætitiam illuere poteſt.

ſer. in vig. Nati. Dñi. 26 D. Bern. O ſi cognoſceremus, quomodo aduentum noſtrum expectant, quantum deſiderant, quantum ſollicitè quærunt, quàm libenter audiunt bona; de nobis; feſtinemus obſecro dilectiſſimi; feſtinemus, tota nos multitudo cęleſtis gloriæ expectat, exultare facimus Angelos, quando conuerſi ſumus ad pœnitentiam, proficiamus, & feſtinemus complere de nobis eorum lætitiam.

ſer. de Natiu. Ioan. Bapt. 27 Idem. Quemodo ſtilla aquæ multo vino infuſa deficere à ſe tota videtur, dùm, & ſaporem vini induit, & calorem; & quomodo ferrum ignitum, & candens ſimillimum ſit priſtina, propriaq; forma exutum, & quomodo ſolis luce perfuſus aer in eamdem transformatur luminis claritatem, adeò vt non tam illuminetur, quam ipſum lumen eſſe videatur; ſic omnem tunc in Sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo neceſſe erit à ſemetipſa liqueſcere, atque in Dei pęnitus transfundere voluntatem.

ſer. omniũ Sanctor. 28 Idem, Si omnium hominum linguæ hic adeſſent, & mihi loqui vellent de gloria, quam habituræ ſunt Animæ Beatæ in Cęlis, cuius narrando deficerent, quam, vel minimam eius partem poſſent exprimere.

de conſid. ad Eugen. 29 Idem. Merces Sanctorum tàm magna eſt, quod non poteſt commenſurari, tàm copioſa, quod non poteſt finiri, tàm pretioſa, quod non poteſt æſtimari.

de doctr. Chriſt. c. 9 30 Idem. Ad æternitatis gloriam acquirendam nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet.

ſer. omniũ Sanctor. 31 Idem. Aeterna omnium Sanctorum ſolemnitas eſt, facie ad faciem Deum intueri; eius dulcedine ſine faſtidio ſatiari, vt quem ſemper habent, ſemper habere velint, & eius viſione ſine defectu perfrui.

32 Idem

32 Idem. Propterea Deus rectum fecit hominem, etiam corpore ipſo, & os homini ſubli- *ſer. de San*
me dedit, cum prona, vtique ſpectent animantia cetera terram, vt attollens ad ſydera vul- *cto Mart.*
tum illicò ſuſpiret, vbi tàm beatam, & perennem conſpicit manſionem.

33 D. Ciprianus, *ſuper illud Pauli mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Lucrum maxi- *l. de mort.*
mum computans iam ſæculi laqueis non teneri, iam nullis peccatis, & vitijs carnis obno-
xium fieri exemptum præſſuris angentibus, & venenatis Diaboli faucibus liberatum ad læ-
titiam ſalutis æternæ Chriſtò vocante proficiſci.

34 Euſebius Emiſſenus. Recordemur quam iucunda ſit quies, quam delectabilis repauſa- *hom. 8. de*
tio poſt depoſitum alicuius grauiſſimi oneris faſcem, quam dulce ſit poſt longè captiuitatis *beatitud.*
catenas ad charam Patriam recuperata libertate remeaſſe, quam pretioſum ſit poſt multa
nauigationis pericula adoptatam terram, atque portum deſiderabilem perueniſſe.

35 Idem. Cauete ne in bonam vitam ſi quando afflictionibus ſubditam videritis, miſeram *hom. de*
iudicetis, cauete ne arena mundi, in quam ad ſubeundas agones miſſi ſumus aliquam fœli- *sāct. mart.*
citatem expectandam putetis, beatitudo parari hic poteſt, non poteſt acquiri, non hic quod
nullus Sanctorum obtinuit, non hic quæras, quod nec Chriſtus aliò inuenit.

36 D. Greg. *ſuper illa verba in domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* In eiſdem multis man- *li. 4. mor.*
ſionibus erit aliquo modo ipſa retributionis diuerſitas concors, quia tanta vis amoris in illa *in Io. c. 4.*
quæras pace nos ſociat, vt quod in ſe quiſque non acceperit, hoc accepiſſe in alio exultet.

37 Idem. Nihil cum terra commune habeatis, ſed tota mens veſtra ardeat Amore cœle- *hom. 15. in*
ſtis Patriæ. *Ezech.*

38 Idem. Quærenda eſt gloria Dei per vias eius, nam quomodo aliqui eò perueniatur, ſi *l. 16. mor.*
via, quæ eò ducit non teneatur?

39 Gloſſa, *in illa verba, in quem deſiderant Angeli proſpicere.* Cur cernere deſiderant, cuius *1. Petr. 1.*
faciem numquam cernere ceſſant? niſi quia contemplatio diuinæ præſentiæ, ita Angelos
beatificat, vt eius ſemper viſa gloria ſatientur, & ſemper eius dulcedine, & quaſi nouam in-
ſatiabiliter eſuriant.

40 Gaetanus, *in illud, intra in gaudium Domini tui.* Tàm magnum eſt gaudium cœleſtis Pa- *Matt. c. 25*
triæ de Deo, vt non poſſit concludi in homine, & ideo homo intrat in gaudium illud
incompræhenſibile, & non intrat gaudium illud in hominem, velut compræhenſum ab
homine.

41 Hugo de S. Vict. *In illa verba Pſal. 15. Adimplebis me lætitiam, &c.* In hac vita aliquan- *lib. ſent.*
do poſſumus lætari, ſed impleri lætitia non poſſumus, quia, & ſi quædam ſunt, quæ læti- *cap. 15*
ficant, plura ſunt, quæ contriſtant.

42 Idem. in ea cœleſti Patria, eſt vita ſine morte, iuuentus ſine ſenectute, ſanitas ſine in- *lib. 4. de*
firmitate, requies ſine diſcordia, delectatio ſine faſtidio, lux ſine tenebris, pulchritudo ſine *Anima.*
turpitudine, libertas ſine ſeruitute, ſecuritas ſine timore.

43 Idem. *In illud, paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.* Nec dicit quid parauerit, quia nec *pſal. 67.*
oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui
diligunt eum.

44 D. Chryſoſt. Vnumquemque Sanctorum pluſquam radios ſolis videbimus refulgen- *hom. 6. in*
tem ex illa gloria, cuius candorem, & corruſcationem oculus humanus, non poteſt *ep. ad heb.*
aſpicere.

45 Idem. Si quis cœlum ſuſpexerit, & quæ ibi præclara ſunt contemplatus fuerit, res hu- *hom. 13.*
ius ſœculi nullius pretij æſtimabit.

46 Orig. Vt flagrantiſſimum deſiderium oſtenderet Sponſa videndi Sponſum in beatitu- *hom. 1. ex*
dine, dixit indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie; non quæro alia tempora quando *poſit. pri-*
veſpere, quando diluculo, quando in ſolis paſcis occubitu illud tempus inquiro, quando *mæ ī Cāt.*
in florente die, quando plena luce in maieſtatis tuæ ſplendore verſaris, niſi enim tu mihi *tom. 2.*
annunciaueris, incipio errabunda iactari.

47 Proſper. Sicut corporalis ſaturitas omnes ſaturos æqualiter habet, quamuis ſinguli ci- *lib. 1. de*
bum non æqualiter, ſed pro poſſibilitate perceperint, ita omnes Sancti etſi fuerint aliqua *vita con-*
graduum ſuorum diuerſitate diſtincti, vna beatitudine perfecti erunt, & vna perfectione *templ. c. 4*
beati futuri ſunt.

48 Beatus Thomas à Villanoua. Longè eſt enim ab omni ſenſu, & ab omni cogitatu bea- *ſer. 1. Cor*
titudo illa, gloria, ſuauitas illa, excedit quicquid dicere, aut cogitare poteſt animus inæſti- *por. Chri-*
mabilis illa dulcedo, quam Deus præparauit diligentibus ſe. *ſti.*

Digitized by Google

MANTISSA
ad beatitudinem æternam.

1. Cor. 2.

NEC oculus vidit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Si D. Paulus Apoſtolus, vas electionis, & electus, vt annunciet vniuerſo orbi Dei nomen; cum minimam æternæ Beatitudinis partem vidiſſet, ſtupore correptus, inquit. *Vidi Arcana Dei, quæ non licet homini loqui*, quomodo loquar ego vilis peccator? Audi Diuum Auguſt. dicentem. *Nemo in hac vita, dignè penſare poteſt, quanta ſit illa fœlicitas, Deum facie ad faciem videre, quanta ſuauitas, melos Angelorum audire, quanta iucunditas, omnium Sanctorum ſocietatem habere*, & D. Bern. ait. *Si omnium hominum linguæ, hic adeſſent, & mihi loqui vellenti de gloria, quam habituræ ſunt Animæ Beatæ in Cœlis, citiùs narrando deficerent, quam vel minimam eius partem poſſent exprimere*, & B. Thomas à Villanoua clamat. *Longè eſt enim ab omni ſenſu, & ab omni cogitatu, beatitudo illa, gloria illa, ſuauitas illa excedit, quicquid dicere, aùt cogitare poteſt animus, inextimabilis illa dulcedo, quam Deus præparauit diligentibus ſe.*

lib. de ſpiritu, & Anima. — *ſer. in feſto omniũ Sanctorũ.*

ſerm. 1. in die Corp. Chriſti. — *lib. de moralit.*

Sed piiſſime Domine, liceat mihi, (te adiuuante) minimam partem attingere, & inculcè; quis enim propriæ patriæ magnitudines, licèt impares ſint laudes, & præconia non extollet? quæ enim patria noſtra eſt, niſi Paradiſus? teſte Diuo Cypriano Epiſcopo, & Martyre dicente. *Patriam noſtram Paradiſum computamus, parentes Patriarchas habere iam cæpimus, quid non properamus, & currimus, vt Patriam noſtram videre, & parentes ſalutare poſſimus?*

ſer. 18. de Sanctis. — *lib. 13. de Ciu. Dei.* — *ſer. de Sancto Mart.*

Si Ciues Paradiſi ſumus, quomodo nobis de tali Patria loqui, non permittetur? audi venerabilem Bedam nos hortantem; *Agite nunc fratres, aggrediamur iter vitæ, reuertamur ad ciuitatem cœleſtem; in qua ſcripti ſumus, & ciues decreti, non ſumus hoſpites, ſed Ciues Sanctorum, & domeſtici Dei*, eò magis, quod ad illam æternam Patriam à natura compellimur, ità Diuus Auguſt. *Ad Beatitudinem natura compellit*. Immo, ideo natura fecit hominem rectum, etiam corpore ipſo, vt caput ad illam Patriam eleuet, vbi ſperat, ſine fine gaudere; hoc docuit Diuus Bern. *Propterea Deus rectum fecit hominem, etiam corpore ipſo, & os homini ſublime dedit, cum prona vtique ſpectent animantia cætera terram, vt attollens ad ſydera vultum, illicò ſuſpitet, vbi tam beatam, & perennem conſpicit manſionem.*

hom. 13.

Eſt igitur, Patriæ tanta felicitas, atque iucunditas, vt Hælias ea accenſus, non timuerit igneo curru, igniſque æquis, ſe committere, vt ad illam peruenire potuiſſet, ita D. Baſil. *Hælias currus, æquoſque igneos ad ſe venientes minimè expauit, verum itineris ſuperni deſiderio incenſus formidoloſa eſt auſus, atque hilaris, gaudenſque flammantes aſcendit currus, cum adhùc eſſet in carne.* Et ipſi Sancti Martyres, nonne lætanter ibant ad pœnas, & omnia tormenta, dilectamenta videbantur eis, vt Patria frui potuiſſent? vnde Seraphicus Franciſcus dicere ſolebat. *Tanta eſt magnitudo gloriæ, quam expecto; quod omnis pœna, mihi videtur eſſe delectatio.* Ad cuius rei probationem, ſuadeat quæſo memoriam, quod Chriſtus per ſuum Euang. loquens de ſignis horrendis, & vniuerſalis iudicij ait. *Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis, & in terris preſſura gentium, &c.* & inter tot calamitates, & erumnas, (aſpicite inquit, & leuate capita veſtra) ideſt ad mentem Diui Chryſoſtimi. *Exhilarate vos, & gaudete.* Et Diuus Gregorius, leuate capita ideſt. *Exhilarate corda, gaudete, cum plagæ mundi creſcent, cum terror iudicij virtutibus commotis oſtenditur, abſit enim, vt fidelis quiſque, qui gloriam videre deſiderat, de mundi percuſſionibus lugeat.*

Luc. 21.

Æternæ Patriæ lætitia, tanta eſt, ait Gaetanus, vt cum eam capere, non poſſimus, opus eſt nos ingredi in eam, vnde Euangeliſta dicebat, *Intra in gaudium Domini tui.*

Chriſtus vt oſtenderet, quam cupidus ſit nobis gloriam conferre, in Monte Tabor. *Reſplenduit facies eius ſicut Sol*, quia ſicut Sol auidus eſt ſuam nobis tribuere lucem, ita, & Chriſtus gloriam.

Dauid loquens de Paradiſi ædificio ait, (Hieruſalem quæ ædificatur, vt ciuitas,) & in Pſal. 121. inquit. *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus.* Si Ciuitas eſt, quomodo Domum vocat? reſpondet D. Auguſt. Paradiſum tamquam præcipuam habitationem Sanctiſſimæ Trinitatis, Domum peculiarem eſſe, nobis autem, eſſe patentem vrbem, hæc ſunt verba D. Auguſt. *Domus Domini facta eſt Ciuitas, quia cum ipſe fuerit æternus, factus eſt particeps per Incarnationem.* Vultis videre, quod habeat plures portas, veluti Ciuitates?

Ab Aqui-

Digitized by Google

Ab Aquilone portæ tres, ab Auſtro porta tres, ob occaſu porta tres.

Hinc D. Victor obſeruauit, Deum in Apoc. apparuiſſe Stellas deferentem in manibus apertis, vt facilitatem, Paradiſum conſequendi oſtenderet, hæc ſunt verba D. Victoris. *Vt oſtenderet Stellas in manibus Cœlum, & Paradiſum omnibus oſtentaret, ideo Stellas in manu habet, quaſi inuitando omnes, vt lætabundi omnes accipiant.* in BB.PP.

Hoc Ioannes voluit ſignificare, ait Rupertus Abbas, cum ſe vidiſſe teſtatur. *Ciuitatem Sanctam Hieruſalem deſcendentem de Cœlo tamquam Sponſam*, inſolitum quidem, nam ſi duo ex longiſſimis regionibus in matrimonium iungerentur, ſolet Sponſus ad matrimonium perficiendum, ſe conferre in Ciuitatem Sponſæ; at ſi videri contingeret, Sponſam ex ſua Patria diſcedere, & ad Sponſi Ciuitatem pergere, vt matrimonium perficeretur, quid diceris? affirmaret vtique vnuſquiſque magno nubendi deſiderio Sponſam flagrare; hanc vrbem, ait Rupertus eſſe Paradiſi Beatitudinem, & tamquam impatiens expectare noluit, vt nos tamquam Sponſi ad eam aſcendamus, ſed ipſa venit ad nos; *vidi Ciuitatem Sanctam deſcendentem*; audite verba Ruperti. *Glorioſus eſt iſte deſcenſus, ſi Sponſa ſe ſe offert Sponſo, ipſa igitur, magis cupit iuſtos amplexus, quam Sponſus.* Ita cupidus eſt Chriſtus (apud quem non eſt exceptio perſonarum, ſed vult omnes ſaluos fieri) omnibus gloriam, & Paradiſum tribuere, vt ignauum Petrum Apoſtolum vocauerit, qui in Monte Tabor, videns Chriſtum ſplendentem, & gloria præcinctum dixerat. *Domine bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Heliæ vnum, & Moyſi vnum*, reſpondit Chriſtus, *neſcis quid dicis; reprehendit Chriſtus Petrum*, ait Rupertus, *non quia voluiſſet illuc permanere, cum locus ille tamquam Paradiſus videbatur, ſed quia tantummodo tria tabernacula facere voluiſſet, & tres affici gloria, ideo neſcis quid dicis, quia gloria, & Paradiſi Ciuitas omnibus patere debet.*

Ea eſt deliciarum copia in Paradiſo, quod quamuis illuc innumerabiles ingrediantur electi, nulli tamen gloria, quæ ei debetur diminuitur; hinc D. Aug. ait. *Hæreditas Chriſti, cuius cohæredes ſumus, non tamen minuitur copia poſſeſſorum, nec fit anguſtior numeroſitate cohæredum, ſed tanta eſt multis, quanta eſt paucis, tanta ſingulis, quanta omnibus.* Vnde Dauid dicebat. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*; per quem fontem, gloriam intelligebat; mementote num. 20. quod ſtatim, ac Moyſes virga percuſſerit petram, talis effluxit copia aquarum, vt omnes gentes, & iumenta quoque ſitim expleuerint; petra hæc Chriſti humanitas fuit propter noſtras culpas percuſſa, & conſciſſa, ita Iſa. 55. *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum*, cuius Paſſionis virtus tanta fuit, vt in omnes maximam aquarum gloriæ copiam perfuderit; hinc Iſa. 55. clamat. *Omnes ſitientes venite ad aquas.* super Pſ.

Tanta eſt illa ineffabilis cœli gloria, vt D. Paul. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt eum. Vidi arcana Dei, quæ non licet homini loqui.* 1. Cor. c. 2

D. Ioan. fatetur in Apocalipſi, Ciuitatem cœleſtem vidiſſe. *Vidi Sanctam Ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de Cœlo à Deo paratam ſicut Sponſam ornatam viro ſuo*, & poſt huiuſmodi viſionem apparuit Ioanni Angelus vocans eum, & dicens. *Veni oſtendam tibi Sponſam vxorem Agni.* cap. 21.

Ricc. de S. Victore in hunc locum cap. 2. admiratur, nam ſi iamdudum Ioannes cœleſtem Hieruſalem ſe vidiſſe affirmat, quare Angelus eandem cœleſtem Ciuitatem oſtendere promittit? Hæc ſunt verba Riccardi. *Quid eſt ergo, quod illi promittis oſtendere, quam ſe dixerat iam vidiſſe?* At quia maiora, & altiora adhùc erant videnda ad hæc Angelus inuitat Ioannem, ideo Riccardus ſubdit. *Magna quidem ſunt, quæ de futuro Sanctorum ſtatu vidiſti; ſed eleua, & dilata mentem, quia de eodem ſtatu ipſorum viſurus es mira, quæ nondum vidiſti.*

Ideò Dauid Paradiſi delitias torrenti aſſimilauit. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos*, quem locum exponens D. Hieron. ait. *Sicut in fluminum peremnitate, aliæ alijs noua aqua ſuccedunt, ita Dei conſpectus idem ſemper, & conſtans noua tamen ſemper beatorum mentes oblectatione detinebit.* Vnde dixit Dauid. *Beatus Populus qui ſcit iubilationem.* Pſal. 35. Pſal. 88.

Quem locum D. Greg. de populo cœleſtium ſpirituum intelligit, qui Paradiſi delicias ita perfruuntur, vt verbis exprimi non poſſit, hæc ſunt verba Greg. *Beatus populus qui ſcit iubilationem, non enim ait, qui dicit, ſed beatus populus qui ſcit iubilationem, quia ſciri quidem iubilatio poteſt, ſed dictis exprimi non valet.* Quam iubilationem tanti faciebat Diuus Chryſoſt. quod dicere ſolebat. *Alij gehennam timent, ego vero caſum illius gloriæ timeo.* lib. 9. moral. c. 10. hom. 24. in Matth.

Hinc D. Fulgen. Epiſc. Roſp. cum adhùc eſſet Monacus ad viſenda Sancta Loca Vrbis Romæ venit, & cum vno die occurreret ei Rex Theodoricus ſplendidè ornatus, & regalibus veſtimentis indutus, & à cunctis Romanis Senatoribus, Principibus, & Nobilibus viris comita-

 tus, in-

in vita S. Fulg. tus, intuens D. Fulgen. hanc nobiliſſimam magnificentiam, & ſplendorem ſocijs ſuis Monachis, ita inquit: *Quam ſpecioſa poteſt eſſe Hieruſalem cœleſtis, ſi ſic fulget Roma terreſtris*, vnde *hom. 6. in ep. ad hæb.* D. Chryſoſt. inquit. *Vnumquemque Sanctorum plùs quam radio Solis videbimus refulgentem ex illa gloria, cuius candorem, & coruſcationes oculus hominis non poteſt aſpicere.*

Sed heù infelices filij Adæ, has glorioſas, & magnificas delitias, & voluptates, cœleſtes, non *Pſ. 16. & 105.* intuentes. *Oculos ſuos, vt ait Dauid ſtatuerunt declinare in terram, & pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem.* Hinc idem Propheta huiuſmodi peccatores repræhendens ait. *Filij hominum* *Pſal. 4.* *vſque quo graui corde? vt quid diligitis vanitatem?* Quod exponens Carthuſ. ait. *Quamdiù habebitis cor deorſum? quamdiù de rebus tranſitorijs affectum demergitis? non quærentes quæ ſurſum ſunt?* *lib. 4. confeß. c. 12.* O magna hominum dementia, audite Auguſt. clamantem contra eos, qui in hac vita beatitudinem, & requiem quærunt. *Vitam beatam quæritis in regione mortis? non eſt requies, vbi* *ad Coloſſ. cap. 3.* *quæritis eam, non eſt hic, quomodo enim beata vita, vbi, nec vita?* Ideò clamat Apoſtolus, *quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite.*

D. Auguſt. conſiderans illam pacem, & quietem, & vnionem, qua perfruuntur in Cœlo Animæ Beatæ, & quæ exuperat omnem ſenſum, & qua à longè perfruebatur Dauid, dùm di- *Pſal. 4.* cebat, *in pace in idipſum dormiam, & requieſcam*, quaſi per extaſim raptus dicebat. *Et clama-* *lib. 9. confeſſ. c. 4.* *bam in iſto verſiculo Pſalmi clamore alto cordis mei: ò in pace, ò in idipſum! ò quid dixit dormiam, & requieſcam. Et tu es idipſum, qui non mutaris; & in te requies, obliuiſcens laborum omnium.*

pſal. 14. Regius Propheta Deum videre cupiens, & cœleſti perfrui gloria, maximo affectu clamabat, dicens. *Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus*, mirum valdè eſt, quod homo expectans illam beatam gloriam præ deſiderio illam videndi, intuens, quod non moritur, moriatur, quod ſi mori timet, eo quod de commiſſis culpis timorem habet, & ideo vitam deſiderat ad pœnitentiam agendam, aùt vt in ſpiritualibus rebus magis proficiat, timens ita imperfectus ante Deum apparere; audiat hic D. Auguſti- *lib. quæſt. in Matth. q. 17.* num ſibi dicentem. *Fruſtra dicunt quidam, ideo ſe nolle mori vt proficiant, cum ipſe profectus eorum, in eo profectu ſit, vt mori velint.* Quaſi diceret Sanctus Doctor, quis maior profectus ſpiritualis, quam deſiderium moriendi, non vt finiantur labores huius vitæ, ſed præ deſiderio videndi Deum, quem intuens Anima, non poteſt, non ardenter diligere, vnde D. Auguſt. ita concludit. *Proinde quod nolunt, vt perfecti ſint; velint, & perfecti ſunt.* Hinc æternus Præceptor Chriſtus Dominus noſter docens nos orare, ore proprio dixit. *Adueniat Regnum tuum*, & ſtatim immediatè ſubdit. *Fiat voluntas tua.* Vbi notandum eſt, harum duarum petitionum connexionem; Nam Saluator noſter docens nos ad illud glorioſum Cœli Regnum, quotidie cupiendum, ſupponebat nos tanto deſiderio ardere, illo perfruendi, quod quælibet hora centum tormentorum anni nobis viderentur; ideo ad compeſcendum hoc deſiderium, nihil aptiùs adiudicauit, quam noſmetipſos diuinæ voluntati remittere, dicentes. *Fiat voluntas tua*, vnde diuina cum ſapientia in oratione dominicali, poſita eſt illa cœleſtis petitio. *Panem noſtrum da nobis hodie*, mirum quidem eſt, quod additur illa particula, *hodie*, quare enim *lib. de or. Dom.* non petimus panem pro vna hebdomada, pro menſe, aùt pro anno? Reſpondet acutiſſimè Diuus Cyprianus. *Quia contrarium ſibi ſit, & repugnans vt quæramus in ſæculo diù viuere, qui petimus Regnum Dei velociter aduenire.* Supponit enim Chriſtus hominem tanto deſiderio ardere ad illam felicem Cœli Patriam perueniendi, vt eum vnam hebdomadam viuere tædeat, & ideo pro vno tantum die petitur panis, quod contrarium eſſet, ſi diceres. *Adueniat Regnum tuum*, & deinde ſubderes. *Panem noſtrum da nobis hoc anno*

Sed ſi petitio hæc intelligitur pro diuino Euchariſtiæ Sacramento, dico ad hunc effectum, etiam fuiſſe inſtitutum, nam quemadmodum Medici febre, & ſiti laborantibus, vt eorum ardor aliquantulum mitigetur; determinata quadam hora, vas gelidæ aquæ dari præcipiunt; At quia maxima ſiti infirmi laborant, ſemper petere ſolent, an ſit hora determinata tranſacta, & vſquequo perueniat hora ad mitigandum ſitim, aliquod refrigeratorium ſumere ſolent, ita cœleſtis Medicus offert nobis in Sacroſancta Euchariſtia ſuam diuinam Carnem, & prætioſum Sanguinem, tamquam refrigeratiuum ad mitigandum ardentem ſitim, fruendi Deo in *ſer. 2. de reſurr.* gloria, vnde Pontifex S. Leo de Sacramentali Saluatoris præſentia loquens inquit. *Ipſe nos deorſum confortat ad patientiam, qui ſurſum inuitat ad gloriam.* Æterni Dei Filius, ita de noſtra beatitudine lætatur, vt magna cum lætitia non ſolùm ipſe, ſed etiam Pater, & Spiritus Sanctus *Luc. 12.* Beatos illos Patriæ cœleſtis Ciues ſemper admirantur, vnde dixit Chriſtus *complacuit Patri* *ſer. 23.* *veſtro dare vobis regnum.* Quæ verba obſeruans Diuus Chryſologus inquit. *Quod autem non dixit placuit, ſed complacuit, munus edocet Trinitatis: quia quod erga nos Filio placuit, hoc complacuit Trinitati.* Quaſi diceret complacuit diuiniſſimæ Trinitati nos miſeros in eorum Beatitu-

dine

dine aſſociare; vnde idem Chryſologus admirans hanc immenſam Dei bonitatem, & pietatem clamat. *O bonitas effuſa. O inaudita pietas, & ineffabilis affectio: in ſocietatem Regni, Paſtor oues aſſumit*, [ibidem.] Et quod magis mirum eſt, non ſolùm nos in ſocietatem Cœleſtis Regni aſſumit, ſed præ nimio gaudio, inuitat etiam Angelos, vt ſecum iubilent de perdita oue, iam inuenta; & recuperata, & in tuto poſita. *Congratulamini mihi quia inueni ouem, quæ perierat.* [Luc. c. 15.] Vbi notandum eſt, quod non dixit *congratulamini oui*. Sed dixit, *congratulamini mihi*. Quaſi lucrum, non eſſet ouis, ſed ipſiuſmet Dei, vnde inquit Diuus Gregorius: *Notandum quod non dicit congratulamini inuentæ oui; ſed mihi: quia videlicet gaudium Dei, eſt vita noſtra.* [hom. 34. in Euang.]

Tam magnum bonum eſt vita æterna, vt non ſolùm de tuámet Beatitudine lætaberis, ſed etiam omnes Cœleſtis Patriæ Ciues de tua Beatitudine lætabuntur, & tale erit gaudium, quod capi minimè poterit, quod conſiderans D. Anſelmus dicebat: *Si ergo homo de tanto bono ſuo vix capiet gaudium ſuum, quomodo capax erit tot & tantorum gaudiorum?* [in Proſolog. c. 25.] vnde Chriſtus de hac magna lætitia ait. *Intra in gaudium Domini tui.* [Matt. 25.] Sed quomodo poteſt hoc intelligi, nam gaudium intrat in nos, & non nos ingredimur in gaudium, & tamen apertè Saluator inquit, *intra in gaudium Domini tui*; ſed ad hoc reſpondet D. Thom. his verbis, *cum nulla creatura capax ſit gaudij de Deo, ei condigni: inde eſt quod iſtud gaudium, omninò plenum, non capitur in homine, ſed potiùs homo, intrat in ipſum ſecundum illud Matthæi 25. intra in gaudium Domini tui.* [2. 2. q. 28 art. 3.]

Rex Aſſuerus, qui regnauit ab India vſque ad Æthiopiam, tertio anno ſui Imperij fecit in ſuo Palatio magnum Conuiuium cunctis principibus, & pueris ſuis, vt oſtenderet diuitias regni ſui; multo tempore, centum videlicet, & octoginta diebus, quibus completis, inuitauit omnem populum, qui inuentus eſt in Suſan, à maximo, vſque ad minimum, quod conuiuium præparari iuſſit in veſtibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu conſitum erat, & ita gemmis, & margaritis ornatum, vt cęlum ſtelliferum videbatur; Aſſuerus interpretatur, Beatitudo, & Chriſtum Deum, & hominem denotat, qui regnauit, & regnat à mari, vſque ad mare, in eo conſiſtit omnis vera, & perfecta beatitudo, à qua dependet noſtra beatitudo, & cum ſit Rex Magnus, magna quoque erit noſtra beatitudo; vnde D. Auguſt. dicebat: *Verè Dominus magnus es tu, ſuper omnes deos, & merces tua magna nimis.* [in ſoliloq.] Hoc magnum conuiuium, non in primo anno ſtatus naturæ, neque in ſecundo Moſaycæ legis; ſed in tertio anno legis gratiæ præparauit, in ſuo Palatio, Regia magnificentia exornato; vnde Pſal. 111. *Gloria, & magnificentia in domo eius*, & talibus gemmis, ac margaritis decorata eſt hæc regia domus, vt nullus creatus intellectus capere valeat; vnde D. Auguſt. hoc ab Anima Hieronymi, quæ ei apparuit maximo circumfuſa lumine audiuiſſe teſtatur; dùm librum de Beatitudine Animæ componere volebat: *O Auguſtine credis tu totum mare, in vaſe reponere paruo? aut credis vniuerſum pugillo includere? vel credis tu cęlum, & ſydera à ſuo curſu retrahere? nam ſicut ſupradicta facere non poſſes, ſic nec minimam partem Beatitudinis Anima ſeparata; quam habet in gloria potes determinare.* [Epiſt. ad Cirillum.]

Tanta eſt dilectio, quam ad inuicem habent Beati, quod nullo modo inuidia alienæ fœlicitatis locum habere poteſt, audi Diuum Greg. dicentem. *Tanta vis in illa Patria nos ſociat, vt quid in ſe quiſque non acceperit, hæc ſe accepiſſe in alio exultet, vna cunctis erit Beatitudo lætitiæ, quamuis non ſit omnibus vna ſublimitas vitæ.* [lib. moral.]

Magna erit ibi ciborum copia, quæ in beata viſione conſiſtit, & tàm ſuauis, ac dulcis ſocietas, quæ numquam tædium affert, nec verbis explicari poteſt ſi D. Aug. credis. *Talis illa delectatio pulchritudinis erit, vt tibi ſemper præſens ſit, & numquam ſatieris, ſi enim dixero, quod non ſatiaberis, fames erit, ſi dixero ſatiaberis faſtidium timeo, vbi nec faſtidium erit, nec fames.* [ſuper Ioã. hom. 3.] [in ſoliloq.]

Idem ait. *Ibi erit æterna refectio, perpetua dilectio, iucunda poſſeſſio, ibi dies ſine nocte, vita ſine morte, iuuentus ſine ſenectute, pulchritudo ſine deformitate, fortitudo ſine debilitate, lætitia ſine dolore, tranquillitas ſine labore, & ſine omni fallacia, veritatis vera cognitio.*

Tanta eſt diuinæ Gloriæ dulcedo, atque magnitudo quod minima eius ſtilla, ſeù gutta ſufficiens eſt, non ſolùm inferni omnem eſtinguere ignem, verùm vt ignis ille, aura ſuauis dumtaxat videatur; deducitur hoc ex illo facto diuitis Epulonis, qui dùm cruciaretur in inferorum flammis; eleuans oculos, vidit Lazarum diuinæ dulcedinis conſolationibus fruentem, & ait. *Pater Abraham mitte Lazarum, &c.* [Luc. 8.] Quid ais infęlix Epulo? neſcis paruam guttam, magnum ignem non poſſe eſtinguere, imò potiùs magis flammam augeſcere? nonnulli, vt hunc infelicem excuſarent, dixerunt, quod ſicut Petrus Apoſtolus, videns Chriſti gloriam in Monte Tabor, præ dulcedine neſciebat quid diceret, ita, & hic miſer, pro magnitudine tormentorum, neſciebat quid diceret, hæc reſponſio, non videtur germana, quia vna ex magnis pœnis eſt, damnatum appræhendere propriæ miſeriæ infęlicitatem, puto ergo dicere voluiſſe, talem,

ac tantam

ac tantam cognoſco conſolationem in ſtatu fęliciſſimo gloriæ, quod ſi vnam minimam eius
ſtillam guſtauero, ignis, & pœnæ inferorum, erunt mihi ſuauis aura, & dulcedo Paradiſi,
ſer. 2. de ſequor Auguſt. de Transfigurat. *Tanta eſt dulcedo futuræ gloriæ, vt ſi gutta vna in infernum de-*
Transfig. *flueret, totam damnatorum amaritudinem, dulcem efficeret.*

Tanta eſt diuinæ Gloriæ dulcedo, vt minima eius parte vniuerſus ſatietur orbis, dixit hoc
cap. 6. Iſa. cum Deum ſedentem ſuper thronum viderit Seraphinis circundatum, *& ea quæ ſub ipſo*
erant replebant templum, ait Textus, quod Hæbræus Textus legit. *Et Fimbria veſtimenti illius,*
replebant orbem. Et licet in diuina eſſentia, non ſit minus, tamen ſecundum noſtrum mo-
ſuper illud dum intelligendi, cum dicitur *Fimbria*, intelligitur minima eius pars illius gloriæ, quam ſin-
Domine, gulis Beatis diſtribuit, quæ ſufficiens eſt, totum ſaturare mundum, audi D. Auguſt. *Si vna*
bonum eſt *gutta ex Paradiſi flumine, omnem huius mundi ſitim extinguit, quid inexauſtus bonorum pelagus non*
nos hic eſſe *efficiet?*

Tanta eſt æternæ dulcedo fęlicitatis, vt nullo poſſit explicari ſermone; hinc Dauid Pſ. 67.
Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Sed dicito Sanctiſſimè Propheta, quid nam parauerit
Deus? non reſpondet, quia non valet explicare, ita reſpondet Hugo Card. dicens. *Nec dicit*
quid parauerit. Sed pro Dauid reſpondet Hugo dicens illud Apoſtoli 1. Cor. 1. *Quia nec ocu-*
lus vidit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum, hinc Angeli repræ-
hendebant Apoſtolos, qui cum multa de Regno Cęlorum audiuerint, & cum Cęlum aperi-
retur in Chriſti Aſcenſione, putabant tamquam ſimplices, poſſe videre, & penetrare gloriæ
magnitudines, vnde dixerunt eis, *viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in Cœlum?* Quaſi dicerent,
qu. Euãg. cur fruſtra tempus conteritis, cum non liceat mortalibus, nec valeant penetrare nobiliſſimam
lib. 2. qu. Cœli Patriam? audite D. Auguſt. *Quid ſtatis aſpicientes in Cœlum, quid aliud dixerunt, niſi nullo*
39. *modo poſſe oculos hominum, vſque in illud penetrare ſecretum, quo ibat Dominus?* Vnde Baptiſtæ
Diſcip. cupientes Chriſti habitationem ſcire, petierunt ab eo, Rabi vbi habitas? at Chriſtus
demiſſis ſuæ habitationis deſcriptionibus reſpondit; venite, & videte. Alcuinus, pro Chriſti
habitatione intelligit. *Cęleſtem gloriam.* Quam habitationem Dauid memorat dicens. *Cę-*
Pſal. 113 *lum cęli Domino*, hinc dicit Alcuinus, quaſi diceret. *Habitaculum meum non poteſt explicari*
ſermone.

Hinc Sponſa, Sponſi magnitudines explicare volens, omnes eius corporis partes, rebus
terrenis æquiparando extollit, vt caput eius, *aurum optimum, coma eius, ſicut elatæ palmarum,*
oculi eius, ſicut columbæ, & ſic de reliquis, at cum ad guttur eius peruenerit, omni ſimilitudine
relicta, ait, tantummodo; *guttur eius ſuauiſſimum*, quare non dixit ſicut mel dulce, aùt alicui
ibidem rei ſimili, æquiparauerit? reſpondit Rupertus Abbas, nam guttur, in quo conſiſtit interna
lib. 5. hominis dulcedo, & delectatio diuinæ eſſentiæ viſionem ſignificat, quæ cum ſit infinita, &
omnem aliam ſuperet dulcedinem, nullam admittit æquiparationem, audi verba Ruperti di-
centis. *Porro guttur nulli rei ſimile, ſed tantummodo ſuauiſſimum dixit, vt per hoc recogites ineffa-*
bilem, & inæſtimabilem eſſe internam dulcedinem diuinitatis, vt meritò dictum ſit illud, quod dili-
gentibus Deum præparauerit, quale nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcendit.

Plutarc. Dùm Alexander Magnus, res magni, momenti ſcribebat, quidam Epheſtion eius familia-
in vita ris, adhærens Alexandro, legebat, quidquid ipſe ſcribebat, quod animaduertens Alexander,
Alexand. noluit eum repræhendere, ſed permiſit amicum legere ſecretum, ſed poſtquam Epiſtolam ſi-
gnauit, eodem ſigillo, ſignauit etiam Epheſtionis labia; quaſi diceret, caue ne reueles quid-
quid legere tibi, tamquam familiari permiſſum fuit, hoc idem accidit Iſa. tamquam Dei ami-
co, & familiari, arcana Dei, ideſt Dei gloriam videre fuit ei permiſſum, *vidi Dominum ſeden-*
tem, & ſtatim volauit ad eum vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, & tetigit os meũ,
quaſi diceretur ei, ſufficit tibi vidiſſe, caue ne patefacias ſecretum, hinc Paraphraſis Chald.
Cant. 17. legit. *Secretum præmium iuſtorum monſtratum eſt mihi*, hinc Chriſtus ait Apoſtolis in Tabor.
in Matth. *Nemini dixeritis viſionem, &c.* vnde D. Hilar. ait. *Silentium enim rerum geſtarum, quas vide-*
rant imperat, donec à mortuis reſurgeret, vt cum eſſent à Spiritu Sancto repleti, tunc geſtorum ſpiri-
tualium teſtes eſſent. Chriſtus per Euangeliſtam Lucam 11. *Ego autem dico vobis petite, & ac-*
cipietis, &c.

Hugo Card. ibidem, ait hoc in loco à Chriſto doceri Apoſtolos, petendam cæleſtem glo-
riam, quam ideo, non nominat, quia innominabilem putat, audite verba Hugonis. *Ad ſigni-*
ficandum, quod iſtud, quod petitur, & ad quod habendum pulſatur, eſt innominabile.

ſer. 44. de Dauid Pſal. 72. de cęleſti gloria loquens ait. *Quid enim mihi eſt in Cęlo?* Quod exponens
Sanctiſs. D. Aug. ait. *Quanta ſint ſupernæ Ciuitatis gaudia, ea enarrare non ſufficiens clamabat, quid mihi*
eſt in Cęlo? quaſi diceret, excedit vires meas, facultatem eloquentiæ meæ, traſcendit capacitatem
intelli-

Digitized by Google

intelligentia mea, illud decus, illa gloria, illa celſitudo.

Diuus Paulus ad Hæbr. 4. ait. *Itaque relinquitur ſabbatiſmus populo Dei, qui enim ingreſſus eſt requiem eius, etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut à ſuis Deus, feſtinemus ergo ingredi in illam requiem, vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum.* Diuus Chryſoſt. Theodor. Ambroſ. Anſelmus, & omnes færè Patres aiunt, Apoſtolum hic loqui de æterna gloria, quam vocat ſabbatiſmum populo Dei, à Sabbato qui dies, erat dies requiei, & ſignificat veram, & perfectam requiem, quæ eſt gloria æterna, audi Diuum Anſelmum, ibidem. *Sabbatiſmus ergo, non ſolùm veram, & omnimodam requiem deſignat, ſed inenarrabile gaudium, atque ſpiritualium affluentiam*, & D. Ambr. ibidem. *Iſtud vero Sabbatum Dei, quicumque intrat, requieſcet perpetuò ab operibus ſuis, ſicut à ſuis Deus*, & quemadmodum Deus, poſt ſextum diem creationis, ſeptimo die requieuit, ita, & nos poſt ſextum diem laboris, veniet ſeptimus dies requiei æternæ, qui dies Sabbatiſmus vocatur, & licet maior videatur labor, quam præmium, ille enim eſt ſex dierum, hoc vnius, tamen tempus illud ſex dierum componebatur ex die, & nocte, factum eſt veſpere, & mane dies vnus, factum eſt veſpere, & mane dies ſecundus, & ſic de reliquis, vſque ad ſeptimum diem, cum autem peruenitur ad ſeptimum diem, non dicitur amplius Veſpere, & mane, ſed die ſeptimo Deus requieuit; omnes huius mundi labores habent Veſpere, & mane, ideſt principium, & finem, ſed dies ſeptimus, qui ſignificat æternam gloriam, non habet finem, non habet veſpere, quia requies eſt æterna, ſic explicat Diuus Anſelmus in Paul. ad Hæbr. 4. *Sicut enim Sabbatum, in quo Deus requieuit, non legitur habuiſſe veſperam, ſic requies iuſtorum non habebit finem, quia ſicut Deus ceſſauit ab operibus, ſic illi ceſſabunt perpetualiter ab omni opere, liberi penitus ab omni laboris anſietate.* Hinc Apoſtolus hortatur nos dicens, feſtinemus ergo ingredi in illam requiem, quaſi diceret diligentes ſimus, vt operibus ad illam æternam requiem peruenire poſſimus, hinc Amb. in Paul. ad Hæbr. 4. ait. *Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem, ne fides ſit otioſa*, & D. Anſelm. cit. ait. *Feſtinemus ingredi in illam requiem, neque in his terrenis, quæ nos impediunt inhæreamus.*

Quare Deus voluit vocari Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, & non Deus Cœli, & Terræ, aut Deus Solis, Lunæ, & Stellarum? reſpondet Diuus Paulus ad Hæbr. 11. *Fide Abraham demoratus eſt in Terra Promiſſionis, tamquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem, expectabat, enim fundamenta habentem Ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus*, quod ſiriacus Textus, legit. *Expectabat Ciuitatem habentem fundamenta, cuius artifex, & conditor Deus.*

Ideo Abraham parum promiſſionis terram æſtimabat in tugurijs vitam agens, quia mente ſe eleuabat ad æternam illam manſionem, mens eſt Anſel. in Paul. ad Hæbr. 11. *Non enim magna domorum ædificia conſtruebat, ſed parua illi ſufficiebant tuguria, quoniam mens eius aliò tendebat, & ipſe ſemper exulem ſe credebat, in quocumque loco præſentis mundi poſitus eſſet.*

D. Paſchaſius in Matth. 17. dicit illos diſcipulos meruiſſe Chriſti gloriam in Tabor videre, qui a mundo ſegregati Montem aſcenderunt, hæc ſunt verba Paſchaſij. *Vtique qui aſcenderunt cum eo ſuper Montem excelſum ſecretò, & ſeorſum ab omni frequentia ſeculi, at ſtrepitu terrena perturbationis ſegregati.*

D. Bern. inquit. *Premium noſtrum eſt videre Deum, & viuere de Deo.*

D. Auguſt. *Cum accepta fuerit illa ineffabilis lætitia perit quoddam modo mens humana, & fit diuina.* lib. med. c. 4.

D. Auguſt. *Quicquid vult Dominus meus mihi dare auferat totum, & ſeipſum det mihi.* hom. in pſ. 35. in manual.

DE CHARITATE

1 Diuus Ambr. *loquens de S. Simeone* Ecce hic aduenit ſaliens ſuper Montes, adhùc ego eum quæro, & ille iam venit, adhùc ego ſuffragia capto, & ipſe iam proximus eſt, ego ſuſcitari mihi charitatem cupio, & ad me plus charitatis ipſa feſtinat. ſer. in pſ. 118.

2 Idem. Sicut coluber cum vrgetur periculo caput ſemper abſcondit, & in orbem ſe colligens obiecta reliqui corporis parte, caput ſolùm tueri conatur, eo quod ſaluo capitis vigore; læſa cætera membra fertur reparare, ſic ergo, & nos ſeruata charitate, quæ inter omnes capitis primatum tenet, perire non poterimus. in pſ. 118.

3 D. Aug. Quantum in te creſcit amor, tantum creſcit pulchritudo, quia ipſa charitas eſt animæ pulchritudo. tract. 9. in epiſt.

4 Idem

Digitized by Google

Pſal. 63. 4 Idem, *In illud Holocauſta medullata offerebam tibi*. Quid eſt medullata? intus teneam charitatem tuam, non erit in ſuperficie, in medullis, quod diligo te.

ep.62. ad caleſtin. 5 Idem. Non eſt verus charitatis impenſor, qui non eſt benignus exactor.

ſuper ep. Ioan. c.7. 6 Idem. Si non vultis in iſto heremo ſiti mori, bibite charitatem, fons eſt, quem voluit Deus ponere, ne deficiamus, & abundantius eum bibamus, cum ad Patriam venerimus.

de catbec. Rud. 7 Idem. Charitas alios parturit, cum aliquis infirmatur, alios curat ædificare, alios contremiſcit offendere, ad alios ſe inclinat, cum alijs erigit, alijs blanda, alijs ſæuera, nulli inimica, omnibus mater.

de laudib. charit. 8 Idem. In charitate pauper eſt diues, ſine charitate, diues eſt pauper.

de Doctr. Chriſt. 9 Idem. Sola charitas eſt, qui vincit omnia, & ſine qua nihil valeant omnia, & quæ vbicuique fuerit, trahit ad ſe omnia. Scientia ſi ſola ſit, inflat; quia vero charitas ædificat ſcientiam, non permittit inflari.

li. de ſpir. & anima 10 Idem. Charitas eſt via Dei ad homines, & via hominum ad Deum, per charitatem enim venit Deus ad homines, venit in homines, factus eſt homo.

ibidem. 11 Idem. Per charitatem homines diligunt Deum; eligunt Deum, ad Deum currunt, ad Deum perueniunt, ſic etiam familiaris eſt Deo charitas, vt ipſe manſionem habere nolit, vbi charitas non fuerit, ſi ergo charitatem habemus, Deum habemus, quia Deus charitas eſt.

de natura & gratia. 12 Idem, Charitas inchoata, inchoata iuſtitia eſt, charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt, charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt.

in illud pſ. 21. ſuper veſtẽ meã &c. to.8. 13 Idem. Ponderans illud Ioann. 19. *Erat ei tunica deſuper texta*. Quæ eſt iſta tunica niſi charitas, quam nemo poteſt diuidere? quæ eſt iſta tunica niſi vnitas? in ipſam ſors mittitur, nemo illam diuidit; Sacramentum ſibi Heretici diuidere potuerunt, charitatem autem non diuiſerunt.

de inſtit. Monach. 14 D. Baſil. Deliquium patitur charitas, quando in eius loco odium ſuccedit.

ad Eph.3. 15 D. Bern. *Super illud Pauli, vt poſſitis comprahendere cum omnibus Sanctis, &c.* Eſſentia res vna cum ſit, dicitur tamen longitudo propter æternitatem, latitudo propter charitatem, ſublimitas propter maieſtatem, profunditas propter ſapientiam, hæc quadriga Dei.

lib. modus beneu. ad ſor. ſer.41. 16 Idem. Soror amabilis, nihil eſt, quod Diabolum tantum timeat, quantum charitatem; nam ſi totum, quod habemus, damus propter Deum, hoc Diabolus non timet, quia ipſe nihil habet, ſi ieiunamus, hoc Diabolus non timet, quia ipſe numquam comedit, ſi vigilamus, hoc Diabolus non timet, quia ipſe numquam dormit, ſed ſi charitatem, & concordiam tenemus, hoc Diabolus multum timet, quia hoc tenemus in terra, quod ipſe in Cœlo tenere noluit.

17 Caſſiodorus, *ſuper Pſalm.* Charitas eſt mors criminum, virtus pugnantium, palma vitiorum, concordia mentium, ſocietas electorum, quam fides concipit, ad quam ſpes currit, cui profectus omnium bonorum ſeruit.

in Paul. ad Epheſ. 18 Dionyſius Carthuſ. Vnde latitudo charitatis eſt, quod ad omnes extenditur, etiam inimicos.

19 D. Greg. *cit. à Sancto Thoma in ſua Catena ſuper illud Matth. 2. tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habent decem talenta*. Quiſquis autem charitatem non habet, alia etiam dona percipit, quiſquis autem charitatem non habet, etiam dona, quæ percepiſſe videbatur, amittit.

ſer.25. moral. c. 7. 20 Idem, *ſuper illud Leuit. 6. ignis in altari meo ſemper ardebit*. Altare Dei cor noſtrum eſt, in quo iubetur ignis ſemper ardere, quia neceſſe eſt ex illo ad Dominum charitatis flammam indeſinenter aſcendere.

lib.30. moral. c.8. 21 Idem. Charitas, quæ diuiſa vnire conſueuit vnum cor Pauli, per multa diuidi compellit.

22 Idem, *in Paſtoral.* Tunc ad alta charitas mirabiliter ſurgit, cum ad ima proximorum ſe miſericorditer attrahit, & quæ benignè deſcendit ad infima, valenter incurrit ad ſumma.

in reg. monach. ad Paulũ, & Euſt. to.9. 23 D. Hieron. Attendite quod ſine præcepto charitatis, non ingreditur quiſquam ad Deũ videndum, propter hoc Apoſtolus Paulus, non gloriatur in linguis Angelorum, & hominum, non in cognitione myſteriorum Dei, non in ſpiritu prophetiæ, non in aſperitatibus carnis, non etiam eleemoſynarum operibus, quamquam ad omnia pietas valeat, dummodo charitas non deſit. Hæc itaque ſola reddit hominem Deo viuentem, hæc religioſos, hæc Monachos facit, ſine hac Monaſteria ſunt tartara, habitatores ſunt Dæmones,

cum

cum hac verò ſunt Paradiſus in terris, & in eis degentes ſunt Angeli. *ſuper ep. ad Galat. in Matth.*

24 Idem. Non memini me legiſſe mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit; habet enim multos interceſſores, & impoſſibile eſt multorum preces nō exaudiri.

25 Hugo Card. Habenti charitatem datur gratia, vel augumentum charitatis. *25. tollit ab eo talē-tum, &c.*

26 Ioann. Chryſoſt. *ſuper illud Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris.* Quod maximum erat donum, hoc dedit non Cœlum, non Terram, non Mare, ſed quod his omnibus antiquius prætioſiúſque erat, & Angelos ex hominibus, & Dei filios, & Chriſti, & fecit fratres. *hom. 9. in ep. ad Rō.*

27 Idem. Magna vis eſt charitatis, ab omnibus ſeparat, & amato animam alligat.

28 Idem. Charitas eſt, non in ſolis verbis, nec penitus in ſalutationibus, ſed cura, & in ipſis rebus officium, puta paupertatem ſoluere, ægrotantibus ſubuenire, eruere periculis, neceſſitatibus aſſiſtere. *bō.63. ad popul. bō.53. ad popul.*

29 Idem. Ignem faciliùs ſtupa ferat, quam charitatis flammam Satanæ eſt ea muro, firmior, adamante ſolidior, & ſi quid aliud commemorare indomitum poſſis, omnia vi ſua charitas vincit. *hom.32.in 1. ad Cor. 10.*

30 Idem. Charitas hominem reddit inſuperabilem; ſic Moyſes vnicum Ægyptium territus fugit, & finibus exceſſit, & tamen ille ipſe fugitiuus, & vnius viri minas ſuſtinere non valens, melle charitatis, ſemel rectè guſtato nemine cogente, mori pro ſuis feſtinabat. *hom.33 in illud charitas patiēs eſt etc.*

31 Idem. Magnus eſt doctor charitas, ſatis idoneus, qui, & tollat errores, & mores formet, & ad Philoſophiam manu ducat, & è lapidibus homines reddat.

32 Idem. Sicut illi flores colorum pretioſiſſimi ſunt, quibus trabea Imperatoris tingitur, ſic illæ virtutes magni prætij ſunt quibus charitas continetur. *bō. 33. in 1. ad Cor.*

33 Idem. Sicut oculus omnem prouidentiam, & curam, quam pro vniuerſo corpore habet in ſolam manum deriuaret, ac reliquis membris omnibus contemptis vni iſti intenderet, an non totum perderet abſque dubio? ita, & nos ſi charitatem, quam in vniuerſam Eccleſiam extendere debemus, in vnum, & in alterum coarctauerimus, in nobis ipſis, & illis, totique Eccleſiæ perniciem inferimus. *hom.80 in Matth. hom. 2. in 2.ad Theſ.*

34 Idem cit. O charitas quam magnum eſt vinculum tuum, quo Deus ligari potuit, nullum vinculum filium Dei ad columnam tenere poſſet, ſi charitatis vinculum defuiſſet.

35 Riccardus. Eſt charitas vita fidei, ſpei robur, & omnium intima vis, & medulla virtutum; hæc vitam ordinat, affectus inflammat, actus informat, exceſſus corrigit, mores componit, valens ad omnia, & omnibus præualens. *de Gradi. char. c.1.*

36 D. Zeno. O charitas quam pia, & quam opulenta, ò quam potens, nihil habet, qui te non habet; tu Deum in hominem demittare valuiſti, tu eum breuiatum pauliſper à maieſtatis immenſitate peregrinari feciſti, tu virginali carceri nouem menſibus religaſti, tu Euam in Mariam redintegraſti, tu Adam in Chriſtum renouaſti, tu ſacram Crucem in ſalutem perdito iam mundo prouidiſti. *ſer.de ſpe, fide, & charit.*

MANTISSA
ad Charitatem.

QVanta ſit Charitatis eminentia; iam cunctis latiſſime patet, cum omnium virtutum Regina, cuius ethimologiam, perquirens Diuus Ambroſ. inueniens ortum habere à verbo chariùs ait, quia illa charius inueniri non poteſt.

Matth. 22. loquens Chriſtus de Charitate ait, hoc eſt primum mandatum, ſine qua diuina lex obſeruari non poteſt, & aliæ virtutes, ſine charitate nihil proſunt reuocate in memoriam, quod de muliere illa ſcribitur, cui cum promiſſum fuiſſet inſigni Pictore Praxitele, vt ex ſuis imaginibus, vnam ſibi eligeret, quam voluiſſet, timens illa, ne in eligendo committeret errorem, hac inuentione vſa eſt, dùm Praxiteles comedebat, quemdam pauperem introduxit clamantem, & dicentem. *Curre curre Praxiteles, quia domus comburitur, & omnes tuæ imagines igni ſunt expoſitæ.* Tunc dolore affectus Praxiteles exclamauit dicens. *Saltem amoris imago ſaluetur.* Quod audiens Sagax illa mulier, compræhendit amoris imaginem, & cunctis pulchriorem, & perfectiorem ab eo fuiſſe depinctam. Vera Paradiſi imago eſt Charitas, in qua omnes reſplendent virtutes, hinc Deus per Eccl. 38. *Cor ſuum dabit in*

Digitized by Google

ſimilitudinem pictoris, & vigilantia ſua perficiet opus. Sponſus Cant. primo volens Sponſam omnibus virtutibus locupletare, ait, *murenulas aureas, &c*, alia translatio legit. *Imagines aureas*, ideſt, *Charitas*, hæc omnes imagines virtutes ſcilicet ſuperat, & præeminet. *Super eminentem ſcientiæ charitatem*, parnum refert, ſi aliæ imagines amittuntur, dùm imago charitatis ſalactur; ſi propter capitis dolorem, aùt alteriùs imbecillitatis, non ieiunas, numquid propter hoc dedignatur Deus? minimè; ſi propter paupertatem, eleemoſynam tribuere, non poteris, numquid dedignatur Deus? minimè, & ſic de reliquis, dùm modo firma ſit ſemper Charitas; vnde Propheta Sophonia 3. ait. *Dominus ſilebit in dilectione tua*, ideſt non requiret de cæteris, dummodo Charitatem habeas, pluris charitas, quam totus mundus æſtimatur, & totus mundus præ charitate, nihili æſtimatur, Cant. 6. *Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione; quaſi nihil deſpiciet eam*.

Qui Charitate caret, quamuis multa ſuſtineat, nihil lucratur, quia cæteræ virtutes hominem ad finem ſuum, non conducunt, ſaltem ſupranaturalem, cum aliquis baliſta iacit, ſi dioptram non habet, nihil prodeſt; Charitas eſt illa, quæ pro dioptra inſeruit, & qui ea caret, nihil proficit, audi Paul. Cor. 13. dicentem. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autèm non habeam factus ſum, vel es ſonans aùt cymbalum tinniens, & ſi habuero Prophetiam, & nouerim myſteria omnia; ita vt montes transferam, charitatem non autem, non hauero nihil ſum*. Legitote quæſo totam hanc hiſtoriam, & inuenietis, quod abſque charitate ad vnam partem videbitur dirigere, & aliam percutere, ad Cœlum per volare videbitur, & terram feriet; audi Oſeam 7. *Super triticum, & vinum ruminabant, receſſerunt à me, & ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam, reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo facti ſunt quaſi arcus doloſus*. Hos deridet Propheta, cum nonnulla bona opera facere videantur, & oſtendunt ſe mortificationi, & ſpiritui incumbere eleemoſynas faciunt, at quia charitate carent, cum hæc faciant, non propter Deum, ſed vt boni appareant, ſunt arcus doloſus; cum cæteræ virtutes abſque charitate veræ virtutes non ſint, ſi loquimur de fide, ſine charitate mortua eſt, nam fidei forma eſt ipſa charitas, audi Paulum. *Fides quæ per charitatem operatur*, ideſt fides perficitur mediante charitate, nam verba D. Pauli ex Græco, habent vim paſſiuam ex quo deducitur à charitate fidem perfici; nam charitas virtutes omnes, & cuncta bona amplectitur. Si Princeps aliquis ſeruum haberet; qui in cunctis neceſſitatibus, omnibus officijs benè fungeretur, vt architiclino, æconomo, nonne plùs alijs æſtimaret? vtique omnes virtutes proprio funguntur officio, obedientia alijs ſe, ſubmittit, patientia tolerat, ſpes agit, fide credimus, fortitudo animoſum facit, humilitas ſubdit, temperantia refrenat, at charitas omnia facit, cunctis fungitur officijs, audi Paulum dicentem, *Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam non inflatur, &c.* Charitas ergo pluris alijs æſtimari debet, hinc Chriſtus volens in vnum omnes Magdalenæ virtutes coaceruare, ſolùm ait, *dilexit multum*, nonne Magdalena ſe humiliauit ante Chriſti pedes proſtrata? nonne fleuit? (lachrymis lauit pedes Chriſti,) nonne liberalitatem oſtendit vnguento prætioſo Chriſtum vngendo? & fortitudinem, dùm Chriſtum nocte perquirit, & de celebri Magdalenæ pœnitentia nulla fit mentio? minimè, ſufficit tantum dicere, *dilexit multum*, quia charitas omnia amplectitur, quid non faciet homo, quid non pateretur, quos labores, non ſuſtineret, vt Apoſtolus, aùt Propheta euadere poſſet? & tamen, vt ad hanc, & maiorem dignitatem poſſit homo peruenire, ſufficit ſola charitas, audi Paulum 1. Corinth. 12. *Et quoſdam poſuit Deus in Eccl. prim. Apoſtolos. Secundò Prophetas tertio Doctores deinde virtutes exinde gratias curationum opitulationes, gubernationes, genera linguarum, &c.* deinde ait, *emulamini chariſmata meliora, hanc excellentiorem viam vobis demonſtro*, & quid melius ò Sancte Apoſtole poteſt inueniri Apoſtolatu? ſequitur dicens. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum factus ſum, velut cymbalum tinniens, &c.* Ergo charitas Apoſtolatu maior eſt, plùs eſt charitatem habere, quam eſſe Apoſtolus, aùt Propheta, nam Iudas fuit Apoſtolus, ſed quia charitatem, non habuit, damnatus eſt. Charitas talis eſt virtus, quæ ſine labore exercetur, opera, quæ die feſto licitè exerceri poſſunt, debent eſſe abſque labore, & non opera ſeruilia, vt quæ alijs ferijs exercentur, tempus noſtrum diuiſum eſt, in diebus huius vitæ, & in illis æternæ vitæ, dies huius vitæ, dies feriales ſunt, ſeruilia opera exercentur, ſed in alia vita, Sabbatum eſt, quies eſt, ſeruilia opera, non aguntur; audite quæſo, fides opus ſeruile eſt, in æterna vita, non exercetur, ſed hoc in mundo, illic non credemus, ſed videbimus; ſapientia, quæ ad Deum conſequendum data eſt, illic non exercetur, quia iam ſumus conſecuti, illic pœnitentia non exercetur, quia abſterget Deus omnem lacrymam, &c. ſolùm illic charitas qua Deum diligimus exercetur, audi Paulum 1. Corinth. 13. *Charitas numquam excedit ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur, &c.*

Tran-

Digitized by Google

Tranſtulit auſtrum de Cælo, &c. aduerte, quod auſter, adeo eſt calidus, vt eo flante, ligna aromatica ſimul congregata inflammentur, & ideo fertur per iſtum modum renouari Phoenix, auſter charitas eſt, Abac. 3. *Deus ob auſtro veniet*, igitur cum in corde noſtro Sanctorum deſideriorum aromatica congregamus, deſcendens ignis diuini amoris, accendit charitatem in nobis, ſic poſito per Hæliam holocauſto ſuper altari, deſcendit ignis de Cęlis. 3. Reg. 18. *David pſ. 72. inquit*

Iſte autem ignis charitatis debet ſemper in corde noſtro ardere, vnde Leu. 6. præcipit Dominus Filijs Iſrael dicens. *Ignis ſemper in altari meo ardebit quem nutriet Sacerdos ſubijciens ligna.*

Charitas eſt columna illa ignea, quæ in nocte huius vitæ per deſertum præſentis ſęculi, debet nos ducere ad Terram Promiſſionis.

Sicut ferrum calidum (teſte Auguſt.) dùm tunditur dilatatur, frangitur autem frigidum, ſic homo non eſt aptus bene operari, niſi calefactus fuerit igne charitatis, Threm. 1. *de excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me.*

Oſea 11. *Traham es in funiculis Adam.* Chaldeus Textus ait. *Traxi eos in fortitudine charitatis.*

Auguſt. *In omnibus ſcripturis ſuper eminentiſſimam viam, ſuper eminentiſſimum locum charitas obtinet, non ad eam aſpirant, niſi boni; hanc nobiſcum, non communicant mali.* *in pſ. 103.*

Bernard. *Quantitas cuiuſcumque animæ, æſtimatur de menſura charitatis, quam habet.* *ſerm. 27. Cant.*

Giuſtinian. ait. *Sine charitate diues, pauper eſt, & in charitate pauper, eſt diues.*

Aug. ait. *Sine charitate poteſt fides eſſe, ſed non prodeſſe.*

Bernard. ait. *Conformitas cum verbo in charitate, maritat animam verbo, & ſic erunt duo, in carne vna.* *in lib. de ligno vitæ cap. 4.*

Aug. *Pedes tui charitas tua, duos pedes habeto, noli eſſe claudus, qui ſunt duo pedes? duo præcepta dilectionis, Dei, & proximi, iſtis pedibus curre ad Deum.* *lib. de Trinit. cap. 8.*

Auguſt. *Charitas tamquam extenſis pennis, duabus alis, ideſt duobus præceptis dilectionis Dei, & proximi volat.*

Greg. ait. *Pennæ ſingulæ, ſiue alæ, ſunt charitas Dei, & proximi, per ipſas Sancta Eccleſ. euolat, per ipſas, terrena omnia traſcendit.* *ſerm. 83. Cant.*

Vagabatur Sponſa cupida Sponſum inueniendi, & quod valdè mirum eſt, dicebat, *paululum cum pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam eum*, ſed ſi creatura infinitè diſtat à Deo, quomodo tenui eum? reſpondet Gilibertus Abbas. *Chaos magnum firmatum eſt inter noſtram, & Dei naturam, omnes gentes*, ait Propheta, *quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, quaſi nihil, & inane reputatæ ſunt ei, quæ ergo poterit aſſignari conuenientia, & vicinitatis manis, cum ſolido, nihil cum immenſo? qua ergo ratione dicit, paululum cum pertranſiſſem illos, inueni quem diligit anima mea? penniggera eſt charitas, & perpeti volatu ardentis deſiderij interiacens, hoc, de quo loquimur prætereuolat vacuum.* *in pſ. 33. in pſ. 121. lib. 7. ep. 7 ſer. 8. cāt. ſer. 8. cāt.*

Iſa. 6. vidit Luciferum de Cœlo cadentem, & Seraphinos ſtantes, Seraphim ſtabant, effectus eſt charitatis; audi D. Bern. *Cecidit Lucifer, vt fulgur de Cælo, Seraphim vero ſtabant ſuper illud, ſtant plene, Seraphim, quia charitas numquam excidit.* *ibid. ſer. 3*

Charitas ita nos corroborat, vt nullam timeamus contrarietatem, audi Paulum dicentem, *certus ſum, quia neque mors, neque vita poterit nos ſeparare à charitate Chriſti, &c.*

D. Paſchaſius hoc aduertens ait. *Totus enim charitatis erat affectus per gratiam, idcirco aliud eſſe, non poterat, quam quod factus eſt.* *lib. 2. in Matt.*

Ioſue 3. Populus Iſraeliticus Iordanem pertranſiuit ſiccis pedibus, egreſſus eſt Populus de tabernaculis ſuis, &c. apparebant, aquæ retrorſum ibant, vſque ad altiores montes, quod admirans Dauid dicebat Pſalm. 113. *Quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum?* audi quæſo Riccardum Victorinum. *Qualis quæſo iſta eſt conuerſio Iordanis? totum impetum amoris, totum inundationem dilectionis, totam affluentiam delectationis, magna cum feſtinatione currere, non deorſum, ſed ſurſum, quærere, quæ ſurſum ſunt, ita vt veraciter profiteri poſſit, quia Iordanis conuerſus eſt retrorſum.* *opuſc. p. p. art. 4.*

Ita accidit Magdalenæ, quæ veluti aqua magno cordis impetu deambulabat, imò currebat poſt mare laſciuiæ, at ſtatim ac tetigit magni Sacerdotis Chriſti pedes, amoris vndas, non amiſit, ſed ita diuertit, vt non deorſum, ſed ſurſum ad Cœlum ſcilicet currerent, & quemadmodum priùs laſciuiæ Regnum fæcundabat, ita poſtea cęleſtem Ciuitatem, magna afficeret lætitia, atque iucunditate, *fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei.*

Sine charitatis igne, nemo ad Cęlum peruenire poteſt, Pauſania ex Athenarum vrbe, ædificari iuſſit quoddam altare, ex quo deſcederent, qui in ſtadio currebant accenſam facem in

mana deferentes, vſquequo ad metam peruenirent, & brauium lucrarentur, omnes in ſtadio currimus, ideo Paulus Apoſtolus nos hortatur dicens. *Sic currite, vt comprahendatis*, ſed, vt comprǽhendere poſſimus, oportet facem charitatis accenſam habere, ſic monet Euang. Lucas dicens, *& lucernę ardentes in manibus veſtris*, vſque ad metam, ad cęlum ſcilicet perueniamus.

Secundò Paralip. 13. Bellans Abdias contra Hieroboam; antequam eum aggrederetur, cuiuſdam montis cacumen aſcendit, ex quo clamauit dicens numquid ignoratis, quod Dominus Deus Israel dederit Regnum Dauid ſuper Iſrael, & ipſi, & filijs eius in pactum ſalis? quod nam pactum eſt iſtud? pactum ſcilicet amicitiæ, ſeù charitatis, magna enim inter Deum, & Dauid fuit amicitia, vnde num. 8. dicitur. *Pactum ſalis eſt in ſempiternum, coram Domino tibi, & filijs Iſrael*, & alia lex, *pactu pacis in ſempiternum*, vnde in Leuit. 2. dicitur, *quicquid obtuleris ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui à ſacrificio tuo*, quod Petrus Cluniacenſis, pro
li. 5. ep. 16 charitate, & amore intelligit, & ait. *Nam qui in lege ſua nullum ſacrificium ſine ſale ſuſcipit, nullum munus ſine charitate, ſibi placere oſtendit*.

Quisquis charitatem amittit, proprium eſſe amittit, vnde Paulus 1. Cor. 13. dicebat. *Si charitatem non habeam, nihil ſum*, non dixit, *nihil habeo, ſed nihil ſum*, quam, cum olim amiſiſſet Dauid, propter adulterium, & homicidium, Deum alloquens dicebat, *cor mundum crea in me Deus*, creare eſt, ex nihilo aliquid facere, vt ipſemet Dauid fatetur, dicens, *ad nihilum redactus ſuum, quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt*. Diuus Greg. ex-
in hom. 7. in Euang. plicans illud Luc. 10. miſit binos ante faciem ſuam ait. *Ecce enim binos ad prædicandum Diſcipulos Dominus mittit, quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia, qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium ſuſcipere nullatenus debet*.

Apoc. 3. *Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum, vt locuplex fias*, omnibus metallis aurum prætioſiùs eſt, hanc enim habet proprietatem, vt ad minimam tenuitatem facillimè reduci poſſit, ſpiritualiter loquendo, charitas auro ſimilis dicitur, nam aurum, dicitur ab aurora, quaſi hora auri, aurum enim in viſceribus terræ generatur, tempore auroræ, ita charitas à fide generatur, quæ aurora vocatur, & talis eſt vnio inter fidem, & charitatem, vt illa ſine iſta, ſit mortua, *fides ſine charitate mortua eſt*, & charitas ſine fide, cæca eſt, charitas auri proprietatem habet; nam ſub aduerſitatis malleo, numquam frangitur, ſed dilatatur vſque
de laude charitatis ad extremam paupertatem, & martirij mortiſque nuditatem, vnde Aug. ait. *In charitate pauper eſt diues, ſine charitate omnis diues eſt pauper, in aduerſitatibus tolerat, in proſperitatibus temperat, in duris paſſionibus fortis eſt, in bonis operibus hilaris eſt in tentationibus tutiſſima, in hoſpitalitate latiſſima, inter bonos fratres lætiſſima, inter falſos patientiſſima*.

Lucas Abbas in Ioan. aduertens cur Dei caput, auro aſſimiletur, nam Sponſa Cant. 5. dicit, *caput eius aurum optimum*, & D. Paulus 1. Cor. 1. *caput Chriſti Deus*, & Lucas Abbas ſic habet. *Auri materia, quò deduxeris ſua mollitie ſequitur, ita maieſtatis immutabilis bonitas, quantumcumque ab impijs irridetur, non frangitur*.

hom. 8. ſuper Ezec. Greg. *Antiquus inimicus caſtitatem in nobis non timet, ſi ſine charitate fuerimus, quia ipſe, nec carne premitur, vt in eius luxuria diſſoluatur, abſtinentiam non timet, quia ipſe cibo non vtitur qui neceſſitate corporis non vrgetur; diſtributionem terrenarum rerum non timet, ſi eidem charitas deſit, quia diuitiarum ſubſidijs, nec ipſo eget, valde autem in nobis charitatem, quam nobis viciſſim impendimus timet, & nimis concordiæ noſtræ inuidet*.

Matth. 13. *Simile eſt Regnum Cælorum homini negotiatori quærenti bonas Marg. &c.* Diuus Aug. petit, cur mercator hic, dùm multas quærebat Margaritas, vnam tantummodo emit? & reſpondit, quod pro hac vna Margarita, intelligi debet charitas, quæ cum omnium aliarum gemmarum virtutes ſuperet, ac contineat, ſufficit, quia illa charius inueniri non poteſt
l. 9. q. 13. in Matth. Diui Auguſt. verba, hæc ſunt. *Præcepta iuſtitiæ quærens, quibus ſeruatis, cum hominibus rectè conuerſatur, inuenit dilectionem proximi, in quo vno dicit Apoſtolus, omnia contineri*.

Vnde Chriſtus morti proximus hanc prætioſam Margaritam reliquit Apoſtolis, *relinquo vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*. Quod examinans Oleaſter, cur Chriſtus cum ditiſ-
in cap. 27 gen. ſimus ſit, aliud Apoſtolis non reliquerit? ait. *Cum quod relinqueret eis, melius non haberet, reliquit mutuam dilectionem*.

Apoc. 1. Ioannes vidit ſimilem filio hominis, habentem in dextera ſua, ſtellas ſeptem, præcinctum ad mammillas Zona aurea, Diuus Thomas, pro Zona aurea, charitatem intelligit, & ait. *Zona aurea, ideſt cingulo charitatis*. Tenebat charitatem ſuper pectus, & in manu ſtelliferum coelum, proximior erat charitas cordi, quam coelum, quod tenebat in manu, quia illa chariùs inueniri non poteſt.

Animad-

Digitized by Google

Animaduertens Moyſes Deum decreuiſſe populum ob vituli adorationem puniendum, rogauit Dominum pro populo dicens Exod. 22. *Obſecro peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos aureos, aùt dimitte eis hanc noxam, aùt ſi non facis, dele me de libro quem ſcripſiſti.* Quod examinans Chryſoſt. dicit Moyſem petijſſe deleri de libro Beatorum, quod admirans, putat Moyſem, quaſi dementem ſe geſſiſſe; & hæc ſunt verba Chryſoſt. *Cum ipſis inquit perire volo magis, quam ſine ipſis ſaluari, quid dicis? cœlum contemnis? expungi petis?* Idem Chryſoſt. Moyſem, quaſi in ſe reuerſum introducit, ita dicentem. *Vtique inquit, diligo ſiquidem illos, licet iniuſtè egerint, & quid patior? amor enim eſt.* (*homil. 7. Epheſ.*)

Cœlum paruipendebat pro charitate erga populum. Idem dicebat Apoſtolus Paulus Rom. 9. *Optabam enim ego ipſe Anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei, ſecundum carnem ſunt Iſraelitæ,* Theodoretus ibidem, aduertens, quod aliquis poſſit dicere ſuperfluum fuiſſe Paulum apposuiſſe illud, *ego ipſe*, cum potuiſſet intelligi, ſic ait. *Appoſuit illud ego ipſe, ea quæ de charitate in Chriſtum ante dicta ſunt in memoriam reuocans.*

Quaſi diceret, *ait Theodoretus*, Apoſtolus neceſſarium fuiſſe iudicauit apponere, *ego ipſe*, vt clariùs ſe explicaret, & vt nos recordaremur eorum, quæ ſuperiùs dixerat, loquens de amore erga Chriſtum, Rom. 8. *Certus ſum enim, neque mors, neque vita, neque Angeli, &c.*

Cum enim Apoſtoli cor, hoc amoris igne erga proximum fuiſſet inflammatum, tanti æſtimat, quod ſublata culpa, diuinæ vnioni ibidem anteponit, quaſi Apoſtolus dicere voluiſſet, ait Theodoretus ibidem. *Ego ipſe, quem nec mors, nec vita, nec præſentia, nec futura, nec alia creatura ſeparare poterant à charitate: libentiſſime pro Iudæorum ſalute ab ipſo ſepararer: ſuum in eos amorem, ac deſiderium declarans.*

Paulus ad Epheſ. 3. *Vt poſſitis comprahendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, & ſublimitas, & profundum, ſcire etiam ſuper eminentem ſcientiæ charitatem Chriſti*, quæ verba Diuus Bernard. explicans ait. *Eſſentia res vna cum ſit, dicitur tamen longitudo, propter æternitatem, latitudo propter charitatem, ſublimitas propter maieſtatem, profunditas propter ſapientiam, hæc quadriga Dei.* (*lib. 5. de conſid.*)

At D. Auguſt. Greg. Nyſſenus de Chriſti Reſurrectione, & D. Thom. ad Epheſ. 3. dicunt hic Paulum loqui de Chriſti charitate, quam oſtendit in die Paſſionis, & priùs, quæ ſit latitudo; quæ ita ſe dilatauit, vt etiam inimicos amplecteretur, audi Dionyſium Carthuſ. qui ſic ait. *Vnde latitudo charitatis eſt, quod ad omnes extenditur, etiam inimicos.* Longitudo, & quis eam enarrare valebit, quanto perennauerit? audi eundem Dionyſ. cit. *Longitudo eius quod tendit in longum, atque futurum videlicet, vſque ad vltimum finem, ſeù vitam æternam, nec frangitur propter dilationem.* (*tract. 18. in Ioan.* — *in Paul. ad Epheſ.*)

Hinc Diuus Theodoretus, quærit quare Moyſes non ingreſſus fuerit terram Promiſſionis? reſpondit ne populus videns Moyſis charitatem, & patientiam in tot laboribus ſufferendis, vſque in finem, eum tamquam Deum venerarentur, audi verba Theodoreti dicentis. *Non permiſit hunc ſummum Prophetam introducere populum in Terram Promiſſionis, ne illum tamquam Deum colerent Iſraelitæ.* (*qu. 43. in deut.*)

Charitas hominum, eſt veluti motus violentus, qui tandem defatigatur, & inſiſtit; at Chriſti charitas, eſt veluti motus naturalis, qui quantomagis ad centrum peruenit, maiori, & velociori impetu mouetur, vnde Ioannes ait in finem dilexit eos, hinc Ambr. in Luc. aduertens, quod cum Princeps Sichem arderet amore Dinæ, petijt ab eius Patre Iacob, & fratribus, vt ei daretur in matrimonium, reſponderunt Gen. 34. *Non poſſumus dare ſororem noſtram homini incircumciſo.* Quaſi dicerent; ſi vis illam in matrimonium, neceſſe eſt, vt circumcidaris, & ſic ſequitur Textus. *Placuit autem oblatio eorum Hemor; & Sichem filio eius, neque diſtulit adoleſcens, quia ſtatim, quod petebatur expleret, amabat enim puellam valde.*

Hinc Ambroſ. cit. loquens de Principe Sichem ait. *Vulnera doloris non timet, qui vulnera amori patitur.*

Idem poſſumus dicere Chriſto propter ardentem ſuam charitatem erga nos, aduerte pijſſime Domine oportebit te pro nobis, & ſanguinem fundere, & mortem ſubire propter hanc tuam charitatem, ſed reſpondetur vulnera doloris non timet, qui vulnera amoris ſentit. *Sublimitas.* Tanta eſt charitatis Chriſti altitudo, quæ numquam ſinit quo ad vſque nos ad gloriam eleuet, & Deo nos coniungat, audi Carthuſianum cit. dicentem. *Sublimitas vero charitatis Chriſti eſt: quod immediatè vnit nos Deo, imo in Deo transformat, eique in ſe inſeparabiliter colligit, quod maximè in Patria adimpleaetur.* Et D. Ambr. *Conſiderans finem huius amoris ait, hoc excellentiſſimum pretium ſuæ mortis, quod peccator abſoluitur, & nouam aſſumitur gratiam, profundum, charitas profunda fecit Chriſtum humiliare, vt nos ad Cœlum extolleret.* (*lib. de pœnit.*)

DE

Digitized by Google

DE CHRISTO DEI FILIO.

In comẽt. pſal. 36. 1 Diuus Ambr. Quod factum eſt in ipſo, vita erat, &c. Ergo caro facta eſt, in ipſo vita eſt, infantia facta eſt, in ipſo vita eſt, mors facta eſt, in ipſo vita eſt, vulnus factum eſt, in ipſo vita eſt.

homil. in Hexam. 2 Idem. Si quis merſus in aquis, oleum ex ore ſuo emiſerit, clariora facit ea, quæ priùs in aqua erant occulta, & hæc eſt cauſa, quare deſcendentes in profundum maris oleum emittunt ex ore, vt in aquis videant, ſic & nos, in aquis maris huius mundi, ſi aliqua ſunt dubia, & obſcura, eructemus oleum ex ore, inuocantes nomen Chriſti, de quo Cant. 1. Oleum effuſum nomen tuum, & omnia clareſcent, vt viam rectam videre poſſimus.

hom. 11. in pſ. 44. to. 1 3 D. Baſil. *Super illud accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Sicut igitur vita eſt, & via, & panis, & vitis, & vera lux, & alijs infinitis nominibus Dominus noſter Ieſus Chriſtus nominatur, ſic etiam gladius diſſecans affectuoſam animæ partem, & mortificans concupiſcentiæ motus.

ſer. 47. in Cant. 4 Idem. Chriſtus eſt patiendi ſpeculum, & patientis præmium.

hom. 61. in Cant. 5 Idem. In petra exaltatus, in petra ſecurus, in petra firmiter ſto, ſecurus ab hoſte, fortis à caſu, & hoc quando exaltatus à terra, anceps, & caducum terrenum omne.

homil. 15. in Cant. 6 Idem. Chriſtus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus.

ſer. 1. in die S. Paſch. 7 Idem. Leonem Ioannes audierat, & Agnum vidit, Agnus occiſus eſt, Agnus accepit librum, Agnus aperuit, & apparuit Leo; denique dignus eſt Agnus, (aiunt ſeniores) qui occiſus eſt accipere fortitudinem, vt, & Agnus maneat, & Leo ſit.

ſer. de Magdal. 8 Idem. Duo corpora habuit Chriſtus, vnum naturale aſſumptum de Maria, & aliud myſticum, quod eſt Eccleſia, quod cariùs habuit benignitas Redemptoris.

li. de vita Criſt. c. 37 9 D. Bonau. *Chriſtus loquitur Matri, & Mulieribus.* Nolite flere ſcitis quia obedientia Patris, me implere oportet, ſed pro certo confidite, quia cito reuertar ad vos.

de Marg. 10 Ephrem. Margarita pretioſa filius Virginis eſt.

de prapa. Euang. 11 Euſeb. Cæſarienſ. *Super illud, Iob. 39. penna Struthionis, ſimilis eſt pennis Herodij, & accipitris.* Tunc penna Struthionis; ſimilis eſt Herodij, & Accipitris, quando Chriſtus Dominus in illa cœli plagas corpus humile, & terrenum, agente diuinitate leuauit.

hom. 13. in Ezech. 12 D. Greg. *Alludens Cant. 2. reſpiciens per feneſtras.* Quiſquis per feneſtras, vel per cancellos reſpicit, nec totus videtur, nec totus non videtur; ſic nimirum Redemptor noſter, qui, & diuina, & humana pertulit, quaſi per feneſtras, vel cancellos ad homines proſpexit, vt Deus appareret, apparet ex miraculis, lateret ex paſſionibus.

in Cãt. c. 3 13 Idem, *ſuper illud, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Arbor Chriſtus ipſa fructifera in corde noſtro plantata, per fidem extitit, quam ſi mens noſtra digne diligit, & inſtanter excolit, fructus nimirum exteriùs pulchros, & vtiles gignit, quos, dùm mens cupiens, auidè comedit, omnes mundi voluptates, præ eius dulcedine poſtponit.

in verba Matth. 7. lata eſt via 14 D. Ioannes Chryſ. Duæ vitæ ſunt nobis à Domino propoſitæ ante oculos, vna vitæ, & alia mortis vna ſalutis, & alia perditionis; via vitæ, & ſalutis Chriſtus eſt viæ perditionis, & mortis, dux Diabolus eſt.

hom. 3. ex poſit. 1. in Cant. to. 2 15 Orig. *Explicans id, ſimilis eſt Dilectus meus capreæ hynn. cer. ſuper Montes beter.* Ceruus ſerpentum inimicus, ac debellator, ita vt ſpiritu narium eos extrahat de cauernis, & ſuperata pernicie venæni eorum, pabulo delectetur; Saluator noſter ceruus eſt, quia interficit ipſe ſerpentes, contrarias poteſtates iugulat, ideo dicam ei, tu contriuiſti, tu contriuiſti capita draconum ſuper aquas; ſimilis eſt dilectus meus capreæ, ſuper montes domus Dei.

DE CHRISTI ADVENTV.

in Apolog. Dauid c. 7 tom. 1. 1 D. Ambr. Sitiebat Dauid, non aquam de lacu, qui eſt in Bethleem, ſed oriundum ex Virgine Chriſtum, in ſpiritu præuidebat, volebat ergo, bibere non aquam fluminis, ſed potum aquæ ſpiritualis, hoc eſt, non aquarum ſitiebat elementum, ſed Sanguinem Chriſti, illum ſitiebat fontem æternum, non qui periculis quæreretur alienis, ſed pericula aliena depelleret.

Digitized by Google

2 Idem. Ante Aduentum Christi, hiems erat, venit Christus, fecit æstatem, tunc omnia erant indigna florum, nuda virtutum, passus est Christus, & omnia cæperunt nouæ gratiæ fæcundari germinibus. *serm. 6. in ps. 118.*

3 Idem. *Loquens de Anna clamante in Templo.* Tacita clamabat, & interiori voce piæ mentis excitabat Ieſum. *ser. 17. ibidem.*

4 Idem. *Loquens de ſiti Dauid aquæ Bethleemicæ.* Repræſſa victor cupiditate, profudit aquam Domino, vt oſtenderet, quod ſitim ſuam verbi conſolatione reſtingueret. *in Apolog. Dauid c. 7*

5 D. Aug. *Loquens de Daniele.* Daniel, ideo deſideriorum vir appellatus eſt, quia panem deſiderij non comedit; quia magis Christum, quam epulas deſiderabat. *hom. 65. de temp.*

6 Idem. Quæ maior cauſa eſt Aduentus Domini, niſi vt oſtenderet Deus dilectionem ſuam in nobis, commendans eam vehementer, & ipſum Deum ſi priùs amare pigebat, nunc cognito eius amore, redamare non pigeat. *lib. de Cathec. Rud. c. 4. to. 4.*

7 D. Bern. In Aduentu Domini, quem celebramus, ſi perſonam venientis intueor, non capio excellentiam maieſtatis, ſi attendo ad quos venerit, dignationis magnitudinem expaueſco, ſtupent certè Angeli de nouo videntes infra ſe, quem ſupra ſe ſemper adorant, manifeſtè iam, & aſcendentes, & deſcendentes ad filium hominis; ſi conſidero propter quod venerit, amplector quoad poſſum inæſtimabilem latitudinem charitatis, ſi modo cogito, exaltationem agnoſco humanæ conditionis; venit ſiquidem vniuerſitatis Creator, & Dominus venit ad homines, venit propter homines, venit homo. *ser. 3. Aduent.*

8 Idem. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam eius, vos, qui in puluere eſtis, expergiſcimini, & laudate; quia venit medicus ad ægrotos, redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita. *in ser. 23. Vig. Nat.*

9 D. Greg. Nyſſen. Venit ille, qui ver in noſtris animis efficit, rurſumque refloreſcere natura noſtra cæpit, atque floribus ſuis eleganter ornari. *orat. 5. in Cant. 5.*

10 D. Hier. Nec mea vnquam reticebat oratio, ſed precibus preces adiungam, donec veniat promiſſus. *in verba 6 propter ſion nō tacebo, &c.*

11 Tertull. *ſuper illud Exod. 33. Oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te.* Manifeſta mihi, vt cognoſcenter videam te, eum conſpectum deſiderans, in quo hominem eſſet acturus. *cōtra marciō. l. 4. c. 4*

DEI CHRISTI INCARNATIONE.

1 D. Ambr. Deſcendit Deus, aſcendit homo, Verbum caro factum eſt, vt caro ſibi ſolùm ad dexteram Dei vendicaret. *ſup Beati Immacul.*

2 Athanaſ. Introgreſſa eſt in Virginem diuina filij eſſentia, adeo vt, nec ipſa Virgo hæc cognouerit, cognouerit autem Dei filius, quo pacto introierit. *ser de Sancta Deip.*

3 D. Aug. *Loquens de Christo, hic erit magnus, & filius Altiſſ. vocab.* Vnde humilis? quia homo natus ex hominibus, vnde excelſus? quia ex Virgine. *lib. 1. de ſimb. ad cathec.*

4 D. Bern. Appropinquauit parieti, cum adhæſit carni, caro paries eſt, & appropriatio Sponſi, Verbi incarnatio. *ser. 56. in Cant.*

5 Caſſiodor. Quaſi poſt parietem noſtrum ſtetit, cum carnem noſtram ſibi oppoſuit, in qua diuinitas lateret. *in Cant. 2.*

6 Euſeb. Emiſſ. De ſumma itaque throni ſui arce deſcendens, terrena viſitat, inferna non deſpicit, ſuſcepit mala noſtra, vt tribueret dona ſua. *hom. 6. de Paſch.*

7 D. Greg. Quaſi poſt parietem noſtrum, Christus incarnatus ſtetit, quia in humanitate aſſumpta diuinitas latuit. *in verba cāt. 2 ecce iſte venit.*

8 Idem. Non priùs in vtero Virginis caro concepta eſt, & poſtmodum diuinitas venit in carnem, ſed mox, vt Verbum venit in vterum, mox verbum, ſeruata propria natura, factum eſt caro. *ep. 61. ad Quir.*

9 Idem. Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum Dominus, & potens in prælio, ad debellandas poteſtas aereas veniebat. *hom. in miſſus eſt.*

10 Orig. *Explicans illud, Oſculetur me, oſculo oris ſui.* Quouſque Sponſus meus mittit oſcula per Moyſen, & Prophetas? iam ipſius cupio ora contingere, ipſe veniat, ipſe deſcendat. *hom. 1. in expoſit. 1 Cant.*

DE

DE CHRISTI NATIVITATE, ET ADORATIONE.

lib. 1. off. 1 D. Ambr. Magnus Iuſtitiæ ſplendor, qui alijs potiùs naſcitur, quam ſibi, opem alijs ferat, pericula ſuſcipiat aliena.

l. 2. in Luc. tom. 3. 2 Idem, *circa illud. factum eſt autem cum eſſet ibi impleti ſunt dies Mariæ, vt pareret.* Altiori conſilio, Chriſti infantia eſt deſcripta, ille paruulus, ille infantulus fuit, vt tu, vir poſſes eſſe perfectus, ille inuolutus in pannis, vt tu mortis laquei abſolutus ſis, ille in Præſepibus, vt tu in altaribus, ille in terris, vt tu in cœlis, ille locum in diuerſorio non habebat, vt tu plures haberes in cœleſtibus manſiones, qui cum diues eſſet pro nobis egenus factus eſt, vt illius inopia ditaremur.

ibidem. 3 Idem. Me illius infantiæ vagientis abluunt fletus, mea lachrymæ illæ delicta lauarunt; plùs igitur Domine Ieſu, iniurijs tuis debeo, quod redemptus ſum, quam operibus, quod creatus ſum, non prodeſſe naſci, niſi redimi profuiſſet.

l. 2. c. 2. de nat. Chriſt. 4 Idem. Audis infantis vagitus, & non audis Bouis Dominum agnoſcentis mugitus?

l. 1. de fide 5 Idem. *Loquens de Verbo Incarnato.* Mihi enim impoſſibile eſt, generationis eius ſcire ſecretum, mens deficit vox ſilet, non mea tantum, ſed Angelorum.

ſer. de Natiuit. 6 Idem. Qua gratia, vel quibus laudibus, hunc diem Natalis Domini prædicemus, ignoro, in tanta enim feſtiuitate, ad magnificandum Deum humana loquela non ſufficit.

l. de Abr. cap. 4. 7 Idem, *ſuper illud Gen. 17. Cecidit Abraham in faciem ſuam.* Cecidit Abraham, quia pondus tanti beneficij ſuſtinere non valuit.

ſer. 18. de Natiuit. 8 Idem. Vide homo, qui pro te factus eſt Deus, doctrinam humilitatis agnoſce etiam nondum loquente doctore.

lib. de Incar. Verb. 9 D. Athanaſ. Natiuitatem eius quis enarrabit? hic eſt qui ex Virgine prodijt, & vt homo in terris apparuit, & cuius inenarrabilis ſecundum carnem natiuitas cenſetur.

ſer. 18. de Natiu. 10 D. Aug. Omnis huius natiuitatis ſchola, humilitatis eſt officina.

11 Idem. Exaltauit ſe homo, & cecidit, humiliauit ſe Deus, & erexit; humilitas Chriſti, quid eſt? manum Deus homini iacenti porrexit, nos cecidimus, ille deſcendit, nos iacebamus, ille inclinauit, prendamus, & ſurgamus, ne in pœnam cadamus.

lib. 1. de ſimb. c. 3.

ſerm. de Epiph. 12 Idem. Quis eſt iſte Rex, tàm paruus, tàm magnus, non dùm in terris loquens, & iam in cœlis edicta proponens.

ſer. de nat. 13 Idem. Mundum implet in Præſepio vagiens, ſydera regens, vbera bibens.

ibidem. 14 Idem. Mira eſt potentia, ſed plùs miranda eſt miſericordia, quod ille, qui ſic naſci potuit, ſic naſci voluit.

lib. de ſimbolo c. 3. 15 Idem. Natiuitas Chriſti humilis, & excelſa, humilis, quia homo natus eſt ex hominibus, excelſa quia de Virgine.

lib. 2. de ſimb. c. 5. 16 Idem. Sic voluit naſci excelſus, humilis, vt in ipſa humilitate, oſtenderet maieſtatem.

ſer. 5. de Natiu. 17 Idem. Intrat artifex mundi anguſtias ventris humani, & tamquam Sponſus de Thalamo Mariæ Chriſtus procedit ex vtero, occultatur in membris infantis potentia maieſtatis: Deus pendet ad vbera Genitricis, pannorum vilium, ſqualore contegitur, duriſſimi ſuffert Præſepis anguſtias, & totum miſericors humiliter patitur, dummodo mundus, qui perierat liberaretur.

ſer. 22. de Natiu. 18 Idem. Homo ſequendus non erat, qui videri poterat, Deus ſequendus erat, qui videri non poterat; vt igitur homo haberet, quem ſequeretur, Deus factus eſt homo, & habitauit in nobis.

in Enchir. 19 Idem. Iſte modus, quo natus eſt Chriſtus de Spiritu Sancto, inſinuabat nobis gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipſo primo exordio ſuæ naturæ, quo eſſe cæpit verbo Dei copularetur in tantam perſonæ vnitatem, vt idem ipſe eſſet filius Dei, qui filius hominis, & idem filius hominis, qui filius Dei.

ſer. 9. qui eſt quintus Natiu. 20 Idem. Promittitur filius Virgini, per viſitationem Spiritus Sancti, qui non mirum, ſi ſine corruptione naſcitur qui de ſanctificatione ſuſcipitur, non enim decebat, vt qui nobis afferebat ſalutem, ſoli matri præriperet dignitatem.

ibidem. 21 Idem. Adeſt ecce optatiſſimus dies, gratia geminata reſplendens, candore quidem conſueti luminis illuſtratus, ſed præcipuè radiantis veri fulgore coruſcus, ò dies dierum omnium noua, luctum lucis, & diſpendium cæcitatis, in quo æternus Sol, de ſumma altitudine claritatis paternæ deſcendens, vuluæ virginalis aditum reſeruauit, & totiùs mundi caliginem fulgida coruſcatione repreſſit; ducite fideles Chriſti feſtiuiſſima gaudia, res nobis hodie

bis hodie perfecta eſt noua, quæ olim fuerat repromiſſa, vt ſine Virginis detrimento, pudoris filium lactarent vbera Genetricis.

22 Idem. O beata infantia, per quam noſtri generis vita eſt reparata, ò gratiſſimi dilectabiles vagitus, per quos ſtridores dentium, æternoſq; ploratus euaſimus. O fælices panni, quibus peccatorum ſordes exterſimus, ò Præſepe ſplendidum, in quo non ſolùm iacuit fænum animalium, ſed cibus inuentus eſt Angelorum. Lacta Maria Creatorem tuum, lacta Panem Cœli, prætium mundi. *ibidem.*

23 Idem. Venit Dominus carne, carnis vitia mundaturus, venit medicina in terram, vndè curaret interiores oculos noſtros, quos exterior noſtra excæcauerat terra, vt eis ſanitatis, qui fuimus antea tenebræ, lux efficiamur in Domino. *ſer. 2. de temp.*

24 Idem. Factus eſt Deus homo, vt homo fieret Deus, vt panem Angelorum manducaret homo, Dominus Angelorum factus eſt hodie homo. *ſer. 9. nat.*

25 Idem. Peccauit homo, & factus eſt reus, natus eſt hodie Deus, vt liberaretur reus, qui natus eſt primo ſine Matre in Cœlis, hodie natus eſt ſine Patre in terris. *ibidem.*

26 Idem. O miracula? ò prodigia? ò myſteria? Fratres naturæ iura mutantur, in homine Deus naſcitur; Virgo ſine viro grauidatur, viri neſciam ſermo Dei maritat, ſimul facta eſt Mater, & Virgo; Mater facta, ſed incorrupta. O mira, & inexquiſita compago, ò noua, & inaudita commixtio, Deus, qui erat, qui eſt, fit creator creatura, qui immenſus capitur diuites conſtituens, pauper efficitur, incorporeus carne veſtitur, videtur inuiſibilis, palpatur impalpabilis, compræhenditur incompræhenſibilis, quem cœlum, & terra benedicit, in Præſepio anguſto collocatur. *ibidem.*

27 Idem. Meritò hodie locuti ſunt cœli, gratulati ſunt Angeli Paſtores iucundati, Magi inuitati, Reges turbati, Martyres coronati, Dæmones effugati. Mariæ igitur dicamus, lacta Mater Chriſtum, & Dominum noſtrum, & cibum lacta panem de cœlo venientem, & in Præſepio poſitum, velut piorum cibaria iumentorum. *ibidem.*

28 Idem. Lacta eum, qui talem fecit te, vt ipſe fieret in te, qui tibi, & manus fæcunditatis attulit conceptus, & donum virginitatis non abſtulit natus. *ibidem.*

29 Idem. Lacta Mater cibum noſtrum, lacta panem cœleſtem, lacta cibum Angelorum. *ſer. 2. de Aſſump.*

30 D. Baſil. Deus in terra eſt, & non per ignem, tubam, & montem fumantem, vel turbinem, & nubem, & tempeſtatem animas auditorum legem ferendo perterrens, ſed proprio corpore cum hominibus cognatis pie conuerſans, ac diſſerens. *hom. de humana Criſti gener.*

31 D. Bern. Nonne ipſe eſt, qui Pſal. 49. dicit meus eſt orbis terræ, & plenitudo eius? quid vero ſtabulum elegit? vt reprobet gloriam mundi, vt damnet ſęculi vanitatem. *ſer. 3. de Natiu.*

32 Idem. Iam clamat exemplo, quod poſtmodum prædicaturus eſt verbo. *ſer. 1. nat.*

33 Idem. Non dùm loquitur lingua, & quæcumque de eo ſunt clamant, prædicant, euangelizant, ipſa quoque infantilia membra non ſilent, in omnibus mundi iudicium arguitur, ſubuertitur, confutatur. *ſer. 3. de Natiu.*

34 Idem. Deſcendit ab inenarrabilibus cœli diuitijs, & veniens in mundum, nec iſtas qualeſcumque habere voluit, ſed in tantam paupertatem venit, vt natus continuò poneretur in Præſepio. *ſer. 7. de oper.*

35 Idem. Ludebam ego foris in platea, & in ſecreto regalis cubiculi, ſuper me ferebatur iudicium mortis, audiuit hoc vnigenitus, exijt poſito diademate, ſacco veſtitus, aſperſus cinere caput, flens, quod morte damnatus eſſet ſeruulus, quid facturus ſum? adhùc ne ludam, & deludam lachrymas eius? Verbum æternum erat in ſinu Patris, quo humi repens homo aſcendere non valebat, ideo verbum deſcendit vſque ad Præſepium brutarum animantium, homo ſimilis iumento velut ratione carens ſequebatur effrenatas appetitiones animi; vt igitur verbum reſtituat vſum rationis, in Præſepium iumentorum carnis fæno totum ſeſe hominum fit pabulum. *ſer. 3. nat.*

36 Idem. Quid ita pietate plenum, quam quod Dei verbum propter nos factum erit fænum. *ſer. 1. de Epiph.*

37 Idem. Ieſus Chriſtus filius Dei naſcitur in Bethleem Iudæ, quis tàm lapidei cordis, cuius anima, non liquefacta ſit in hoc verbo? quid annunciari dulciùs poterat, quid delectabiliùs commendari, quod ſimile aliquando mundus accepit? ò breue verbum, de verbo abreuiatum, ſed cœleſti ſuauitate refertum, laborat affectio, mellifluæ dulcedinis copiam latiùs effundere geſtiens, nec inueniens verba; tanta ſiquidem eſt gratia ſermonis huius, vt continuo incipiat, minus ſapere, ſi vel vnum iota mutauero. *ſer. 1. vig. Nat. Dñ.*

38 Idem. O Natiuitas illibata, ſanctitate honorabilis, mundo inueſtigabilis, etiam Angelis, *ibidem.*

Digitized by Google

vtpotè, quæ nec primam ſimilem, viſa eſt, nec habere ſequentem, ò partus non reſerans, ſed conſecrans Virginalis vteri templum, ò natiuitas ſupra naturam, ſed pro natura.

ſer. 6. vig. Nat. Dō. 39 Idem. Ieſus Chriſtus Filius Dei in Bethleem Iudæ naſcitur, anima liquefacta eſt in ſermone iſto, ſedet ſpiritus meus in præcordijs meis æſtuat, iucunditatem hanc, & exultationem ſolito vobis deſiderio eructare feſtinans.

ſer. Nat. 40 Idem. In Natiuitate Domini fratres habemus, quod miremur, quod amemus, habemus etiam quod imitemur.

ſer. 4. ſup miſſus eſt. 41 Idem. Paruulus natus eſt vobis, non ſibi, non Angelis, qui cum magnum haberent, paruulum non requirebant.

hom. 2. in miſſus eſt. 42 Idem. Videas ſi attendas Deum vagientem, ſed miſeros conſolantem, videas ſi attendas triſtari lætitiam, pauere fiduciam, vitam mori, fortitudinem infirmari; ſed quod non minus mirandum eſt, ipſa ibi cernitur triſtitia lætificans, pauor confortans, mors viuificans, infirmitas roborans.

ſer. 4. vig. Natiu. 43 Idem. Pretioſiores panni Saluatoris, omni purpura, & glorioſiùs Præſepe hoc auratis Regum ſolijs ditior, denique Chriſti paupertas, cunctis opibus, cunctis theſauris ſæculi.

ſer. 1. Natiuit. 44 Idem. Noli fugere, noli timere, non venit cum armis, non puniendum, ſed ſaluandum requirit, & ne fortè dicas, etiam mox vocem ſuam audiui, & abſcondi me, ecce infans eſt, & ſine voce, nam vagientis vox magis miſeranda eſt quam timenda.

ſer. 2. nat. 45 Idem. Fœlix Mulier, benedicta in mulieribus, in cuius caſtis viſceribus ſuperueniente igne Spiritus Sancti, coctus eſt panis ille.

ſer. 2. Epiphan. 46 Idem. Adorant Magi, & offerunt munera, adhùc ſugenti matris vbera, ſed vbi eſt, ò Magi, vbi eſt purpura Regis huius? numquid viles panni iſti, quibus eſt inuolutus: ſi Rex eſt, diadema eius vbi eſt? ſed vos eum verè videtis in diademate, quo coronauit eum Mater ſua, in ſacco mortalitatis, de quo reſurgens ait, quia conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia (egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater ſua,) egredimini incolæ Ciuitatis ſupernæ, ecce Rex veſter, ſed in corona noſtra, in diademate, quo coronauit eum Mater ſua.

orat. 2. de Virg. Deipara. 47 Chryſippus Hieroſol. Quiſnam thronus Virginis Deiparæ vlnis celſior, aùt ſanctior eſſe poterat? Chriſtus in vlnis maternis, iſte porro Thronus verè Regius, Thronus iſte glorioſus, Thronus ſanctus, Thronus ſolus dignus, qui Sanctum Sanctorum geſtaret in terris.

de Natiu. Dom. 48 D. Cyprianus Non modò mundi huius ſtaturam admiror, non ſtabilitatem terræ, cum eam complectatur volubile firmamentum, non ſingulos dies, non Lunæ defectum, & incrementum, non Solem ſemper integrum, & laborem eius perpetuum, non temporum, viciſſitudines, in quibus quædam arent, quædam virent, & quæ mortua modò videntur, deinceps reuiuiſcunt; miror Deum in vtero Virginis, omnipotentem in cunabulis.

or. 2. de V. Deipara. 49 D. Epiphan. Stabulum viſum eſt cœlum in terra.

hom. 1. de Nat. Dō. 50 D. Euſeb. Emiſſ. Exulta Mater ſalutis humanæ; Ecce Domini mei vniuerſo mundo promiſſum prima ſuſcipere mereris aduentum.

lib. 29. moral. c. 1. 51 D. Greg. In Natiuitate diuina Chriſtus ab humano genere cognoſci non poterat, proinde in humanitate venit, vt videretur, videri voluit, vt imitaretur.

orat. 19. 52 D. Greg. Naz. Quid non regium in illo puero? cuius imperium ſuper humerum eius, cui Præſepe thronus, palea ſceptrum, purpura panni, ſpelunca palatium, Bethleem Metropolis.

ad marcel. tom. 1. 53 D. Hieronym. Quo ſermone, qua voce, ſpeluncam, tibi poſſumus Saluatoris exponere, & illud Præſepe, in quo infantulus vagijt, ſilentio magis, quam infimo ſermone honorandum eſt?

hom. 1. de Epiph. 54 D. Hilar. Ecce jacentem in Præſepio pertimeſcit armatus, contremiſcit humilem Rex ſuperbus, & abiectam infantiam, ac vagientem expaueſcit ætatem.

orat. 1. de Natiuit. 55 D. Ioan. Damaſc. Tantus Domine in me tuus amor fuit, vt non per Angelos, aùt vllam aliam creaturam ſalutis meæ negotium obieris, verum vt primam fictionem, ſic etiam inſtaurationem ipſemet efficiendam duxeris.

hom. 1. ſuper Matt. in imperf. 56 D. Ioan. Chryſoſt. Vide admirabilem Chriſti Natiuitatem propter homines peccatores, mulieres peccatrices, adulteras, & gentiles, ſed talis generatio non ſordidabat ſuam natiuitatem, ſed commendabat miſericordiam.

58 Idem

58 Idem, *de verbo Dei*. Generationem eius quis enarrabit? hoc nobis oſtendit, quoniam natus quidem ſit, ſed quomodo natus ſit ignoramus. *hom. de S. Io. Bapt.*

59 Idem. Illud eſt admirationis omnimodo plenum, quod ille, qui erat Deus, homo fieri voluit. *hom. 12. in Matth.*

60 Idem. Si Magi terrenum Regem quærentes veniſſent, confuſi fuiſſent, quia tanti itineris laborem ſine cauſa ſuſcepiſſent, vnde nec adoraſſent, nec munera obtuliſſent, nunc autem, quia cœleſtem Regem quærebant, etſi nihil regalis excellentiæ in eo viderent, tamen ſoliùs ſtellæ teſtimonio contenti, eum adorauerunt, vident enim hominem, & Deum agnoſcunt. *hom. 2. in Matth.*

61 D. Innoc. 3. Sicut tres in Chriſti ſubſtantias fides Catholica confitetur, Diuinitatem, Carnem, & Spiritum; ita tres in ipſo natiuitates Scriptura Sacra teſtatur, Diuinam ex Patre, Carnalem ex Matre, Spiritualem in mente, ex Patre naſcitur Deus, de Matre natus eſt Caro, in mente naſcitur Spiritus, ex Patre naſcitur ſemper, de Matre natus eſt ſemel, in mente naſcitur ſæpe. *ſer. 3. nat. Chriſti.*

62 Idem. De Patre natus eſt nobis ad creationem, ex Matre ad ſaluationem, in mente ad iuſtificationem, ad creationem, vt naturam daret; ad iuſtificationem, vt daret gratiam; ad ſaluationem, vt daret gloriam. *ibidem.*

63 Iſichius Epiſcopus Hieroſol. *de laudibus Beatæ Mariæ*. Vnigenitus enim Dei Filius mundi conditor, velut infans geſtabatur ab ea, & Adamum reformabat, Euamque ſanctificabat, excludebat draconem, Paradiſum aperiebat, ſigillum vteri muniens. *Bibl. PP. tom. 2.*

64 D. Leo. Omnia dona excedit hoc donum, vt Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet Patrem. *ſer. 6. nat.*

65 Laurent. Iuſtin. Ad Præſepe perge, vbi Matrem cum Filio, & Filium genetricis vbera ſugentem inuenies, vtrumq; poſtulabis, Mariam voce, infantem affectu, te namq; ore tacentem, vociferantem corde puerulus exaudiet IESVS. *de Chriſti Natiu.*

66 D. Petrus Chryſol. Infantia quam barbariem non vincit? quam feritatem non mitigat? quam duritiam non reſoluit? quid non amoris expoſtulat? quid non affectionis extorquet? ſic ergo naſci voluit, qui voluit amari. *ſer. 158.*

67 Idem. Naſcitur Chriſtus, vt naſcendo corruptam reintegret naturam, infantiam ſuſcepit, patitur nutrimenta, percurrit ætates, vt vnam perfectè manentem, quam ipſe fecerat, inſtauret ætatem. *ſer. 148.*

68 Idem. Gaudeamus, quia qui ſibi regnauit, regnaturus eſt nobis, gaudeamus, quia venit regnaturus in terra, vt nos cum illo regnare poſſimus in cœlo, nobis natus eſt, nobis vtiq; Regnum venit donaturus. *ſer. 4. de Annunc.*

69 Riccard. de S. Vict. Meritò ò Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonæ exprobatiſſimis, ſed numquid adhùc exprobatis? certè ſi dicitis ironicè, quia homo factus eſt, quaſi vnus ex nobis, nos de cætero dicemus tàm fidenter, quàm veraciter, quia Deus factus, quaſi vnus ex nobis. *lib. 1. de Eman. part. 1. c. 19.*

70 Rupertus. Nocte Dominica natus eſt Chriſtus conſonante mirabilium ſuorum ordine, vt quo die dixit fiat lux, & facta eſt lux, eiuſdem diei nocte oriretur in tenebris lumen rectis corde, & viſitaret nos Oriens ex alto illuminare his, qui in tenebris, & vbra mortis ſedent. *lib. 3. de diu. offic. cap. 16.*

71 Theodor. Propterea non venit cum imperiali faſtigio, nec obſequium deduxit Angelorum, non mouit Archangelorum exercitus, ſed venit omnium Dominus in ſerui forma paupertate circumamictus, vt venationem non effugaret. *or. de Chriſti Nat.*

72 Zeno. Chriſtus latenter in mundum intrauit, ne ſibi ſapiens Diabolus videretur, vt quomodo homo in Paradiſo non cognouerat Diabolum, ſic, & Diabolus in ſæculo non cognoſceret Chriſtum. *ſer. 1. de Natiu.*

73 Idem. Dei Filius, ideo carnem eſt dignatus aſſumere, vt nemo poſſit ſe per carnem, cum Iudicij dies venerit excuſare. *ſer. 3. de Natiu.*

74 D. Bern. Quid facitis ò Magi, quid facitis? lactantem puerum adoratis in tugurio vili, in vilis pannis? ergo ne Deus eſt iſte? Deus certè in templo ſancto ſuo, Deus in Cœlo ſedes eius, & vos eum quæritis in vili ſtabulo? in matris gremio? quid facitis, quid, & aurum offertis? ergo Rex iſte ipſe, & vbi aula Regia? vbi Thronus? vbi Curiæ Regalis frequentia? numquid aula eſt ſtabulum, thronus Præſepium, curæ fræquentia Ioſeph, & Mariæ? *ſer. 1. Epiphan.*

Digitized by Google

DE CHRISTI CIRCVMCISIONE, ET FVGA.

tract. 3. in Ioann. 1 D. Auguſt. Quid eſt Circumciſio, niſi carnis expoliatio? ſignificat ergo Circumciſio expoliationem à corde cupiditatum carnalium.

de vera Re l.g. c. 16. 2 Idem. Tota vita Chriſti in terris diſciplina morum fuit.

ſer. de Cir cumc. 3 D. Bern. Nos circumcidi neceſſe eſt non littera, ſed ſpiritu, non vno membro, ſed toto corpore ſimul.

4 Idem. Vita Chriſti, viuendi mihi regula eſt.

ſer. ad mil. templ. ſer. 150. 5 D. Petrus Chryſolog. *Loquens de fuga Chriſti*. Bellicoſus quando in bello fugit, artis eſt, non timoris, Deus quando fugit hominem, Sacramenti eſt, non pauoris, potens quando ſe ſubducit infirmo, inſequentem non pauet, ſed foris producit, vult enim in aperto vincere occultum ſe non patitur intra conflictu, qui mandare ſæculis vult triumphum.

ibidem. 6 Idem. Quid ſibi vult Euangeliſta, quod hæc ſcribit ad memoriam ſempiternam? deuoti militis eſt regis ſui tacere fugam, referre conſtantiam, virtutes loqui, tacere timores, aperire fortia, infirma reticere, aduerſa delere, prædicare victorias.

ibidem. 7 Idem. Hinc eſt, quod Chriſtus fugit, vt cædat tempori, non Herodi, neque enim mortem fugit qui venerat de hoſte reportare victoriam.

DE CHRISTI TENTATIONE.
Clarificatione, & Eſurie.

ſer. 36. de Quadrag. 1 D. Ambr. *ſuper illud, poſtea eſuriit*. Eſuriit enim non cibum hominum, ſed ſalutem, nec eſcarum ſecularium epulas concupiuit, ſed deſiderauit cæleſtium ſatietatem.

in verba ad hebr. 4 non habemus Pōt. 2 D. Anſelm. In illa ſua natura tentatus fuit, in qua nobis eſt ſimilis, & ideò credendum eſt, quia vult, & poteſt ſubuenire tentationibus noſtris.

3 Abulenſis. Chriſtus, non transfiguratus eſt ad habendum in ſe veritatem gloriæ corporis, ſed ad oſtendendam imaginem gloriæ.

in Matth. cap. 8. 4 D. Aug. Non abſurde ergo propter trinam tentationem paſſionis ter Dominum oraſſe intelligitur, vt tranſeat calix.

lib. 4. qu. Euā. q. 47 tract. 36. in Io. 5 Idem, *ſuper illud nunc clarificatus eſt filius hominis*. Exit Iudas, & clarificatus eſt Ieſus, exit filius perditionis, & clarificatus eſt filius hominis, & exeunte immundo, omnes mundi remanſerunt.

ibidem. 6 Idem, *ſuper illud Ioan. 13. ſi exaltatus fuero à terra, &c.* Nondum clarificatus erat faciens diuina, & clarificatus eſt paſſurus humana.

in Matt. de eſur. Xpī. 7 D. Hilar. Non cibum hominum eſuriit, ſed ſalutem.

in Matth. cap. 4. 8 D. Ioannes Chryſoſt. In duabus tentationibus mitis permanſit Dominus, in 3. exaſperatus, & vt quaſi iratus dixit, vade Sathana.

2. to. Bibl. PP. de duob. lum. 9 Pantaleon. *Loquens de Chriſto*. Terricolarum Rex abſcondito diademate, cum populo conuerſabatur.

DE CHRISTI HVMILITATE.

ſer. de oſt. Aſcenſ. 1 D. Bern. Quis cogitare incipiat, nec dicere ſufficiat, qualiter rerum Dominus ad nos peruenerit? venit ad nos, ſubuenit nobis, & ſingulariter illa maieſtas voluit mori, vt viuerem, ſeruire, vt regerem, exulare, vt repatriarem, & vſque ad maximè ſeruilia opera inclinata eſt, vt conſtitueret ſuper omnia opera ſua.

ſer. in Paraſceu. 2 Idem. Non lauabis mihi pedes in æternum. Surge Domine, ſurge Deus meus, quid vis facere? oculi mei te videre refugiunt ſic procliuium, ſic proſtratum ante pedes meos; ſurge Creator, ſurge Deus meus, ſurge lux mundi, vita mea, gloria mea, noli facere, quod te video facere velle.

ſer. 1. ſup miſſus eſt. 3 Idem. Erubeſce cinis, Deus ſe humiliat, & tu te exaltis.

hom. in Matth. 4 D. Ioannes Chryſoſt. Non fruſtra ad tantam humilitatem Chriſtus deſcendit, ſed vt nos ex humili ſubleuaret.

de triūph. Chriſti Agonec. 3. 5 Laurent. Iuſtin. Obſtupeſceret homo ſi cælum videret terræ ſubſterni: en non cœlum, ſed cœli Dominus terrenis pedibus abluendis proſternitur; & quis non rapiatur in admirationem maximam? quis non horreſceret?

ſerm. 18. 6 D. Petrus Chryſol. *Loquens de humilitate Chriſti*. En mutatio inaudita rerum, en pauenda con-

da conuerſio ſeruitutis: quia parumper ſeruus aſſiſtit in Domini ſui expectatione ſuccinctus, & ſuſtinendi fidem breui fatigatione portauit, cui vt talionem redderet, diſſimulat ſe in ipſa diuinitate diuinitas.

DE CHRISTI PVLCHRITVDINE.

1 D. Anſelmus. Tanta fuit Chriſti corporis pulchritudo, vt Beata Virgo, licet edicti Pilati, quo Chriſtum flagellari præceperat, eſſet conſcia, tamen milites Chriſti pulchritudine permotos, Chriſtum non eſſe flagellaturos ſperaret. *ſer. de paſſ.*

2 Clem. Alex. Seruator noſter humanam omnem naturam ſuperat, pulcher quidem, vt à nobis ſolus ametur, qui veram deſideramus pulchritudinem. *2. ſtrom.*

3 D. Hieron. *Loquens de Chriſto*. Certè fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. *l. 5. cõm. in c. 9. Matt.*

4 D. Ioann. Chryſoſt. Sicut in ſignis perficiendis mirabilis fuit, ita, & in viſu gratioſiſſimus fuiſſe dicitur. *hom. 18. in Matt.*

5 Idem. Tam gratioſa, & benigna Domini facies erat, vt hoſtes, quamuis crudeles eſſent, & eum odio perſequerentur, non poſſent in eam cernentes, in eum ſæuire, ſed emolliti commiſerabantur, ideò conſilium eorum fuit faciem eius velare, quo atrociùs eum cæderent. *in Matt.*

6 D. Paſchaſ. *ſuper illud ſpecioſus forma præ filijs hominum*. Ideò iure pulcher in Cruce, pulcher in flagellis, pulcher in omnibus prædicatur. *in pſ. 44.*

DE CHRISTI BENEFICIIS.

1 D. Aug. *ſuper illud, Pſal. 34. Apprehende arma, & ſcutum*. Magnum ſpectaculum eſt videre Deum armatum pro te, qui habet arma, & ſcutum, armis hoſtes percutit, ſcuto nos protegit. *in Gloſſ.*

2 Idem. Si tanta Deus largitus eſt his, quos deſtinauit ad mortem, quanta largietur his, quos prædeſtinauit ad vitam? *ſer. de Ciuit. Dei.*

3 D. Bern. Si tanta facis nobis in carcere, quid ages in Palatio? magna, & innumerabilia ſunt opera tua Domine Rex Cœlorum. *ſoliloq. 2.*

4 Idem. Accipe triplicem aquam, quam tibi Saluator apponit, plorat ſuper Lazarum, & ſuper Ciuitatem Hieruſalem, & hæc eſt aqua prima, ſudat imminente paſſionis ſuæ hora, & hæc eſt ſecunda, non ab oculis tantum, ſed à toto corpore manans; tertiam aquam dicimus de corpore eius emanaſſe vna cum ſanguine in Cruce: Prima quidem à præteritis delictis abluit conſcientiam, ſecunda reſtringit concupiſcentiæ flammam; tertia ſi ad eam peruenire merueris, potat ſitientem animam. *ſer. de S. Clem.*

5 Idem. Qui me totum, & ſemel dicendo fecit, in reficiendo profectò dixit multa, geſſit mira, & pertulit dura, nec tantùm dura, & ſed, & indigna, quid ergo retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? in primo opere me mihi dedit, in ſecundo ſe, & vbi ſe dedit, me mihi reddidit, datus ergo, & redditus me pro me debeo, & bis debeo quid Deo retribuam pro ſe? nam etiam ſi me millies rependere poſſem, quid ſum ego ad Deum? *lib. de dilig. Deo.*

6 D. Cypr. Quid poteſt patientiùs, quid benigniùs dici? viuificatur Chriſti ſanguine, & qui effundit Sanguinem Chriſti. *de bono patientia.*

7 Euſeb. Emiſſ. Suſcepit mala noſtra, vt tribueret bona ſua. *hom. 6. de Paſch.*

8 D. Greg. Deus inter nos homo factus, vt non ſolùm nos ſanguine fuſo redimeret, ſed etiam oſtenſo exemplo commutaret. *lib. 30. moral. c. 30.*

9 D. Ioann Chryſoſt. Deus nobis iuſtè iraſcebatur, & nos contemnebamus iratum, ſemetipſum Chriſtus ingeſſit, ſedauit iurgium, ſed multa fecit, multa ſuſtinuit, vt inimicum reconciliaret, & amicum faceret, qui multo tempore fuerat inimicus. *ſer. de Aſcenſ.*

10 Idem. *ſuper illa verba in me manet, & ego in illo*. Accepit Chriſtus quæ erant noſtra, & dedit nobis quæ erant ſua. *hom. de Cruce.*

DE CHRISTI PAVPERTATE, & affectu erga homines.

1 D. Ambr. Iudas Apoſtolus fuit in conuiuio Chriſti, & inter Apoſtolos recumbebat, dicebat, & ipſe tuus ſum, ſed voce, non corde. *ſuper Beati Immac.*

2 Idem

Digitized by Google

DE CHRISTI CIRCVMCISIONE, ET FVGA.

tract. 3. in Ioann. 1 D. Auguſt. **Quid eſt Circumciſio**, niſi carnis expoliatio? ſignificat ergo Circumciſio expoliationem à corde cupiditatum carnalium.

de vera Relig. c. 16. 2 Idem. Tota vita Chriſti in terris diſciplina morum fuit.

ſer. de Circumc. 3 D. Bern. Nos circumcidi neceſſe eſt non littera, ſed ſpiritu, non vno membro, ſed toto corpore ſimul.

4 Idem. Vita Chriſti, viuendi mihi regula eſt.

ſer. ad milit. templ. 5 D. Petrus Chryſolog. *Loquens de fuga Chriſti*. Bellicoſus quando in bello fugit, artis eſt, non timoris, 1 eus quando fugit hominem, Sacramenti eſt, non pauoris. potens quando ſe ſubducit infirmo, inſequentem non pauet, ſed foris prodocit, vult enim in aperto vincere occultum ſe non patitur intre conflictu, qui mandare ſæculis vult triumphum.

ſer. 150.

ibidem. 6 Idem. Quid ſibi vult Euangeliſta, quod hæc ſcribit ad memoriam ſempiternam? deuoti militis eſt regis ſui tacere fugam, referre conſtantiam, virtutes loqui, tacere timores, aperire fortia, infirma reticere, aduerſa delere, prædicare victorias.

ibidem. 7 Idem. Hinc eſt, quod Chriſtus fugit, vt cædat tempori, non Herodi, neque enim mortem fugit qui venerat de hoſte reportare victoriam.

DE CHRISTI TENTATIONE.
Clarificatione, & Eſurie.

ſer. 36. de Quadrag. 1 D. Ambr. *ſuper illud, poſtea eſuriit*. Eſuriit enim non cibum hominum, ſed ſalutem, nec eſcarum ſecularium epulas concupiuit, ſed deſiderauit cæleſtium ſatietatem.

in verba ad hebr. 4 2 D. Anſelm. In illa ſua natura tentatus fuit, in qua nobis eſt ſimilis, & ideò credendum eſt, quia vult, & poteſt ſubuenire tentationibus noſtris.

non habemus Pōt. 3 Abulenſis. Chriſtus, non transfiguratus eſt ad habendum in ſe veritatem gloriæ corporis, ſed ad oſtendendam imaginem gloriæ.

in Matth. cap. 8. 4 D. Aug. Non abſurde ergo propter trinam tentationem paſſionis ter Dominum oraſſe intelligitur, vt tranſeat calix.

lib. 4. qu. Euā. q. 47 5 Idem, *ſuper illud nunc clarificatus eſt filius hominis*. Exit Iudas, & clarificatus eſt Ieſus, exit filius perditionis, & clarificatus eſt filius hominis, & exeunte immundo, omnes mundi remanſerunt.

tract. 36. in Io. 6 Idem, *ſuper illud Ioan. 13. ſi exaltatus fuero à terra, &c.* Nondum clarificatus erat faciens diuina, & clarificatus eſt paſſurus humana.

ibidem.

in Matt. de eſur. Xpi. 7 D. Hilar. Non cibum hominum eſuriit, ſed ſalutem.

in Matth. cap. 4. 8 D. Ioannes Chryſoſt. In duabus tentationibus mitis permanſit Dominus, in 3. exaſperatus, & vt quaſi iratus dixit, vade Sathana.

2. to. Bibl. PP. de duob. lum. 9 Pantaleon. *Loquens de Chriſto*. Terricolarum Rex abſcondito diademate, cum populo conuerſabatur.

DE CHRISTI HVMILITATE.

ſer. de oct. Aſcenſ. 1 D. Bern. Quis cogitare incipiat, nec dicere ſufficiat, qualiter rerum Dominus ad nos peruenerit? venit ad nos, ſubuenit nobis, & ſingulariter illa maieſtas voluit mori, vt viuerem, ſeruire, vt regerem, exulare, vt repatriarem, & vſque ad maximè ſeruilia opera inclinata eſt, vt conſtitueret ſuper omnia opera tua.

ſer. in Paraſceu. 2 Idem. Non lauabis mihi pedes in æternum. Surge Domine, ſurge Deus meus, quid vis facere? oculi mei te videre refugiunt ſic procliuium, ſic proſtratum ante pedes meos; ſurge Creator, ſurge Deus meus, ſurge lux mundi, vita mea, gloria mea, noli facere, quod te video facere velle.

ſer. 1. ſup miſſus eſt. 3 Idem. Erubeſce cinis, Deus ſe humiliat, & tu te exaltis.

hom. in Matth. 4 D. Ioannes Chryſoſt. Non fruſtra ad tantam humilitatem Chriſtus deſcendit, ſed vt nos ex humili ſublevaret.

de triumph. Chriſti Agonec. 3. 5 Laurent. Iuſtin. Obſtupeſceret homo ſi cœlum videret terræ ſubſterni: en non cœlum, ſed cœli Dominus terrenis pedibus abluendis proſternitur; & quis non rapiatur in admirationem maximam? quis non horreſceret?

ſerm. 18. 6 D. Petrus Chryſol. *Loquens de humilitate Chriſti*. En mutatio inaudita rerum, en pauenda con-

da conuerſio ſeruitutis: quia parumper ſeruus aſſiſtit in Domini ſui expectatione ſuccinctus, & ſuſtinendi fidem breui fatigatione portauit, cui vt talionem redderet, diſſimulat ſe in ipſa diuinitate diuinitas.

DE CHRISTI PVLCHRITVDINE.

1 D. Anſelmus. Tanta fuit Chriſti corporis pulchritudo, vt Beata Virgo, licet edicti Pilati, quo Chriſtum flagellari præceperat, eſſet conſcia, tamen milites Chriſti pulchritudine permotos, Chriſtum non eſſe flagellaturos ſperaret. *ſer. de paſſ.*

2 Clem. Alex. Seruator noſter humanam omnem naturam ſuperat, pulcher quidem, vt à nobis ſolus ametur, qui veram deſideramus pulchritudinem, *2. ſtrom.*

3 D. Hieron. *Loquens de Chriſto.* Certè fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. *l. 5. cõm. in c. 9. Matt.*

4 D. Ioann. Chryſoſt. Sicut in ſignis perficiendis mirabilis fuit, ita, & in viſu gratioſiſſimus fuiſſe dicitur. *hom. 18. in Matt.*

5 Idem. Tám gratioſa, & benigna Domini facies erat, vt hoſtes, quamuis crudeles eſſent, & cum odio perſequerentur, non poſſent in eam cernentes, in eum ſæuire, ſed emolliti commiſerabantur, ideò conſilium eorum fuit faciem eius velare, quo atrociùs eum cæderent. *in Matt.*

6 D. Paſchaſ. *ſuper illud ſpecioſus forma præ filijs hominum.* Ideò iure pulcher in Cruce, pulcher in flagellis, pulcher in omnibus prædicatur. *in pſ. 44.*

DE CHRISTI BENEFICIIS.

1 D. Aug. *ſuper illud, Pſal. 34. Apprehende arma, & ſcutum.* Magnum ſpectaculum eſt videre Deum armatum pro te, qui habet arma, & ſcutum, armis hoſtes percutit, ſcuto nos protegit. *in Gloſſ.*

2 Idem. Si tanta Deus largitus eſt his, quos deſtinauit ad mortem, quanta largietur his, quos prædeſtinauit ad vitam? *ſer. de Ciuit. Dei.*

3 D. Bern. Si tanta facis nobis in carcere, quid ages in Palatio? magna, & innumerabilia ſunt opera tua Domine Rex Cœlorum. *ſoliloq. 2.*

4 Idem. Accipe triplicem aquam, quam tibi Saluator apponit, plorat ſuper Lazarum, & ſuper Ciuitatem Hieruſalem, & hæc eſt aqua prima, ſudat imminente paſſionis ſuæ hora, & hæc eſt ſecunda, non ab oculis tantum, ſed à toto corpore manans; tertiam aquam dicimus de corpore eius emanaſſe vna cum ſanguine in Cruce: Prima quidem à præteritis delictis abluit conſcientiam, ſecunda reſtringit concupiſcentiæ flammam; tertia ſi ad eam peruenire merueris, potat ſitientem animam. *ſer. de S. Clem.*

5 Idem. Qui me totum, & ſemel dicendo fecit, in reficiendo profectò dixit multa, geſſit mira, & pertulit dura, nec tantùm dura, & ſed, & indigna, quid ergo retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? in primo opere me mihi dedit, in ſecundo ſe, & vbi ſe dedit, me mihi reddidit, datus ergo, & redditus me pro me debeo, & bis debeo quid Deo retribuam pro ſe? nam etiam ſi me millies rependere poſſem, quid ſum ego ad Deum? *lib. de dilig. Deo.*

6 D. Cypr. Quid poteſt patientiùs, quid benigniùs dici? viuificatur Chriſti ſanguine, & qui effundit Sanguinem Chriſti. *de bono patientia.*

7 Euſeb. Emiſſ. Suſcepit mala noſtra, vt tribueret bona ſua. *hom. 6. de Paſch.*

8 D. Greg. Deus inter nos homo factus, vt non ſolùm nos ſanguine fuſo redimeret, ſed etiam oſtenſo exemplo commutaret. *lib. 30. moral. c. 30.*

9 D. Ioann Chryſoſt. Deus nobis iuſtè iraſcebatur, & nos contemnebamus iratum, ſe metipſum Chriſtus ingeſſit, ſedauit iurgium, ſed multa fecit, multa ſuſtinuit, vt inimicum reconciliaret, & amicum faceret, qui multo tempore fuerat inimicus. *ſer. de Aſcenſ.*

10 Idem. *ſuper illa verba in me manet, & ego in illo.* Accepit Chriſtus quæ erant noſtra, & dedit nobis quæ erant ſua. *hom. de Cruce.*

DE CHRISTI PAVPERTATE, & affectu erga homines.

1 D. Ambr. Iudas Apoſtolus fuit in conuiuio Chriſti, & inter Apoſtolos recumbebat, dicebat, & ipſe tuus ſum, ſed voce, non corde. *ſuper Beati Immac.*

2 Idem

lib. 6. in Luc. c. 9. 2 Idem. Et illi qui vocantur ad cęnam priùs vocando ſanantur: ſi claudus fuit gradiendi facultatem, vt veniret, accipit, ſi lumine priuatus, oculorum donum, vtique Domini, niſi refulſa luce intrare non potuit.

qu. 99. in Matth. 4. 3 Abulenſis, *in illud ambulans iuxta mare vidit duos fratres*. Poteſt dici, quod iſti ſenſerant in ſe aliquid diuinum, vt neceſſè eſſet quaſi eos venire.

tract. 12. in Ioan. 4 D. Aug. Quantum in medico eſt ſanare venit ægrotum, ipſe ſe interimit, qui præcepta medici ſeruare non vult.

ſer. 71. de temp. 5 Idem. *Loquens de ſepultura Adæ in Monte Caluario, vbi Chriſtus Crucifixus fuit*. Et verè fratres, non incongruè creditur, quia ibi erectus ſit medicus, vbi iacebat ægrotus, & dignum erat, vt vbi occiderat humana ſuperbia, ibi ſe inclinaret diuina miſericordia.

ſer. Nat. Dom. 6 D. Bern. O mira paupertas Chriſti naſcentis, filius æterni Regis Chriſtus naſcitur, & in Præſepio ſuper duro fęno collocatus.

ſer. de paſſ. Dom. 7 Idem. Conſolamini, conſolamini, qui in ſordibus paupertatis enutrimini, quia nobiſcum Deus in paupertate eſt.

de contēp. mundi. 8 Idem, *in perſona Chriſti*. Quid cauſæ eſt, quod inimico meo, veſtroque magis ſeruire libet, quam mihi? neque enim ille creauit vos, ſed nec paſcit quidem, aùt tempora veſtra ipſe diſponit, ſi parua hæc videntur ingratis, non ille, ſed ego redemi vos, ſed quo pretio? non vtique corruptibilibus auro, & argento, non Sole, vel Luna, non ſaltem aliquo Angelorum, ſed proprio vos cruore redemi.

ſer. 4. de reſurr. 9 Idem. Omnia, quæ de Saluatore legimus, medicamina ſunt animarum noſtrarum; videamus, ne quando fortè de nobis dicatur *curauimus babilonem, & non eſt ſanata*, cogitet vnuſquiſque quantum operentur in eo tam ſalutaria medicamenta, ſunt enim quibus nondum natus eſt Chriſtus.

Ped. lib. 1. cap. 2. 10 Clemens Alex. Verbum diuinum ſolus eſt humanarum ægritudinum pęonius medicus, & ſanctus ægrotæ animæ incantator.

orat. 1. in Paſch. 11 D. Greg. Nazianz. Pauper factus eſt Chriſtus, vt nos illius paupertate diteſcamus.

ſer. 108. 12 D. Ioan. Chryſ. *Citans illud Iſa. 65. tota die expandi manus meas*. Nonne qui expandit manus, ipſo habitu rogat, deſtendit membra: dilatat viſcera, pectus porrigit, offert ſinum? videte in me corpus veſtrum, ſi quod Dei eſt timetis, quare quod veſtrum eſt non amatis? ſed fortè vos paſſionis meæ quam feciſtis magnitudo confundit, claui iſti non mihi infigunt dolorem, ſed veſtram mihi infigunt altiùs charitatem; vulnera hæc non educunt gemitus meos, ſed magis vos meis viſceribus introducunt; extenſio corporis meis vos dilatat in gremium, non meam creſcit in pęnam; venite ergo redite.

13 Remig. *cit. à Sancto Th. in ſua cathena aur. ſuper illud, Matth. 4. ambulans iuxta Mare vidit duos fratres*. Vidit autem non tàm materialiter, quàm ſpiritualiter, ad corda eorum reſpiciens.

in Matt. 9 14 Rupertus, *ſuper illud, vidit hominem*. Erat ipſe Matthæus tamquam ſpeculum perlucidum, ſed in tenebris reconditum, & ſubiecto latens curarum nimis ſæcularium, vbi ergo vidit eum Ieſus, vbi vidit eum ſolus, Sol verus reſplenduit ex aſpectu eius, & quia vidit eum talis filius hominis, reddidit imaginem eius, & formata eſt in ipſo facies hominis.

DE CHRISTI REDEMPTIONE.

orat. 3. cō-tra Arian. 1 Athanaſ. Conueniebat redemptionem fieri per eum, qui natura Dominus erat, nec alium nobis Deum agnoſceremus.

ſer. de paß. 2 Idem. Re vera Saluator, qui non ſua, ſed noſtra quærebat, non in ſe ſaluando, ſed in creatura redimenda, Saluatorem ſe eſſe innoteſcere volebat.

ſer. de pęn. 3 D. Bernard. Non corruptibilibus auro, vel argento nos redemit, ſed ſanguine pretioſo, quem effundit abundè.

li. de amore Dei. 4 Idem Tu verè ſolus es Dominus, cuius dominari ſuper nos, hoc eſt ſaluare nos, noſtrum vero ſeruire tibi nihil eſt aliud, quam à te ſaluari.

Cathec. 13 5 Cyrill. Hieroſolym. Æneus ſerpens Cruci affixus ſeruat, filius autem Dei incarnatus, & Crucifixus non ſaluabit?

lib. 6. de Prouid. 6 Saluianus Epiſcop. Paſſionis Domini reddimus viciſſitudinem, qui cum morte ipſiùs redemptionem acceperimus, vitam turpiſſimam recompenſamus.

7 Tertull.

Digitized by Google

7 Tertull. *ſuper illud Luc. 4. quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene veniſti perdere nos? &c. Et comminatus eſt ei Ieſus dicens obmuteſce.* Quaſi hæc eſſet ſumma gloria Chriſti, ſi ad perditionem Dæmonum veniſſet, & non potiùs ad hominum ſalutem. *lib. 4. in Marc. c. 7*

DE CHRISTI PASSIONE EIVSQ; MEMORIA.

1 D. Ambroſ. Chriſtus in ligno compunctus eſt latere, & exiuit ex eo ſanguis, & aqua omni vnguento ſuauior, & quaſi Balſamum ex arbore, ſic virtus exalat ex corpore, &c. Compunctus igitur Chriſtus odorem remiſſionis peccatorum, & redemptionem effudit. *ſuper Beati immac.*

2 Idem. Sed quid mirum, ſi pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit. *7 Luc. c. 23*

3 Idem. *ſuper illa verba ſinite hos abire.* Non quæro conſortem Paſſionis. *in pſ. 61.*

4 Idem. Plùs igitur Domine Ieſu iniurijs tuis debeo, quibus redemptus ſum, quam operibus quibus creatus ſum, *ſuper Luc.*

5 Idem. *Super illa verba. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire.* Satis ex vobis habere quem quæritis, non quæro conſortem, qui ad ſalutem omnium adiutore non egeo. *in pſ. 61.*

6 Idem. Author pietatis in Cruce pendens teſtamentum condidit ſingulis pietatis opera, diſtribuens, Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, Patri ſpiritum, Virgini paranymphum, Latroni Paradiſum, Peccatori Infernum, Chriſtianis verè pœnitentibus Crucem commendauit. *ſer. de paſſ.*

7 Arnold. *Carnot. tract. de laud. Virg. Mariæ, Stabat iuxta Crucem Mater eius.* Chriſtus tunc in Matre amplius, quam in ſe pati videbatur. *Bibl. PP. tom. 1.*

8 D. Aug. Quid fortiùs illa manu, quam hoſtem ſtrauit non armata, ſed in lignis clauis affixa? quid deſiderabiliùs eo, in quem deſiderant Angeli proſpicere? quem inter mortuos non videntes mori voluerunt, vt ad illum videndum promereantur peruenire. *in pſ. 34. in Gloſſ.*

9 Idem. Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, prætium redimentis, cicatrices reſurgentis, caput habet inclinatum ad oſculandum, cor aptum ad diligendum, brachia extenſa ad amplectendum, totum corpus expoſitum ad redimendum, hæc quanta ſint cogitate, hæc in ſtatera veſtri cordis appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixus fuit in Cruce. *li. de Virgin.*

10 Idem. Cum me pulſauerit aliqua turpis cogitatio recurro ad vulnera Chriſti, cum me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei reſurgo, cum Diabolus mihi parat inſidias, fugo ad viſcera miſericordiæ Domini mei, & recedit à me, ſi ardor libidinis mouet membra mea, recordatione vulnerum Domini noſtri Ieſu Chriſti extinguitur; in omnibus aduerſis actibus, non inueni tàm efficax remedium, quàm vulnera Chriſti, in illis dormio ſecurus, & requieſco intrepidus, Chriſtus eſt pro nobis, nihil tàm ad mortem, quod Chriſti morte non ſanetur. *in Manua. cap. 22.*

11 Beda, *in verba Lucæ 20. & factus eſt ſudor eius, &c.* O dulciſſime Domine Ieſu, quanta fuit paſſionis tuæ acerbitas iam exhibitæ, cuius adhùc abſentis diſtincta appræhenſio, ita naturam terrendo concuſſerat, vt ſudare ſanguinem cogeretur. *ſer. de paſſ. in quodam*

12 D. Bern. Et Paſſio Saluatoris, & ſimilitudo humilitatis in meam tranſeunt vtilitatem. *ſer. de paſſ.*

13 Idem. Non ſolùm oculis, ſed quaſi membris omnibus fleuiſſe videretur, totum corpus eius, quod eſt Eccleſia, totius lachrymis corporis purgaretur. *ſer. 3. in ramis palm.*

14 Idem. *Loquens de clauis Paſſionis.* Clauus penetrans eſt clauus reſerans. *ſer. 61. in Cant.*

15 Idem. Volue, & reuolue, pellem corporis Ieſu, à planta pedis vſque ad verticem capitis nihil inuenies, niſi dolorem, nihil niſi mærorem. *ſer. de paſſ.*

16 Idem. Cruciat te Domine Ieſu Chriſte Crux tua, ſed non minus mater tua, cruciat te dolor tuus, ſed non minus dolor eius. *ibidem.*

17 Idem. *Loquens de Prophetia, Agnus coram tondente obmutuit.* Sed non coram tondente ſe, ſed coram occidente ſe obmutuit, quaſi plùs fecerit patiendo, & tacendo, quam promiſerat per Prophetam prædicendo. *ſer. 1. ſup miſſus eſt.*

18 Idem. Chriſtus in Paſſione patientiam exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, charitatem perficit; his virtutum gemmis, quatuor cornua Crucis ornantur, & eſt ſuper omnia charitas, à dextris obedientia, à ſiniſtris patientia, in profundo radix virtutum humilitas. *ſer. 65. in Cant.*

19 Idem. In Paſſione Domini tria ſpecialiter conuenit intueri, opus, modum, cauſam, nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in cauſa, charitas commendatur, patientia ſingularis, humilitas admirabilis, ſed charitas inæſtimabilis. *ſer. fer. 4. Dñ. Palm.*

20 Idem

Digitized by Google

ſer. quodã de paſſ. 20 Idem, *ſuper illud ad Phil. 2. forma in ſerui accipiens*. Non ſolùm formam ſerui accepit ſed etiam mali ſerui, vt vapularet.

de form. bo neſta vitę 21 Idem. Nunquam imago Crucifixi ab animo tuo recedat, hic tibi ſit cibus, & potus dulcedo, & conſolatio tua, mel tuum, & deſiderium tuum, lectio tua, & meditatio, ac contemplatio tua, vita mors, & reſurrectio tua.

in opuſc. de perf. vitæ cap. 6. 22 D. Bonau. A prima die natiuitatis ſuæ vſque ad vltimum diem mortis, Chriſtus Dominus ſemper fuit in Paſſionibus, & doloribus, ſicut ipſe teſtatur per Prophetam dicens, in laboribus à iuuentute mea.

lib. 12. in Ioan. c. 10. 23 D. Cyrillus Alex. Credidit Pilatus poſſe Deum eſſe Chriſtum, ſi quidem enim, & Deorum filios, Gentilium fabulæ multos effingunt, timore hoc percuſſus in Prætorium reuerſus eſt adducto Chriſto, vt quod à Iudæis audierat inueſtigaret.

ſuper pſ. 21 in cap. 27. Matth. 24 D. Hieron. Omnis creatura compatitur Chriſto morienti, Sol obſcuratur, Terra mouetur, Petræ conſcinduntur, velum Templi diuiditur, ſepulchra aperiuntur, ſolus miſer homo non compatitur, pro quo ſolus Chriſtus patitur.

25 Idem. Nudus Ieſus, nudos quærit amicos, & Sponſos.

in verba pſ. 87. 26 Idem. In laboribus à iuuentute mea exponit, ideſt à tempore carnis aſſumptæ.

in ſentent. 27 D. Greg. Nazianz. Si quando animus tuus acceptæ iniuriæ dolore exarſit, fac tibi Chriſtus, Chriſtique vulnera in memoriam veniant, quantulacunq; pars hæc ſint eorumq; Dominus tuus perpeſſus eſt, hac ratione animi dolorem, velut aſperſa aqua extinxeris.

ſer. 10. de paſſ. c. 3. 28 D. Leo, *ſuper illud, Luc. 23. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me*. Iſtum plantum Dominus Ieſus dedignabatur impendi, quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam.

in Matt. c. 27. hõ. 35 29 Origen. Percutiunt cum fragili calamo caput Ieſu venerabile, quoniam ſemper Regnum illud contrarium conuitiat, & verberat Deum Patrem caput Domini Saluatoris.

in Ioa. 11. 30 Theophil. Propter inuidiam concitantes populum contra Chriſtum, quaſi perditionis autor ipſe eſſet futurus.

DE CHRISTI ORATIONE IN HORTO.

in Luc. c. 22. 1 D. Ambr. *Loquens de Chriſto in Horto*. Minus enim contulerat mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum, ergo pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit quo doleret, & veſtigijs noſtris deſcendit vſque ad mortis ærumnam, vt nos ſuis veſtigijs reuocaret ad vitam.

ibidem. 2 Idem. Et ſequeſtrata delectatione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur, ſuſcepit enim triſtitiam meam, vt ſuam mihi lætitiam largiretur.

in ſpecul. Euang. 3 D. Anſelm. Anguſtias cordis tui dulciſſime Ieſu indicabat ſudor ille ſanguineus, qui orationis tempore de Sanctiſſima carne tua in terram guttatim decurrebat.

l. q. Euãg. c. 47. 4 D. Aug. Non abſurde ergo propter trinam tentationem paſſionis ter Dominum oraſſe intelligitur, vt tranſeat calix.

de triũph. Chriſti Agone c. 6. 5 Laurent. Iuſtin. *ſuper illud Chriſti, triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem*. Vno ſuo nos exemplo in amaritudine poſitos ad orationem tanquam ad ſingulare præſidium inuitaret.

de vict. verbi c. 21 6 Rupert. *ſuper illud Luc. 22. Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Verè igitur tantum miraculum ſudoris non otioſum fuit, quia contra infelices Iudæos in præſagium Iudicij terribilis, & vindictæ horribilis in terram decurrit.

DE CHRISTI SANGVINE, ET ALAPA.

ſer. 51. de Iuda. 1 D. Ambr. Prætio Dominici Sanguinis Ager Figuli comparatur, iam inde Chriſtus, & viuos ſanguinis ſui paſſione redimat, & mortuos pretioſa paſſione ſuſcipiat.

ſer. 122. 2 D. Aug. Ille ſanguis, quem effudiſti ò Dæmon, te vicit, me redemit, denique illum bibo, & venæni tui perniciem vltra non timeo.

tract. 22. in Ioan. 3 Idem. *in illa verba, vnus aſſiſtens miniſtrorum, &c.* Creator, qui de puluere terræ hominem finxerat per gratiam, à manibus quas ipſe formauerat alapam accepit.

tract. 15. in Ioan. 4 Idem O cæcitas Iudæorum, ò furia phræneticorum noli dimittere hunc, ſed Barabbam, quid fuit hoc aliud dicere, quam occidatur ille, qui ſuſcitat mortuos, & dimittatur latro, vt iterum occidat viuos?

tract. de paſſ. Dom. 5 D. Bern. Emam abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac, quæ nobis Patris ſapientia miſcuit in Cruce Filij ſui, properate mecum, qui diligitis Dominum, emite

non cor-

Digitized by Google

non corruptibilibus auro, vel argento, ſed mutatione morum, & conuerſationis veſtræ vinum, & lac, ſanguinem illum dico puriſſimum inebriantem perfectos, væ vinum, & lac paruulos nutrientem, ſi perfectus, ſi fortis es, vinum eſt tibi ſanguis iſte, ſi adhùc infirmus es, & cui opus ſit lacte, lac eſt tibi ad nutriendum te.

6 Sancta Birgitta, *in perſona Virginis Matris*. Filius meus tàm fortiter, & valenter percuſ- *lib. 1. reu.*
ſus fuit in faciem, vt licet ego non viderem percutientem, audiui tamen clare ſonitum *cap. 10.*
percuſſionis.

7 Eadem. Chriſti maxillas Perſæpe pugnis, alapis, colaphis, virgis, armata etiam manu *lib. 4. c. 7.*
cædebant, vt dentes quoque licet non effringerentur, ita tamen concuterentur, vt copiosè ſanguis efflueret.

8 D. Cyprian. Viuimus de ſanguine Chriſti ipſo viuente, vt nos ad ſocietatem vitæ æter- *ſer. de Cæ-*
næ ſuo ſanguine reducat. *na Dom.*

9 D. Ephrem. *in verba Ioann.* 18. Tunc vnus aſſiſtens miniſtrorum. Contremuerunt cęli, *ſer. de paſſ.*
inhorruerunt fundamenta orbis terrarum, Angeli, & Archangeli omnes obſtupuerunt, Gabriel, & Michael vultum ſuum alis contexerunt Cherubim in Throno ſub rota ſe abſconderunt, Seraphim in ſe mutuo alas in illa hora concuſſerunt quando ille impietatis, ac tenebrarum miniſter alapam dedit Domino maieſtatis.

10 D. Hier. Sanguis Chriſti clauis Paradiſi eſt, dicentis ad Latronem, hodie mecum eris in *ep. 129. ad*
Paradiſo. *Dardanũ.*

11 D. Ioan. Chryſ. Hic Sanguis facit, vt imago in nobis Regia floreat, hic Sanguis pulchri- *hom. 45, in*
tudinem, atque nobilitatem animæ quam ſemper irrigat, & nutrit, langueſcere non ſinit, *Io. tom. 4.*
Dæmones cum Dominicum Sanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur, Angeli autem procurrunt, hic Sanguis noſtrarum animarum ſalus eſt, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur, hic igne, & Sole clariorem animam noſtram reddit.

12 Idem. *Loquens de Alapis Chriſti.* Quid hoc impudentius? exhorreſcat cęlum, & con- *homil. 82.*
tremiſcant terra de Chriſti patientia, & ſerui impudentia. *in Ioan.*

13 Idem. Exhorreſcat cœlum, & contremiſcat terra, alapis, & pugnis in faciem Deus per- *ſer. 12. ſett.*
cuti potuit? ò Angeli, qui hæc intuemini, quomodo ſiletis? quomodo manus continere *in Paſſ.*
poteſtis? quomodo pro Domino veſtro non reſpondetis, an hoc ita facitis, quod attonitos vos teneat inſolentia, & tanta manſuetudo, tanta peruerſitas, tanta patientia?

14 Idem. Quid ais Sinagoga damnabilis? iuſtum ſanguinem ducis ad victimam, & abſol- *ſer. 3. de*
ui manifeſtum, poſtulas homicidam? latronem iudicas innocentem, & innocentem po- *miſſ. cœnæ*
ſcis ad Crucem? ille qui te occidit, tuo ſuffragio morti ſubtrahatur, & qui mortuos ab in- *Dom.*
feris ſuſcitauit, te inſiſtente damnatur.

15 D. Ioan. Lanſpergius. Tradunt alapam adeò fuiſſe vehementem, vt dentes mouerentur, & Sanguis manarat è naribus, adeò validum, vt digitorum veſtigia retineret Chriſti maxilla. *hõ. de paſſ.*

16 Idem. Tradunt alapam adeò fuiſſe validam, vt digitorum veſtigia retineret Chriſtus in *ſer. de paſſ.*
maxilla, quod in Veronicæ Sudario Romæ tradunt cerni manifeſtè.

17 D. Petrus Damian. Sufficiens erat ad redemptionem Orbis vna prætioſiſſima Sangui- *ſer. de Cru-*
nis gutta, ſed datur copia, vt virtus, & amor Redemptoris clareſcat. *ce.*

DE CHRISTI FLAGELLATIONE, & Deriſione.

1 D. Anſelm. *in verba pſ.* 34. *Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.* Tanta erat pu- *tract. de*
doris Chriſti vis, vt nec oculos audens leuare, ſtrepitum ſæuientium militum audiebat, & *Paſſ.*
ignorabat flagella, quæ deguſtabat.

2 D. Aug. Ecce Dominus aptatur ad verbera, ecce iam cæditur, rupit carnem ſanctam *ſer. de paſſ.*
flagellorum violentia, & repetitis ictibus crudelia verbera terga benedicta concidunt. *lib. ſoliloq.*

3 Idem. Domine Ieſu cum te videam flagellatum nolo eſſe ſine flagellis. *cap. 4.*

4 Beda, *ſuper illud, Velauerunt eum, &c. Luc.* 22. Non vt eorum ipſe ſcelera non videat, *in Marc.*
ſed vt à ſeipſi, ſicut quodam Moyſi fecerunt gratiam cognitionis eius abſcondant. *c. 14.*

5 D. Bern. O Iudæi lapides eſtis, lapidem percutitis molliorem, de quo reſonat tinnitus pie- *de Paſſ.*
tatis, & ebullit oleum charitatis.

6 Idem. Quantum ſanguinem credimus vinculis inhæſiſſe cum Dominus flagellatus eſt, *ſer. de paſſ.*
& ſanguis eius in aere ſaltaret? *cap. 4.*

Digitized by Google

ſer. de paſſ. 7 Idem. Vultum tuum Domine deſiderabilem in quem deſiderant Angeli proſpicere, ſputis inquinauerunt, manibus percuſſerunt, velo pro deriſione operuerunt, nec amaris vulneribus pepercerunt.

lib. 4. c. 7. 8 S. Brigitta. Flagellis aculeatis, & retractis non euellendo, ſed ſulcando totum corpus eius flagellabatur.

lib. 1. c. 10 9 Eadem. *in perſona Virginis Matris.* Illud etiam amariùs erat, quod cum retraherentur flagella carnes ipſis flagellis ſulcabantur, & filius meus totus ſanguinolentus, & ita laceratus ſtabat, vt non inueniretur in eo ſanitas.

ibidem. 10 Eadem. *In perſona Virginis Mariæ.* Vidi Corpus Domini mei verberatum, & flagellatum vſque ad coſtas, ita, vt coſtæ eius viderentur.

lib. 4. c. 30 11 Eadem. *In perſona Virginis Matris.* Vt Anima Chriſti calore caleſcat, frequens ſit in cogitatione conſideratio Paſſionis Filij mei, quomodo ſit flagellatus vſque ad interiora, vt caro extraheretur flagris.

lib. medit. cap. 76. 12 D. Bonau. Vnde ligatur, diuerſimodè flagellatur, ſtat nudus coram omnibus iuuenis elegans, & verecundus, ſpecioſus forma præ filijs hominum ſuſcipit ſpurciſſimorum flagella dura, & doloroſa.

tract. de Paſſ. c. 39 13 Idem. O cum quanta quantitate putas illum Sanctiſſimum Sanguinem ex conciſo corpore, & flagellato diſtillaſſe in terram. O cum quanta putas ſæuitia impiorum fræmentium, quanto fræmitu ſæuientium putas flagellatum fuiſſe dulcem Ieſum, qui venerat, vt nos à flagellis liberaret æternis.

lib. medit. cap. 34. 14 Idem. Conſidera ò anima deuota totum Corpus Chriſti iniuriam patiebatur, caput per coronam, manus per arundinem, facies inſpuebatur, & genæ euellebantur.

orat. de Paſſ 15 D. Greg. Nanzianz. *loquens de flagellat.* Fluebant lachrymæ, fluebat ſanguis, & de Paradiſo illo cęleſti cruoris flumina manabant.

ſup Matt. cap. 9. 16 D. Hieron. *Aduertit quod Iudæi operuerunt faciem Chriſti, ne ſua pulchritudine attracti deſiſterent ab improperijs.* Certè fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu.

in verba Iſ. diſcipl. paci noſtræ 17 D. Ioannes Chryſoſt. Iſta diſciplina fuit triplex, dura quia virgis, & ſpinis, durior, quia flagellis nodatis, duriſſima quia catenis ferreis Chriſtus Dominus fuit cæſus.

ſer. de paſſ. 18 Ioannes Lanſperg. Ligato Domino acceſſerunt ſex viri robuſti Chriſtum flagellaturi, & flagellis virgis, ac ſcorpionibus, in quibus erant vnci ferrei Chriſtus flagellatus eſt.

Dom. de triũph. Chriſti Agone c. 4. 19 Laurent. Iuſtin. Ligatur, cæditur, totoq; flagris corpore diſſipatur, nunc ſcapulas, nunc ventrem, nunc brachia, nunc crura cingunt, vulnera vulneribus, plagas plagis recentibus addunt.

ibidem. 20 Idem. Debuit planè mori tanto dolore transfixus, ſe tamen reſeruauit ad vitam, vt his etiam grauiora perferret.

ibidem. 21 Idem. Cum Chriſti charitas ad patiendum vires verberantium ſuperaret, & eius amor malitiam vinceret iniquorum, priùs illi defecerunt verberando, quam Chriſtus ferendo.

de ligno vitæ cap. 4. 22 Idem. O charitas quam magnum eſt vinculum tuum, quo Deus ligari potuit, nullum vinculum Filium Dei, ad columnam tenere potuiſſet, ſi charitatis vinculum defuiſſet, in hac verò columna charitatis nexu victus, præ amoris ebrietate nudum ſe exhibere vix erubuit.

ſer. de paſſ. 23 D. Vinc. Ferr. Primo ſpinis, & vepribus Chriſtum flagellarunt, mox flagellis aculeatis, tandem etiam catenis, in quorum extremitatibus vnci ferrei adhærebant; ideo vepribus durè, flagellis duriùs, catenis duriſſimè flagellatum.

DE CHRISTI SPINIS CORONATIONE.
Arundine, & Crucifixione.

lib. 10. in Luc. c. 23. 1 D. Ambr. *De Corona Spinea.* Coronatur, vt victor, & quaſi Deus, & Dominus adoratur.

in verba pſ. 43. tota die verec. in pſ. 43. 2 Idem. Quæ autem confuſio Chriſti, niſi columna, & Crux; quod nudus in vna ligatus, & in altera ſuſpenſus eſt? & benè tota die, quia ex quo affixus eſt Cruci, vſque in horam nonam, tenebræ factæ ſunt.

in Mat. 17 ſi Rex Iſrael eſt. 3 Idem. In Cruce Chriſtus expandens manus ſuas totum Orbem, qui erat periturus, erexit.

4 Idem. Noluit deſcendere, ne deſcenderet ſibi, ſed moreretur mihi.

in illud nomine Ieſu 5 Idem. Multa Domine feciſti pro me, & non genuflexi, feciſti me, & feciſti mundum propter

prop-

Digitized by Google

propter me, & dominum totiùs Orbis me conſtituiſti, & non genuflectens adoraui te, at poſtquam te vidi pro me humiliatum, plagatum crucifixum, ſtare non potui, ſed tanto pondere amoris victus, in terra proſtratus adoraui te.

6 D. Anſelm *in verba Matth. 26. Et poſuerunt arundinem in dextera eius.* Vt deleretur Chyrographum, quod aduerſum nos erat per peccatum, arundinem aſſumpſit in dextera eius. *ſer. de paſſ.*

7 Athanaſ. Spineam coronam geſtat Dominus, vt ſollicitudines noſtræ vitæ extirparet, & quo, & ſæuientem verbi à ſpinis depurgatam haberemus. *de Paſſ.*

8 D. Aug. Poſitus in patibulo verus Arbiter in medio damnatorum negantem Latronem repulit, ſuſcepit confitentem, hunc deputat regno, illum reliquit Inferno, per hæc ergo credamus in maieſtate iudicaturum, quem iam in Cruce, & miſericordiam videmus exercere, & iudicium. *ſer. 45.*

9 Idem. Fratres, vt à peccato ſanemur, Chriſtum Crucifixum intueamur, quomodo qui intuebantur ſerpentem Æneum in deſerto non peribant morſibus ſerpētium; ſic qui intuetur fide Chriſti mortem ſanatur morſibus peccatorum. *ſuper Ioa.*

10 Beda. Occurre igitur, & nunc anima mea, & vide amatorem tuum, & Dominum pro te Crucem baiulantem, & ad patibulum properantem, ac tua crimina ſuis pœnis expiantem: cerne eum quomodo, ſub Crucis onere, curuus incedit, & vehementer anxius anhelat, compatere in quantum potes, in tot anguſtijs, & laborum renouationibus poſito. *in verb. Io. 19. baiul. ſibi Crucē.*

11 Idem, *in verba Ioan. 19. Et milites plectentes.* Ideo formam coronæ, ipſe in paſſione ſua portauit in capite, vt ſpinas, ac tribulos peccatorum noſtrorum auferret à nobis. *de geſtis Angl. lib. 5. cap. 22.*

12 D. Bern. Sed ipſa etiam eius corona cruciatus eſt illi, & mille puncturis ſpecioſum eius caput diuulnerauerunt, coronam enim in formam pilei effecerunt, vt ſic Sacroſanctum Caput ſpinatum aculeis vndequaque obrueretur. *ſer. de paſſ.*

13 Idem. Neque hic puto quidem riuos ſanguinis defuiſſe, qui à capite inuidè, & deriſoriè coronati Ieſu in collum, & faciem dulcis Ieſu diluerent. *tract. de Paſſ. c. 59*

14 Idem. Volue, & reuolue totam vitam boni Ieſu, & non inuenies eum niſi in Cruce, ex quo enim carnem aſſumpſit, ſemper in pęna fuit, in amaritudine, & in anguſtia. *ſer. de paſſ.*

15 Idem. Crux Chriſti non fuit vnius diei, ſed tota vita illius, Crux fuit. *ſer. de paſſ.*

16 Idem. Crucem, quam Imperij nomine ſignificauit, natiuitati ſtatim adiungens, quia profectò à natiuitatis exordio, Paſſio Crucis ſimul exorta eſt. *tract. de Paſſ. c. 36*

17 Idem. Chriſtus aſcendit in altum Crucis, vt ab omnibus videretur clamori lachrimas addidit, vt homo ei compateretur, qui ad eius clamorem non compungitur, grauior eſt terra, fœdior ſepulchris, & durior petris. *ſer. de paſſ.*

18 Idem. Vide caput inclinatum, ad oſculandum brachia extenſa ad amplectendum, manus perforatas ad largiendum, latus apertum ad diligendum. *ſer. 4. in Paraſceu.*

19 Idem. Vnde aduertit Centurio pulchritudinem Crucifixi, & quod ſit filius Dei, qui cum iniquis reputatus eſt, videns quod ſic clamans ſpiraſſet, ait. Hic homo verè filius Dei erat, ergo ad vocem credidit, ex voce cognouit filium Dei, non ex facie. *ſer. 28. in Cant.*

20 Idem. Chriſtus aſcendit in altum Crucis, vt ab omnibus videretur; voce magna clamauit, vt ab omnibus audiretur; clamori lachrymas addidit, vt homo ei compateretur, qui ad eius clamorem non compungitur, grauior eſt terra, fœtidior ſepulchris, & durior petris. *ſer. de paſſ.*

21 dem. *In perſona Chriſti.* O homo vide, quæ pro te patior, ad te clamo, qui pro te morior, vide pœnas, quibus afficior, vide clauos, quibus confodior; non eſt dolor ſic ille quo crucior, & cum ſit tantus dolor exterior, intus tamen dolor eſt intenſior, tàm ingratum dùm te experior. *ibidem.*

22 Sancta Brigitta. Tunc corona ſpinea Chriſti capitis arctiſſimè impoſita, quæ ad medium frontis deſcendebat, plurimis riuis ſanguinis ex aculeis infixis decurrentibus per faciem eius, & crines, & oculos, & barbam replentibus, vt quaſi nihil, niſi ſanguis videretur. *li 4. reuelat. c. 70.*

23 Laurent. Iuſtin, Hic parumper anima mea conſiderationis tuæ greſſus fige, & Redemptoris tui intolerabilem dolorem attende, capitis delicati ſenſibilitatem conſidera, ſpinarum punctiones cerebrum perforantes mirare, ſicque ſanguinem decurrentem lachrymarum inundatione abſterge: planè tolerabilior mihi eſſet mors, quam te intueri coronatum ſpinis. *de triūph. Chriſti Agone c. 21*

24 Idem. Altiſſimo diuinitatis conſilio actum eſt, dùm pendens clamaret, Deus, Deus meus; vt quid me reliquiſti me? Vt tota diuinæ fruitionis gloria in eo militaret ad pœnam. *de triūph. Chriſti Agone c. 8*

Digitized by Google

ſer. de exaltat. Crucis 25 Beatus Petrus Damian. Diuinum illud caput, multiplici ſpinarum denſitate perforatum, vſque ad cerebri teneritudinem confixum eſt, dùm configitur ſpina.

lib. de Carne Chriſti. 26 Tertull. Dominica Chriſti tempora lancinauerunt mortiferis quidem vulneribus ſpinæ, ſed nouarum pœnarum ardore ſubſtentabatur amans.

in Ioan. 3. 27 D. Thom. *dicens quare Chriſtus mortuus eſt in Cruce*. Vt ſanctificaret aerem, qui ſanctificauerat terram per ambulando in eam.

ſer. de paſſ. 28 D. Vincentius. Quis ſatis cogitare poteſt quantus dolor venerandum illud caput tot aculeis confixum affecerit, cum nos vel ad vnius ſpinæ puncturam fœrè intolerabili dolore vexemur?

ibidem. 29 Idem. Et capitis eius impoſuerunt coronam, quæ cum in capite, in ſeptuaginta duobus locis crudeliter vulnerauit, nam erat ad modum pilei.

DE CHRISTI VVLNERIBVS.
Eiuſque Siti.

lib. de bened. Patr. 1 D. Ambr. Ipſe eſt vitis, ipſe eſt vua, quia lancea militis apertum latus emiſit aquam, & ſanguinem.

ſer. de Latrone. 2 Idem. Intellexit enim, quod pro alienis peccatis has plagas ſuſciperet pro alienis ſceleribus, hæc vulnera ſuſtineret, & ſciuit, quod illa in Corpore Chriſti vulnera non eſſent Chriſti vulnera, ſed Latronis, atque ideo plùs amare cæpit, poſtquam in corpore eius ſua vulnera recognouit.

in illud Io. 19 vnus militum lancea 3 D. Aug. Ecce hoſtium in latere arcæ, quo intrant animalia, non peritura in diluuio.

in manual. cap. 21. 4 Idem. Patent mihi viſcera per vulnera, quoniam miſericordia affluunt, nec deſunt foramina, per quæ affluant perforamina corporis; patet mihi arcana cordis, patet magnum pietatis Sacramentum, patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

hom. 23. e ſer. 11. de temp. 5 Idem. Quid ſitis Domine Ieſu, vinum de vite, an aquam de flumine? Sitis tua ſalus mea, cibus tuus, redemptio mea.

hom. 61. in Cant. 6 D. Bern. Vbi tuta firma infirmis requies, niſi vulneribus Saluatoris?

homil. 81. 7 Idem. Foderunt manus eius, & pedes, latuſque lancea forauerunt, vt per has rimas liceret mihi fugere, & videre quam ſuauis eſt Dominus.

in Cant. 8 Idem. *in illa verba, vnus militum lancea, &c.* Ad hoc enim perforatum eſt latus tuum, Domine Ieſu, vt nobis pateat introitus, ad hoc vulneratum eſt cor tuum, vt per vulnus viſibile, vulnus amoris inuiſibile videamus.

tract. de paſſ. c. 3. ſer. de paſſ. 9 Idem. O bone Ieſu coronam ſpineam ſuſtines, de tua Cruce non doles, de vulneribus tuis taces, & pro ſola ſiti clamas, dicens ſitio?

10 Idem, cit. O Domine quid ſitis? fidem veſtram, ſalutem veſtram, gaudium veſtrum, plùs animarum veſtrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet, etſi non mei, ſaltem veſtri miſeremini.

ſuper Cāt. 11 Idem. Sitio, inquit Dominus, Domine quid ſitis? ergo plùs te ipſa ſitis cruciat, quam Crux? de Cruce ſiles, & de ſiti clamas? ſitio quidem veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium.

ſer. 4. in Paraſce. 12 D. Bonau. Vulnera Chriſti portæ Coeli ſunt, de quibus, non ſolùm fluuius ſanguinis, & aquæ, ſed in ſanguine gratiarum profluit plenitudo.

ſer. 4. in oct. Paſch. 13 Idem. Hoſtium nobis Dominus in arca fecit, quando latus ſuum perforari voluit.

ſer. de paſſ. in illud ſitio. 14 Drogus. Domine quid ſitis? ergo te plùs cruciat ſitis, quam Crux? de Cruce ſiles, & ſiti clamas? ſitis quid? veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium plùs animarum veſtrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet.

ſer. de S. 15 Euſeb. Emiſſ. Ecce ad quod Dominus ſuorum vulnerum cicatrices reſeruare voluit, quia hoc in diſcipulum ſanare, & eius mentis vulnera curare diſponebat.

Tho. Ap. hom. 86. in Matth. 15 D. Ioan. Chryſoſt. *Loquens de Thoma Apoſt.* Conſidera Domini clementiam, quomodo pro vna, etiam anima vulnera ſua oſtendit, & vt vnum ſaluum faceret apparet.

DE CHRISTI MORTE.

ſup pſ. 28. 1 D. Ambr. Chriſti mors iuſtitia eſt, ipſius ſepultura via eſt, ipſius reſurrectio vita eſt vniuerſorum.

Digitized by Google

2 Idem. Hoc excellentiſſimum pretium ſuæ mortis quod peccator abſoluitur, & in nouam aſſumitur gratiam. *lib. de pœn.*

3 Idem. O duriora ſaxis pectora Iudæorum, ſcinduntur petræ, ſed horum corda durantur, Iudex arguit, credidit miniſter, proditor ſcelus ſuum voluntaria morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reſecantur, Iudæorum tamen immobilis duritia manet orbe concuſſo. *lib. 10. in Luc. c. 23.*

4 D. Aug. Quis tàm digne poſſit loqui? quis innocens affligitur, vt noxius liberetur, vt redimatur ſeruus, occiditur filius. *in quodã ſerm.*

5 Idem. Nihil tàm ad mortem, quod morte Chriſti non ſanetur. *in manua.*

6 Cyrill. Alex. *ſuper illud, Si me quæritis, ſinite hos abire.* Quia vnum mori oportuit, ſufficientem pro vita omnium. *cap. 22. lib. 11. in Io. c. 33.*

7 Cyrill. Hieroſol. Propter Ezechiam Sol reuerſus eſt; propter Chriſtum autem Sol obſcuratus eſt, non retrocedens, ſed deficiens, atque per hoc vtriuſque differentiam, & Ezechiæ, & Ieſu demonſtrauit. *Cathec. 2. in verba*

8 Euthim. Voluntas autem Patris fuit, Filij mors ſecundum carnem, quæ pro humana ſalute, ſumma cum diſpenſatione à Deo permiſſa eſt. *pſ. 39. vt facer. vol.*

9 D. Ioan. Chryſ. Mors refugit, mors motatur, quoniam ſuum ibi nihil eſſe ſentit, accedit autem confœderata Iudaico furore. *ſer. 4. de Cœna Dõ.*

10 Tertull. Voluit enim Deus mortem, morte diſſoluere, tormentis, tormenta diſcutere. *tom. 2. aduerſus Gnoſt. c. 5.*

DE CHRISTI RESVRRECTIONE, & Aſcenſione.

1 D. Ambr. Salit de Cœlo in Virginem, de Vtero in Præſepe, de Præſepe in Iordanem de Iordane in Crucem, de Cruce in Tumulum, de Sepulchro in Cœlum. *ſuper Beati Immac.*

2 D. Anſelm. Non ſtatim aſſumpſit Matrem, vt per ſeipſum cum tota Curia Cœleſti eam exaltaret. *de excell. Virg.*

3 D. Aug. *Reddit cauſam cur Chriſtus aſcendens in Cœlum reliquit Matrem.* Vt vtraq; Eccleſiæ Chriſti portio, ſolatio frueretur. *ſup Io. 19*

4 Idem. Surrexit Chriſtus exultet vniuerſus mundus, par etenim eſt, vt ſicut omnis creatura lucubri dolum ploratu in morte Creatoris ſui, & quę funere noctis obſcuro, proſecuta eſt obſequio in Cruce morientis: nunc triumphalem, ab inferis reditum læta ſuſcipiant reſurgentis. *in quodam ſer. Paſc.*

5 D. Bern. Deſcendit de monte potentiæ carnis, infirmitate circumdatus, deſcendit de monte ſapientiæ, quoniam placuit Deo, per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes; quid enim tenello corpore, & fantilibus membris videtur infirmiùs? quid indocilius paruulo, qui ſola vbera matris nouit? quis impotentior eo, cuius omnia membra clauis affixa ſunt? quis inſipientior eo, qui tradebat animam ſuam in morte, & quæ non rapuit tunc exſoluebat? vides igitur quam multum deſcenderit, quantum ad potentiam, & quantum ad ſapientiam. *ſer. de Aſcenſ.*

6 Eucherius. Elias mortem diſtulit, non euaſit; Redemptor autem noſter, quia non diſtulit, ſuperauit, eamque reſurgendo conſumpſit. *in 4. reg. cap. 14.*

7 D. Greg. Maieſtatis eius celſitudinem, ſcientia nulla compræhendit, non enim poterat aliquis capere, quomodo natura terreſtris, ſuper cęleſtem, & natura humana, ſuper Angelicam ſublimaretur; in tantum, vt aſcenderet vſque ad dexteram Patris. *18 moral.*

8 D. Hieron. Priùs aſcendit, vt Virgini locum præpararet. *ep. ad Euſtoch.*

9 D. Ioannes Chryſoſt. Eleuata eſt natura noſtra, vt homo, qui tàm humili loco tenebatur, vt deſcendere non poſſet vlterius, ad tàm excelſam ſedem eleuaretur, vt altiùs non poſſet aſcendere. *in hom. Aſcenſ.*

10 Idem. Super Cherubim aſcendit, vltra eleuatur Seraphim, nec ante ſtetit, niſi vbi ſedem Dominicam meruiſſet. *in ſer. de Aſcenſ.*

11 Idem. Quemadmodum loquar, ignoro, quo ſermone vtar, quo verbo reperire non poſſum; natura fragilis, natura contempta, & omnibus monſtrata deterior, omnia vicit, omnia ſuperauit, nec excelſior reperiri poteſt. *ibidem.*

12 Idem. *Super illud homo quidam pergere proficiſcens.* Ad regna enim cœleſtia aſcenſurus, & ad patrem ſuum iturus, vndè deſcenderat, peregrè ſe iturus, dicit propter charitatem Sanctorum, quos relinquebat in terra. *hom. 53. in imperf.*

Digitized by Google

MANTISSA AD CHRISTVM Dei Filium.

CHRISTVS Dominus noſter in informatione ſui Sacratiſſimi Corporis omnia membra, quæ habuit à ſua Sanctiſſima Matre, pro noſtra ſalute adhibuit, oculos, aures, linguam, faciem, pectus, manus, veſtes, humeros, carnem, ſanguinem, & ipſammet vmbram, oculos, vt compateretur, *ſubleuatis oculis*, & reſpiciendo vitam, & gratiam largiretur omnibus, *reſpexit Petrum*, aures, *& aures eius in preces eorum*, linguam, *aperiens os ſuum docebat*, faciem, *inquem deſiderant Angeli proſpicere, dedi genas meas vellentibus*, pectus, *ad vbera portabimini*, manus, *& eleuatis manibus*, veſtes, *ſi tetigero fimbriam*, humeros, *portabat in humeris*, carnem, *caro mea verè eſt cibus*, ſanguinem, *lauit nos in ſanguine ſuo*, ipſammet vmbram, cum enim eſſet in Caluario Cruci affixus inter duos Latrones in meridie, Chriſti Corpus reſpiciebat Solem, qui cum circumiret, Chriſti Corporis vmbra, bonum Latronem tetigit, vnde pœnitens factus veniam petijt à Chriſto, & obtinuit, ita Diuus Vincentius Ferrerius ait. *Vmbra Corporis Chriſti, tetigit eum, vnde dicere poterat, obumbraſti ſuper caput meum. Sub vmbra illius, quem deſiderauetam ſedi, quando Cœlum, Terra, & Infernus decertabant.* Vt omnibus notum ſit, omnia Chriſti membra mundi redemptioni inſeruiſſe, adhùc, & ſputum quo cæci oculos liniuit, & vidit.

De bono Latrone.

Narrat Marcus Euang. 8. quod cum Turbæ Chriſtum in deſerto ſequerentur, loquens Chriſtus cum Apoſtolis dixit eis, *ecce iam triduo ſuſtinent me*, ſi Chriſtus nos baiulauit, *ſupra dorſum meum, &c.* quomodo ergo dicit, *ſuſtinent?* ſcilicet veluti ſurculi inſiti in bonam arborem, nam in ſpiritualibus domeſticæ arbori inſinuantur ſilueſtes ramuli, vt fructus dignos faciant pœnitentiæ, audi D. Paulum. 11. Rom. *Tu autem cum Oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es.* Ex quo patet, nos inſitos eſſe ſuper arborem, Chriſtum ſcilicet, à quo fulcimentum recipimus, & hoc, ex ſpeciali Chriſti gratia.

Hinc Iſa. 46. *Audite me domus Iacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini à meo vtero: qui geſtamini à mea vulua: vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canos, ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & ſaluabo.* Ex quo clarè patet, nos baiulari à Deo.

Poſtquam Sponſa Cant. 5. Sponſi caput laudauerit, de manibus eius, inquit. *Manus eius tornatiles aureæ plenæ Hiacintis*, quod explicans Gregorius Papa, Theodoretus, & Beda, dicunt per manus, opera interpretari præclara, & erant tornatiles, quia circularis figura perfecta eſt, iuxta illud, *Dei perfecta ſunt opera*, ſi orbiculata rex velox eſt, & principio, & fine caret, Chriſti manus, ſemper velociſſimæ, & paratiſſimæ fuere in noſtris neceſſitatibus, vnde Prou. 8. *Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me*, & quod magis refert perpetuæ fuere, nam ab æterno nos adiuuare diſpoſuit; nec derelinquet, *miſericordia autem Domini ab æterno, & vſque in æternum ſuper timentes eum.* Orbiculatum, nihil in ſe retinere poteſt, omnia ex eo defluunt, ita Deus, omnes gratias, & fauores nobis confert, quia manus eius, tornatiles aureæ, nam in eius manibus, ſemper diuinitas, & regia magnificentia ſplendet, & pro poculo aquæ, regna promittit; manus Chriſti ſunt plenæ Hyacinthis, tres Hyacintorum ſpecies, referunt naturales inueniri, aliqui colorem cæruleum, alij cinericium, & alij purpureum habent colorem, hi omnes in Chriſti manibus aſpiciuntur, adſunt cærulei diuinæ prouidentiæ, cinericij, pietatis, & purpurei, regiæ magnificentiæ, prouidentiæ diſponit omnia ſuauiter, vnde legimus, *cum eo eram cuncta componens.* Pagninus legit. *Erat apud eum veluti nutritius.* Nobis neceſſaria prouidens, & amatorijs oſculis nos amplectens, *deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum*, & Septuaginta legunt. *Oſcula mea cum filijs hominum*, vnde dicitur, *Deus vberum.* Quod Spiritus Sanctus. Cant. 1. confirmat dicens. *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

Ægyptij oculum in cacumine ſceptri depingebant, vt oſtenderent dominij ſceptrum, & prouidentiæ oculum, iungere gradus, oculus hic, Deus erat, in gradu ſublimi, audi Hierem. *Virgam vigilantem ego video*, quod exponens Hieron. ait. *Dei ſceptrum oculatum eſſe demonſtrat.* Secundus Hyacintus cinericij coloris, ob pietatem, & miſericordiam, vnde per Iob, ait. *Ab infantia mea, creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt meum*, & Pſ. 144. *miſera-*

tiones

Digitized by Google

tiones eius ſuper omnia opera eius, & Pſal. 58. *Deus meus miſericordia mea*, quod explicans Aug. inquit. *Non inuenit quid appellaret Deum, niſi miſericordiam ſuam, hoc enim eſt proprium Dei nomen.* [*tract. 13. in Matth.*]

Tertius Hyacinthus purpurei coloris, ob diuinam liberalitatem ad Eph. 2. *Deus autem qui diues eſt in miſericordia,* poterat enim dicere, diues in maieſtate, diues in potentia, *quia omnipotens nomen eius*, diues in ſapientia, *quia ſapientiæ eius non eſt numerus*, diues in iudicijs, *quam incompræhenſibilia ſunt iudicia eius,* diues in iuſtitia, *iuſtitia plena eſt dextera tua, &c.*

Origen. ait. *Turba autem increpabat eos clamantes, Fili Dauid miſerere noſtri, vt tacerent, & non appellarent eum contemptibili nomine.* [*attendens illud Mat. 20. duo cęciſedẽtes, &c. vt tacerẽt*]

Ambr. attendens illud Geneſ. 37. in quo refertur ſomnium Ioſeph ſcilicet vidiſſe Solem, Lunam, & Stellas adorare eum, ait. *Quis eſt ille, quem parentes, & fratres adorauerunt ſuper terram, niſi ſolus Ieſus? quando eum Ioſeph, & Maria, & Diſcipuli adorauerunt? de quo ſolùm dictum eſt, laudate eum Sol, & Luna, laudate eum omnes Stellæ, & lumen.* [*lib. de Ioſeph. Patriarc. c. 2*]

D. Athanaſ. loquens de Chriſto, ait. *Conueniebat redemptionem fieri, per eum, qui natura Dominus erat, ne alium nobis Dominum agnoſceremus.* [*or. 3. contra arian*]

D. Clemens Alex. loquens de Chriſto ait. *Verbum Diuinum ſolus eſt humanarum ægritudinum peonius medicus, & Sanctus ægrotæ animæ incantator.* [*lib. 1. pedag. c. 2.*]

Aug. *Venit de Cœlo magnus Medicus, quia magnus per totum orbem, iacebat ægrotus.*

Greg. ait. *Non nos ipſorum vulnerum multitudo in deſperationem deprimat, quia maior eſt potentia medici, quam magnitudo languoris noſtri.* [*ſer. 9. de verb. Dñi*]

Hieron. ait. *Quod Iudas putabat ſigna, quæ Saluatorem viderat facientem, non maieſtate diuina, ſed Magicis artibus facta.* [*hom. 9. ſuper Ezec.*]

Sed quia deinde, vocauit Chriſtum iuſtum, *peccaui tradens ſanguinem iuſtum*, quæritur; vnde hæc mutatio? reſpondet Diuus Paſchaſius. *Quia erat in facie Ieſu, nonnumquam quædam diuinitatis eius conſperſio.* [*ſuper illud Matt. 26. qui autem tradidit eũ*]

Ambr. ſuper Lucam. *Chriſtus omnibus omnia factus eſt, pauper pauperibus, diues diuitibus flens flentibus, ſitiens ſitientibus, profluus abundantibus, in carcere cum captiuis, cum Maria flet, cum Apoſtolis epulatur, cum Samaritana ſitit, in deſerto eſurit, vt cibus primi hominis, quam præuaricatione guſtauerat, ieiunio Domini ſolueretur.* [*in Mat. 26*]

Aug. ait. *Cum inimicus Dei Filium tanta mirabilia facientem videret, voluebat ſecum, vt arbitror, atque admirans dicebat, quis eſt iſte, qui me neſciente hunc ingreſſus eſt mundum? noui quidem, quia de fœmina natus, ſed neſcio vnde conceptus eſt, aſtat ecce Mater, ſed Patrem inueſtigare non poſſum, partum video, ſed non agnoſco naſcentem, & quod ſtupori meo accreſcit, inconſueta lege pariendi, etiam edito Filio, Mater reſultat, vt Virgo, cum iacet incunabulis paruulus, ſuffundit lacbrymis vultum, ſimilemque ſe eſſe mortalium vagitibus prodijt, & cum nihil ei de infantia deſit, nulla tamen eſt illi velut infantis corruptio, quid hoc miraculum video, quod audire nequeo? audio, quæ ſuſtinere non poſſum, vt homo natus honoretur, vt Deus, à ſæculis hoc mihi numquam contigit, vt quiſquam naſceretur homo, & quicquam humani vitij non haberet, quæ hæc tam noua, potenſque generatio inter peccatores impios, natus, mortali etiam Matre progreſſus, purgator etiam cunctis naſcentibus, & ipſe mihi eglo purior apparet, quid plura? nihil in eo reperio, quod me delectet, puto eum in Regno meo velle regnare, ne forte Deus ſit iſte, quem nullum poteſt maculare peccatum, vel delictum, ſed ſi Deus eſſet, quomodo indignitatem ſui partus fœminei ſuſtinere, quomodo eſſet vilibus panciſque contentus? quis credere poſſet infantiæ vagitum eſſe in Domino? cui non eſſet audienti ridiculum, dominum fœmineo lacte nutriri,* [*in quadam hom. ſuper illud Mat. 4. ductus eſt Ieſus in deſertum.*]

Matth. 36. (Quemcumque oſculatus fuero ipſe eſt tenere eum.) Origen. tract. 35. in Matth. hoc ſignum conſiderans, ait. *Dignum eſt quærere, cum ſecundum faciem notus eſſet omnibus habitantibus in Iudæa, quare ſicut non cognoſcentibus effigiem eius dedit eis ſignum*, & reſpondet. *Venit traditio talis ad nos de eo, quod vniçuique apparebat, ſecundum quod fuerat dignus, & cum fuiſſet ipſe, quaſi non ipſe omnibus videbatur.*

Ambroſ. *Multi tentant Eccleſiam; ſed ſagæ artis carmina, ei nocere, non poſſunt, nihil incantatores valent, vbi Chriſti canticum quotidie decantatur: habet incantatorem ſuum Dominum Ieſum, per quem Magorum incantantium carmina, & ſerpentum venena euacuauit.* [*lib. 4. hexam. c. 8.*]

Hieron. ait. *Certè fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana Saluatoris facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu.*

Hieron. ait. *Niſi habuiſſet, & in vultu quoddam ſydereum lumen fulſiſſet, numquam eum ſtatim ſequuti fuiſſent Apoſtoli, nec, qui ad comprahendendum venerant, corruiſſent.* [*in cap. 9. Matth.*]

Hugo attendens illud Ioan. 12. niſi granum frumenti, &c. ait. *Pulchrè autem ſe vocat granum*

Digitized by Google

tom. 3. in ep. ad principium de claranſillud pſ. 44. ſpecioſus forma prę filijs hominum.

num frumenti, quia granum frumenti, candidum eſt interiùs, & rubrum exteriùs, & Chriſtus candidus dicitur reſpectu diuinitatis, & rubicundus in carne propter paſſionem, vnde Sponſa in Canticis Canticorum Dilectus meus, candidus, & rubicundus.

Hugo. loquens de Chriſto. *Multiplicatis infirmitatibus, accelerauerunt ad Medicum veniens in forma ſerui, ſanauit vulnera languidi, hic eſt enim Samaritanus ille, qui ad vulneratum, qui incidit in latrones appropinquauit, hic eſt Heliſeus, qui poſt miſſum baculum, non effectiuum ſalutis venit, ad ſuſcitandum mortuum filium Sunamitis, hic eſt Angelus magni conſilij, qui deſcendit in piſcinam, & mota aqua ſanabatur vnus, hic eſt omnipotens ſermo, qui à regalibus ſedibus venit, dùm medium ſilentium omnia tenerent.*

in ſpec. de myſterijs Eccl. de celebrat. Miſſæ c. 7

Dauid in perſona Chriſti, interrogabant me, quod ignorabam. *Quid eſt hoc,* dicit Auguſt. *quod Deus ignorat cum ſit ſapientia, & omnia nuda, & aperta ſint oculis eius; in quo ſunt omnes Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei,* & reſpondet Aug. *Interrogabant me de peccato, quod ignorabam.* Dùm Iudæi Chriſto dicebant, *Dæmonium habes*, peccatorem appellabant; ita ſentit Chryſol. & quid per Dæmonia niſi vniuerſa vitia deſignantur?

tom. 1. circa Epiſt. Paul. ad Galatas qu. 16.

Hoc innuere voluit Salomon. Prou. 40. dixit. *Tria mihi ſunt difficillima, & quartum penitus ignoro, viam Aquilæ in Cælo, viam Nauis in medio maris, viam viri in Virgine, & quartum viam colubri ſuper petram.* Sed Chryſ. hoc quartum omnium difficilium diſſoluit, quaſi diceret, ait Chryſ. *Vitam Dæmonis ſupra Chriſtum.*

Quia, *qui facit peccatum ſeruus eſt peccati,* de Chriſto dicitur, *petra autẽ erat Chriſtus,* Dæmon ſerpens vocatur, *ſerpens decepit me,* vnde cõcludit Salamon (inquit Chryſoſt.) *Impoſſibile fuiſſe Dæmonem eſſe in Chriſto per peccatum.* Nam cum ſit plenus gratia, & perfectè beatus, omnem excludit imperfectionẽ audite Chryſ. *Sicut Beati in Cęlo non poſſunt peccare propter viſionem luminis gloriæ, ita, cum ſubſiſteret in vno ſuppoſito diuina, & humana natura.* Sanctiſſima Chriſti humanitas, erat veluti ſpeculum oppoſitum radijs Solis diuinitatis, pellucidum, & valdè pulchrum apparens, audite verba Chryſoſt. *Sicut perſpicuum cryſtallum radijs Solis oppoſitum, ſplendidiſſimum eſt, & nullas admittere poteſt tenebras, ſic ornata gratia Anima Chriſti peccare non potuit.*

Apoc. 5. loquens Ioannes de Chriſti victoria, ait. *Vicit Leo de Tribu Iuda radix Dauid*, ſi Chriſtus tamquam agnus victoriam acquiſiuit, vt idem Ioan. dicit. *Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere, &c.* Quare ergo tamquam Leoni tribuitur victoria? ſi Chriſtus eſt virga, vt ait Iſa. *Egredietur virga de radice Ieſſe.* Quare vocatur radix? cum Chriſtus ex Dauide, & non Dauid ex Chriſto Hortum habuerit? reſpondetur; Chriſtum tamquam agnum viciſſe, ſe Patri offerens, licèt dicatur vicit Leo, hoc dictum eſt more illorum, qui cum aliquam Prouinciam debellaſſent, illiùs Prouinciæ nomen adempti ſunt, vt Scipio, quia Africam ſuperauit, Africanus dictus eſt, &c. ita Chriſtus cum vicerit infernalem Leonem, de quo dicitur, *tamquam Leo rugiens,* Leo dicitur, dicitur Radix Dauid, licèt verùm ſit Chriſti humanitatem ortum habuiſſe à Dauid, alijſq; Patriarchis, tamquam à quadam radice, veriſſimum tamen eſt, victorias, quas tùm Dauid, tùm etiam omnes Patriarchæ obtinuere, per Chriſtum adepti ſunt; vnde Paul. 3. Cor. 15. *Qui dabit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum.*

Chriſtus cum fuerit Sanctiſſimus, habuit tamen formam peccatoris. Narrant Hiſtoriæ; quod cum nonnulli terræ cauernas foderent, magnam ſerpentium multitudinem inuenere, qui ſimul erant illigati, at poſtquam eos occiderunt, perſpexerunt illos commorari ſubter quemdam lapidem, in quo non ab arte, ſed à natura lapideus ſerpens erat ſculptus, cui omnes illi ſerpentes naturali ſympathia adhæſerunt: lapis hic Chriſtus eſt, *petra autem erat Chriſtus.* Qui non verè ſerpens, ideſt peccator erat, ſed formam tantummodo peccatoris appræhenderat, *in ſimilitudinem carnis peccati,* ideò non eſt mirum, ſi alij ſerpentes, ideſt peccatores, & publicani ad Chriſtum veniebant.

Hierem. 32. ait. *Sume tibi librum emptionis, hunc ſignatum, & librum hunc qui apertus eſt, & pone illos in vaſe fictili.* Pro nomine libri ſignati, Chriſtus intelligitur, & Verbum Diuinum, coopertum, velut membrana fictili carne, hic fuit dictatus cum ſemel loquutus eſt Deus, ex propria ſubſtantia verbum eructans, fuit ligatus, in officina vteri materni, de vinculo, & ligamine vnionis hypoſtaticæ, cum coniuncta fuit caro verbo; *Verbum caro factum eſt*: fuit præciſus, aùt raſus in Circumciſione, fuit concuſſus cum alapis, & fuſtibus cum grauiter percuſſerunt, fuit compreſſus in torculari, quando, vt ipſe dixit, *Torcular calcaui ſolus.* Iſa. 61. fuit tandem purpureo colore rubricatus, quando proprio ſuo Sanguine, fuit vndique reſperſus, in hoc libro poſſunt edifici omnes virtutes.

Iob 40. ait, *an extrahere poteris Leuiathan hamo?* hoc enim eſt valdè difficilè, Dæmonem

hamo

Digitized by Google

hamo capere; Leuiathan enim, qui additamentum ſignificat iuxta. D. Greg. 3. Moral. c. 9. ſententiam, *Dæmonem denotat*. Piſcator in hunc modum piſcari ſolet; tenet manu arundinem, à qua pendet linea, in cuius extremitate adeſt hamus, & in hamo vermis, ad quem accedens piſcis, mordet faucibus, & remanet ſuſpenſus, in Geneologia Chriſti, arundo eſt Decretum diuinum, linea propago illa patrum, ac viciſſitudo generationum, vſque ad Mariam Virginem, in cuius lineæ extremo, hamus adeſt Chriſtus, qui cum in eodem ſuppoſito humanam, & diuinam contineat naturam, ratione diuinæ, hamus eſt, ratione humanæ, vermis, & eſca, *ego ſum vermis, & non homo*, miſſo ergo Chriſto in aquas huius fluentis ſæculi, Diabolus Leuiathan ad vermem humanitatis illius accedens, ac mordere tentans, diuinitatis hamo, captus fuit, & genus humanum liberatum, quod, & Rupert. in cap. primum Matth. & Beda homil. de Natiuit. verbis docuerunt expreſſis; nam, ille, ait. *Veluti hamus Chriſtus in mare huius mundi miſſus ſerpentem occidit*, hic vero, *Generatio Chriſti quaſi longa piſcantis linea in cuius hamus ſub ligatus carne operitur*, ſed, & antè illos, Diuus Iſidor. dixerat. *Eſt Chriſto hamus diuinitatis, eſca caro, hanc ergo carnem qua captus eſt Leuiathan genuit Beata Virgo, de qua natus eſt Ieſus*. lib. 1. de Cam. ben. c. 16.

In Incarnatione Verbi, Diuinam bonitatem mirandam apparuiſſe, quis non fatebitur? nam quod ab intra communicari, non poteſt, inuenit modum ſe communicandi ad extra, cum Verbum Diuinum humanam aſſumpſerit carnem, humiliauit ſe, non relinquens quod erat, ſed quod non erat, aſſumpſit; mementote quod accidit tempore Ezechiæ, cum Sol decem gradibus retrogreſſus fuerit, non dico diuinam naturam retrogredi, hoc cunctis patet, ſed audite myſterium, contemplamini quæſo Deum, in primo gradu Æternitatis. *Æternus Deus, &c.* In ſecundo immenſitatis, *Cælum, & Terram ego impleo*. In terzo ſimplicitatis, eſt enim Spiritus purus, in quarto nobilitatis. *Generationem eius quis enarrabit*. In quinto poteſtatis, *poteſtas eius, &c.* In ſeſto impaſſibilitatis, *impaſſibilis, &c.* In ſeptimo fęlicitatis, *eſt enim beatus in ſeipſo*. In octauo Sanctitatis, *Sanctus ſecundum, &c.* In nono, diuitiarum, *bonorum meorum non indiges*. In decimo, gloriæ, hæ magnitudines, & attributus in Verbo diuino admirantur, ſed propter hominum amorem retrograditur decem gradibus, retrogreditur 1. gradu æternitatis, dùm tempori ſe ſubdit, *cum venerit plenitudo temporis, quando venit ergo ſacri plenitudo temporis*; retrogreditur, 2. immenſitatis, dùm ſe includit in vtero Virginali, *Mulier circumdabit virum*, retrogreditur, 3. ſimplicitatis, quando homo factus eſt, retrogreditur, 4. nobilitatis, quando formam ſerui accipiens, retrogreditur, 5. poteſtatis, *dùm languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*, retrogreditur, 6. impaſſibilitatis, *dùm vagit infans inter arcta conditus præſepia*, retrogreditur, 7. fęlicitatis, dùm ait, *miſer factus ſum*, retrogreditur, 8. Sanctitatis, *apparuit in ſimilitudinem carnis peccati*, retrogreditur, 9. diuitiarum, *dùm egenus factus eſt*, retrogreditur, 10. gloriæ, *nam exinaniuit ſemetipſum*, aſſumens quod non erat; ita Verbum diuinum ſeipſum exinaniuit, vt homo vſque ad Cœlum extolleretur,

Animaduertiſti vnquam quomodo lux, & vmbra certare videntur? accipe quæſo facem in manu, & videbis, quod quantomagis eam extollis, eo magis deprimitur vmbra, & quantomagis illam deprimis, hæc extollitur. Verbum diuinum eſt hæc fax, *erat lux vera, &c.* homo vmbra, *ſicut vmbra cum declinat*, fax hæc cum in Cœlo eſſet, per Incarnationem deprimitur, humiliatur, deſcendit lux magna in terris, *quia Deus operatus eſt ſalutem in medio terræ. Verbum caro factum eſt*, vt extolleretur vmbra, homo ſcilicet ad Dei filiationem, *dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri*, hinc à cunctis Patriarchis, & Prophetis fuit vehementer ſemper optata hæc Verbi, incarnatio, vnde Iacob Geneſ. 49. dicebant, *ſalutare tuum expectabo Domine*, & Paraphraſis Chaldea addit dicens: *Non expecto Saluatorem Gedeon Filij Ioas, quæ eſt ſalus temporalis, nec Salutare Sampſon Filij Manue, quæ eſt ſalus tranſitoria; ſed expecto Chriſti redemptionem, Filij Dauid*. Hinc, vt ait Paulus, Iacob in fine vitæ adorauit faſtigium virgæ eius, quod Chryſoſt. exponens ait. *Adorauit Chriſtum in ſuo typo*, & Dauid ardens deſiderio videndi Chriſtum dicebat; *à cuſtodia matutina ſperet Iſrael in Domino*; quod translatio Chaldaica legit. *Anima mea ardentiùs ſperauit Aduentum Domini, quam vigiles nocturni aduentum matutinum*. pſ. 129.

Et Iſa. *Rorate Cęli, &c.* Quod præuidens Dauid Dominum conceſſurum mundo hunc rorem, dixit, *reſpexit in orationem humilium*, quod Ammonius ex Hæbr. legit. *Reſpexit in orationem cicadæ*. Nam Sancti Patres erant veluti tot cicadæ ſpirituales rorem hunc deſiderantes, eo magis, quod cicadæ rore paſcuntur, vnde dixit Virgilius. *Dùm thymo paſcentur Apes, dùm rore cicadę*. cap. 45. pſ. 101.

Exod. Moyſes Deum alloquens dicebat. *Si inueni gratiam in oculis tuis oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te*, quod Textus Hæbr. legit. *Oſtende mihi manum tuam*. Quam Dauid effica- Exod. 34.

Digitized by Google

citer petebat dicens. *Emitte manum tuam de alto, & eripe me, fiat manus tua. vt ſaluet me,* qua
Cant. c. 5. manu Æternus Pater fecit, & creauit omnia, & de qua dicitur. *manus eius tornatiles aureæ, & c.*
Aureæ dicuntur propter amorem, & charitatem, quæ Dei Verbum ad terram traxit. *Prop-*
Eph. c. 2. *ter nimiam charitatem ſuam miſit Deus Filium ſuum*, & deſcendens Dei Verbum Arctiori vin-
culo, quod excogitari poteſt, humanæ naturæ ſe coniunxit, mementote viſionis Iacob, quam
vidit in Meſopotamia, cum eſſet laſſus ex itinere, volens requieſcere, tulit de lapidibus, & ſup-
ponens capiti ſuo obdormiuit, duo fuerunt lapides, at experrectus, ait Textus, tulit lapidem,
quem ſuppoſuerat; ſi duo erant lapides, quomodo tulit lapidem? reſpondet Galatinus de Ar-
canis Catholicæ veritatis dicens. *Verum eſt duos fuiſse lapides, quorum vnus erat adamas, &
erat Verbum Diuinum, alter erat ſilex, & erat humana natura, vnde Ezechiel ait, vt adamantem,
& ſilicem dedi faciem tuam, coniunguntur hi duo lapides, verbum, ecce adamas caro, ecce ſilex,
factum eſt.*

Ioan. c. 1. Ioannes ait. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, nonnulli expoſitores ex Græco
legunt. *Fecit ſibi tabernaculum in nobis*, & alij, *moratus eſt inter nos tamquam in tabernaculo*,
quare dicitur habitaſſe in tabernaculo; & non in Palatio, aut aliqua domo? pro reſponſione
animaduertendum eſt, quod mercatores dùm ad nundinas pergunt, ibi, non domos ædifi-
cant, ſed expanſis tentorijs merces ſupponunt, quas cum vendiderint ad proprias domos re-
ibidem. deunt, hoc innuere voluit, Ioannes dicens, *Verbum caro factum eſt*, non vt moraretur inter
nos, longo tempore, quia fecit ſibi tabernaculum in nobis, venit enim vt pictaris, & miſeri-
cordiæ tentoria expanderet, & poſtquam bonitatem, & doctrinam, vt ita dicam vendiderit,
ibidem. vt Ioannes dixit, *vidimus gloriam eius*, ad Cœlum rediret, *exiui à Patre, & veni in mundum, ite-*
Ioa. c. 16. *rum relinquo mundum, & vado ad Patrem*, quia in mundo propriam domum non habuit, *Vul-
pes foueas habent, Filius autem hominis non habet vbi reclinet caput ſuum.*

Beata Virgo in ſuo Cantico ait. *Fecit potentiam in brachio ſuo*, ideſt in Chriſto noſtro Re-
demptore, vnde in Pſal. 76. *Redemiſti Populum tuum in brachio tuo*, & Iſa. 38. *Brachium Domini
cui reuelatum eſt*, cum ante Verbi Incarnationem fuerit abditum, hinc redemptio dicitur opus
brachij Dei, & mundi creatio dicitur opus digitorum Dei, nam ait Auguſtinus. *Opus Re-
demptionis difficiliùs fuiſſe opere creationis, quia opus creationis, fuit digitorum Dei*, Pſ. 8. *quoniam
videbo Cœlos tuos, opera digitorum tuorum, ipſe dixit, & facta ſunt*. At de opere redemptionis,
ait Bernard. *Dixit multa, geſſit mira, pertulit dura*, & Iſa. 43. *ſeruire me feciſtis in peccatis veſtris
præbuiſtis mihi laborem in iniquitatibus veſtris.*

Oſtendit Deus olim ſuam potentiam, ſed non in brachio ſuo, nam ſi 4. Reg. 19. Occidit
centum octoginta mille viros exercitus Sennecharib, hoc per Angelum fecit: ſi omnes mun-
di viuentes interfecit, exceptis his, qui in Arca morabantur, hoc per aquam diluuij fecit, ſi
quinque illas Ciuitates deſtruxit; hoc per ignem fecit, & ſic de reliquis operibus; at opus re-
demptionis, fecit potentiam in brachio ſuo.

Cum olim aliquis exercitus alicui Ciuitati appropinquabat inter alia ſigna pacis quæ oſten-
dere ſolebat, brachium dextrum extendebat, ita legitur in Comment. Cæſaris de Bello Gal-
lico lib. 7. cum enim ipſe in campeſtribus: cum exercitu moraretur, magna alienigenorum
militum multitudo ad eum venit, qui vt oſtenderent ei non vt inimicos veniſſe, ſinguli bra-
chium extulerunt, in ſignum amicitiæ, olim Deus propter hominum peccata iram exercebat,
at cum eſſet iam placatus, vt amicitiæ ſigna oſtenderet, brachium ſuum extulit, ideſt miſit
Verbum ſuum. *Fecit potentiam in brachio ſuo*, mementote viſionis illiùs ſcalæ, quam Iacob vi-
dit in ſomno, cum eſſet in Meſopotamia, in qua viſione, vt Diuus Auguſtinus fatetur, voluit
Deus oſtendere Iacob Altiſſimum Incarnationis Verbi Myſterium, quod Verbum in actu
deſcendendi videbatur, cuius ſcalæ gradus, priuilegia, & magnitudines Mariæ ſignificabant,
quæ Cœlum ipſum pertingunt, & pars illa Terræ, quam ſcala tangebat, iuxta mentem Au-
guſtini, Virginalem vterum Mariæ innuebat, ex quo Dei Verbum carnem erat ſumpturus,
hinc Iacob è ſomno experrectus, nihil aliud commendat, & extollit, niſi terram illam dicens,
Terra iſta Sancta eſt, de ſcala, & de Angelis, mentionem non fecit, tantummodo Virginalem
vterum extulit, *Terra iſta Sancta eſt*, ex qua Sanctiſſima Verbi Diuini caro formanda erat; de
quo verbo dixerat Dauid. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ*, quod Bern. legit. *Operatus eſt*
Gen. c. 28. *ſalutem in vtero Virginis*, hinc Iacob ait, *non eſt hic aliud, niſi domus Dei*. Domum Dei vocat
pſal. 73. Virginem, de qua Propheta ait, *Domum tuam Domine decet ſanctitudo*, & D. Bern. explicans
pſal. 92. illud Prou. (Sapientia ædificauit ſibi domum) ait. *Hæc itaque Sapientia, quæ Dei erat, &*
cap. 25. *Deus erat, de ſinu Patris ad nos veniens, ædificauit ſibi domum, ſcilicet ipſam Matrem ſuam Vir-
ginem Mariam.*

Cuius

Digitized by Google

Cuius fundamenta, ſanctitas ipſa eſſe debebat, & vbi alij Sancti deſinunt, ipſa fundamenta erigere debebat, vnde Dauid fundamenta eius in montibus ſanctis, & Diuus Idelphonſus ait. *Et quidem erat fundata, ſed Aduentu Domini, nondum plena, annunciante verò Angelo fundatoris ſui cognouit Aduentum.*

Verbum æternum veniens in hanc Virginalis vteri domum, tanta voluptate detinebatur, dùm in illis Sacroſanctis Mariæ viſceribus moraretur, quod elapſis nouem menſibus, tempore pariendi aduentante, coactus exire videbatur, quaſi Pater vim ei intulerit, & dulcem fecerit violentiam, vt ipſummet Verbum Diuinum fatetur, Patrem alloquens, & dicens, *quoniam tues qui extraxiſti me de ventre Matris meæ*, quod Hieron. legit, *de vtero Matris Mariæ.* Imò, quod mirum propter immenſam dulcedinem, qua Dei Verbum in vtero Virginis fruebatur, vt in eo verè, & corporaliter moraretur, & Patri ad redemptionem perficiendam exiens obediret, Diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum inſtituit, ita Rupertus ait, dicens. *Ideò inſtituit Sacratiſſimam Euchariſtiam, vt perpetuo amore permaneret in vtero Sanctiſſimæ Virginis Corpus ſuum.* Pſ. 138.

In Incarnatione Verbi Æterni, certat Maria, vt ita dicam, cum Æterno Patre, & quodammodo ſuperat eum: ſi duo eſſent ſculptores ambo excellentes, vt cognoſceretur, quis eorum altero eſſet eminentior, neceſſe eſſet, vt eorum aliquod ſculpiret ſimulacrum, & ille ſculptor eſſet eminentior, qui ſimulacrum excellentiùs cælabit, ita certarunt Pater Æternus, & Maria, Pater Æternus cælauit Adamum in principio mundi, quod ſimulacrum vix adhùc, vt ita dicam perfectum, ſtatim cecidit, & eliſum comparatus eſt iumentis, &c. at Maria, Spiritu Sancto adiuuante, celeberrimum illud, & diuinum ſimulachrum, Sanctiſſimum ſcilicet Chriſti Corpus ſculpſit, quod numquam cecidit, immo ſemper pulchriùs, & excellentiùs apparuit, nam proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines: ex quo clarè patet, Mariæ ſimulachrum ſuperaſſe illud Æterni Patris, non ex defectu Æterni Patris cælantis, ſed ex defectu materiæ, Adami enim ſimulachrum ex ordinaria terra ſculptum fuit, at Chriſti Corpus, ex terra Sancta Mariæ, ſcilicet ex ſuis puriſſimis ſanguinibus, hinc Mariam alloquens dixit, *quod enim in te naſcetur ſanctum vocabitur*, ita ſentit Rupertus Abbas. Luc. 2.

Lucas Euang. ait, quod deſcendens Angelus ad Mariam, & eam alloquens, *turbata eſt Virgo in ſermone eius*, & fuit turbatio timoris, & hoc, vt ait Albertus Magnus, diuino conſilio factum eſt, nam Chriſtus formari voluit ex cariori, & puriori ſanguine Virginis, ex eo ſcilicet, qui Mariæ cordi adhærebat, aiunt enim Philoſophi, quod cum aliquis timore corripitur pallidus euadit, & hoc quia eius ſanguis diſcedit à membris, vt cordi tamquam magis præcipuæ parti ſuccurrat, vnde extraordinario motu cor huius palpitat, hinc Diuiniſſima Trinitas decreuit Angelum deſcendere ad Virginem annunciandam, quæ dùm turbata eſt in ſermone eius, ſtatim Angelus ait, Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & Maria reſpondit, Ecce Ancilla, &c. & illicò Verbum caro factum eſt, ex illo ſcilicet ſanguine, qui cordi Mariæ adhæſerat, formatum fuit Sacratiſſimum Chriſti Corpus, audi Diuũ Hieron. ſuper illud, *flos de radice eius aſcendit*, ait. *Flos ideſt ſanguis de corde Virginis aſcendit vnde formatum fuit Corpus Chriſti.* Mirum non eſt, creaturam, Solis ſpheram intuentem, radijs illis, abſque allucinatione, reſiſtere non poſſe, vnde natura, vt Solem aſpicere poſſemus, nubes poſuit, hoc innuere volo, quod ſi Sancti immenſum Dei ſplendorem intuentes, allucinentur, mirum non eſt; ſunt enim ſplendores diuinæ Eſſentiæ: ſed quod ſplendoribus gratiarum Mariæ, Deus ipſe allucinetur, eſt hoc mirandum, & inauditum prodigium; audite quæſo, voluit Dei Filius ex vtero Mariæ carnem aſſumere, ſed Virginis vultus tali, ac tanto ſplendore ſcintillabat, quod parum adfuit, quin Dei Filius allucinaretur, vnde vt eam intueri poſſit, quamdam nubeculam interponere fuit opus, hinc Gabriel ait, Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi; vnde Bernardus ſuper miſſus eſt, ait. *Spiritus Sanctus Virginem obumbrauit, vt Verbum Dei Filius caperet in vtero Virginis.*

Narrat Plutarchus lib. 2. de fortuna Alexandri, quod cum Sicrates obſeruans inſignes quoſque pictores, & ſculptores, mirum in modum in exprimenda ad viuum Alexandri effigie elaboraſſe, in hunc modum Regem alloquutus ſit. *Mecum ipſe ò Alexander, inſignem ſtatuam in nominis tui gloriam, & honorem fabre facere cogitaui, quæ ob materiæ incorruptibilitatem, æterna, ob fundamentorum, immobilitas, ob magnitudinem molis, Immenſa, ob ſingularis formæ pulchritudinem, oculis intuentium ſit pergrata, vt antequam tantum opus perficiam, non aliam elegi materiam, quam, montem Atho, cuius pedes, & caput, ita quidem aptabo, vt hoc Cælum, illi mare contingant, in manu eius dextera, ingentem concham apponam, in quam magna aquarum copia confluata, in ſiniſtra vaſtiſſimam Ciuitatem ad multorum Ciuium protectionem locabo.* Nouit quidem

Alexander opus illud, naturæ, & artis facultatem longè ſuperare, & ideò; tamquam futilem
pollicitationem ſpreuit. Verum, quod naturæ, & artis vires ſuperat, in myſterio Incarnatio-
nis, gratia nouit attingere. Mons excelſus eſt Beata Virg. Dauid dicente Pſ. 47. *Fundatur
exultatione vniuerſæ terræ Mons Sion*, & Iſa. *Erit præparatus Mons domus Domini in vertice Mon-
tium*. Eſt enim aptè ſignificata per Montem Atho, qui Mons Sanctus interpretatur, & quia
Mons eſt, in Macedonia altior quam locus vnde imbres cadunt, cuius vmbra porrigitur per ſex,
& octoginta millia paſſuum, & Virgo altior eſt Cœlo, & protectionis eius vmbra, ad longiſ-
ſimas regiones ſe extendit, ex materia ergo huius Montis, ex puriſſimo Sanguine Mariæ, ani-
mata illa ſtatua, omni admiratione digna, Ieſus Redemptor noſter prodijt, materia quidem,
ex vnione ad Verbum incorruptibilis Pſal. 13. *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*,
duratione Æternus, Io. 12. *Chriſtus autem manet in æternum*. Diuinitate, immobilis, Malach. 3.
Ego Deus, & non mutor, magnitudine, Immenſus Hierem. 23. *Cælum, & Terram ego impleo*,
forma omnium pulcherrimus, *ſpecioſus forma præ filijs hominum*, Pſal. 44. Deus quidem, eius
caput, *Caput Chriſti Deus*, Cœli cacumina tangit, illius tamen pedes, hoc eſt humanitas, quæ
velut calceata erat. Diuinitas, fluctus maris huius ſæculi tangit, & in manu eius dextera,
concha erat, illa magna referta gratiarum omnium aquis, in ſiniſtra Ciuitas aderat Eccleſiæ
militantis, in qua fideles, velut olim animalia in Arca Noè proteguntur.

Cum eſſet Dei Verbum in Vtero Sanctiſſimo Mariæ, eadem maieſtate, eademque aula,
qua moratur in Cœlis, fruebatur in Vtero, audi Albertum super Miſſus eſt cap. 96. *Dominus
enim quando deſcendit non ſine Regno Cælorum fuit, ſed Cælos Cælorum, imò Regnum Cælorum
ſecum tulit*.

in Apolog. Dauid poſt pſal. 17. c. 12. Quod confirmatur à D. Ambr. qui loquens de Verbi Æterni Incarnat. ait. *Non tam mu-
taſſe videtur ſedem Dei Filius, quam tranſtuliſſe*. Hinc Dauid ait, *inclinauit Cælos, & deſcendit*.
Hugo Card. ibidem ait. *Inclinauit Cælos, ſicut vas, vt totum effunderet*.

Geneſ. 22. vocauit Deus Abraham, & præcepit ei, vt immolaret Filium ſuum Iſaac ſuper
vnum Montium, cumque extenderet manum, & arriperet gladium, vt immolaret, Ecce Ange-
lus Domini de Cœlo clamauit, dicens, Abraham, Abraham, non extendas manum tuam
ſuper puerum, miror quidem, quare Angelus hic de Cœlo clamauit, & non deſcendit de Cæ-
Luc. 1. lo, quemadmodum deſcendit Gabriel ad Mariam Virginem: *Miſſus eſt Gabriel Angelus ad
Mariam Virginem, in Ciuitatem Galileæ*, cum ambo fuerint Cœleſtes nuncij? reſpondet Di-
tom. 6. de gratia. uus Paſchaſius: *Quod ſciebat Deus proprium locum Angelorum eſſe Cælum, & cum extra Cælum
miſſi ſunt à Deo, cum ægre exeant, ſtatim ſe expediunt, vt ad proprium locum, Cælum ſcilicet redirent*.

Ex quo clarè patet, quam ardens fuerit, Æterni Verbi deſiderium, vt carnem aſſumeret
humanam, qui ſtatim, ſe expedire curat, vt ad Cœlum poſſit regredi, at in negotio Abrahæ,
quia parum referebat, ſi citò, aut ſerò efficeretur, de Cælo clamauit Angelus, audite verba
Diui Paſchaſij: *Ibi non mittitur, hic autem mittitur, vt celerius eat; non enim extra proprium ſo-
lium ſuſtinent morari Cæleſtes Ciues*. Hinc Gabriel Angelus dixit Zachariæ loquens de Baptiſta
naſcituro, *Eliſabeth pariet tibi Filium*. Mariæ autem dixit, ecce concipies, & paries; quare
ergo Gabriel alloquens Zachariam dixit, ſolùm pariet, & Mariæ dixit concipies, & paries?
quia non referebat, Eliſabeth concipere, & parere illicò, ideò ſufficiens erat dicere, pariet, poſt
aliquod tempus, Mariæ autem dicitur concipies, & paries, omnia ſimul illicò efficienda
erant, ob Æterni Verbi deſiderium, humanam carnem aſſumendi, ſcilicet tres illi motus na-
turales, qui in tempore fiunt, videlicet materia apta in loco generationis, condenſatio, & con-
ſolidatio membrorum, & corporis figura, ex qua inſurgit forma organica perfecta, tempus
ſer. 1. de S. Ioanne. diminui debebat, audi Innocent. ſic aſſerentem. *Dixit concipies, & paries, vt ardens ſuſcipien-
da carnis deſiderium oſtenderet, quia plenitudo temporis iam aduenerat*.

Æterni Verbi, Natiuitas, pacem, & gaudium attulit mundo, vnde D. Paulus. *Per quem
cap. 2. reconciliati pacem habemus ad Deum*, & Iſa. *Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas
in falces, non leuabit gens, contra gentem gladium, nec exercebitur vltra prælium, orietur in diebus
eius iuſtitia, & abundantia pacis*, ob cuius rei probationem, in mentem veniat cœleſtis Iridis,
quam Deus Geneſ. 9. in ſignum pacis apparere voluit dicens. *Arcum meum ponam in nubibus
cæli, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram*, ita, & in Chriſti Natiuitate, veluti in ſereno
cælo ſpeluncæ Bethleem Sacratiſſima Virgo apparet inſtar cæleſtis Arcus; formatur enim
Arcus à quadam humida, & pellucida nubecula, Solis radijs expoſita, nubes hæc Maria eſt,
ita vaticinatur, Iſa. 19. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem*, & de nube Mariæ Hieron. &
Greg. ſentiunt; audi verba Hieron. exponentis illud Iſa. *Ecce Dominus aſcendit ſuper nubem le-
uem. Corpus ſcilicet Beatæ Mariæ, quod nullo humani ſeminis pondere prægranatum eſt*.

Nubecu-

Digitized by Google

Nubecula leuis, eſt Virgo Sacratiſſima; quia numquam ſentijt pondus cuiuſcumque culpæ; Nubecula leuis, quia illum attulit mundo, qui omnium peccatorum pondus ſuſtulit. *Ecce qui tollit peccata mundi*. Nubecula leuis, quæ concauum ſinum ſuæ profundæ humilitatis vero Soli Iuſtitiæ exponens, & declarans ſe Domini Ancillam, cum eſſet Mater dicens. *Ecce Ancilla Domini*, & illicò in ſuis viſceribus, illius lucis radios excepit, de qua, ait Paulus ad Hæbr. 1. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, &c.* & ſic euaſit pulcherrima Iridis, quæ ob pulchritudinem, & venuſtatem omnium cęleſtium Spirituum oculos ad ſe traxit; vnde Salamon ad huiuſmodi Arcum intuendum nos inuitat dicens Eccl. 43. *Vide Arcum, & benedic Dominum, qui fecit illum*, igitur cum apparuerit hic pulcherrimus ſupra Cęleſtis Arcus Mariæ, illius ſplendoris grauida, de quo Iſa. ait. *Orietur, vt ſplendor iuſtus eius*, patens ſignum eſt, pacis, & fæderis inter Deum, & hominem, non audis Angelum canentem, *Gloria in excelſis*.

Attulit etiam mundo Chriſti Natiuitas gaudium, non vni Vrbi, non vni Regno tantum, ſed cunctis Vrbibus, & Regnis, nam affecit lætitia magna, Cœlum, Terram, & Infernum in illa tamen parte, cuius capax erat, attulit gaudium Cælo, lætantur enim cęleſtes illi Spiritus, dùm mediante hac glorioſa Natiuitate replebuntur cęleſtes illæ ſedes vacuæ, propter lapſum Luciferi, & ſequacium, iuxta Dauidis Oraculum, *iudicabit in nationibus implebit ruinas*. gaudium erit Terræ, nam Chriſti Natiuitate infinitis ferè gratijs, & fauoribus afficietur, vt benedictionis fructus afferre poſſet. *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum, benedixiſti Domine terram tuam*, & ſic Paradiſi Ciues efficiemur, immo Dei Filiationem adipiſcemur, iuxta illud Ioannis, *dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri*, gaudium etiam, Chriſti Natiuitas attulit Inferno; nam lætati ſunt Sancti Patres, qui in Limbo morabantur, quia eorum deſideria finem habuere, ſed ſuper omnes, maxima fuit Sacratiſſimæ Virginis lætitia, cum ſua ſpes adimpletas, & Angeli legationem (futuram ſcilicet Dei Matrem) comprobatam iam videri hinc Cant. 6. Cęleſtis Sponſus Virginis vterum grauidum laudat dicens, *venter tuus à ceruus tritici, vallatus lilijs*, & per ventrem Sponſæ, intelligitur (ait Rupertus Abbas) venter Mariæ, & per triticum, Chriſtus, qui ait per Ioannem 2. *Niſi granum frumenti cadens in terram, &c.* ſed quid ſignificat ventrem eſſe vallatum lilijs, niſi Virginis ſpem? nam lilium, non ſolùm apud veteres gentiles, erat ſpei hyeroglificum, vnde Virg. 6. Aeneid. cecidit.

Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis, ſed etiam in ſacra Scriptura, inuenimus, vnde Titulus Pſal. 44. inſcribitur. *Pro his, qui commutabuntur*. Quod Diuus Hieronymus legit. *Pro lilijs*, & ibi ſermo eſt de Sanctis Patribus, ſpem habentibus ex Limbo in lucem transferri, patet ergo lilium ſpei eſſe ſymbolum, & ratio eſt, quod quamuis lilium ex radicibus fuerit auulſum, tamen germinat, hac ſpe Sancti Patres viuebant, & morabantur in Limbo, hoc deſiderio flagrabant, videndi ſcilicet Chriſti Natiuitatem, hinc Aegenus Propheta vocauit Chriſtum. *deſiderатus cunctis gentibus*, & Iſa. *vtinam dirumperes Cęlos, &c. Veni Domine, & noli tardare*, & Dauid. *Inclina Domine Cęlos, & deſcende*, vt tandem eorum deſideria finem cap. 2.
haberent. cap. 64.

Et ecce dùm venit plenitudo temporis miſit Deus Filium ſuum, dicens, *nunc exurgam dicit Dominus*, ſed quid te coegit piiſſime Domine humanam aſſumere carnem? audi, *propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam*, lachrymæ ergo traxerunt Dei Verbum in vterum Mariæ. pſ. 143.

Si aliquis miſſus fuiſſet in aliquam Vrbem, vt nonnulla alicuius Principis magni momenti negotia pertractaret, & tota die, ita ſopore afficeretur, vt pœnitus negotijs non inuigilaret; quid nam agendum erit, vt negotia expediret? optimum erit conſilium, ſi ex parte cubiculi; in quo quieſcit, aquæ ſtillicidium poſſet introduci, quæ eius caput madefaceret, tunc eſſet coactus expergiſci, & negotijs incumbere atque expedire.

Quid quæſo cogitatis Deum facere, antequam humanam aſſumeret carnem? venia concedatur mihi clementiſſimè Deus, vt ſeruo tuo Dauid conceſſiſti, de te affirmare, quod dormiebas in cubiculo diuinitatis tuæ, vnde Sancti Patres deſiderio flagrantes, totius orbis ſalutis negotium tecum pertractare, præcibus te expergiſci conabantur, hinc dicebant, *exurge quare obdormis Domine*, & tu piiſſime Deus adhuc dormiebas, tandem ſtatuerunt caput tuum lachrymarum aquis madefacere, & tunc experrectus clamaſti, *nunc exurgam dicit Dominus* Pſal. 11.
propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, & mutare cubiculum, & puriſſimum Mariæ vterum ingredi coactus fuiſti, vt eorum, noſtræq; ſalutis negotio, finem dares.

Totum hoc aſſeruit Salomon in Cant. 5. dum Chriſtum Mariæ vterum cupientem ingredi introducit, & ait, *aperi mihi Sponſa ſoror mea*, & cauſam huius deſiderij adducens, inquit, *quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*, & alia litera legit. *Quia caput*

meum

Digitized by Google

meum plenum eſt lachrymis. Quaſi diceret, intuere quæſo Sponſa caput meum madefactum aquis lachrymarum, me expectantium, vnde cubiculum commutare, & tuum ingredi vterum cogor, vt omnium ſaluti finis daretur; hinc meritò lætari debent Sancti Patres. Etſi omnes tali die gaudio afficiuntur, nobis præcipuè lætari & exultare conuenit, quia Dei Verbum hominum amans naſcitur, vnde D. Paulus ait. *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri*, & Textus Græcus legit apparuit. *Philandropia*, ideſt *amor hominum*. Omnia enim diuina attributa, hac die cælari videntur, & ſolus amor, tamquam Dominus cernitur, cælatur. *Omnipotentia*, quia ille, de quo dicitur per Salomonem. *Omnipotens ſermo tuus Domine*, imbecillis euadit, *ibi abſcondita eſt fortitudo eius*, ait, Abacuc cælatur, *ſapientia* quia ille de quo ſcribitur, *ſapiens corde, & ſapientiæ eius non eſt numerus*, & ſi ſuos deferentem ſapientiæ theſauros intuemur, ſunt tamen, abſconditi, ait D. Paulus cęlatur, *immenſitas*, nam ille Deus, de quo ſcribitur, *quem Cęli capere non poſſunt*, hodiè tuo gremio, ò Virgo Sacratiſſima, contuliſti, cælatur impaſſibilitas, quia ille Deus, de quo ſcriptum eſt, *non accedet ad te malum*, Eccleſia cæcinit, *vagit infans inter arcta conditus Præſepia*, cælatur *Aeternitas*, quia ille Deus, de quo dicit Ioannes. *In Principio erat Verbum*, hodie tempori ſubditur, *dùm venit plenitudo temporis*, cælatur, *bonitas*, quia ille Deus, de quo dicitur, *nemo bonus niſi ſolus Deus*, hodie apparet, *in ſimilitudinem carnis peccati*, omnia ergo attributa hac die cælantur, & ſolùm intuemur amorem dominari. *Apparuit amor hominum*.

ſap. 8. (margin note beside "cillis euadit" line)

Deus olim vltor erat, ſeuerè puniens, ita, vt de eo dixerit Propheta. *Terribilis eſt ei, qui aufert Spiritum Principum*, omnes tremore, & timore tenebantur, quaſi Leo rugiebat, ignem, bellum, peſtem, famem, mortem, minabatur, *Leo rugiet quis non timebit?* infiniti ferè ſuæ iuſtitiæ effectus videbantur, *iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit*, ſolùm voce morte afficiebamur, vnde Hebræi rogabant Moyſem dicentes, *non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur*, at modò ritum permutauit, non enim, vt Leonem rugientem, & iram minantem, ſed Agnum manſuetum amore flagrantem intuemur, vnde hoc? quia. *Apparuit amor hominum*, cuius vox timeri haud poteſt, eſt enim fletus, *vagit infans inter arcta, &c.* ſed dicet aliquis, ſi ergo Dei Verbum plorat, quomodo nos lætari, & exultare poterimus? quia ſcilicet lachrymæ illæ immenſum, & ardentem Chriſti amorem ſignificant, mementote quæſo, quod cum Chriſtus ad Lazari monumentum peruenerit, ait Sacer Textus. *Lachrymatus eſt Ieſus*; ex quibus lachrymis Iudæi amoris conſequentiam deduxerunt, dicentes, *ecce quomodo amabat eum*, ob cuius rei maiorem probationem, audite, dùm tempore noctis in aliquo vico, dulciſſimum, ſuauiſſimumque inſtrumentorum atque vocum concentum audimus, quam quæſo conſequentiam deducimus, niſi, quod in eo vico, aliquod amatum obiectum commoratur, & amans eſt, qui hunc dulciſſimum concentum conducit?

In Nocte Natalis Chriſti, diuinus in terris Angelorum concentus auditur, canentium, *Gloria in excelſis*, ergo aliquod amatum obiectum in terris moratur, cui vt placere poſſit Diuinus amans cęleſtem concentum conducit; ſed forſan mihi dicetis, ſi Chriſtus plorat, quomodo poſſunt ſe habere, fletus, & muſica? hoc quoque conceptui noſtro fauere affirmo, nam cum Amans muſicam conducit, vt amato obiecto blandiatur, dùm cantores modolantur, amans ſeorſum moratur, ſuſpirans, & plorans, & ſi ab eo lachrymarum cauſam expoſtulabitis, reſpondebit vtique, amoris ſagitta confauciatum fuiſſe, ita Deus hominum amans, dùm Angelorum concentum conducit, ſeorſum in Præſepio moratur plorans, *vagit infans*, & dicere poterat, *vulneraſti cor meum, &c.* ſed forſan dicet aliquis, ſi Angeli dulcem illam, ac ſuauem cantilenam modulantur, *Gloria in excelſis, &c.* quare vt militum turma apparent, ita vt, Lucas Euang. dicat. *Facta eſt cum Angelis multitudo militiæ cęleſtis*, & pacis cantum præcinunt? ſi dùm milites aciem formant, intuemur eos lanceas, gladios, &c. deferentes; quare ergo hæc cęleſtis militia Angelorum, fides, cytheras, lyraſque defert? memini me legiſſe, quod cum Alexander Magnus potenti exercitu ad capiendum bizantium perrexerit, quidam Philoſophus, obuenit ei dicens, quæ nam te cauſa mouet, ò inuictiſſimè Imperator, quod velis hanc Vrbem prædari? cui reſpondit Imperator, pulchritudo huius Vrbis, ita cor meum accendit, vt ipſemet ego venire ſtatui, ad eam adipiſcendam, ſi ita eſt dixit Philoſophus, vt amantem igitur, & non vt inimicum venire decebat, lyras, fides, cytharas, ac ſimilia inſtrumenta muſicæ, & non lanceas, gladios, &c. deferre debebas, vt ciuium animos illiceres. Hęc, quæ Philoſophus dixit Alexandro; Cęleſti Imperatori Verbo ſcilicet Incarnato haud dicere poſſumus, nam flagrans deſiderio pulcherrimam animæ noſtræ Vrbem adipiſcendi, & ad alliciendos eius animos, cęleſtem exercitum conducit, non bellica, ſed muſicalia inſtrumenta deferentem, quia vt amans, non vt inimicus venit, vnde vt amaretur, paruulus puerulus factus eſt.

ctus eſt. Audite quæſo, Amor in omnibus ignis ſimilis eſt, in vna tantummodo re diſſimilis eſt, quod ſcilicet ignis proprium eſt ſemper aſcendere, vſquequo ad propriam spheram perueniat; at proprium amoris eſt deſcendere, vnde dicitur. *Amor deſcendit*. Hinc ardet amore Pater erga Filium, non ita Filius erga Patrem, quia amor deſcendit, tali amore Rex Dauid Filium ſuum Abſalon proſequebatur, vnde dicebat, *quis mihi tribuat, vt moriar pro te fili mi?* at Filius perquirebat, & Regnum, & ſceptrum, vitamque ipſam auferre à Patre, Deus eſt Pater noſter, vnde dixit Moyſes Deut. 32. *Ipſe eſt Pater tuus, qui creauit te*, & vt Pater, ſemper nos dilexit, *diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti, &c.* at homo contra Deum conſpirat, *incraſſatus, impinguatus, &c.* quod intuens Deus, vt amaretur, veluti ſapientiſſimus, ſciens amorem deſcendere, hanc inuentionem adinuenit, Filius ſcilicet voluit euadere, hinc dicitur, *Filius datus eſt nobis*; & multoties in ſacris literis Filius hominis vocatur, quod dictum eſt, vt amaretur ab homine.

D. Clemens Alexand. ait, quod ita admiranda eſt Chriſti Natiuitas, vt ipſemet Aeternus Pater admiretur, hæc ſunt verba Clementis. *Pulcherrimum Patris ſpectaculum filius Aeternus victor*. Hoc ſpectaculum admirati ſunt Angeli; vnde dicitur per Ioan. cap. 1. *Angelos videbitis aſcendentes, & deſcendentes, ſuper Filium hominis*. D. Bernard. ibidem cauſam Angelorum admirationis adducens ait. *Quod in vno eodem homine Chriſto Ieſu, & infirmitatem foueant, & ſtupeant maieſtatem*. Et Dauid loquens in perſona Aeterni Patris ait. *Firmabo ſuper te oculos meos*. Vt eius maieſtatem, & pulchritudinem contemplaretur. Geneſ. 27. Lia primo Filio ſuo poſuit nomen Ruben, quod ſignificat filius viſionis, dignus ſcilicet, vt à cunctis inſpiciatur, hinc ipſa dicebat omnibus. *Videte Filium, & admiramini eius pulchritudinem*. Idem accidit Ioſeph Geneſ. 49. *Filius accreſcens Ioſeph, Filius accreſcens, & decorus aſpectu, filiæ diſcurrerunt per murum*, quod Text. Hæbr. legit. *Filiæ diſcurrerunt propter aſpectum*, & hoc ob eius pulchritudinem, hinc Nicolaus Lyranus ibidem ait. *Aegyptij quando audiebant aduentum Ioſeph, currebant ad feneſtras, & ſuper muros, vnde poſſent eum videre tranſeuntem propter eius gratioſitatem*. Quid ergo dicendum erit de Chriſto Dei Filio? videamus hoc Verbum; hinc Cherubim propitiatorium inſpiciebant. Exod. 35. *Verſis vultibus in propitiatorium*. Dei Filium inſpiciunt homines, vnde Zacch. 9. *Dominus eſt oculus hominis*, quod Pagninus legit. *Ad Dominum eſt oculus hominis*.

Orat. exort. ad gẽtes ad finẽ

Pſal. 31.

Zacch. 2. *Poſt gloriam miſit me ad gentes*. Loquitur hic Dei Filius, quod Pater Aeternus miſerit eum ad prædicandum gentibus, ſed quid ſibi vult poſt gloriam, Dei enim gloria ſemper eadem, non habet ante, & poſt, quare ergo poſt gloriam? ideſt poſt natiuitatem, quæ glorioſa eſt, & magna afficitur gloria.

Moyſes Exod. 21. ait, *iſte Deus meus, & glorificabo eum*; ſed quam gloriam ò Moyſes dabis Deo? Oleaſter ex Hæbr. traduxit. *Et tegurium faciam ei*, & hæc gloria Moyſis, hanc gloriam deſiderabat Dauid dicens, *Tunc ſatiabor cum apparuerit gloria tua*, alia enim litera legit. *Tunc ſatiabor cum anguſtiabitur imago tua*. Cæleſtes illi Spiritus Beati contuentur Diuinam Eſſentiam, & Sanctiſſimam Trinitatem, & tamen non legitur ita eos admirari, vt loquelam amittant, & deſint eis verba, quibus Deum laudare poſſint, dicentes, *Sanctus, Sanctus, &c.* at Dei Verbum, puerulum factum, videntes omnes creaturæ obmuteſcunt. Abacuc. 3. ait. *Deus ab auſtro veniet, & Sanctus de Monte Pharan*, ab auſtro; ideſt in Bethleem, quia Bethleem, eſt in meridie, & Sanctus de Monte Pharan, qui ſecundum ſuam Ethimologiam dicitur, *de Monte vmbroſo*, ideſt, *de Maria*, cui dictum fuit, *& virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, quibus Textus Hebræus addidit Verbum, *ſelà*, quod ſignificat ſilentium, quaſi diceret Propheta, Deus puerulus factus eſt? ſilentium, Deus pannis inuolutus? ſilentium, Deus in Præſepio? ſilentium, ſileant ſiliant omnes, cunctarum enim creaturarum tranſcendit capacitatem, audi D. Hieron. *Quo ſermone, qua voce, ſpeluncam tibi poſſumus Saluatoris exponere, & illud Præſepe in quo infantulus vagit, ſilentio magis, quam infirmo ſermone honorandum?* & Petrus Damian. *Sit lingua elinguis, immemor memoria, ſenſus inſenſibilis*.

Hinc Sap. 18. *Dùm medium ſilentium tenerent, &c.* & Abacuc. 1. *Dominus in Templo Sancto ſuo*, hinc ſileat à facie eius omnis terra 3. Reg. 19. deſcenderunt Angeli, vt ſuaui muſicæ concentu Hæliam conſolatione afficerent, at ſtatim ac Hæliæ ſpeluncam inſpexerunt, ſtupore capti, neſcio quid in eorum mentes venerit, obmutuerunt. Textus ait, *ſibilus auræ tenuis*, quod Chaldæus traducit. *Vox canentium in ſilentio*.

Digitized by Google

DE CHRISTI CIRCVMCISIONE.

Clemens Alex. ait Senecam referre, quod antiquis temporibus, dùm in aere aliqua nubes tempeſtatem minans apparebat, vt tale infortunium fugeretur, & nubes abſumerentur, occidere ſolebant aliquem agniculum, ad cuius ſanguinis aſpectum, nubes liquefiebant, & à periculo liberabantur, hæ nubes peccata ſunt, quæ tempeſtatem diuinæ vindictæ minantur, vnde Propheta, quaſi niue quæ abſumuntur ſanguine agniculi, ſcilicet Chriſti Ieſu.

Exod. 4. cum Dominus Moyſem in via occidere decreuiſſet, quia non ſtatim, vt par erat diuinis Præceptis obtemperauerat, hoc ſciens Sephora Moyſis vxor, vt eum à morte liberaret, illicò puerum ſuum circumcidit, quo acto, ait Sephora Moyſi, *Sponſus ſanguinum tu mihi es*, quaſi diceret, ſi priùs me tamquam Sponſam amore proſequebaris, in poſterum maiori dilectionis vinculo me diligere teneris, cum per Filij mei ſanguinem, te à morte liberauerim, ita ſi Anima Chriſtiana Deum, tamquam Sponſum, Patrem, & Creatorem, ſemper dilexit, nunc maiori dilectione eum proſequi tenetur, cum per Sanguinem Vnigeniti Filij ſui, eam à morte æterna liberauerit.

Pulchra quidem fuit inuentio illa, lapidem ſolidandi, in quo aliqua includatur Epiſtola, quæ alicui mittatur, inuentionem cognoſcenti, qui lapidem confringens, Epiſtolam legat. En Chriſtus viuus lapis, en Magiſter inuentionis Spiritus Sanctus. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Lapidis Fodina, ſunt Mariæ viſcera. *Ecce concipies, & paries Filium*, quænam ſunt ſecreta abſcondita in hoc lapide ſcripta? Theſauri diuinæ Sapientiæ, audi Paul. 1. Coloſſ. 2. *In quo ſunt omnes Theſauri, &c. abſconditi*, octo ab hinc diebus, admirabilis lapis iſte apparuit, in quo amoris Epiſtola à Patre Æterno generi humano miſſa includebatur, ita innuit Iſa. 51. dicens. *Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis*, oportuit frangere lapidem, vt Epiſtola legi potuiſſet ad quod nos hortatur Propheta dicens. *Inſpicite in ſolidam petram quam excidiſtis*, hæc ſolida petra, eſt Chriſtus, fractura eſt Circumciſio, quod legere poſſunt inſpicientes, eſt nomen Ieſus, *poſtquam conſumati ſunt dies octo*.

Putabant antiqui Romani quod veluti conſulos eligendi auctoritatem habebant ita, & Deos eligere potuiſſent, hinc milites Martem, ſapientes Mineruam, Diuites, Plutonem elegerunt, &c. quod cum alijs huiuſmodi electio non placuiſſet, quia non omnes milites, non omnes ſapientes, non omnes diuites eſſe poterant, vnde aliquem deſiderabant Deum, qui omnibus, omnia eſſet, inter tot tumultus, & diſſentiones, apparuit quidam adoleſcens, qui magna venuſtate quamdam tabulam cunctis oſtendit, in qua in humana ſpecie, quidam Deus depictus videbatur, brachia in modum Crucis habebat, & in dextera manu ſcriptum legebatur, *Expecto*, in ſiniſtra, *Remitto*, in pectore, *Promitto*, ſubter, *Deus Clementiæ*, quæ pictura cum à Romanis videretur, cunctis placuit, & huiuſmodi Deus ab omnibus fuit amplexus, ita olim Hebræi fortitudinem ſibi elegerunt, *Deus prœliator, & fortis*, Græci, *ſapientiam quærunt*, Gentiles diuitias, *ſimulacbra gentium argentum, & aurum*, ſed ecce excellens, & diuinus Pictor Lucas, cap. 2. in tabula ſui Euangelij, Deum noſtrum cunctis proponit dicens, *poſtquam conſumati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus.* Nomen eius Ieſus, ideſt, *Saluator*, Deus Clementiæ in dextera ſcriptum habet, *Expecto*, quia ad pœnitentiam expectat, in ſiniſtra, *Remitto*, quia remittit culpas, & in pectore *Promitto*, promittit enim vitam æternam, ſubter, *Deus Clementiæ*. Dauid Pſal. 24. Deum alloquens ait, *propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo*, quaſi diceret, Domine, vt nomen tuum (Ieſus ſcilicet) glorificetur, me redimere teneris.

DE SANCTISSIMO NOMINE IESV.

De quo Sanctiſſimo: ac venerando Nomine Ieſu loquuturus, lætitia magna afficior, intuens ad ſolam eius inuocationem, omnem à corde timorem, ac pauorem procul recedere, & cęleſti, ac ſuaui repleri dulcedine ſentiam; vnde meritò D. Bern. dixit. *Eſt mel in ore.*
in Cant. Et D. Bonau. in vita Sancti Franciſci, ita cecinit. *In aure melos in corde iubilus.* Olim Deus
ſerm. 14. Exod. 6. de ineffabili nomine Iehouà Moyſen alloquens dixit. *Apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo Omnipotente, & nomen meum Adonai, non manifeſtaui eis*, vel vt legit Textus Hebræus nomen, *Iehouà*, quod nomen ſecundum quamdam hebraicam Ethimologiam ſonat no-
1. ſtrom. men conterens, & confrigens, nomen ſeueritatis, & iuſtitiæ, nomen ita terribile, quod vix per Moyſen fuerit annunciatum Pharaoni, quin ſtatim mutus euaſit, ita aſſerit Clemens Alexand. dicens. *Cum audiſſet Pharao, mutum cecidiſſe*, & quod maioris terroris, ac tremoris eſt,

refert

refert idem Clemens cit. nonnullos Hebræos teſtatos fuiſſe, quod quando Moyſes nimio zelo excitus occidit Aegyptium illum, vt narratur Exod. 2. non vſus eſt gladio, aùt alio inſtrumento, ſed tantum inuocauit nomen, *Iehouà*, & ad inuocationem huius terribilis nominis, illicò mortuus cecidit Aegyptius, at Sanctiſſimum Ieſu nomen, cum ſonet Saluatorem, nonniſi ſalutem, & robur, gratias, & vitam nobis affert, hinc Cant. 1. dicitur. *Oleum effuſum nomen tuum. Effuſum ait D. Aug. quia miſericordiam ſuam fracto vaſe, ſuper omnem mundum effudit.* Olei proprium eſt cuncta penetrare, & omnibus prodeſſe morbis, vnde cum Hebræi Chriſtum calumniarentur, eò quod in die Sabbati, cuidam Paralitico ſanitatem attulerit, vt narrat Ioan. Euang. cap. 5. reſpondit Paralyticus. *Ieſus, qui me ſanum fecit, &c.* quæ verba Paralytici expendens D. Gaudentius fract. 2. Paralyt. ſic aſſerit. *Ille ergo inquit fecit me ſanum, cuius, & nomen ſalus eſt, & quomodo poteſt ſalus per præſcriptam legem prohiberi ne ſanet?*

Ad inuocationem nominis, *Iehouà* mutus euaſit Pharao, at ad inuocationem Sanctiſſimi nominis Ieſu, mutis loquela redditur; audite Salamonem Sap. 1. *Decantauerunt Domine nomen Sanctum tuum, quia ſapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium facit diſertas*, & ſolum Dęmones obmuteſcere facit, vt benefaciat hominibus; mementote quæſo quod Luc. 4, conquærebantur Dœmones de Chriſto dicentes. *Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? veniſti ante tempus perdere nos?* cui dixit Chriſtus, *obmuteſce*, hinc Tertull. perquirens cauſam quare Chriſtus Dęmonem obmuteſcere fecerit, ita fatetur. *Quaſi hæc eſſet ſumma gloria Chriſti, ſi ad perditionem Dęmonum veniſſet, & non potiùs ad hominum ſalutem.* Vnde hoc? quia proprium eſt huius Sanctiſſimi nominis, cunctis afferre ſalutem, vnde obmutuit Dęmon, & homini illi ſanitatem attulit, vt ait Text. *exijt ab eo*, & Ioel 2. ait. *& erit omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit*; hinc Euthimius huius Sanctiſſimi nominis potentiam perpendens fatetur, quod ſi Iudas proditor, quando perrexit ad Principes Sacerdotum, vt Chriſtum venderet, hoc Sanctiſſimum nomen inuocaſſet, non ſe laqueo ſuſpendiſſet, ſed dixit, *quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* audite verba Euthimij. *Dixit eum, non Ieſum, quia tam ſacrum illud nomen oderat, & tamen ſi illud inuocaſſet, non malè perijſſet, longè enim eſt deſperatio, vbi eſt huius nominis inuocatio*, & D. Bern. clamat. *Triſtatur aliquis veſtrum? veniat in cor Ieſus, & inde ſaliat in os, labitur quis in crimine, currit inſuper in laqueum mortis deſperando? nonne ſi inuocet nomen vitæ confeſtim reſpirabit ad vitam.*

lib. 4. in Marc. 7.

ſerm. 15. in Cant.

Mirum quidem eſt, quod cum tot millia Hebræorum in Deſerto obierint, ſolus Ioſuè viuus remanſerit, quis nam eum à morte potuerit liberare, niſi nomen Ioſuè, quod Sanctiſſimum nomen Ieſu figurabat? audite quæſo D. Ambr. ſic dicentem. *Mortuus eſt Aaron, mortua eſt Maria, mortuus eſt, & ipſe Moyſes, ſolum Ieſum Naue nominis ſacri ſimilitudo ſeruauit.*

Iſaias 52. loquens de Concionatoribus ait, *quam pulchri pedes annunciantis pacem annunciantis bonum*; quod Paulus Apoſtolus ad Rom. 1. traducit, *annunciantis bona*, in numero plurali, & Origen. commentatur, (vt indicaret omnia bona in Ieſu reperiri.) *Annunciantis Ieſum*, & ita concinit Orig. in præfat. in Ioan. *Facilè intelliges, quomodo multa bona ſit Ieſus, vita bonum eſt? Ieſus eſt vita, Reſurrectio bonum eſt? Ieſus eſt Reſurrectio, lux mundi bonum eſt? Ieſus eſt lux vera; theſaurus demum omnium bonorum, Ieſus eſt*, & hoc ita verum, vt vbi agitur de iuſtitia exercenda, & peccatoribus puniendis, nullatenus vult adeſſe, audite Geneſ. 18. legitur, quod in domo Abrahæ tres Angeli hoſpitati fuerint, qui pergentes, vt deſtruerent Sodomam, vbi Loth morabatur, in eius domo duo tantummodo Angeli hoſpitati ſunt, & tertius cur abijt? hoc perquirentes Sacri Doctores, fatentur tres illos Angelos, Santiſſimam Trinitatem figuraſſe, & quia Abrahæ domui gratias, & omnia bona elargiri venerat, ideo omnes tres aderant: at vbi agitur de iuſtitia exercenda, & Sodoma punienda, noluit adeſſe tertiùs Angelus, Dei ſcilicet Filius, ſed tantum Pater, & Spiritus Sanctus; audite D. Ambr. *Vbi gratia largienda eſt, Chriſtus adeſt, vbi exercenda ſeueritas, deeſt Chriſtus*, Nam vt fatetur D. Bern. vbi aduenit Chriſtus, omnia mala expelluntur, audite verba D. Bern. *Ipſe impetum cohibet, ſuperbiæ tumorem ſedat, ſanat liuoris vulnus, extinguit libidinis flammam, ſitim temperat auaritiæ, ac totiùs dedecoris pruriginem fugat.* Et non ſolùm vbi Chriſtus adeſt omnia mala expelluntur; ſed in eius nomine etiam figuratiuè nemo poteſt perire. Apud Ioſuè cap. 4. legitur, quod cum Dei populus Iordanem pertranſiſſet, ignorans vbi commorari, & fundamenta iacere deberet: præcepit Deus, vt ex Iordane duodecim caperent lapides, duodecim tribus Iſrael figurantes, ſupra quos lapides fabricam erigerent, & fecerunt, vt Deus imperarat, cunctiq; Deo, grati fuerunt, at capite decimoſeptimo Numerorum, cupiens omnis populus ſcire, quæ nam tribus Deo carior, & gratior eſſet, loquutus eſt Dominus ad Moyſen dicens, loquere ad filios Iſrael, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas à cunctis Principibus tribuum, virgas duodecim,

de Abrahā lib. 2. cap. 6.

ſerm. 15. in Cant. In quentis de nomine Ieſu.

Digitized by Google

cim, poneſq; eas in tabernaculo fœderis, & quam tribum ex his elegerim germinabit virga eius, ſequenti die regreſſus populus inuenit ſolam virgam Aaron germinaſſe, pero modò quid ſibi vult hoc diſcrimen inter lapides, & virgas? omnes erant duodecim, omnes eaſdem duodecim tribus ſignificabant, & tamen non omnes virgæ ſicut omnes lapides fuerunt Deo gratæ, hoc perpendens D. Greg. Naz. animaduertit hoc diſcrimen ortum habuiſſe, quia lapides à Ieſu Nauè deſumpti fuerunt ex alueo Iordanis, ita præcipiens Ioſuè Dux, & quia vtrumque nomen; Sanctiſſimum nomen Ieſu ſignificabat, in quo nomine omnes ſaluantur, ideo omnes illi lapides ſeù tribus ſub protectione huius nominis gratæ Deo fuere; at virgæ, Moyſes poſuit eas in templo, ideò vnam germinaſſe, & Deo gratam fuiſſe legitur, audite verba Diui Gregor. Nazianz. *Duodecim virgæ pro numero duodecim filiorum Iſraël, ex præcepto diuino accipiuntur à Moyſe, ſed vna tantum electa præ cæteris floruit, rurſus ab Ieſu Naue lapides aſſumuntur ex Iordane, quorum omnium nullus reijcitur, quia iam videre licuit, quod in Ieſu nomine omnes ſaluantur, & nullus perijt.* Et quemadmodum vlla vnquam gratia à Chriſto petentibus concedebatur, quæ in nomine Ieſu non peteretur, ita quidquid in hoc dulciſſimo nomine, à Dei Filio expoſtularetur, illicò cœleſtes gratiæ pluere videbantur, audite; perijt olim à Chriſto Mater Filiorum Zebedei Matth. 21. dexteram, & ſiniſtram pro filijs in Regno Dei; ſed audite reſponſionem, *neſcitis quid petatis;* petierunt nonnulli Hebræi à Chriſto, an liceret cenſum dari Cæſari, ſed Chriſtus reſpondit, *quid me tentatis Hypocritæ?* cupiebant Scribæ, & Phariſæi aliquod miraculum à Chriſto videre, vnde dicebant, *Magiſter volumus à te ſignum videre:* at Chriſtus expellens eos à ſe reſpondit, *generatio praua, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, &c.* Pero modò quare Chriſtus ita ſeuerè ſe geſſit, cum ſit fons pietatis, & Deus totius conſolationis? quia ſcilicet non petierunt in nomine Ieſu, ſicuti fecerunt cæteri, audite cæcum natum Ioan. 6. petens, vt videret, dixit, *Ieſu Fili Dauid miſerere mei,* & à Chriſto audiuit, *fiat tibi ſicut vis,* & factus eſt videns, acceſſit ad Chriſtum Cananea, & filiæ ſanitatem perijt dicens Matth. 15. *Ieſu Fili Dauid miſerere mei Filia mea male à Dæmonio vexatur,* & Chriſtus reſpondit fiat tibi ſicut vis, valdè admirandum eſt, Dæmones ipſi, qui licet quarumcumque gratiarum ob obſtinationem incapaces ſint, quia tamen petierunt in nomine Ieſu, obtinuerunt quidquid expoſtulauerint; volens enim Chriſtus nonnullos à Dęmonibus obſeſſos liberare, Dęmones, qui in eorum corporibus morabantur, rogauerunt dicentes, *Ieſu Fili Dauid cur veniſti torquere nos ante tempus,* Matth. 15. *mitte nos in porcos,* & quamquam Chriſtus Dęmonum intentionem ſciret, quod ſcilicet, cum Dęmones in porcos ingrederentur, elaborarent, vt in aquis præcipitarentur, & ſic perirent, vnde porcorum Domini ob damnum paſſum deſperatione, & furore exagitati, Chriſtum occidere quærerent, quod Dęmones prætendebant; attamen quia petierunt in nomine Ieſu, non potuit, non concedere eis, quod petebant, audite quæſo D. Bern. de nomine Ieſu ſic dicentem. *Quamquam intentionem Dæmonum; illius preuentum agnoſceret Dominus: hoc tamen conceſſit, quia in Ieſu nomine nihil fruſtra petitur.*

D. Anſelmus admiratus, quod Chriſtus cum eſſet, in Cruce, & morti appropinquaret ait Euang. Matth. 27. *inclinato capite emiſit ſpiritum,* perquirit Anſelmus, quare Chriſtus potiùs non extulerit caput, Cęlum intuens, ad quod quantociùs erat peruenturus? ita reſpondet Anſelmus: *Inclinato capite emiſit ſpiritum, vt ſummam reuerentiam Ieſu nomini exhiberet.* Hinc D. Bernardi explicans verba D. Pauli ad Philipp. 2. *In nomine Ieſu omne genuflectatur, &c.* dicit Diuum Paulum Apoſtolum reuerentiam, quæ huic Sanctiſſimo nomini exhibenda eſt didiciſſe, cum fuerit raptus ad tertium cęlum, & pro tertio cęlo, Nicolaus de Lyra in hunc locum D. Pauli cap. 1. intelligit fuiſſe cęlum Empireum, vbi D. Paulus exiſtens contemplabatur Angelos, Archangelos, &c. & intuens Chriſtum ad dexteram Patris, eius amore accenſus exclamauit, *Ieſu trahe me poſt te,* & tunc ad nominationem huius Sanctiſſimi nominis, vidit D. Paulus, quod omnes Angeli proſtrati adorauerunt hoc Sanctiſſimum nomen, vnde Apoſtolus in ſe regrediens protulit illa dulciſſima verba, *In nomine Ieſu omne genuflectatur, &c.* audi quæſo verba D. Bernardini Senenſis. *Didicit Sanctus Paulus dicere hoc, quando fuit raptus vſque ad tertium cęlum, vbi ſenſit tantam dulcedinem Ieſu, quod exclamando dixit; Ieſu trahe me poſt te, & ad iſtud tale nominari nominis Ieſu, quod fecit Paulus; illicò vidit omnes Angelos proſtratos.*

hom. 6. in Cant.

lib. 6. cur Deus.

ſerm. 41. tom. 2.

Vbi Sanctiſſimum Ieſu nomen adoratur, omnia bona, & cęleſtes benedictiones adſunt, hinc Gen. 1. cum creaſſet Cœlum, Terram, abyſſum, tenebras, non legitur benedixiſſe, niſi poſtquam creauerit lucem, non quod Cœlum, Terra, Abyſſus, Tenebræ non eſſent bona, ſed Deus non iudicauit ea fuiſſe digna benedictione ante lucis creationem, quæ lux lucem

Sanctiſſi-

Sanctiſſimi nominis Ieſu figurabat, vnde cuncta poſt lucem creatam, dicere poterant illud Sap. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*, audi verba D. Ambr. *Si omnia, quæ fecit Deus* lib. 1.
ſunt valdè bona, cur non dicit Cælum, Terram, Abyſſum, & illas Tenebras, quæ erant ante lucem eſſe bonas? & reſpondet Ambr. *Vt oſtenderet ante veram lucem Ieſu, quæ illuminat omnem hominem, omnia bona eſſe, non poſſe*. Patet hoc exemplo Regum Magorum, qui cum perueniſſent vbi Rex Hærodes regnabat, & nouum Regem natum quærerent, vt adorarent, quod poterat eſſe cauſa rebellionis, vnde videbatur, quod meritò Hærodes Magos illos, & ſeuerè punire, & etiam morte afficere debuiſſet, ſed nihil mali Regibus illis Hærodes intulit; immo humanè alloquutus eſt eos dicens, *ite, interrogate de Puero, vt ego veniens adorem eum*, vnde hoc? quia ſcilicet Reges illi à longè venerant, vt Ieſum natum inuenire, & adorare potuiſſent; ideò non poterat illud Sanctiſſimum nomen, niſi benedictiones, & gratias afferre, audite D. Bernard. hunc locum animaduertens. *Cur tamquam auctores rebellionis non puniuntur? & pacis diſturbatores non exulant?* & reſpondet, *quia confitentes Ieſum quæritabant, ideò non poterant per media mala incidere*. ſerm. 40.

Sanctiſſimum Nomen Ieſu dicitur magnum; vnde Dauid Pſ. 98. Chriſtum alloquens, dicebat, *confiteantur nomini tuo magno*, quod de Venerando Nomine Ieſu intelligitur, & non ſolũ dicitur magnum, quia ab ore diuino fuerit in Cœlis efformatum, & per Archangelum Gabrielem in terris allatum, vt aſſerit, Luc. Euang. cap. 1. Archangelum dixiſſe Virgini, *vocabis nomen eius Ieſum, hic erit magnus, & Filius altiſſimi vocabitur*, ſed etiam dicitur magnum, quia magnitudine huius Nominis, audeo dicere, quòd Dei Filius fuerit coactus infinita færè martyria pati, & mortem ipſam in Cruce ſuſtinere, vt tanto Nomini correſpondere potuiſſet.

Iulius Capitolinus in Seuero, refert, quod cum Imperator Alexander Seuerus à Romanis Senatoribus rogaretur, vt magnum Antonini nomen, (tunc valdè celebre, & omni veneratione dignum) accipere vellet, renuit Alexander tali nomine nuncupari, & ita reſpondit. *Ne quæſo Patres conſcripti me ad hanc certaminis neceſſitatem vocetis, vt ego cogar tanto nomini ſatisfacere, cum etiam hoc ipſum nomen licet peregrinum, tamen grauare videtur, hæc enim nomina inſigna onerosa ſunt*, ita, & hoc Sanctiſſimum Nomen Ieſu, nomen magnum, inſigne, & peregrinum grauare videtur, ob Crucem, & tormenta; ob cuius rei probationem, animaduertite, ſcripturam Matth. 27. quam in capite Crucis poſuerit Pilatus; quæ ſic legitur, *& impoſuerunt ſuper caput eius, cauſam ipſius ſcriptam, hic eſt Ieſus Rex Iudeorum*, quaſi diceret, cauſa mortis Chriſti fuit, quia vocabatur Ieſus, audite Origen. ita annuentem. *Et cum nulla inueniatur cauſa alia mortis eius, nec enim erat, hæc habetur ſola*. Quod ſi diceres eam cauſam Ioannem Euang. cap. 19. nuncupaſſe, Titulum, dicens. *Scripſit autem, & Titulum Pilatus, & poſuit ſuper Crucem, erat ſcriptus Ieſus Nazarenus, &c.* Quærimus modò, quid ſibi vult Titulus? Rupertus Abbas reſpondit. *Dicitur Titulus à Titane ideſt ſole, quo mundus iſte illuminatur; quia videlicet præſcriptione, quam Titulum dicimus, quaſi præmiſſo lumine libri ſequentis introitus aperitur*. Quaſi diceret ſicut Sol, ſuo lumine mundi tenebras illuminat, ita Titulus cuiuſcumque libri lumen affert rebus occultis, quæ in libro continentur, Ioannes ergo Euang. dicens, *ſcripſit autem, & Titulum, &c.* voluit oſtendere, quod dùm Chriſtus moraretur in Cruce erat veluti quidam liber, calamis clauorum, atramento pretioſi Sanguinis, & Caracteribus infinitorum ferè vulnerum ab Hebræorum crudelitate deſcriptus, qui liber, ita obſcurus erat, vt nemo legere eum poſſet, ita affirmat idem Ioannes Apoc. 5. *Nemo poterat, neque in Cælo, neque in Terra, neque ſubtus terram aperire librum*, & quæ creaturarum legere vnquam, & ſcire potuiſſet, quomodo Deus pati poterat, niſi Titulus veluti Titan ſuo lumine nos illuminaret? audi Titulum. *Ieſus Nazarenus*, Ieſus eſt? quia ergo hoc magnum nomen acceperat, ideò oportuit, tanto oneri ſatisfacere; cunctorum ſcilicet mortalium pœnas luere, & ſalutem mundo afferre, quia Ieſus dictus eſt Saluator.

tract. 25. in Matt.

in Geneſ. lib. 1. c. 21

Hinc Dauid Pſal. 28. dicebat. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo multum eſt enim*, quaſi diceret, vt gloria, & honore hoc Sanctiſſimum Nomen afficeretur neceſſe fuit Dei Filium pati, & hominem redimere, ita aſſerit incognitus ibidem dicens. *Ille qui nomen alicuius virtutis habet, & non rem nominis, ſuum nomen inhonorat*. Hoc innuere voluit Ioannes Apoc. 3. ſcribens cuidam Epiſcopo, cui dicebat. *Scio opera tua, quod nomen habes, quod viuas, & mortuus es*, quaſi diceret opera tua, non correſpondent nomini, & meritò: nam D. Vinc. Ferr. vt vult Gloſa. Epiſcopus ille Melicus vocabatur, & ſic inquit D. Vincentius. *Dicit Gloſa quod vocabatur Melicus, ideſt dulcior, & ipſe erat amarus per malam vitam*. Narrat Plutarchus in vita Alexandri, quod cum quidam ſtrenuus Dux in ſuo Exercitu ſocordem quemiam, ac vilem militem intueretur, cum interrogauit, quod nomen haberet, cui reſpon-

ſerm. de S. Luca.

Digitized by Google

diu miles, quod Alexander vocaretur, hoc audiens ſtrenuus Dux valdè iratus ait. *Aut nomen muta, aut te gere, vt Alexander.* Nam Alexander fortiſſimum ſignificat, & miles ille erat viliſſimus, & ſic proprium nomen inhonorabat. Hinc incognitus cit. ſequitur dicens. *Cum ergo Chriſti Nomen ſit Ieſus, quod idem eſt, quod Saluator ad gloriam ſui nominis, ſpectat ſaluare à peccatis credentes in eum.*

in Cant. lib. 1. c. 2. Rupertus Abbas introducit Beatam Virginem Mariam de Paſſione Filij loquentem, & ſic dicentem. *Ex quo Mater eius facta ſum, ſciui eum iſta paſſurum.* Ex quibus verbis neceſſe eſt fateri, Mariam hoc didiciſſe ab Archangelo Gabriele, ſed Archangelus Gabriel, vt refert Luc. Euang. cap. 1. nihil de Paſſione Filij Annunciauit Mariæ, quomodo ergo poteſt dici Mariam tunc ſciuiſſe, quæ Filius erat paſſurus? opinor quod cum Virgo Spiritu Sancto fuerit illuminata, audiens ab Archangelo Gabriele. *Vocabis nomen eius Ieſum*, illicò ab hoc Venerando, & Sanctiſſimo Nomine, deuenit in cognitionem omnium pœnarum, quæ Chriſtus

ſer. de Incarnat. erat paſſurus, audite D. Vinc. Ferr. *Vocabis nomen eius Ieſum, ecce Paſſionem, quia Ieſus idem eſt, quod Saluator, ex cuius Paſſione ſaluati ſumus.*

D. Lucas Euang. cap. 10. loquens de ſeptuaginta duobus Diſcipulis Chriſti, ita habet, *reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio dicentes, Domine etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo*, quibus Chriſtus reſpondit; *videbam Sathanam ſicut fulgur de Cœlo cadentem*, quaſi

ſerm. 140. tom. 1. dicat, inquit Diuus Bern. *Nolite mirari ſi Nomen meum Diaboli expauiſcant, & eos ab homine pellat cum virtute eius, Sathanas cum omnibus Angelis ſuis de Cœlo expulſus ceciderit ſicut fulgur.* D. Bernardin. Senenſis loquens de prælio facto in Cœlo ita annuit: *Imaginor quod Angeli*

tom. 4. ſerm. 31. *boni dicebant viuat Ieſus, & ad vocem huius Nominis, Dæmone reſiſtere non potuerunt, quin de Paradiſi apice in abyſſum caderent.*

D. Luc. Euang. 2. ait. *Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur*; & Angelus alloquens Ioſephum dixit, *vocabis Nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

li. 1. c. 24. ſui decha-cordi. Ioannes Vigerius expendens illa verba, *vocabis Nomen eius Ieſum*, ait, *nullam maiorem gratiam homines à Deo aſſequi poſſe exiſtimant, quam liberos gignere, & educare, conſanguineis Patriæque beneficos; quibus de rebus, quanto ampliùs benemeriti fuerint Filij, tanto ſe Parentes feliciores exiſtimant, Filius, quem paries de ſua Familia optimè merebitur ſuæ genti: immo omnibus gentibus erit ad iumenta: ſaluabit genus humanum, vocabis nomen eius Ieſum, ideſt Saluatorem, quia ex officio, cui incumbet Nomen habere debet; ſtudebit autem humanæ ſaluti.* Et D. Bern. attendens verba, quæ Archangelus Gabriel dixerat Mariæ, *inueniſti ſcilicet gratiam apud Deum*, ita habet.

hom. 3. ſuper, miſſus eſt. *Hæc eſt gratia quam inueniſti apud Deum: ecce concipies, & paries Filium, & vocabis nomen eius Ieſum, intellige prudens Virgo ex Nomine Filij promiſſi, quantam, & quam ſpecialem gratiam inueneris apud Deum.*

Sed animaduertendum eſt, quod Gabriel priùs dixit Mariæ Gratia Plena, poſtea inueniſti gratiam apud Deum, deinde vocabis Nomen eius Ieſum, vt colligeremus hoc Sanctiſſimum Nomen afferentes ornatos gratia eſſe debere, vnde Paulus Apoſtolus dicebat. *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus niſi in Spiritu Sancto*, hinc Petrus Abb. Cellenſis expendens huius San-

1. Cor. 12 li. 2. ep. 4. ctiſſimi Nominis pondus ait. *O pondus Nominis Ieſu, quis appendere, quis dinumerare, quis æſtimare valeat, hoc nomen in pondere? numquam ſine pondere nominandus eſt Ieſus, pondere vtiq; Sanctuarij, quia nemo poteſt dicere Dominus Ieſus niſi in Spiritu Sancto.*

Putant Hebræi, quod ideò tot miracula per virgam fuerit Moyſes operatus, quia in ea inſcriptum fuiſſet Nomen Tetragrammaton, adeò vt ſingulis virgæ lateribus, ſingulæ huius nominis, litteræ eſſent exaratæ, & hoc, vt illa opera, non in nudam virgam eſſent referenda, ſed in Dei nomen, quo virga illa inſigniebatur, ſed de authoritate, & veritate huius rei, remitto me meliori iudicio, dicam tamen ſi hoc verum eſſet, ſignificaret vtique Sanctiſſimi Nominis Ieſu excellentiam virga illa Crucem ſignificabat, cui nomen erat adnexum his verbis, *Ieſus Nazarenus Rex Iudeorum*, vultis ne audire miracula, & mirabilia, quæ hoc Sacroſanctum Nomen operatur, vos legere non tedeat D. Bernard. Senenſem, ita aſſerentem.

to. 2. ſer. 29. *Hoc eſt nomen quod dedit cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, ſermonem mutis; proinde ſi qua infirmitas tibi, vel tuis occurrat, non ſpreto remedio corporali, aut naturali recurre ad inuocationem nominis.* Et Beatus Michael de Carcano loquens de hoc Sanctiſſimo Nomine ait. *Au-*

ſerm. 8. de Natiuit. *diui quamplurimos errantes in multis periculis, ſiue equitando, ſiue itinerando, ſiue per mare eundo, ſiue cadendo, in huius Nominis inuocatione illeſos euaſiſſe.* Et D. Chryſoſt. aduertens quod ad

hom. 27 in ep. ad heb. Ioſuè Imperium Sol ſiſteret ait. *Quod igitur typus erat Ieſus illud nomen ideircò igitur hoc factum eſt, propter ipſum vocabulum veneratæ etiam creaturæ*, & Origen. ita ſcribit de Nomine

Ieſu

Digitized by Google

Ieſu. *Nomen Ieſu lymphatos ſanat, & Dæmones exigit, morbis etiam præſentaneum affert auxilium, inſerit etiam miram quamdam manſuetudinem, morumq; honeſtatem.*

lib. 1. contra celſū.

Diuus Vincentius Ferrerius, loquens de hoc nomine ait. *Hoc nomen Ieſu eſt virtuoſum, quia omnes virtutes quas Deus poſuit in herbis, lapidibus, verbis plantis, ſtellis, conſtellationibus, omnes ſunt, & continentur in hoc Benedicto nomine Ieſu.*

ſer. de Circumciſ. Domini.

D. Chryſoſt. de Nomine Ieſu inquit. *Hoc ornemur ipſi, hoc tamquam muro nos muniamus, hoc nomen, & Dæmonibus terribile, & perturbationibus, & ægritudinibus*, hinc Dauid cum non eſſet aſſuetus armis, vt contra Goliath pugnare, & cum debellare potuiſſet, huius Sanctiſſimi Nominis armis ornatus, & armatus ſuperbum illum philiſteum aggreſſus eſt, & vicit, nam, vt refert Philo Hebræus in illis quinque lapidibus, quibus pugnauit aduerſus Philiſteum, in vno quoque eorum erat ſcriptum vnum nomen illuſtrium antiquorum virorum, in primo erat ſcriptum nomen Abrahæ, in ſecundo Iſaac, in tertio Iacob, in quarto Moyſis, in quinto Ioſuè, & ita per hunc ordinem poſuit eos in peram paſtoralem, vt in ſuperiori peræ parte extaret quintus lapis, in quo nomen Ioſuè, ſcriptum erat, quod nomen figurabat Sanctiſſimum nomen Ieſu. Quem lapidem ſumens ex pera, percuſſit, & occidit Goliath, vt ipſemet Dauid referre videtur alloquens Philiſteum, *tu venis ad me cum gladio, haſta, & clypeo, & ego venio ad te in nomine Domini exercituum*, & D. Baſil. hoc aſſerere videtur, nam intuens ſolem iuſſu Ioſuè immoratum fuiſſe, cauſam perquirens dicit tandem hoc factum fuiſſe ob obſequium Ducis Ioſuè, quod nomen, Sanctiſſimum Nomen Ieſu figurabat, audite verba Baſilij. *Conſtitiſti Sol aliquando victoriam Hebræorum ſpectans, reueritus es Ieſum Ducem, qui imperauerat, in conſeruo honorans Domini appellationem*, & Diuus Iuſtinus Martir Dialog. cum Triph. *Sol ſtetit iuſſu illius viri, cui nomen erat Ieſus.*

hom. 8. in epiſt. ad Rom.

de antiqu. Bibliæ.

1. Reg. 27.

ſerm. de Transfig.

In Sacroſancta Chriſti Circumciſione, non ſolùm reſplendet Sanctiſſimum Ieſu Nomen, ſed etiam eius prætioſiſſimus Sanguis effuſus pro arrha illius, quem effuſurus erat in Cruce.

Math. 16. fuit interrogatus Petrus à Chriſto dicente, *quem dicunt homines eſſe Filium hominis?* reſpondit Petrus, *alij Heliam, alij Hyeremiam, aùt vnum ex Prophetis, vos autem, quem me eſſe dicitis*; dixit Petrus, *tu es Chriſtus Filius Dei viui*, tunc ait Ieſus, *& ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c.*

Iterum Io. 21. Chriſtus interrogauit Petrum dicens. *Simon Petre diligis me plùs his? etiam Domine*, & Chriſtus reſpondit, *amen dico tibi: cum eſſes iunior, &c.* Quare ergo in prima vice Chriſtus promiſit Petro Pontificatum, & in ſecunda, non ſolùm nihil ei promittit, ſed minatur mortem? reſponoetur in prima vice, Chriſtus non adhùc effuderat Sanguinem ſuum præcioſum, hinc multa habebat, quæ dare poterat, at in ſecunda, poſt mortem interrogauit eo tempore, quo, & in cænaculo, & in Caluario ſuum tribuerat Sanguinem præcioſum, Theſaurum ſcilicet, ſuper omnes Theſauros; & vt ita dicam, ſic ſe depauperauit, vt nihil haberet, quod impertire poſſet, audi Diuum Chryſoſt. ſuper eundem locum. *Quia iam Sanguinem fuderat ideò, nec laudauit Petrum, nec aliquid promiſit; quamuis id alio loco feciſſet.*

Tanti valoris eſt Chriſti Sanguis, vt omnium culparum, etiam inimicis veniam attulerit, pro cuius rei probatione, mementote quæſo, Chriſtum à Iuda venditum fuiſſe Iudæis triginta argenteis, at pænitentia ductus, proiecit triginta argenteos in templo dicens, *peccaui, &c.* quærit Sanctus Maximus, quare Iudas proiecit in templo pecuniam, & non retulit Hebræis, cum reſtitutio certa facienda ſit proprio Domino? & ſi dicit Diuus Bern. propter aliquam cauſam iuſtam noluit proprio Domino reſtituere, cur in templo, & non alibi proiecit? reſpondetur, quia pecunia, prætium Sanguis Filij Dei erat, hinc idem Sanguis coegit Iudam ad templum ire, vt ibi ſe humilians, & peccatorem eſſe agnoſcens veniam peteret, audite verba Diui Maximi ibidem. *Videte Fratres, quanta ſit Dominici Sanguinis virtus, vt Iudam in templo ire cogerit, vbi ſui ſceleris veniam impetrare poſſet.*

Cum Chriſtus pergeret in Montem Tabor, vt gloriam ſuam Diſcipulis oſtenderet, tres tantummodo ſecum Diſcipulos ducit; at cum in Montem Caluarium aſcenderet, vbi Cruci affixus fuit, voluit, vt omnes Apoſtoli, Mater, Maria, & totus orbis adeſſet, quare hoc? quia in Tabor voluit tantum ſuam gloriam oſtendere, vnde tres ſufficere dicebat; at in Caluario, vbi Sanguinem fundere debebat, voluit, omnes adeſſe, vt pretioſum illum ſanguinem venerarentur, audi Cyrill. Alex. *Celebratur primum per tres tantummodo Diſcipulos, quia occulta, atque recondita eſt Chriſti gloria, alterum vulgo patebat, quia Sanguis Chriſti, gloria dignior exiſtit.*

lib. 4. ſupra Ioann. cap. 18.

Hinc Iſa. 6. ait. *Vidi Dominum ſedentem ſuper Thronum*, & in cap. 53. aſpiciens Caluarium, vidit Chriſtum adeò deformatam, vt non cognoſceretur, & ait, *Vidimus eum, & non erat aſpectus*, vbi aduerte cum agitur de gloria Iſa. ſolus vidit in numero ſingulari, vidi Domi-

num

Digitized by Google

num ſedentem, &c. at in Caluario agebatur de pretioſo Filij Dei Sanguine, ideo non fuit ſo-
ſerm. 2. in Cant. lus, audi Diuum Bern. *Communis viſio, vbi Sanguis funditur, ſingularis, vbi gloria Paradiſi oſten-
ditur, illatam communis, quam ſublimis, iſta tàm ſingularis, quàm ſolitariè, ſupra ſe ſedit.*

Imò Sanguis hic pretioſus maioris eſt exiſtimationis, quam gloria Paradiſi, & pro tali exi-
ſtimare tenemur, vnde Iſa. dùm loquitur de gloria ait. *Vidi Dominum, &c.* & non dicitur,
eam dilexiſſe; at loquens de Chriſto in Caluario, non ſolùm vidiſſe, ſed, & amauiſſe dicitur.
Vidimus eum, & deſiderauimus eum, quare hoc? reſpondet Auguſt. in Pſal. 127. *Ait vidit Do-
minum, & non deſiderauit, vidit Crucem, & amauit, quia illa maiores ſui amores, in omnium homi-
to. 3. ſer. 4 num animis excitat.*

Diuus Bernardin. inquirens quare Chriſtus menſe Martij mori voluerit, reſpondet dicens.
*Cum enim in tali tempore Sanguis ebulliat, vt totum verſaret, & effunderet pro nobis, & nihil in eo
remaneret, quia ipſo ebulliente, de facili emittitur.*

Dùm Chriſtus Cœlos aſcendit ab Angelis fuit interrogatus: *quare rubrum eſt veſtimentum
tuum?* quibus per Iſa. 63. reſpondit Chriſtus, *torcular calcauit ſolus*, quod aduertens Oleaſter
ait. *Sed hoc non contentus voluit conculcari, vt quidquid Sanguinis, quidquid ſucci, in corpore ſuo
latebat, exiret ad lauacrum noſtrum.*

Quod confirmatur, quia poſtquam in Cruce obierit, vt viderunt eum, iam mortuum, ita
Ioannes, *vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit Sanguis, & aqua.* Diuus Cy-
prianus de duplici martirio cauſam huius Sanguinis effuſionis inueſtigans ait. *Quidquid re-
ſideret in corde Sanguis emiſit.*

Sed quare poſt Sanguinem exiuit aqua? ſcio Chriſtum totum effudiſſe ſanguinem, vt ſuam
oſtenderet liberalitatem, ſed in aqua quid oſtendit? eamdem vtique liberalitatem, ſed euiden-
tius, nam cum Sanguis ex ſua natura ſit tenax, atque viſcoſus, non poterat ita perfectè effun-
di, vt aliquod veſtigium, non remaneret, Amans Deus miraculosè aquam illam produxit, vt
lauaretur, & abſtergeretur, & ſic oſtenderet, nec minimam quidem ſtillam retinuiſſe, audite
tom. 2. ſer. D. Bernardin. *Totus Sanguis in illo Diuino Corpore defluxit; poſtquam humor aqueus egreſſus eſt*, &
54. art. 1. ob maiorem confirmationem, dicit idem Diuus Bernardinus, quod ideò Chriſtus inſtituere
cap. 3. voluit Sacratiſſimam Euchariſtiam, vt quemadmodum ſemel in Cruce fuit ſacrificatus, in-
numerabilibus vicibus in ſacro Altari ſacrificaretur, audi verba Diui Bernardini, *Quaſi non
tom. 2. ſer. ſufficeret Amoroſo Ieſu ad inebriati amoris ſui oſtenſionem, quod ſemel Sanguinem ſuum ſacrum, pro
54. ar. 1. nobis realiter affudit in ligno, niſi in nobis quotidie effundat ſub Sacramento.*
cap. 2. Quare factus eſt ſudor Chriſti in horto, ſicut guttæ Sanguinis decurrentis in terram, cum
illum effuſurus erat, flagellorum, ſpinarum, clauorum, atque lanceæ violentia? nulla
certè alia fuit cauſa, niſi, vt oſtenderet cauſam præcipuam Sanguinis effuſionis fuiſſe non illa
inſtrumenta, ſed amorem, audi D. Bernard. *Immenſus, ac feruentiſſimus amor, in hoc manifeſta-
ſer. 55. de tur, ſæpè enim feruens ebullitio emittit ad extra, proindè quantum Anima Chriſti charitatis igne in
paſſ. Dum. intimis bulliendo ferueret, ſcaturitio Sanguinis clariùs manifeſtat.*
ar. 1. c. 2. Geneſ. 49. Iacob, loquens de Iuda ex qua Tribu Dei Filius carnem erat, aſſumpturus ait.
Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum pulchriores ſunt oculi eius vino. Di-
uus Ambroſ. de Benedict. Patriarch. cap. 4. Lyranus, & Gloſſa hanc ſcripturam intelligunt
de Chriſto, eſtque aduertendum, vt inquit Pineda in illa verba Iob. *Quoniam ſagittæ tuæ in-
fixa ſunt mihi.* Sacram Scripturam, & Sanctos Sanguinem vocare vinum, & multoties, vi-
num vocare Sanguinem, hinc ſcribitur Apoc. 22. *Lauabit in vino ſtolam ſuam.* Ambr. cit. hęc
verba declarans ait. *Bona Stola caro Chriſti, quæ omnia peccata aperuit, Et in Sanguine vuæ pal-
lium ſuum*, idem Ambr. ait. *Hoc in Paſſione Corporis ſui diluit gentes ſuo Sanguine.*

Et Gloſſa interlinearis, declarans illa verba. *Lauabit in vino Stolam ſuam*, ait, *ideſt in San-
guine Paſſionis, qui pro multis effundetur.*

2. Pedag. Hinc Clemens Alexandr. loquens de Chriſto ait. *Magnus Botrus, nempè Chriſtus pro nobis
cap. 2. expreſſus, duplex eſt Sanguis Chriſti, alter eſt carnalis quo redempti ſumus ab interitu, alter vero ſpi-
ritualis, quo ſcilicet vncti ſumus.* Gentianus herbet: commentator Clementis, hunc locum
Clementis explicans ait ſic. *Ideò enim, & in Cruce ſemel fuit expreſſus, & fuſus; & in Sancta eius
Menſa, & ara quotidie quidem, ſed miſticè funditur.*

Iacob vaticinatus de Sanguine Chriſti ait. *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* Toſtatus ex He-
bræo legit. *Rubicundiores ſunt oculi eius vino.* Quaſi diceret, pulcher quidem, & efficax erit
Sanguis Dei Filij, ſed eius oculi pulchriores, & efficaciores erunt. Efficaciſſima eſt minima
Sanguinis Chriſti gutta ad innumerabiles mundos ſaluandos, ſed ob defectum ſaluandorum;
cum non omnibus efficax ſit: vt omnino efficax euadat, adduntur oculi Chriſti, ob cuius rei
proba-

Digitized by Google

probationem, audite; Peccauit Iudas vendens Chriſtum; peccauit; & Petrus eum negans, pro omnibus effudit Chriſtus Sanguinem, qui ſufficiens fuit, vt ambo ſaluentur; ſed Iudæ ob ſuam perfidiam inefficax fuit Sanguis Chriſti, at oculi Chriſti in Petro efficacem reddiderunt Sanguinem Chriſti, audi Diuum Ambr. *Negauit primò Petrus, & non fleuit, quia non reſpexit Dominus; negauit ſecundò, non fleuit, quia adhùc non reſpexerat Dominus, negauit, & tertiò, reſpexit Ieſus, & ille amariſſimè fleuit, reſpice Domine Ieſu, vt ſciamus noſtrum deflere peccatum, lauare delicta.* Ob maiorem probationem, Diuus Chryſoſt. de efficacia aſpectus Chriſti ait. *Tàm* hom.90. *gratioſa, & benigna Domini facies erat, vt hoſtes, quamuis crudeles eſſent, & cum odio perſequeren-* in Matth. *tur, non poſſent in eam cernentes, in eum ſæuire, ſed emolliti commiſerebantur, ideò conſilium eorum fuit faciem eius velare, quo atrociùs eum caderent.*

Diuus Chryſolog. loquens de peccatore ſignificato per Filium Prodigum, quod quamuis ſer. 3. de Chriſti Sanguis cum liberauerit à cuſtodia porcorum, & primos motus, vt à culpæ ſtabulo Filio Pro- exiret, tribuerit, tamen, nonniſi à viſu Patris iuſtificationis ſpem adeptus eſt; audi verba Di- dig. ui Petri Chryſolog. *Patris viſus illuſtrauit Filij veritatis aſpectum, vt tota fugaretur obſcuritas, quæ circumfuſa fuerat de reatu, & tunc dixit peccaui.*

Idem Chryſolog. loco cit. ait. *Niſi ergo Cæleſtis Pater redeuntis Filij radiaſſet in vultu, & totam confuſionis caliginem reſpectus ſui lumine ſuſtuliſſet, numquam diuini vultus vidiſſet iſte Filius claritatem.*

Hinc vbi vulgata ait. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde* Pſal. 4. *meo,* Litera originalis legit. *Eleua ſuper nos lucem, faciem tuam*, vel vt alij legunt. *Erectum eſt ſuper nos vexillum vultus tui.*

Et vbi vulgata legit Gen. 4. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Theodotion. traducit. *Inflammauit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Quod valdè placet Diuo Hieronymo in quæſt. 69. Hæbraic. in Geneſ. ex hoc patet, quam efficaces ſint oculi Chriſti, vnde Matth. 4. ait. *Ambulans Ieſus iuxta mare vidit duos fratres*, & cupiens eos eſſe fundamenta Eccleſiæ, vocauit eos; qui ſtatim ſequuti ſunt Chriſtum; vnde quæſo orta eſt hæc repentina horum duorum fratrum conuerſio, niſi ex beneuolo Chriſti viſu? ex hoc ergo viſu Chriſti, oritur principium, & origo noſtræ ſalutis, ita docet Sacroſanctum Trident. Conſil. Seſſ. 6. cap. 6. vbi ait: exordium iuſtificationis noſtræ eſt à Chriſto priùs Sanctificante, & gratiam tribuente, & quotieſcumque pones principium ſalutis tuæ in alio, quam in Chriſto, hæreſim pelagianam, vel ſemipelagianam ſaltem incurris, *quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum*, quia abſque auxilio diuinæ gratiæ, impoſſibile eſt nos aliquod dignum vitæ æternæ efficere, hoc ſignificare voluit Paulus ad Epheſ. 5. dicens. *Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem ſuam, & adhæbebit vxori ſuæ*, & addit; *hoc Sacramentum Magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*; tàm magnus eſt maritalis affectus erga vxorem, & tamen cunctis patet, vt docet Ariſt. imperfectiora perfectioribus adhærere debere, ſi perfectione affici cupiunt, vt videtur in Vite, dulcem vuam producente quæ ex ſe dulces, & ſuaues fructus producere, non poſſet, abſq; fulcimento; quia produceret rábidos fructus, indiget ergo marito, vnde, Poeta ille inquit. *Maritat vitibus vlmos.* Cuius auxilio vitis ſtat, & dulces vuas producit, ſed quis eſt, qui adhæret? vlmus viti, an vitis vlmo? Ariſt. ait, quæ optima ſunt, modo non indigent motu, vlmus non indiget vite, ſed vitis indiget vlmo, ergo vitis eſt, quæ vlmo debet adhærere, & cum hoc veriſſimum ſit, peto an mulier perfectior viro, an vir muliere perfectior ſit? ſi mulieres reſpondebunt, proculdubio eſſe hominibus perfectiores affirmabunt, ob venuſtatem, & pulchritudinem, ſi homines reſpondebunt, non poſſent recto animo iudicare, cum res propria agatur, ſtandum ergo eſt ſententiæ diuinæ ſcripturæ, quæ mentiri non poteſt, Diuus Petrus loquens de mulieribus, ait, *tamquam infirmiori vaſculo*, ad eas ergo ſpectat adhærere firmioribus; ſi hoc verum eſt, quare ergo Diuus Paulus ait. *Propter hoc relinquet homo, & Patrem, & Matrem adhærebit vxori ſuæ?* legere debemus, quod ſequitur; Diuus enim Paulus dicit. *Sacramentum hoc magnum eſt in Chriſto, & Eccleſia*, quaſi diceret, & hoc accidit inter hominis peccatoris animam, quæ propter peccatum infirma dicitur, & inter Deum perfectiſſimum continentem in ſe omnes perfectiones formaliter, & eminenter. in quo nulla imperfectionis macula poteſt inueniri, homo peccator, eſt veluti fragilis, & imperfecta mulier, quæ vt perfectionem poſſit adipiſci, neceſſe eſt, vt Deus ſe priùs moueat, nam noſtra ſalus; & iuſtificatio à beneuolo Chriſti viſu oritur; à diuino illo lumine. *In lumine tuo videbimus lumen*, omne datum optimum deſurſum eſt.

Si in mundo lux non eſſet, nec vlla ignis fauilla, ex qua accendi poſſet, quid nam facien-

dum,

Digitized by Google

dum, vt lux habeatur? ad Solem, tamquam ad fontem, & luminis Patrem, recurrendum erit, concauum ſpeculum accipietur, & contra ſolem ſtet, & è conſpectu fomes ponatur, & ſic ex reflexione, virtute ſolarium radiorum ignis accedetur: vnde, ſi deinde fax accenderetur, & per vrbem deferretur, vtique dices, lumen illius facis à Sole procedere: ita omnes actus virtutis pœnitentiæ, & conuerſiones omnes peccatorum, ſunt lucernæ ardentes, atque flammeæ, ita Chriſtus inquit, *ſint lumbi veſtri præcinti, & lucernæ ardentes, &c.* Ex quo nam hæc lux oriri debet, niſi ex Deo, tamquam ex vero Sole, qui eſt fons, Pater, & origo omnium bonorum? nam *omne donum deſurſum eſt deſcen. &c.* & Dauid ait, *quoniam tu illuminas lucernam meam Domine*, ſed lux hæc, quomodo communicatur animæ, niſi mediantibus Chriſti oculis? audi Salamonem Eccleſiaſtic. 29. *Oculi eius multò plùs lucidiores Sole*, ideſt oculi Chriſti, quaſi diceret, Deus lucernæ noſtrarum actionum, lucem ſuæ gratiæ mediantibus Chriſti oculis communicat, Chriſti ergo oculi accendunt hoc lumen in animabus noſtris, vnde dixit Dauid, *oculi eius in pauperem reſpiciunt*, quia diuinorum oculorum obiectum, pauper, & peccator eſt, quos libenter reſpicit, vt à peccatorum tenebris extraheret, & ſuæ diuinæ gratiæ lumen eis communicaret, ò fęlix illa anima, quam Deus beneuolo affectu reſpicit, vnde Dauid diuinorum oculorum effectum cognoſcens, cum aliquando viderit à Deo non reſpici, timens aliquod graue malum ſibi euenturum, magno cordis dolore, ac tremore dicebat, *auertiſti oculos tuos à me, & factus ſum conturbatus.* Hinc plorans, Deum rogabat dicens. *Reſpice in me, & miſerere mei*, quia ſtatim, ac reſpicit peccatores, gratiam, & miſericordiam eis tribuit.

Sed dicet aliquis oculos, Chriſti ſimbolum eſſe iuſtitiæ, & iræ contra peccatores, vt ait Hieremias primò, dicens. *Virgam vigilantem ego video*, quæ virga vigilans iuſtitiam ſignificat, quæ obſeruat, & ſpeculatur delicta peccatorum, vt puniat, ſi hoc ita eſt, quomodo ergo dicitur oculos Chriſti ſimbolum eſſe pietatis, & miſericordiæ? Reſpondetur, verùm eſſe Chriſti oculos aliquando iuſtitiam ſignificare, at cum de punitione agitur, dicam ſi dicere licebit, quod vellet Deus eſſe cęcus, ne videret, audi Ezech. 7. *Venit finis, finis venit ſuper plagas terræ*, & cum decreuerit peccatores punire, ait, *non parcet oculus meus*, non ait, non parcent oculi mei, ſed oculus meus, de vno tantũmodo oculo mentionẽ facit, nũquid cæcus eſt Deus? vtiq; (vt ita dicam) cum de puniendis peccatoribus agitur, at cũ de miſericordia, & gratiis tribuendis agitur, duo oculi non videntur ſufficere, plures deſiderat, ſeptem ſcilicet: audite Zacchar. *Super lapidem vnum ſeptem oculi*, de Chriſto loquitur, *petra autem erat Chriſtus*, quare tot oculos deſiderat? ſubdit Propheta, *vt auferat iniquitatem.*

Qui aliquod negotium magni momenti pertractat, ne erraret, vellet eſſe Argos, qui centum, (vt Poetæ fabulantur) ſcribitur habuiſſe oculos, ita Deus cum nobis ſuas vult impendere gratias, vellet centum, & plures habere oculos, quia negotium magni momenti exiſtimat, *ſuper lapidem vnum ſeptem oculi.*

Cant. 8. ait, Sponſa, *facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens*, quod Pagninus legit. *Fui in oculis eius ſicut reperiens pacem.*

Genebrardus inquit. Pax Hebræis, generale nomen eſt, ad omnem proſperitatem, & fęlicitatem, quam pax conferre ſolet, ex hoc ergo vult Sponſa innuere, cùm digna facta fuerit reſpici ab oculis Cęleſtis Sponſi, eam omnium bonorum congerie frui.

Neſcio an animaduertiſtis quid dixerit Deus Leuit. 2, loquens de Promiſſionis Terra, res quidem impoſſibilis videtur; niſi diuina ſcriptura affirmaret, cui credere debemus, ait enim, *dabo vobis hæreditatem, terram fluentem lacte, & melle, ego Dominus Deus veſter*, quod flumina huius terræ fluerent lacte, & melle peto vnde hoc oriebatur? fortaſſis à naturali proprietate talis terræ? fæcunditate aquæ? ab aeris ſalubritate? an ab aliqua abdita cauſa? reſpondet Genebrardus in Pſal. 47. dicens ſic. *Fluebat lacte, & melle, non quidem loci natura, ſed Dei benedictione, de Cælo expectans pluuias. quam Dominus Deus ſemper inuiſebat, & oculis ſuis intuebantur à principio anni vſq; in finem.*

Tanti ponderis, & valoris eſt diuinorum oculorum viſus, quo, cum quis caruerit, vt Cain, quaſi demens in furorem deuenit, & inuidens fratri, qui hoc diuino beneficio fruebatur, eum occidere decreuit, *quia reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain vero, & ad munera eius non reſpexit.*

Pierius Valerianus lib. 33. ait: *Quos Deus aſpicit, fortunari: quos auerſari videtur, derelinqui, & infelices eſſe.*

Petrus Damianus ſer. de Exalt. S. Crucis attendens illud Lucæ 23. *Erat autem ferè hora 6. & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram, vſque ad nonam, & obſcuratus eſt Sol*, hoc accidiſſe

dicit,

Digitized by Google

dicit, quia oculi Chriſti in morte clauſi ſunt, hæc ſunt verba Damian. *Caligauerunt in morte oculi ſui, & illa luminaria, quæ illuminant orbem ad horam extincta ſunt: nonne illis obtenebrantibus, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram?* & D. Zenon. ait. *Hic, noſter Sol, Sol verus, qui clariſſimos ignes mundi germanos aſtrorum, candentiumque polorum claritatis ſuæ de plenitudine accendit.* *ſer. 3. de Natiuit. Chriſti.*

Hinc Iob 7. ait, *oculi tui in me*, & adducens cauſam huius petitionis ſi Deus eum non aſpiceret, ait, *& non ſubſiſtam*, ita Pineda ibidem explicat dicens, *Figito tuos in me oculos illumina vultum tuum ſuper me; nam ſi faciem tuam auertas, peribo non ſubſiſtam.*

Vnde per Iſa. 54. Deus ait. *In momento indignationis meæ abſcondi faciem meam parumper à te*, quam Scripturam explicans Oleaſter ait. *Dominus vindicat iniurias, quibus à nobis afficitur ſola faciei occultatione.*

Dauid Pſal. 101. diuinorum oculorum viſum perpendens ait. *Scribantur hæc in generatione altera, & populus, qui creabitur laudabit Dominum, quia proſpexit de excelſo Sancto ſuo, Dominus de Cælo in Terram aſpexit.* Miror tanti feciſſe Dauid vnicum diuinorum oculorum viſum, cum in eo memoriam poſterum ſcribi iuſſerit, quidnam hoc referre poterat? audite D. Greg. in Pſal. Pœnit. *De Cælo in Terram aſpexit, vt Cælum fieret, quo terra fuit.* Tantæ virtutis ſunt diuini oculi, vt ſtatim, ac Deus terram aſpexerit, terra euadit Cœlum, hinc Beata Virgo dicitur Cœlum, quia cum eſſet terra, *& terra noſtra dabit fructum ſuum*, reſpexit eam Deus; *reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.*

Hieremias Tren. 3. plorans Iudæorum captiuitatem à Rege Babilloniæ vbi, & ipſe Hierem. erat, dicebat. *Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eo quod, non eſſet requies donec aſpiceret, & videret Dominus de Cælis*, hoc dicebat, quia tamdiù captiui permanerent, donec Deus aſpiceret, à cuius viſu, pro certò habebat liberari populum, nam Dei viſus ab omnibus malis liberat, & omnibus bonis afficit, audi Rupert. Abb. lib. 1. in Hierem. cap. 75. dicentem. *Cuius aſpectus, & viſus: antiqua captiuitatis ſolutio, & præſentium captiuorum, qui in Babilone ducti ſunt, conſolatio eſt.*

Lucas Euang. 38. narrat, quod quidam Hebræus habens filium à Dæmone oppreſſum, vt liberaret eum acceſſit ad Ieſum dicens. *Magiſter obſecro te reſpice in filium meum.* Titus Boſtrenſis attendens ad verba huius Hebræi, & admirans modum petendi, ait. *Sapiens videtur mihi hic eſſe, non enim dixit Saluatori, fac hoc, vel illud, ſed reſpice, hoc enim ſufficit ad ſalutem.*

Quoties reſpicit homines, ſalute afficit, hinc, quia in die Iudicij puniturus eſt impios, Sol obſcurabitur, ne videat, & puniat, non enim aſpicit, & punit, vnde Iſa. 15. *Nocte vaſtatus eſt murus Moab.* cauſam huius punitionis adducit Baſil. dicens. *Quod nocte irrogatum ſupplicium atrociùs eſſe ſolet, & amarolentius.*

Et per Moyſem minans ſe puniturum populum rebellem Deut. 12. ait. *Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt, & ait, abſcondam faciem meam ab eis*, quod explicans Gaetanus ibidem inquit. *Abſcondam faciem meam: pœna deſcribitur ad ſimilitudinem Patris irati nolentis videre miſerias filiorum, ne ad miſericordiam moueretur.*

DE CHRISTI EPIPHANIA.

Ecce Magi ab Oriente, &c Matth. 2. Iſa. loquens de Verbo Aeterno, ait. *Voca nomen eius accelera, feſtina prædare, &c. Antequam ſciat puer vocare Patrem, &c.* quis vnquam ex vna parte vidit magnum ſtrenuorum militum exercitum, omnibus bellicis inſtrumentis, tùm defenſiuis, tùm offenſiuis munitum, ab expertis, & magnæ ſtrenuitatis Ducibus rectum; ex altera vero parte, Vnicum Puellum, qui nondùm ſolutam linguam habet, vt loqui poſſit, & Patrem ſuum vocare, *antequam ſciat puer, &c.* cuius ploratus pro tuba, pro armatura fasciæ, quibus eſt obuolutus inſeruiunt, & tamen quod puellus hic, de ſupradicto exercitu victoriam reportare ſperet, numquam eſt auditum, ſimili ferè modo Tertullianus lib. 3. contr. Iud. diſcurrit, & reſpondet, ſi corporalibus oculis bellum hoc cernitur, de Aſſirijs intelligitur; at ſi ſpiritualibus oculis conſideratur, bellica inſtrumenta erunt illa, de quibus loquitur Apoſtolus. *Arma noſtra, non carnalia, ſed ſpiritualia ſunt*, & ſic puello huic victoria tribuetur, qui vix ortus, de inimicis triumphat, ſed quis erit hic puellus, niſi Ieſus, qui præ tenera ætate ſecundum naturæ ordinem, Patris nomen enunciare non poſſet, *antequam, &c.* & qui erunt duces, quos ſuo Imperio ſubdit, niſi tres illi Magi, qui à remotioribus orbis partibus, vt huius puelli Imperio ſubderentur venerunt? vnde bene Iſa. vaticinatus eſt dicens. *Voca nomen eius, accelera feſtina prædare, &c.* ſed quibus armis, quibuſue medijs puellus hic, hos Magos de-

Digitized by Google

prædatus eſt? nulloquidem alio medio, niſi pellucidiſſimæ ſtellæ radio.

Clarum eſt nullam collationem, & ſimilitudinem, inter Creatorem, & creaturam inueniri poſſe, vt idem Creator ait, per Iſa. 57. *Sicut exaltantur Cæli à Terra, &c.* Attamen ſi aliqua creatura inuenitur, quæ aliquo modo ſuo Creatori æquiparari poſſet, non erit, niſi Sol, quia ſi Sol reliquis Planetis, & Stellis lumen diſtribuit, ita, vt omnes eius luminis participent; Chriſtus etiam nobis omnibus diuinæ gratiæ lumen communicat, vnde dicere poſſumus *de plenitudine eius omnes accepimus*, ſi Sol eſt Pater generationis, vt dixit ille; *Sol, & homo generant hominem*, & Verbum Aeternum rerum omnium Auctor eſt, & Pater, *omnia per ipſum facta ſunt*, ſi Sol apparet in Cœlo ſereno, & Chriſtus hodie videtur in Cœlo pellucidiſſimo Virginis gremij; *ſpecioſus forma, &c.* tandem ſi Sol ſtatim, ac ab Oriente oritur, Aues in arboribus commorantes primi ſunt, qui eius radijs fruuntur, & dulciter canentes, ei ſalutem impertire videntur, ita, & Chriſtus ſtatim, ac ortus eſt in mundo, Angeli primi fuere, qui eum conſalutarunt, ſuauiter canentes, *gloria in excelſis, &c.* hinc vt diximus, Sol aliquo modo Chriſto æquiparatur, ſed quis eſt modus, quo vtitur Sol, vt ſuos mirandos effectus producere poſſet? modus eſt, vti luce; lux ergo eſt ditius, ac ſplendidius opus phrygium, quod habet Sol, hoc generat, fecundat, illuminat, & ornat orbem, ita dùm Chriſtus eſt Sol, nobilius, ac ditius ornamentum, quod habet, lux eſt, audi Iob. *In manibus eius abſcondit lucem, & annunciat ei de amico ſuo, &c.* Inter omnes pretioſas gemmas, & margaritas, quas aliquis Magnus Princeps poſſidet, pretioſiorem ſemper in manu defert, ita, & Chriſtus lucem tamquam pretioſiorem gemmam in manibus abſcondit, & dùm Chriſtus ab impij Hærodis oculis Stellæ ſplendorem abſcondit, quia Impius Rex Diuina conſilia deſtruere quærebat, *annunciat ei de amico ſuo, &c.* eam oſtendit amicis, qui à longiſſimis regionibus ad eum adorandum venerant, & ſic gratiæ, & gloriæ luce afficerentur, dùm ergo Chriſtus in ſereno Cœlo Virginalis gremij Matris apparet; dicendum erit, lucem fuiſſe principalius inſtrumentum, quo ad ſe Magos traxit, atque deprædatus eſt.

Et dùm Chriſtus venator vocatur, neſcio an vnquam illam auium venationem conſideraſtis, quæ abſque canibus, abſque ſclopo, abſque baliſtis, &c. & ſine vllo tumultu venatores prædantur aues, ſolùm abſconditum lumen in concauis æribus deferunt, quibus aues illecti currunt, & in venatorum rete offendunt, ita, & Chriſtus celebris venator, ad animas venandas, & depredandas, non alijs venationis inſtrumentis, quam Stellæ lumine vtitur. *Vidimus Stellam eius, &c.* quo lumine illecti Magi currunt cum muneribus ad nouum Regem Chriſtum, & Chriſti præda deueniunt, hoc dixiſſe videtur Dauid. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*, alij legunt. *A montibus prædæ, & venationis*, in quo monte prædæ, & venationis, apparet diuinus venator Chriſtus maximo ſplendore affectus, dùm ad hos Magos venandos venit, *vocans ab Oriente aues*, gratiæ ſibilo, & nouæ Stellæ ſplendore illicit, *vidimus Stellam eius, &c.* benè ergo Dauid, *illuminans tu, &c.* ex quo ſequitur, *turbabuntur omnes inſipientes corde*; & eſt quod legitur in Euang: *Audiens autem Hærodes Rex turbatus eſt*, tamquam inſipiens, & inuidens.

Fingit Homerus, Iouem auream dimiſiſſe catenam, cuius extremitates vnam manu tenebat, altera terram tangebat, qua omnes reliqui Dij Iouem deducere conabantur, ſed fruſtra laborauerunt, imo Iouis eos ſurſum traxit, ex qua fictione, dixere Poetæ, auream catenam eſſe ſolares radios, quibus terræ vapores, & exalationes ſurſum trahuntur, at liceat nobis ex Poetarum fabulis, aliquam veritatem deducere, dicam ergo; hunc Solem, Chriſtum verum Iuſtitiæ Solem ſignificare, catena aurea, qua vtitur, pellucida Stella eſt, qua Magos à longiſſimis regionibus ad ſe traxit, impius Hærodes Chriſtum conabatur euellere è Virginis pectore; in quo veluti in ſereno Cœlo morabatur, vt eum morte afficeret; ſicut, & innocentes affecit, ſed fruſtra elaborauit, quia non ſolùm ſemper immobilis manſit in Cœlo, ſed catena radiorum nouæ Stellæ, terræ vapores Magos ſcilicet ad ſe traxit, *vidimus Stellam eius, &c.* ſed quærendum eſt, quare Chriſtus Stellæ luce vſus eſt, vt ad ſe Magos traheret? vt ſcilicet ſuæ gratiæ congruentia, qua ad ſe homines trahit, cognoſceretur, & ſic ſapientis oraculum comprobaretur, *attingit à fine vſque ad finem, & diſponit omnia ſuauiter*, venit enim Chriſtus in mundum, vt electarum animarum vapores ad ſe traheret, eaſque deificaret, *dedit eis poteſtatem, &c.* & primi ex infidelitate vocati, Magi fuere, & luce vocat, vt intelligas nihil efficacius ad animarum conuerſionem, quam gratia congrua, & Animæ attrahendæ inclinationi apta, ob cuius rei probationem, memento quæſo, quod in Actis Apoſtolorum ſcribitur, Apoſtolos poſt acceptum Spiritum Sanctum loqui varijs linguis, *loquebantur Apoſtoli varijs linguis*, ita, vt vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes audiret, cum eſſent diuerſarum nationū,

Parthi,

Parthi, & Medi, & Aelamite, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Aegyptum, & partes Libiæ, quæ eſt circa Cirenen, & Aduenæ Romani, Iudæi quoque, & Proſelyti, Cretes, & Arabes audiuimus eos loquentes noſtris linguis, ſtupebant autem omnes, & dicebant, nonne iſti Galilei ſunt.

Pero modò dùm Chriſtus omnes nationes ad ſe trahere volebat, quare linguas in ore Apoſtolorum multiplicare voluit, cum potuerit audientium intellectus eleuare ad intelligendum Hebræorum Idioma? poterat quidem fieri, at non fecit, quia vti voluit congruis medijs, quibus ſuauiter infideles ad conuerſionem trahere potuiſſet, & non vim facere eorum intellectui, *quia diſponit omnia ſuauiter.*

Voluit olim Deus depredari Saulum, & lucis radium de Cœlo mittit, *circumfulſit eum lux de Cœlo,* & ex equo deijecit eum in terram, quare hoc? quia homo bellator erat, & non facilè debellari poterat, neceſſe fuit, vt furibundus radiùs à Cœlo deſcenderet, vt deijci potuiſſet.

Voluit Piſcatores Apoſtolos deprædari, & piſcatus Metaphora vocat eos, *faciam vos fieri piſcatores hominum*, vt eorum inclinationi adhæreret, hinc volens Magos vocare, & ſciens eos Aſtrologiæ, Stellarumque contemplationi inuigilare, per Stellam vocat, *vidimus Stellam eius*, quia ad eos trahendos, congrua gratia vti voluit, *diſponit omnia ſuauiter.*

Poſtquam Chriſtus natus eſt, quare in ſtabulo à Paſtoribus fuit adoratus, & à Magis in Virginis gremio, quaſi in Regio Throno ſublimiori eo Salomonis, ècce plùs quam Salomon, hic? quia paſtores erant vulgares, & rudes, ideò inuenerunt Infantem poſitum in Præſepio, at Magi, quia erant Magni Principes inuenerunt eum in Solio Regio, Virginis ſcilicet gremio, vt vniuſcuiuſque inclinationi adhæreret, *quia attingit, & diſponit, &c.*

Diximus quod Chriſtus Stellæ lumine Magos prædatus fuerit, nunc dicemus duce Stella Chriſtum à Magis adeptum fuiſſe, nam Sacer Euang. ait, loquens de Magis, *inuenerunt puerum*, vnde gauiſi ſunt gaudio magno, & de Stella dicit, *antecedebat eos*, neſcio, an vnquam animaduertiſtis, quod venatoribus accidit, dùm aliquam fugacem feram agitant, cum canes eam inſequuntur, ſi fugiens aliquod antrum petat, quod canes penetrare non valeant, ibi immorantur canes, & cauda, & nutibus, & motibus, atque latratu, vbi feram morari venatoribus oſtendunt, ita, & Stella hæc, quæ antecedebat eos, vſque dùm veniens ſtaret, vbi erat puer, quaſi diceret, hic præda moratur, hoc eſt antrum, in quo delitescit; vnde intrantes domum inuenerunt, &c. & ita Magi deprædati ſunt Chriſtum legitimam poſſeſſionem adepti ſunt, cum enim Chriſtus pro Iudæis venerit, & ipſi eum non receperunt, imò ab eis expulſus fuit, iure Chriſtus ſe Magis commiſit, decernunt leges, ſi per aliquem publicum locum pertranſis, vbi omnes verſantur, & aliquam margaritam inuenies, eam adipiſci non poteris, iure enim alicuius, illius vici eſſe iudicare poteris, at pertranſiens per littus, ſi inuenies conchiliam grauidam alicuius pretioſæ margaritæ, proculdubio eam adipiſci poteris, quia nullius eſſe iudicatur, ita Diuus Hylarius ſuper illud Matth. 8. *inuenta autem vna pretioſa margarita, &c.* margarita hæc, Chriſtus eſt à Iudæis reprobatus, *lapidem quem reprobauerunt*, ait Dauid, & Diuus Ioannes, *ſui eum non receperunt*, ſed Magi hanc margaritam inuenerunt; vnde Iudæi ſuam eſſe comprobare non poſſunt, quia eam Magi inuenerunt in conchilio, Mariæ gremij, quam tunc pepererat, hinc iure Magi dominium acquiſiuerunt, ideo gauiſi ſunt, & ſi inuentor illius Euangelicæ gemmæ, dedit omnia bona ſua, & comparauit eam, idem feciſſe legitur Magos pro hac pretioſa margarita, vnde apertis Theſauri ſuis obtulerunt ei munera, &c.

DE CHRISTI PASSIONE.

Sicut ſemper magna ſiti Chriſti inimici affecti fuerunt, vt Chriſtum morti traderent, ſic Chriſtus magno deſiderio flagrabat pro nobis patiendi, atque moriendi, vnde per Dauid, dixit. *Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti*, quod Auguſtinus legit. *Honorem meum cogitauerunt repellere.* Quaſi diceret, ego cucurri in ſiti ad approbria, at inimici mei, vt inquiunt Baſilius, & Theodoretus, cucurrerunt in ſiti, ad meum tollendum honorem, inimici mei cucurrerunt, in ſiti ad flagellandum, & ego in ſiti paraui humeros ad recipienda flagella, inimici cucurrerunt in ſiti, ad coronandum ſpinis, & ego cucurri in ſiti ad recipiendam in capite meo ſpineam coronam, inimici cucurrerunt in ſiti, ad perforandum lancia latus meum, & ego cucurri in ſiti, cor meum vulneribus offerens, inimici cucurrerunt in ſiti contra me, ad famam tollendam, & ego cucurri in ſiti ad opprobria recipienda, factus opprobrium hominum, & abiectio plebis, &c. inimici cucurrerunt in ſiti ad afficiendum me morte, & ego cucurri in ſiti, ad mortem, factus ſum obediens vſque ad mortem, at ſi ſitis

Digitized by Google

Chriſti principium ſcire concupiſcitis, dico eius ſitim, nocte Natiuitatis incœpiſſe, audite Iſai. 9. dicentem. *Primo tempore alleuiata eſt Terra Zabulon, & Terra Nephtalim*, & eodem tempore Chriſtus ingreſſus eſt mundum, paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & hoc tempore, quidnam viſum eſt? ſi Scripturam legeris, Septuaginta ſic principium dare inuenietis. *Hoc primum bibe, &c.* Cum Chriſtus naſcebatur Pater Aeternus Calicem patiendi obtulit ei, hinc contemplare eum in ſtabulo poſitum, inter beſtias nudum, magnum frigorem ſuſtinere, hoc primum bibe, dicebat Aeternus Pater, nam veniet tempus, quo nudus ad columnam vincieris, & flagellaberis, & vitam in Cruce obieris, & hoc ob magnam ſitim pro nobis moriendi, & quia Petrus Apoſtolus, hoc impedire conabatur, dixit Chriſtus. *Calicem, quem dedit mi Pater, non vis, vt bibam?* an ſitim meam non conſideras, qua ardeo pro hominibus patiendi? mementote quæſo illius crudelis Neronis inuentionis, qua vtebatur, vt Martyres ſæuiori tormento afficeret, eos animalium pelle veſtiri præcipiebat, vt canes magis, ac magis contra Sanctorum Martyrum corpora ſæuirent, & quod Neronis furor, non attingit, diuina Pietas peruenit, videns enim Mortem contra peccatores, dentes acuiſſe; hinc apparuit in ſimilitudinem peccati, vnde inquit per Prophetam, *circumdederunt me canes multi*, & hoc ob magnam ſitim pro nobis patiendi, licet pati fugiſſe videbatur, dùm ambulabat in Galileam, non enim volebat, &c. tunc vnicam fugiebat Mortem, vt aliam ſæuiorem inueniret, hinc ſcribitur, quod Iezebel Hæliam perſequebatur, & Hælias fugit; ſurgens abijt, & ſub Iuniperum morabatur, & Deum rogabat dicens, *tolle anima meam*, at ego Hæliam alloquens dicam, quare ò Propheta Sancte mortem petis, ſi mortem aufugiſti? ſed reſpondit Hælias, vt aliam, inueniam mortem.

Aſſimilatur Chriſtus Ceruæ, *fugi dilecte mi, & aſſimilare, &c.* & quò fugies? ſuper montem aromatum, ideſt Montem Caluarium, vt in Cruce moreretur.

DE CHRISTI ORATIONE IN HORTO.

Triſtis eſt anima mea, &c. Volens Deus in Terreſtri Paradiſo noſtros Parentes punire, dedit pro pœna ſudorem, & dolorem, at tamquam miſericors, *cum iratus fueris, &c.* diuiſit pœnam, dixit enim homini, *in ſudore vultus tui, &c.* & Mulieri, *in dolore paries*, at Pater Aeternus cum Filio ſuo noluit hac pietate vti, decreuit enim eum pati hominis ſudorem, & Mulieris dolorem, ita, vt propter ſudorem dicatur, *factus eſt ſudor eius, &c.* & propter dolorem, *triſtis eſt anima mea, &c.* qui dolores vſque ad intimas Animæ, & Corporis Chriſti partes penetrarunt, in Cœleſti Paradiſo, dolor, Animam Beatorum, non poteſt attingere, *quia mors vltra non erit, &c.* at licet Chriſti Anima Cęleſtis fuerit Paradiſus, cum eius Anima fruebatur Deo, facie ad faciem, gaudebat Beatitudine, attamen ob magnum dilectionis prodigium, dolor non ſolùm peruenit ad ſenſus, ſed pertranſijt vſque ad Animam Beatam, & ſic in eodem ſubiecto fuit ſumma lætitia, & ſummus dolor, ſumma lætitia, quia Chriſti Anima Dei faciem videbat, & fruebatur, ſummus dolor propter pœnas, quas ſentiebat, quia in horto Inferni pœnam paſſus eſt, Inferni pœna eſt, à maximo calore ad nimium frigorem tranſire, audi Iob. *Ab aquis niuium, tranſeat ad laborem nimium*, ita, vt cœpit pauere, & tædere, talem ſentiat calorem, vt ſudor eius ſit ſicut guttæ Sang &c. ò factum mirandum; in cunctis martiribus, Diuinus Amor dolores minuebat, vnde Aug. loquens de D. Laurent. dixit. *Amor igne ſuccenſus pęnas non ſentit*, at in Chriſto amor dolores non minuit.

Moyſes vidit rubrum, & ſpinæ non comburabantur à flamma, & admirans hoc ait, quare rubrum non comburitur? hoc miſterium in Chriſto comprobatur, nam flamma fuit amor, ſpinæ, dolores, amor non conſumit dolorem, quia Deus in medio rubri.

Nec mirum eſt, tot dolores pati Chriſtũ, nam Æternus Pater affecit eum tot doloribus, & pœnis, *propter ſcelus populi mei percuſſi eum*, & quamuis Chriſtus eſſet innocens, percuſſit tamen eum, veluti eſſet omnibus peccatoribus peior; cum Deus aliquem punit, ad peccatum, & ad peccatorem attendit, & Deus tempore ſuo punit, & tempore ſuo adhibet miſericordiam, cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis; vnde D. Greg. ſuper hæc verba ait. *Culpas inſequitur, & tamen pecaatores protegit*. Vellet Deus pœnitus deſtruere, & exterminare peccatum; at quoad peccatorem, vtitur miſericordia, ſi peccatum non eſſet vnitum peccatori, & poſſet dari aliquod obiectum, quod tantum eſſet peccatum, puniretur à Deo hoc obiectum abſque vlla miſericordia, ita Chriſtus fuit tormentis, & pœnis affectus, tamquam eſſet ſimile obiectum, audi Diuum Paulum Apoſtolum dicentem, *qui peccatum non erat, pro nobis peccatum fuit*, ideſt poſuit eum, ac ſi eſſet peccatum, & ſic Chriſtus abſque vlla prorsùs pietate

patere-

Digitized by Google

pateretur, & puniretur, ita vt poſſit exclamare cum Propheta. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*, hinc tot flagellis fuit affectus, quod pro impoſſibili aliquam creaturam ſimilia poſſe pati habetur, vnde Chriſtus per Prophetam dicebat, *congregata ſunt in me flagella, & ego ignorabam*, & tamen ipſe eſt ſumma ſapientia, & ignorare ait, quaſi diceret, impoſſibile mihi videbatur hæc homines facere voluiſſe, hinc Genebrardus legit. *Me nec opinnate congregata ſunt*. Quod Deus peccatores puniat inſuetum non eſt, ſed quod homines Deum flagellis afficiant, intolerabile eſt, apud Ezech. legimus, Dominus percutiens, ſed modò videmus Aeternum Verbum percuſſum à Deo, ad Epheſ. 6. ait Paulus. *Chriſtus dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*, quid ais Paule dilexit me? non eſt Chriſtus mortuus pro omnibus, ita canit Eccleſia in ſimbolo, *qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, &c.* quaſi diceret, ita nos amore proſecutus eſt, vt pro noſtra ſalute deſcenderit de Cęlis, interrogemus eum, Piјſſime Domine, quis te ſpinis coronauit? quis te flagellis affecit? quis te vulnerauit, & ad mortem duxit? audi eum reſpondentem, *vulneraſti cor meum in vno oculorum, &c.* de oculis, & capillis mentionem facit, quæ ſunt inſtrumenta amoris, quaſi diceret, priùs amor, quam ſpinæ, quam flagella, quam claui, & lancea vulnerauit, cuius amoris efficacia, talis, ac tanta fuit; quod ſi Chriſtus nos Sanguine ſuo, redemit, cauſa huius virtutis fuit amor. Purgauit Deus Mundum à ſordibus, ſed quomodo purgabit? audi Iſa. 4. *in Spiritus ardoris, & iudicij*, quare non dicit, quod lauabit Sanguinis flumine? vt ſcias amorem dediſſe Sanguini virtutem, & efficaciam ſordes noſtras lauandi; qui amor omnem creatum intellectum tranſcendit, & ſuperat, ſupereminentem ſcientiæ charitatem, & hominum, & Angelorum, & vt magis huius amoris excellentiam percipias, ſcire debes, primum Chriſti actum, in primo ſuæ Conceptionis inſtanti fuiſſe deſiderium quoddam patiendi, ſtatim ac in vtero Virginis illa Sancta humanitas fuit vnita Verbo, obtulit Corpus Aeterno Patri pro mundi ſalute, audi Diuum Paulum dicentem; *ingrediens mundum dilexit ſacrificium, & oblationem noluiſti*, quaſi diceret, Patrem alloquens, ſcio te Sanguine animalium non ſatisfieri, en Corpus meum, & Sanguinem tibi offero; hinc vnaquæque hora, mille anni videbatur ei, vt ex ventre Matris exiret, & dùm perambulabat orbem, de alio non loquebatur, niſi de Paſſione, vndè Dauid dicebat Pſal. 18. *Deſiderium cordis eius tribuiſti ei, & voluntatem labiòrum eius non fraudaſti eum*, ſi voluntas in anima ſita eſt; quare ergo dicit, & voluntatem labiorum eius non fraudaſti eum? reſpondent Euthimius, & Origenes, Chriſti deſiderium Sanguinem effundendi tantum erat, vt, & labijs, & verbis indicaret, ſemper loquens de Paſſione, & Morte. *Ecce aſcendimus, &c. cum exultaueritis, &c. cum exultatus fuero, &c.* hoc oſtendere voluit, cùm eſſet in horto, dùm dixit, *triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, non lamentabatur ſe paſſurum eſſe, ſed ab amore patiendi, & Sanguinem effundendi, ſic cogebatur, & dicere volebat inquit Diuus Ambr. Anima mea, numquam conſolatione afficieris, quouſque ad mortem perueneris, quia tunc abſcondita amoris flamma, quomodo ardeat in corde meo, videbitur, vndè per Oſeam 12. dicebat, *abſcondita conſolatio ab oculis meis*, quaſi diceret, triginta tribus annis commoratus ſum in mundo, & numquam aliqua conſolatione fui affectus, quæ res Piјſſime Domine tibi conſolationem afferet? & ſtatim ſubdit dicens, *ò mors ero mors tua*, quaſi diceret, tunc conſolatione, & iucunditate afficiar, cum ad mortem peruenіam; vnde cum eſſet in horto, clamauit ad Patrem dicens, *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat, &c.* inquit D. Ambr. tàm vehemens Chriſti deſiderium fuiſſe moriendi, quod eius viſcera comburebantur, & vnaquæque hora, mille anni videbantur, vt Sanguinem effundere potuiſſet, hinc tranſeat à me Calix iſte, ideſt Pater Clementiſſimè, fac vt citò tempus hoc pertranſeat, intueor vnam ſpineam coronam, mille coronas cupio, Crucem vnam adeſſe video, mille Cruces deſidero, &c. tranſeat, tranſeat, à me Calix iſte, & numquam tormenta, & martiria expleuerunt eum, hinc cum eſſet in Cruce in omni Corporis parte dilaceratus, oculos eleuans ad Patrem, exclamauit *Deus, Deus meus, &c.* Diuus Cyprianus, & alij dicunt, quod Chriſti lingua conquerebatur, quia tormentis, non afficiebatur, cum omnia Corporis membra fuerint affecta, & ecce Acetum, & Fel, vt lingua affligerent, alij dicunt, quod Chriſti cor conquerebatur, & ecce vnus militum lancea latus eius aperuit, &c. & hoc innuere volebat Chriſtus, cum dixit ſitio, non ſitio aquam, ſed tormenta, & martiria.

Chriſti Paſſio fuit exceſſus amoris; nihil eſt amore moderatiùs, vnde Sponſa, *ordinauit in me charitatem*, dilectionis ordo eſt; primo, vt ſuper omnia diligamus Deum, deinde noſmetipſos, poſtea parentes noſtros, & coniunctos, & tandem omnes alios, at Chriſti amor hunc ordinem peruertit, plùs nos, quam ſeipſum diligendo, audi D. Aug. dicentem. *O Domine dilexiſti plùs me, quam te, quia naſci, & mori pro me voluiſti*. Hoc innuere voluit, Dauid dicens,

in cogi-

Digitized by Google

in cogitationibus tuis, non eſt, qui ſimilis ſit tibi, quod Diuus Hieronymus legit. *Circa cogitationes tuas, non inuenio ordinem*. Cum maiore dilectione peccatorem rebellem, quam ſeipſum proſequutus fuerit; aliquem pro amico libenter pati, amoris effectus eſt, ſed quod paſſio parum, & ferè nihil videatur, eſt quiddam amoris exceſſus, quod probatur ex Luca Act. 1. vbi dicitur. *Primum quidem Sermonem, &c. quæ cæpit Ieſus facere*, in primo quidem Lucæ Sermone narratur, Chriſtum oraſſe in Horto, à Iuda traditum fuiſſe, Sanguinem ſudaſſe, flagellis affectum, ſpinis coronatum, & Cruce affixum, & mortuum fuiſſe, & tot cum tormenta paſſuus fuerit dicit, Chriſtum cæpiſſe facere, ò amoris exceſſus, omnia pro dilectione parum, & nihil eſſe videbantur.

Repræhendi à Deo videntur ij, qui Paſſionis Chriſti memoria non ſunt ornati, vnde per Dauid dicebat. *Populus meus oblitus eſt mei diebus innumeris*, & alibi, numquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, ornamentum militis, arma ſunt, noſtrum autem ornamentum, paſſio Chriſti eſt; hinc Diua Agnes gloriabatur dicens, & Sanguis eius ornauit genas meas, dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretioſis, qualis eſt iſte pretioſus lapis, niſi ille de quo dicitur. *Petra autem erat Chriſtus?* in hoc lapide inuitatur Sponſa, vt ſe ornet, & armet, veni columba mea in foraminibus petræ; quod Textus Hebræus legit. *In fixuris illius petræ*, & Septuaginta. *In velamento, ſeù tegumento petræ iuxta præmurale, ſeù iuxta præmunimen*. Vnde Diuus Bernard. dicebat. *Surge ò anima ſecura in tegumento petræ, ideſt tuta præſidio Paſſionis Chriſti, & fidei munimento*. De quibus armis ait D. Ephrem. tract. de Cruce. *Arma mundi, non poſſunt dici inſuperabilia, Crux vero, & Paſſio Chriſti inſuperabilia ſunt*, & Origen. *Tanta eſt virtus ſedulæ meditationis Paſſionis Chriſti, quæ ſi in corde fideliter teneatur, ad eius memoriam omnis Diaboli fugatur exercitus*. Vnde Apoſtolus Petrus dixit. *Chriſto igitur paſſo in carne, & nos eadem cogitatione armamini*, hinc Diuus Thomas ſupra Verbum armamini ait. *Bene dicit armamini, quia memoria Paſſionis Chriſti contra inſultus Diaboli nos munit, & roborat*. Quam memoriam à nobis petit Chriſtus dicens, pone me, vt ſignaculum, &c. vnde Bern. ait. *Pone me ideſt apta ſi memoria recipere impreſſionem ſigilli, ideſt Crucifixi Ieſu, & illum ſemper in memoria habeamus qui dicit pone me, vt ſignaculum, &c.* & per Prophetam ait. *Recordare paupertatis meæ, fellis, & abſintij*, vnde Sponſa dicebat, *faſciculus Mirrhæ, &c.* quaſi diceret, licet nouerit, dilectum Sponſum eſſe pomorum arborem dulciſſimum, vuæ racemum, attamen cum pomorum arborem vocat, ſubdit inter ligna ſiluarum, cum vocat vuæ racemum, ait in vineis engaddi; de his loquitur tamquam de rebus à ſe alienis, at cum faſciculum Mirrhæ vocat ait inter vbera mea commorabitur quaſi dicat, ſentiat, qui fructum dulcedinem ſentire deſiderat, nam ego Mirrhæ amaritudinem amplecti, & deguſtare concupiſco. Bern. Serm. 43. in Cant. attendens illud faſciculus Mirrhæ, &c. ait. *Hæc mea ſublimior interim Philoſophia ſcire Ieſum, & hunc Crucifixum, non requiro, vbi paſcat in meridie, cum intueor Saluatorem in Cruce illud ſublimiùs, hoc ſuauiùs, & paratiùs, panis illud, hoc lac, hoc viſcera reficit paruulorum, hoc replet vbera Matrum, & ideò inter vbera mea commorabitur*. Quæ Sponſæ ſententia ab Oraculo Aeterni Patris fuit approbata in Monte Tabor, dùm Chriſtus transfiguratus eſt, & Apoſtolorum oculis glorioſus, auribus autem doloribus effectus, exhibitus eſt, dùm de exceſſu Paſſionis loquebantur, vnde Apoſtoli potiùs Chriſti gloriam, quam eius Paſſionem contemplari excitabantur, cum res, quæ videntur, certiùs obiectum rebus auditis, & oculorum ſenſui certiorem fidem, quam auditui præſtamus; inſuper Chriſtus glorioſus, eſt obiectum noſtræ beatitudinis, & tamen diuinum oraculum intonuit de Cœlo dicens. *Hic eſt Filius meus dilectus, ipſum audite*, non dicit, *ipſum videre*, licet bonum ſit Chriſtum glorioſum meditari, at vtiliùs nobis eſt hic, in hoc mundo vulneratum,, & mortuum contemplari, hoc nos docet Auguſt. dicens. *Totus nobis figatur in corde qui pro nobis fixus eſt in Cruce*, & Bern. *Hunc faſciculum Mirrhæ inter vbera mea ponendum curaui*. Hanc Paſſionis memoriam omnibus viribus conatur Sathanas à fidelium corde remouere, hinc narrant Hiſtoriæ Dæmonis opere ſupra Chriſti Sepulchrum, Idolum Adonidis, *quod eſt Idolum voluptatum*, poſitum fuiſſe, ad quem nam finem? vt ſcilicet Sanctiſſimi Sepulchri, & Paſſionis memoria deleretur, cognoſcens, quantæ ſit vtilitatis Paſſionis memoria. Auguſt. Serm. 32. ad Fratres. *Nihil tàm ſalutiferum nobis eſt, quam quotidie cogitare, quanta pro nobis protulit Deus, & Homo*.

DE SPINEA CHRISTI CORONA.

Spinæ Iunci Marini, apud Tertull. ſignificant magnitudinem, & nobilitatem, refert Tertull. quod in domibus virorum nobilium Corona de Iuncis Marinis appendebatur, vt nobi-

ſitatem oſtenderet, & quidam antichus Author ait, Deus de Spinis marinis coronari. Hebræi impoſuerunt Capiti Chriſti Coronam de Iuncis marinis, putantes Chriſto irridere, & ſic declarauerunt Chriſtum eſſe Cœli, & Terræ Regem, audite Tertull. vt ait. *Quando Iudæi Iunco cinxerunt Caput ipſius Chriſti, ipſum eſſe Regem iuſtorum, & Deum ſortium confeſſi ſunt.*

Diuus Ambr. loquens de Adæ peccato ait. *Gauiſus eſt Deus ad peccatum Adæ*, non quoad formalitatem, nam ſcio quod nihil magis odit Deus pluſquam peccatum; ſed gauiſus eſt, quia peccatum fuit cauſa, vt Deus propter hominem, ſufferret martiria, & tormenta, atque mortem; hoc enim innuere voluit per Prophetam dicens, *illuminatio mea in delitijs meis*, loquitur Chriſtus de Paſſione ſua, quæ magna lætitia eum affecit, hinc Sponſa omnes inuitans ait, *venite; & videte Regem veſtrum coronatum*, ſed quando? *in die deſponſationis ſuæ*, diem patiendi vocat diem deſpenſationis ſuæ, diem lætitiæ cordis ſui, hinc cum eſſet in Cruce exclamauit voce magna, quid eſt clamor iſte Pijſſime Domine? vidimus te flagellatum, ſpinis Coronatum, opprobria, diriſiones, & tormenta infinita ferè patientem, & numquam exclamaſti, imò tamquam ouis non aperuiſti os tuum, & nunc poſtquam adoptatam Crucem perueniſti; exclamas voce magna, quid eſt hoc? de quo conquereris? reſpondet Nyſſenus, conqueritur Chriſtus, quia tunc, tanto, ac tali dolore afficiebatur, quod dolor hic omnes ſuperauerit dolores, & ſimilem numquam paſſus eſt, videns ſcilicet finita eſſe flagella, tormenta, atque martiria, & eius anima amore magis, ac magis patiendi conflagrabat, ſuauiter, & amabiliter de Patre conqueritur dicens, *Deus, Deus meus, &c.* quia conſumatum eſt, & Baſil. legit. *Conſumatum eſt gaudium.*

Hinc annotauit Diuus Leo, quod licet Chriſtus alijs tormentis, numquam fuerit ſaturatus, carcerem tamen pati noluit, vt cognoſcat mundus omnia tormenta, quæ ſalutem, & vtilitatem hominibus attulerint gratiſſima fuere Chriſto, at quia è carcere Petrum, qui ter eum negauerat aſpicere non potuiſſet, nec Latroni Paradiſum tribuere, ideò noluit carcerem, ſed Crucem elegit, audi verba Diui Leonis. *Voluit Chriſtus Crucem, & non carcerem, quia de Cruce ſaluauit Petrum, deditque Paradiſum Latroni.*

Hinc Chriſtus in Horto proditorem Iudam amicum vocauit, quamuis ſciret ab eo prodi, ille enim eſt perfectus amicus, qui inuigilat quomodo voluptatē poſſit amico afferre, & quia Chriſtus ardenter pati deſiderabat, ideò Iudæ ait, *amice ad quid veniſti.*

Et quod magis mirandum eſt, pati pro nobis, ſuum commodum, & vtilitatem exiſtimat, in Iſa. in Tribunali Sanctiſſimæ Trinitatis, loquens Aeternus Pater, de eo, qui venturus erat ad hominem redimendum, ait, *quem mittam, & quis ibit nobis?* dicere, debebat, quis ibit ex nobis? & non, quis ibit nobis, quaſi diuinis perſonis hæc miſſio vtilitatem eſſet allatura, audi Chryſoſt. *Ac ſi ipſius vtilitas eſſet humana redemptio.* Vnde Chriſtus dixit, *niſi granum frumenti cadens in terram ipſum ſolùm manet*, quomodo ſolùm manet? non adſunt Diuinæ Perſonæ, non aſſiſtunt tot Angelorum Chori? reſpondet D. Antoninus de Padua hæc verba explicans, & ait. *Solum manet, quamuis Societatem Angelorum haberet; quia delicia ſuæ, vt ita dicam, ipſius gloria eſt, eſſe cum filijs hominum.*

Nihil efficaciùs ad mentitas mundi dulcedines, ac voluptates fugiendas, quam Chriſti Paſſionis memoria, mulieres cum pueros velint ablactari, amara ponunt in mammillis, quibus deguſtatis à pueris renuntiãt, & aborrent lac; en Chriſtus ait, *ego quaſi nutritius Ephraim*, intuens nos nimis voluptates diligere vſquequo paruuli diligitis infantiam, Prou. 1. *Relinque ait Bern. ò peccator has mentitas dulcedines, & amaritudines Paſſionis meæ, fac vt ſemper memoria retineas*, pone me, vt ſignaculum, &c. ſicut faciebat Sponſa dicens, faſciculus Mirrhæ, &c. quæ verba exponens Greg. Cant. 1. ait. *Sancta Mens, dùm Chriſti vitam ex omni parte conſiderat, contra omnia vitia ex eius imitatione repugnantes virtutes congregat, ex quibus ſibi faſciculum mirrhæ optat, quo carnis ſuæ putredinem ſempiternam abſtergat.*

Chriſtus diem ſuæ Paſſionis vocauit diem ſuum, *Abraham exultauit, vt videret diem meum*, quia fuit ei dies iucunditatis, & lætitiæ, memento, quòd cum fuerit Chriſtus transfiguratus in Monte Tabor ante Moyſem, & Hæliam, loquebantur de exceſſu, Euthimius ait, *Loquebantur de Paſſione.* Chryſoſt. *Loquebantur de gloria, quam comparaturus erat per Paſſionem in Hieruſalem.* Et hæc fuit cauſa, vt dicit Diuus Leo cur Chriſtus Crucem baiulans mulieribus eum ſequentibus flere prohibuerit, audi Diuum Leonem ſic dicentem. *Nolebat fruſtra lachrymas impendi, vbi erat potius lætitiæ occaſio, atque triumphi.* Quaſi diceret quare ploratis ſi ad Regium Solium pergo, & Regis Sceptrum, & Coronam defero? neſcitis Prophetiam, *regnauit à ligno Deus?* hanc veritatem agnouit proditor Iudas, & ſerò pœnituit, cum ſuum cognouiſſet errorem, retulit triginta argenteos Scribis, & Phariſeis, qui pecunia illa agrum

emerunt,

emerunt, & appretiauerunt pretium appretiati Tertull. contra Marcionem. *Et acceperunt pretium honorati.*

Diuus Auguſt. de quinque hæres. cap. 3. conſiderans exceſſum, de quo Moyſes, & Hælia loquebantur in Tabor; dicebant exceſſum, ait Auguſtinus. *Hæc ne ſunt ſublima obſecro illa, ac læta colloquia, quæ huic tantæ ſollemnitati conueniebant? hæc ſermonis materia inter tot gaudia miſcenda erat?* & reſpondit, *Domino Saluatori, quæ materia loquendi gratior, quam de ſalute, & redemptione mundi tractare?*

ſer. 4. in Cæna Domini. D. Bern. Petit ex quo procedit Chriſtum in ſua Paſſione, quaſi in Inferno pedem poſuiſſe? reſpondetur, ob nimios dolores, tormenta, & martiria, quibus afficiebatur, ita vt dicere poterat, dolores Inferni inuenerunt me, & tamen cum pergeret Iudas ad inchoatam proditionem perficiendam, tunc dixit Chriſtus Diſcipulis, ſe poſuiſſe pedem in gloria, & ait, nunc clarificatus eſt filius hominis Iſa. 13. ſic inquit Bernard. *Gaudet, tripudiat, lætatur, & exultat, & ait nunc clarificatus eſt filius hominis, Chriſtus enim Deus noſter pro nihilo, imò præ gaudio mortem ducebat, per quam nos, à morte perpetua liberaret,*

hom. 37. in Matth. D. Chryſoſt. examinans quare Chriſtus voluerit Hieruſalem ingredi in die palmarum, tam magno applauſu ait. *Ideò cum tanta gloria eſt ingreſſus, vt ampliùs eorum aduerſus ſe excitaret inuidiam, quia iam tempus Paſſionis inſtabat, & non mors eum vrgebat, cum ipſe magis aduerſus ſe compellat mortem.* Vnde Sponſa Cant. 3. dicebat. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem veſtrum in die deſponſationis, in die lætitiæ cordis eius.* Quæ Aponius intelligit de tempore mortis Chriſti, & ſic ait. *Lugebant elementa in patibulo condemnatum, ſed lætabatur, qui pependit, quoniam mors pendentis omnibus credentibus vitam, & gaudium apportauit.* D. Cyrill. ait. *Omnia*

l. 10. c. 12 *ſuſtinuit, quæ Iudæorum excogitare peruicacia potuit, nec vnquam ſputis dedecoratus, verbis deriſus, verberibus cæſus, & tandem patibulo affixus, vllo affectus mœrore fuit, ſed decenti ſemper gaudio plenus illa opprobria delitias ſibi eſſe putabat.*

Prou. 8. *Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies ludens coram eo, & delitię meę eſſe cum filijs hominum.* Miror cur dixerit Chriſtus iiſdem delitijs frui in terra cum hominibus, quibus gaudebat in Cœlo cum Patre, potiùs dicere debebat ob tormenta, & martiria, quæ paſſus ſum in terra, mihi videbatur fuiſſe in Inferno, ſed reſpondet Diuus Antoninus de Padua. *Filius ludebat coram Patre, cum à Diſcipulo tradebatur, ad columnam ligatus flagellabatur, cum ab Herode illudebatur, cum ſpinis coronabatur, ludebat cum exiret baiulans ſibi Crucem.*

ſer. Dom. 2. Epiph.

ſer. 85. in Cant. Quia Bern. ait. *Vbi amor eſt labor non eſt, ſed ſapor,* & Guglielmus Pariſienſis ait. *Delectabile, atque iucundum facit amor amatum, quantumcumque amarum, vel moleſtum, ſic etiam ſi infernus amaretur, dulcis, & delectabilis eſſet, hinc Chriſtus Paſſionem ſuam Calicem vocauit,* vnde Baſil. ait. *Nomine Calicis indicauit mortem, quam pro mundi ſalute ſuſcepit, ſupplicia requiem, & refectionem animæ, & corporis, non dolores ducens.*

de morib. cap. 4.

in pſ. 115. *Loquebantur de exceſſu, &c.* Si aliquis fruens quadam magna fęlicitate, & tamen pro alia ſuſpiraſſet, clarum eſſet, hanc ſecundam fęlicitatem prima maiorem eſſe: cum ergo Chriſtus eſſet in Tabor glorioſus, & pro Paſſione ſuſpirat, quid dicendum? vos ipſi concludite, rectè ergo Chryſoſt. legit. *Loquebantur de gloria.* Bene Ioannes 13. nunc clarificatus eſt, &c. &

hom. 57. in Matth. Gaet. in Ioan. 13. ait. *Tempus proditionis, Paſſionis, mortiſque ſuæ, tempus glorificationis appellat.*

tom. 2. Iſidorus Peluſiota, loquens de illis mulieribus, quæ plorantes Chriſtum Crucem baiulantem ſequebantur, ait. *Huiuſmodi miſeratio contumelia illi erat.*

li. 2. epiſt. 166. Improperium expectauit cor meum; Hieronymus legit. *Improperium, pro expectatione confregit cor meum.*

Hinc Diuus Bonauent. Longinum alloquens dicit, *Quid vulneras Longine? vulneras cor tamdiù deſiderio patiendi vulneratum, & vndequaque contritum?* Admiror Chriſtum alloquens Proditorem dixiſſe. *Amice ad quid veniſti,* quomodo Piiſſimè Domine amicum vocas, quem proditorem cognoſcis? eum vocas amicum, qui te oſculo tradit ad mortem, ſed audio Chriſtum mihi reſpondentem, & dicentem, quomodo non vocabo Iudam amicum, cum amici officium agat? nam amicus omnibus viribus conari debet, vt amicus ad deſideratum finem peruenire poſſet, hoc fecit, & Iudas, licet eius intentio aliter fuerit, ideo ante eum genuflexus gratias ei refero, audi Diuum Laurentium Iuſtinianum Chriſtum genuflexum ante Iudam introducentem, & dicentem. *O Iuda Apoſtole mi, genuflexus ſum ante te, gratias referens tibi, eo quod mediùs fuiſti, vt voluntas mea adimpleretur.*

Idem ferè dicit Diuus Ambr. qui Chriſtum in fine vitæ contemplans amore flagrantem, & dicentem, *Pater ignoſce illis,* ſic argumentatur, aut Chriſtus habebat poteſtatem condonandi,

nandi, ſiùt non habebat ſi non habebat, ergo omnes indulgentiæ per eum exhibitæ, vt Magdalenæ, & alijs, remittuntur tibi peccata tua, &c. fuerunt inualidæ, quod abſit dicere, eſſet enim hæreſis, ergo poteſtatem habebat, quod certiſſimum eſt, ſed dùm poteſtatem, & deſiderium remittendi habebat, cur non abſoluit? cur abſolutionem à Patre expoſtulat? *Pater ignoſce illis*, & eo magis quod ad eum ſpectat abſoluere, qui fuit offenſus, dùm viuit, ita ſtatuunt leges, & eo mortuo, ad magis coniunctos in ſanguine, dùm ergo Chriſtus fuit offenſus, & adhùc viuit, cur ipſe non abſoluit, ſed à Patre petit abſolutionem? ſcio Diuum Ambr. reſpondere, & dicere, quod libenter Chriſtus condonaret, ſi offenſus fuiſſet, quomodo ſi offenſus fuiſſet? nonne concilium conuocarunt? nonne Doctorum opiniones examinarunt, & decretum fuit, *vt vnus moriatur, ne tota gens pereat?* nonne tamquam ad Latronem exierunt in Horto, cum gladijs, & fuſtibus compræhendere eum? nonne coram ſummo Sacerdote, colaphum incuſſerunt ei? nonne innumerabilibus flagellis affecerunt, & ſpinis coronarunt eum? nonne clamauerunt omnes contra eum dicentes, crucifige crucifige eum? non ne Crucem eum baiulare fecerunt in Montem Caluarium, vt crucifigerent eum? nonne clauis affixerunt eum? nonne illudebant ei dicentes, *vah qui deſtruis Templum Dei alios ſaluos fecit, & ſeipſum ſaluare non poteſt?* nonne dira lancea latus eius aperuerunt? quomodo ergo Sancte Doctor Chriſtus non fuit offenſus? ſed audio Chriſtum reſpondentem, & dicentem, licet hæc omnia vera, & veriſſima ſint, immo plura paſſus fuerim, tamen hæc amaui, hæc concupiui, & magno deſiderio expectaui, ergo non me offenderunt, ſed Patrem Aeternum, cuius ego filius vnigenitus ſum, ad eum ergo ſpectat remittere, & abſoluere; ideo *Pater ignoſce illis*, quaſi diceret non te voco Regem, vt affligas eos, nec Iudicem, vt eos condemnes, nec Dominum, vt punias eos, ſed Patrem voco Clementiſſimum, vt condones eis: cum cauſam meam tecum agerem, conditionem appoſui, ſi poſſibile eſt, vnde nullam attuli defenſionem coram Magiſtratibus Iudæorum, ſed tamquam ouis, non aperui os meum, at modo rogans pro crucifeſſoribus, vt eis indulgeas, vociferor, *Pater ignoſce illis, &c.*

Chriſtus tanti fecit pati pro homine, quanti fecit gloriam ſuam, hinc cum ductus eſſet Ieſus in Deſerto, vt tentaretur à Diabolo, aſſumpſit eum Diabolus in Montem, &c. & oſtendit omnia regna mundi dicens, *hæc omnia tibi dabo, &c.* audiens Chriſtus Diabolum velle vſurpare gloriam, & adorationem latriæ, quæ Chriſto compelit, tamquam Dei Filio, clamauit, *vade Sathanas Dominum tuum adorabis, &* & ſic diſceſſit Diabolus.

Et cum idem Chriſtus in Monte Tabor, ita transfiguratus eſſet, vt facies eius veluti Sol reſplenderet, & veſtimenta eius, ſicut nix alba eſſent, & ecce Moyſes, & Hælias loquebantur de exceſſu, id eſt de Paſſione, ait Euthym. ſtatim ac Petrus audiuerit eos loqui de Paſſione, Chriſtum alloquens ait, abſit à te Domine, bonum eſt, nos hic eſſe, *faciamus hic tria tabernacula, &c.* audiens autem Chriſtus, Petrum ſic dicentem ait, *vade Sathanas*, piiſſime Domine, quid eſt hoc? Sathanam vocas Petrum Principem Apoſtolorum, & caput Eccleſiæ? Sathanæ æquiparas qui Cœlum cunctis aperit? meritò dicit Chryſoſt. ita Chriſtum reſpondiſſe, eadem enim offenſione Petrus affecit Chriſtum, ſicut affecerat Sathanas, nam Sathanas, quæſiuit exuere Chriſtum gloria, & adoratione dicens, ſi cadens adorauerit me, & Petrus impedire voluit Chriſti Paſſionem, inquiens, abſit à te Domine; ſed Chriſtus tanti facit Paſſionem, quanti gloriam, ideò vade poſt me Sathanas, audi Chryſ. dicentem. *Iratur contra Petrum dicentem, abſit à te Domine, ſicut contra Sathan quærentem auferre gloriam eius, vt agnoſcant Chriſtiani, tàm libenter æſtimare Paſſionem ſuam, quam gloriam.*

Et hæc fuit cauſa dicit D. Bern. quare Chriſtus noluerit de Cruce deſcendere, licet ſe credituros in eum promitterent, forſan non recordabantur Iudæi, quod dixerat Dauid, *regnauit à ligno Deus*, ergo ſubdit Diuus Bernardus. *Sinite illum ſub titulo ſui Principatus.*

Cum eſſet Chriſtus in Cruce, tùnc videbatur regnare, in Cruce enim ſe oſtendit eſſe Dei Filium, vnde Centurio exclamauit, verè Filius Dei erat iſte, & latro videns Chriſtum in Cruce regnare, ait memento mei, dùm veneris in Regnum tuum D. Aug. huius Latronis confeſſionis cauſam curioſè inueſtigans, pro eo tandem reſpondens ait. *Quia Crucifixum video regem nomino.*

Diuus Cyrill. Alex. conſiderans quod cum irent Sanctæ illæ mulieres ad videndum Chriſtum in Sepulchro, inuenerunt Angelos Sepulchrum cuſtodientes, qui eis dixerunt, quem quæretis? Ieſum Crucifixum quæritis? admiratur Cyrillus Angelorum interrogationem, & reſponſionem ſimul, & ſic ait. *Cur tàm confidenter dixit Angelus Ieſum quæritis Crucifixum? cur non dixit quæritis Regem Angelorum, Regem gloriæ? non ignominia fuit ipſa Paſſio Chriſti, ſed gloriatio gloriationum ſuarum.*

R Tanto

Digitized by Google

Tanto amore pro nobis patiendi Chriſtus flagrabat, vt potiùs ſua opera celari voluerit, quam ſua Paſſio impediretur; hinc cum eſſet in Horto, & milites ad eum comprǽhendendum venirent, videns Petrus eorum inſolentiam, eduxit gladium, & abſcidit auriculam Malcho, qui erat iuſtitiæ Dux, miror quidem, quare de hoc tàm graui delicto, cum ſit crimen læſæ Maieſtatis, nulla prorsùs ſit mentio; hoc diuino conſilio factum eſt, nam ſi informationes contra Petrum captæ fuiſſent, & proceſſus fuiſſet formatus, & conſtaret de corpore delicti, opus erat, vt veniret in iudicio Malcus, & abſciſſa auricula videretur, quæ cum integra, & abſque vlla prorsùs læſione cerneretur, obniterentur Iudices huius facti cauſam inquirere, & ſic cognouiſſent, miraculum factum fuiſſe à Chriſto, propter quod forſan, & liberaretur Chriſtus, & Paſſio impediretur, ne ergo eius Paſſio impediatur, taceri, & occultari permiſit miraculum; audi Diuum Greg. Epiſt. 15. dicentem. *De abſciſſione auriculæ, nulla prorsùs ſit mentio, ne per Chriſti miraculum, corda Pontificum, in Chriſti amorem accenderentur.*

Miratur Diuus Hylarius, quare Chriſtus cum eſſet in Horto, & pati deſideraret, cum veniſſet hora patiendi, Patrem alloquens dixit, *Pater ſi poſſibile eſt, transeat, &c.* demiratur Hylarius, & ait. *Cur mi Chriſte Calicem tibi à Patre propinatum bibere recuſas?*

Sed animaduertendum eſt; Chriſtum non recuſare Calicem Paſſionis, ſed magis pati deſiderabat; nam eò tunc, dolores, & tormenta vſque ad animam tantum, & non ad corpus, peruenerant, vndè dicebat, *triſtis eſt anima mea*, ideò Patrem rogabat, vt dolores tranſirent, etiam ad corpus, audi Auguſt. ibidem dicentem. *Transeat à me Calix iſte, hoc eſt ab anima in corpus.*

Chriſtus Dominus noſter in omnibus doloribus, pœnis, tormentis, atque martirijs, quæ paſſus eſt, numquam conqueſtus eſt, ſed tamquam ouis ductus eſt, & non aperuit os ſuum, ſolùm inuenio, conquæſtum fuiſſe, cum vnus aſſiſtens, dedit ei alapam, dicens, *ſic reſpondes Pontifici?* cui dixit Ieſus. *ſi malè loquutus ſum, &c.* quare Chriſtus conquæſtus eſt? nullam aliam ob cauſam, niſi ob deſiderium patiendi, & ne impediretur eius Paſſio, nam lex leuitici erat, cum aliquis ſeruus libertati daretur; in ſigno libertatis, alapam ei dabant; fecit, & hoc Imperator Iuſtinianus, cum ſuos ſeruos libertati daret, hinc intuens Chriſtus depalmari, timens, ne libertati daretur, & ſic paſſio impediretur, ideò dixit, *ſi malè locutus ſum, &c.* ſupra quæ verba D. Baſil. ait. *Protulit verbum, ne alapam accipiendo, libertate frueretur.*

Dauid Pſalm. 68. in perſona Chriſti loquens de Paſſione ait, *ſuper vulnerum dolorum meorum, dolorem addiderunt*, petit D. Ambr. qualis eſſet dolor hic, qui omnes alios dolores ſuperauerit? ait Ambr. ibidem. *Addiderunt dolorem, ideſt acetum.* Quomodo poculum illum paruulum potuit Chriſtum dolore afficere? & talem afferre dolorem, quod omnes alios ſuperauerit dolores? nam, vt ſubdit Ambr. Hebræi ad mortem damnatis vinum optimum dabant, vt damnatorum pœnam allearet, & hoc fuit cauſa maximi doloris Chriſti, quia in tormentis, & pœnis, nolebat conſolationem, præ magno patiendi deſiderio, hinc cum guſtaſſet noluit bibere, audi Diuum Ambroſium ibidem dicentem. *Super vulnerum dolorum meorum dolorem addiderunt acetum, quod cum non acetum, ſed vinum mixtum eſſe guſtaſſet, maximum recepit dolorem.*

Cum eſſet Chriſtus in Cruce clamauit (*Sitio*) peto, quis nam clamauerit? non diuinitas, cum eſſet eadem, quæ ſemper fuit vnita Deo, quis ergo clamauit? dicam, linguam clamaſſe, quaſi diceret, omnia Chriſti membra dolorem ſuſtinuere maximum, & ego, quid patiar? & cum dediſſent vinum optimum, noluit, nam cum guſtaſſet noluit bibere, quia nolebat dulcedinem, ſed amaritudinem guſtare, & ſic dederunt acetum cum felle mixtum, quod poculum, maximum dolorem attulit Chriſto, & ſic inclinato capite dixit, *conſumatum eſt*, audi Auguſt. de Paſſ. *Sitis mea ſalus veſtra eſt, ſitis mea redemptio veſtra eſt, ſitio pœnas, ſitio dolores, ſitio ſalutem animarum veſtrarum. Et vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua*, quæ nam aqua fuit illa, quæ exiuit è latere Chriſti? reſpondet Chryſoſt. & ait. *Aqua lateris, lachryma Chriſti erant*, dùm Chriſtus erat viuus, cor eius conquerebatur plorans, quod omnia Chriſti membra dolore, & martirio afficiebantur, & tunc nullum fuit inuentum inſtrumentum, quod dolorem attuliſſet cordi, & ideò lachrymabatur, quæ lachrymæ, cum in vita Chriſti exire non potuerint, ita morabantur in corde, vt vix Longinus latus Chriſti aperuerit, quin illicò exierunt, vndè meritò lancea dicitur (crudelis) *Mucrone diro lancea*, conquæritur cor, quod tardè, non in vita, ſed poſt mortem dolorę affecerit, audi Diuum Ambr. de Paſſione Chriſti, ſupra illud Deus meus. *Conquærebatur quia cor habebat ſine dolore.*

Deus meus ignis conſumens eſt: Deut. cap. 2. hoc dicitur, vt ardentem Chriſti amorem pro nobis

nobis patiendi oſtenderet; aquæ ſunt dolores, flagella, martiria, atquè tormenta, quæ Chriſtus paſſus eſt, vnde Dauid dicebat, *intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*, ſed omnes aquæ dolorum? *aquæ multæ, non potuerunt extinguere charitatem*, ita Rupertus Abbas, ſupra cap. 24. Ioannis ait. *Quotieſcumq; ſitis patiendi in Chriſto cernitur, tamquam ignis apparet, ad cuius aſpectum tormenta, quaſi proprio oblita officio conglaciebantur in gelu.* Hinc cum eſſet Chriſtus in Cruce, vndequaque tormentis affectus inclinato capite tradidit ſpiritum, quare inclinauit caput in terram, & non eleuauit in Cœlum? vt ſcilicet intueretur ſi plura tormenta inuenire potuiſſet, at videns, non eſſe plura tormenta, quaſi de his, & de inimicis triumphans, tradidit ſpiritum, audi D. Ambr. ibidem dicentem. *Quid eſt, quod inclinato capite, tradidit ſpiritum? niſi, quia omnibus perluſtratis, quæ pati debuerat, tunc emiſit ſpiritum triumphantem, cum omnia amaritudinis flumina abſorpta reſpiceret.*

Diuus Hylarius cap. 12. attendens illud. *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me Calix iſte*, ita ait. *Cur ò bone Chriſte, calicem à Patre propinatum, bibere recuſas?* Quaſi diceret, pijſſime Domine, ſi ad hunc finem veniſti in mundum, vt morte tua mortem noſtram deſtrueres, cur mori recuſas? reſpondetur, Chriſtum non mori recuſauit, cum ſemper, & pati, & mori pro hominum ſalute deſiderauerit, ſed dicere volebat, Pater libenter mortem ſuſtineo, ſed poſtquam moriar pro certo ſcio me reſurrecturum, & ad Cœlum aſcenſurum, vbi nullum inueniam hominem, & ſic humanitas hæc mea, ſola morabitur, ne quæſo hoc permittas Clementiſſimè Pater, iube potiùs, me non mori, tranſeat à me Calix iſte, quam me in Cœlo morari, abſque hominum ſocietate, audi D. Greg. or. 32. dicentem ſic. *Cur ſi euidens eſt victoria, paſſio timetur? ne per mortem, hominum ſocietatem dependeret.*

Peto, cur Ioannes Euang. Ducem illum Iudæorum Iuſtitiæ, cuius auriculam Petrus in Horto abſcidit, proprio nomine cum vocauerit, dicens, *erat nomen ſeruo Malcus*, tantomagis, quod, quamplura legimus Chriſtum effeciſſe miracula, & de nullius nomine mentionem fieri inuenimus, vt cum lumen cęco nato reſtituerit, cum, & ſanitatem paralitico donauerit, duos à Dęmone oppreſſos liberauerit, &c. ratio cur Euang. nominauerit Malcum fuit, quia hic Malcus colaphum Chriſto erat incuſſurus, quod cum Chriſtus præuidiſſet voluit auriculum reſtituere, vt ſic magis, ac magis amoris Chriſti ignis eluceret; audi Chryſoſt. ibidem hom. 82. dicentem. *Serui nomen meminit Euang. quoniam magna res erat, non tantum, quod eum curauerit; ſed cum eßet paulò poſt, ab eo alapam accepturus.*

Peto, cur Chriſtus in Cruce dixit, *conſumatum eſt*, cum dicere potuerit perfectum eſt? ratio eſt, quia perfectum eſt illud, cui addi nihil poteſt, at conſumatum eſt, dicitur opus illud, quod ad finem peruenit, cui etiam aliquid, aliud addi poteſt; & voluit Chriſtus dicere, iam Iudæorum furor conſumatus eſt, rabies, quam contra Chriſtum habebant, vt eum opprobrijs, doloribus, tormentis, flagellis, & martirijs afficerent; ad finem peruenit, at Ambr. inquit Chriſti deſiderium patiendi, non eſt adhùc perfectum, quia plura pati deſiderat, ideò dixit conſumatum eſt, & non dixit perfectum eſt, audi Diuum Iſidorum lib. 2. *Dixit conſumatum eſt, & non perfectum, exiſtimans ſe, nondùm paßum fuiſſe, quod exoptauerat.*

Diuus Bernardus loquens de vulnere lateris Chriſti ait. *Vulneratum eſt latus, vt per vulnus viſibile, vulnus amoris videamus, cum non ſolùm ipſum corpus verum etiam ipſum cor, lancea vulnerari permiſit.*

Peto, cur Chriſtus mori voluit menſe Martij, & non in alio menſe? quia dicunt omnes Medici cum Hypocrate, & Galeno, quod in menſe Martij, Sol inuenitur in aſcendente, & hominis Sanguis, non requieſcit, ſed vehementer ebullit, ita vt, ſi aliqua vena aperiretur, vt Sanguis exire poſſet, omnis effunderetur, & eſanguis remaneret homo, hinc cupiens Chriſtus, omnem effundere Sanguinem pro hominum ſalute, vt magis pateſieret eius amor, voluit mori menſe Martij, audi Diuum Bernardinum Senenſem dicentem. *Cum enim in tali tempore Sanguis ebulliat, vt totum verſaret, & effunderet pro nobis, & nihil in eo remaneret, quid ipſo ebulliente, de facili emittitur.*

E Cruce clamat Chriſtus foderunt manus meas, &c. quare non dixit vulnerauerunt? ratio eſt, quia dixerat ego ſum vitis vera, vt vitis magis fructum afferat, ſunt neceſſariæ foſſæ circa vitem, ideò foderunt, &c. audi Hugonem Cardinalem in pect. cap. 21. dicentem.

Foſſa parit tellus optato tempore fructus.
Foßa Caro Chriſti Cęlica regna dedit.

Rupert. Abb. inquit Sacrificium Iſaac ſignificare Dei Filij Paſſionem, & Mortem, & quia Gen. 22. legitur Abraham ligaſſe filium ſuum Iſaac, ait Rupert. cit. loco. *Ergo ne, & Deus alligauit filium? colligauit planè*, inquit, *non imbecillitatis vinculo, ſed magnæ charitatis imperio.* li. 6. c. 31.

 Hinc

li. de Paſ. Dom. c. 4.

Hinc Bern. *Video oculis mentis te Domine Ieſu, tàm diris nexibus adſtrictum, tamquam Latronem, trahi ad Iudicium Principis Sacerdotum, & Iudicem Pilatum video, & perhorreſco, & admirando deficerem, niſi quod liquidò cognoſco, te priùs in corde charitatis noxibus fuiſſe conſtrictum, qui ad deteriora vincula ſufferenda, te libenter attrahere potuerunt.*

Hinc Dauid dixit loquens de Paſſione, vt omnes volunt doctores, *de torrente in via bibet, propterea exaltauit caput.* Torrentem; & non flumen vocauit Paſsionem Domini flumi-num aquæ, ex terræ fontibus copiam habent, at torrentes ſunt aquæ de Cœlo, vnde dixit Thilius in Embl. Alciat. Emb. 166. *Torrens dicitur fluuius, qui non de fonte, neque de viua aqua, ſed à pluuia deſcendit*, at quia dolores, & tormenta Chriſti, non homines attulere, ſed diui-nus Amor ideò de torrente in via bibet, &c. vnde Diuus Bernardinus conſiderans Sangui-

ſer. 55. de Paſſ. Domini ar. 1 cap. 2.

nis Chriſti ſudorem in Horto, ex eo argumentatur, effuſionem Sanguinis, non fuiſſe ex ferro, aùt alio inſtrumento, ſed ex ſua ardentiſſima charitate, his verbis. *Immenſus, ac feruentiſſimus amor, in hoc manifeſtatur; ſæpè enim feruens ebullitio emittit ad extra; proinde, quantum Anima Chriſti charitatis igne in intimis bulliendo ferueret, ſcaturitio Sanguinis clariùs manifeſtat.*

Sancta Mater Eccleſia, loquitur in perſona Chriſti, & ait, *lanceis ſuis vulnerauerunt me*, ſi lancea vna fuit, vt ait Ioann. Euang. 19. dicens. *Vnus militum lancea latus eius aperuit*, quomodo igitur lanceis ſuis? ſed, vt huius ſcripturæ intelligentiam habeamus, quid idem Chriſtus Sponſæ ſuę loquens dixerit Cant. 4. animaduertendum eſt, *vulneraſti cor meum Sponſa mea, vulneraſti cor meum*, his ait vulneratum fuiſſe, ſcilicet ex lancea amoris, & ex lancea Longini,

li. de Paſſ. Dom. c. 3.

ita hunc locum explicat Diuus Bern. *Quia zelo amoris tui vulneraſti me; lancea quoque militis vulneratus ſum.*

Ex quo dicendum erit, Chriſti cor vulneratum fuiſſe, dùm adhùc viueret, à lancea amoris, at Longini lancea vulneratum poſt iam mortem, vnde Ioannes 19. ait, *vt viderunt eum iam mortuum vnus militum, &c.* audi Bern. ibidem dicentem. *Mortuum eſt cor Domini Ieſu, quia vulneratum poſſedit vulnus amoris; poſſedit mors amoris Domini cor Sponſi Ieſu, quomodo mors altera introbibit.*

in pſ. 118.

Nec poteſt dici amorem, vt vulneraret armis carere, nam Diuus Ambr. ait. *Habet clauum ſuum charitas, habet gladium ſuum.* Ergo, & vulnerare, & morte afficere poteſt, imò dùm contemplaris Chriſtum nudum in Cruce, ex quo putas denudatum ab Hebræis forſan? tal-

ſer. 2. de Paß.

leris, quia amor veſtibus denudauit Chriſtum teſte Iacobo de Voragine dicente. *Veſtes in Cruce ferre, non potuit, ſed nudus aſcendit, ac ſi ipſo facto diceret; tanto igne charitatis ardeo, quod veſtes aliquas ferre non valeo.*

de Agon. cap. 20.

Diuus Laurentius Iuſtin. contemplans Chriſtum in Cruce eleuatum in aere dicit, aſſimilari arcui celeſti, & tunc comprobatum fuiſſe, quod dictum fuit Noè Arcum ponam, &c. hęc ſunt eius verba. *Confixus ergo in ſtipite Chriſtus tamquam propitiator optimus, in nubibus eleuatus eſt, quemadmodum Noè ſancto promiſerat, Arcum meum ponam in nubibus Cœli.* Et veluti Arcus varijs coloribus formatur, ita, & amor varijs coloribus depinſit Chriſtum, ſic Petrus

tom. 4 ſer. 45.

Cellenſis Abbas lib. de Conſc. *Quam pulchras, & quam decoras, nouit fingere formas dilectio; pingit Ieſum Paſſum, pingit flagella in dorſo, pingit lanceam in latere.* Hinc Diuus Bernardin. vult Chriſtum dixiſſe miniſtris iuſtitiæ, vt Cruci configerent eum, quia libenter vitam cum morte commutabat, vnde rogauit Patrem, vt dignaretur in brachijs ſuis, quinque ſcribere literas, quibus formaretur Amor, audi verba Diui Bernardini. *Volo ſubire mortem pro ſalute totiùs humani generis, configite ergo me, & petijt gratiam à Deo quod inſcriberentur in ſuis brachijs, quinque literæ quæ dicunt, Amor.*

de laudib. charitatis

Vnde Innoc. 3. ait. *Hæc charitas, quæ tantum in Deum præualuit, quod eum de ſede Maieſtatis ad infirmitatis noſtræ humilitatem adduxit, vulnerauit impaſſibilem, ligauit, inſuperabilem, traxit incommutabilem Æternum fecit mortalem.*

ad fratres ſerm. 28.

Cum eſſet Chriſtus in cęnaculo, antequam in manus inimicorum incideret, Diſcipulorum pedes voluit lauare, quam humilitatis actionem admirans Petrus dixit, *non lauabis mihi pedes in æternum.* Diuus Aug. inquirens rationem cur Petrus noluerit, vt quod Chriſtus eius pedes lauaret ait. *Quia ante eum ſe genuflexit Diuinitas Incarnata Deus ante hominem, Creator ante creaturam, Rex ante Piſcatorem, pulchritudo ante deformitatem, ideò Petrus Diuinitatem incarnatam videns ante ſe curuari, expauit, exhorruit, & per cęnaculum velut inſenſatus cucurrit, & clamauit, non lauabis mihi pedes in æternum.*

de Ablu. pedi.

Hinc inquirit Diuus Cyprianus, cur, & reliqui Diſcipuli, idem non fecerint, vt Petrus, ſed lauari permiſerint? reſpondet Cyprianus. *Pauent Diſcipuli; nec audent obloqui, & quaſi extaſis teneat eos, vel mens alias rapta peregrinatur, neque magiſtro reſiſtere, neque quod hoc ſit, neque cur fiat inquirunt.*

D. Bern,

D. Bern. deſignans cauſam præcipuam, propter quam Dei Filius flagellorum pœnam pati voluerit, ait, *Filius erat, & factus eſt tamquam ſeruus, non ſolum forma ſerui accepit, vt ſubeſſet, ſed etiam mali ſerui, vt vapularet.* Paulus de Palacio rationem aſſignans, propter quam inuidi, & ſæui Hebræi diuinam Chriſti faciem velauerunt, ait. *Quia tàm immunda, & horrens erat, vt nauſeam illis excitaret, & ſic ſine faſtidio liceret eis ad libitum percutere.* ſer.6. heb dom. panoſa.

Iſa. 53. volens aliquam Paſſionis Chriſti partem enunciare antequam; inchoaret cogitauit neminem huiuſmodi facto fidem præſtaturum, hinc cum Deo alloquens dicebat. *Domine quis credidit auditui noſtro*, ſupra quem locum Oleaſter ait. *Tàm ineffabilia, & incredibilia ſunt, quæ Dominus pro noſtra ſalute paſſus eſt, vt vates eius, ea prædicare vereantur, timentes, homines fidem ijs, quæ dixerint, non habituros, aduerte ad qualem humilitatem deſcendit Chriſtus, vt videatur incredibilis, & vates timeant eam enarrare, quoniam timuit, & nos non credituros*: Vnde Nicolaus de Lyra, rationem affert ob quam Chriſtus dixerit Diſcipulis Matth. 17. *Nemini dixeritis viſionem donec à mortuis reſurgat filius hominis*, & ait. *Ne alij audientes Chriſtum apparuiſſe in forma glorioſa, ſcandalizarentur poſtea videntes ipſum pati, tàm ignominioſè.*

Paulus de Palacio, ſic ait. *Quid iratis eſtis, quia hic Filius Dei ſe fecit, Deum ſe faciens? vix hominem eſſe iudicatis, tantum abeſt, vt Deum eſſe monſtretur, vermis eſt potiùs, non homo, opprobrium potiùs eſt, & abiectio plebis, ſi dicto Filium Dei ſe fecit, opere minus, quàm hominem videtis*, his concinit, D. Vinc. Ferr. *Ita miſerabiliter flagellabatur, quod à planta pedis vſque ad verticem nihil remanebat illæſum in ſuo benedicto corpore niſi ſolùm lingua, qua pro peccatoribus, & latrone in Cruce oraret, atque teſtamentum faceret*, vndè Bern. ait. *O quam munificus factus eſt in nuptijs Rex, & Sponſe Bone Ieſu, quam largè, omnia quæ habuiſti tradidiſti? Latroni Paradiſum, Filio Matrem, Matri Filium, mortuis vitam, manibus Domini animam, toti mundo ſigna potentiæ tuæ pro redimendo ſeruo, non ex parte, ſed totum Sanguinem effudiſti.* ſupra illud Ecce Homo. ſer. in Paraſceu. li. de Paſſ. Dom.

Cum Dominica Palmarum Chriſtus ingreſſus fuerit Hieruſalem triumphans, & omnes canentes dicebant benedictus, &c. à nullo tamen fuit receptus hoſpitio; ſed, ait textus, *relictis illis abijt foras extra Ciuitatem in Bethaniam, ibique manſit.* Dionyſ. Carthuſ. reddens huius rei cauſam ait. *Nullus in Hieruſalem audebat recipere eum hoſpitio, propter metum Pontificum, & conſpirationem ſcribarum.*

Cur Iudæi petierunt Chriſtum in Cruce mori, & non alia morte affici? reſpondet Philippus Abbas. *Vt viuentem diutiùs poſſent diutiùs cruciari, & pœnarum illius immenſa, atque extenſa grauedine ſatiari, & tàm grato ſpectaculo, ſuæ ſatisfacerent prauitati*, licèt Iudæi Chriſtum in Cruce leuauerint, dùm in Caluarium Montem pergebat, hoc tamen, non pietate moti fecerunt, ſed vt citiùs ſe expedirent, timentes ne Pilatus ob magnam tormentorum crudelitatem, ſententiam reuocaret; ſenſus eſt D. Bernardin. *Vt citiùs expedirent ſuum malum propoſitum, ne fortè, interim Pilatus poſſet pœnitere, facere ipſum mori.* Quare, vt viderunt eum iam mortuum, vnus militum lancea latus eius aperuit? nam mortuus, non eſt capax noui doloris, ad quid ergo Longinus vulnerauit Chriſtum iam mortuum? reſpondet Ioannes Maldon. dicens. *Quaſi ferret indignè, Chriſtum tàm breui tempore mortuum fuiſſe, & ſeſe cruciatibus, & Iudæorum, & militum contumelijs, & irritationibus eripuiſſe, ideoque cum vidit viuo ſe illudere non poſſe, illudit mortuo.* de Sil. ch. cap. 54. tom. 4. ſer.45. in cap. 27 Matth.

Theodoretus, petit cur Magdalena inquireret Chriſti Corpus, & reſpondit. *Timebat enim ne Iudæi, etiam inſanirent exanimi, & ideò volebat in alio loco incognito, illud transportare.* apud S. Th. in Caten. 20. Ioann.

Et hæc fuit cauſa, cur Ioſeph, & Nicodemus, tàm ſollicitè mortuum Chriſti Corpus ſepelierunt, timentes ignominias Iudæorum, quibus, Chriſtus corpus afficere potuiſſent; monet Rupert. Abb. inquit. *Ne indignè inſepultum abijceretur, & a canibus illis, qui viuum circumdederant, adhùc exanime conſpueretur.* l. 13. c. 19 in Ioan.

Quæritur quare Chriſtus cum eſſet in Cruce, & non in alio tempore rogauerit Patrem dicens, *Pater ignoſce illis, &c.* reſpondet D. Vinc. Ferr. dicens. *Tunc Chriſtus vidit Deum Patrem paratum ad recipiendam vindictam de Crucifixoribus ſuis, ſi filius voluiſſet.* ſer.3. de Paſſ.

Superfluum videtur, quod dixit Pilatus oſtendens Chriſtum Iudæis. Ecce Homo, nam licèt non dixiſſet, adhùc homo erat; tollit dubitationem Paulus de Palacio his verbis. *Ecce Homo, homo eſt; non lapis, non ferrum non æs, quæ ſuſtinuit, vix credibile eſt, quomodo ſuſtinuerit.* vnde Chryſoſt. ait. *Sic contemnebat flagella, quaſi in alieno corpore pateretur, ac quemadmodum ſi adamantinum poſſideret corpus.* Quod euidenter poteſt conſiderari ex verbis Diui Bonauent. vbi ſic ait. *Fluit vndique regius Sanguis, de omnibus partibus corporis, ſuperadditur reiteratur, & ſpiſſatur liuor ſuper liuorem, & fractura ſuper fracturam, quouſque tàm tortoribus, quàm ſpectatoribus fatigatis ſolui iubetur.* in cap. 27. Matth. homil. 12 in Act. de vita Chriſti cap. 76.

Hugo

Hugo Cardin. explicans illud Cant. 5. caput eius aurum optimum, &c. ait. *Ieſus fuit aureus per patientiam, quia non murmurauit in flagellis, ſicut aurum non crepat ſub malleis.*

Nicolaus de Lyra petit, quod nam miraculum viderit Latro, propter quod confeſſus eſt Chriſtum fuiſſe Filium Dei, & dixerit, memento mei, & reſpondet. *Videns Chriſti patientiam pœnituit, & miſericordiam petijt, & inuenit.* Vnde verba Iſa. 6. *Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſram.*

ſer. in Paraſceu. Diuus Petrus Damian. ſerm. 4. vult dicta fuiſſe ab Angelis dùm Chriſtus glorioſus Cœlos aſcendebat, & ait. *Videntes enim eum Sanguinei ruboris vna perfuſum, mirantur eius patientiam.*

Diuus Vinc. Ferr. narrat, referri in Vrbe Hieruſalem nonnullas Imperatorum Romanorum Statuas marmoreas, cum ingreſſus fuiſſet Hieruſalem Chriſtus captus in Horto, catenis, & funibus ligatus, vt à ſæuis, & impijs iuſtitiæ miniſtris, ante Tribunalia diuerſorum Iudicum duceretur; Statuæ illæ Imperatorum, ad Chriſti præſentiam (ò Prodigium) ſe inclinauerunt, *& ſic ait D. Vinc.* vt modo, quo poterant, compararentur Creatori ſuo, & ſic ait. *Dicunt aliqui quod quando Chriſtus captus intrauit per Ciuitatem Hieruſalem, imagines lapideæ Imperatorum Romanorum, quæ erant ibi ſculptæ inclinauerunt ſe Chriſto.*

tract. de lamentat. B. M. Vnde Bern. ait. *Quis vnquam regnans in Cœlo ſurſum, aut peregrinans in terra deorſum, audiens, aut mente pertractans, quomodo factus opprobrium hominum ipſe Dominus Angelorum poterit lachrymas continere, etiam in Cœlo vbi impoſſibile eſt flere.* Hinc ait Iſa. 33. *Angeli pacis amarè flebant*, & Iacobus de Voragine ait; *Fleuiſſet ſi poſſibile eſſet Deus, videns filium ſuum, tàm ignominioſè tractari.*

ſerm. 90. Quadrag. in cap. 16. Matth. in cap. 15. Marc. de Paſs. Dom. ſer. 55. ar. 2. Matth. 27. tenebræ factæ ſunt, velum templi ſciſſum eſt, & monumenta aperta ſunt. Gloſa Interlin. hoc attendens ait. *Sol refugit, quia non poteſt videre mortem Chriſti, collaborat laboranti*, & Theophilatus, attendens illud, velum templi ſciſſum eſt ait. *Quod in calamitatibus facere ſolent Iudæi cum veſtes dilacerant, hoc, & templum, quaſi animatum eſſet, fecit, compatiens conditori ſuo patienti, & veſtes ſuas dirumpens*; & Diuus Bernardinus, conſiderans illud terra mota eſt. *Terremotus inquit non immeritò factus eſt, cum terra factor moueretur in terra, tremuit terra moriente Chriſto, vt ſentiretur in vniuerſo orbe terrarum in iuſtitia mortis eius.*

lib. 1. c. 6. in Deut. Rupert. Abb. animum conuertens ad illud, *monumenta aperta ſunt*, ait. *Ad ſuſcipiendum illum, certatim, & auidè aperta ſunt.*

in Matth. 27. Diuus Paſchaſius petit, quid nam mouerit Centurionis animum, vt Chriſtum, Dei Filium iudicauerit, dicens verè Filius Dei erat iſte; ſoluitque his verbis propoſitum dubium. *Quia voluntariè moriebatur*, vndè idem Paſchaſ. in Matth. 26 examinans illa verba Chriſti. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, in hæc verba prorupit. *Non dixit propter mortem, ſed vſque ad mortem, quoniam aliud eſt vſque ad id, & aliud eſt ob id, mæſtum eſſe, quia vbi propter mortem triſtitia, illic ipſa mori cauſa triſtitiæ eſt; vbi verò, vſque ad mortem eſt, ibi mors, non iam cauſa, ſed finis eſt; quia quod in fine eſt, cauſam mortis non facit.*

Proinde notandum Chriſtum obuiam veniſſe morti, non tamquam morti debitorem, ſed exactorem, vt bene annotauit Diuus Baſil. Seleucienſ. in ea verba. *Ecce aſcendimus Hieroſolymam*, & ſic ait Baſil. *Non tamquam debitor, ſed tamquam exactor.*

ſerm. de mandato. Diuus Bernard. dùm meditatur, quod in Chriſti Paſſione, & Morte petræ ſciſſæ ſunt, vt corda noſtra lapidea emolliantur, & ſcindantur ob compaſſionem mortis Dei Filij, & ſic inquit. *Vt poſſim ipſa quoque lapidea ſcindere corda, & pectus omne, licet ferreum emollire, ſufficiant.*

Refertur de admirabili volucri Caladrio, qui à Principibus vehementer deſideratur, neſcio an tamquam ſalutaris medicina, an verò vitæ mortiſque augurium, qui ſtatim, ac appareat coràm aliquo infirmo, ſi Caladrius dedignatur infirmum aſpicere; Augurium certum habent, infirmum è vita diſceſſurum; at ſi Caladrius infirmum contuetur, augurium ſalutis erit, dicunt enim peccantem humorem ab infirmi pectore attrahere, & in proprium recipere pectus, & ſic, vt alijs ſalutem afferat, ſeipſum interimit, at verus Caladrius, eſt Verbum Aeternum à Principibus deſideratum; *multi Reges voluerunt videre*, candido, & innocentiæ pallio indutus, *innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus*, ortus in monte, *erit præparatus mons Domus, &c.* deſcendit, ad viſitandum genus humanum, *Euangelizare pauperibus miſit me, & ſanare contritos corde*, aſpicere infirmos peccatores, non dedignatur, *oculi eius ſuper gentes reſpiciunt*, & vt vitam, & ſalutem infirmis impertiat, infirmitates noſtras, idest peccata noſtra, ipſe tulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati ſumus.

Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos, &c. brachium Dei dicit Aug. Verbum Incarnatum eſſe, cuius potentia, ſuæ Paſſionis humilitas eſt; nam quemadmodum pictores,

vt inuicti

Digitized by Google

vt inuicti alicuius Ducis brachij potentiam oſtendant, brachium nudum depingunt, vt neruoſa forma, geſtus, venæ, nerui videantur, ex quibus omnibus potentia, ac fortitudo conijcitur, quod ex brachio cooperto conijci, non poſſet; ſic, & Dei brachium non oſtendebat ita ſuam fortitudinem, ac potentiam, dùm gloria velatum cernebatur, vt poſtea patefecit dùm nudum, & inerme in Cruce pependit, quid enim mirum fuiſſet ſi omnipotens viliſſimos terræ vermes viciſſet, & Gigantes Nembroth, Pharaonem, &c. proſtrauiſſet, & ad nihilum reduxiſſet? ſed vera potentia tunc apparuit, cum nudum brachium oſtendit humana carne indutum, ita depinxit eum Iſa. cap. 51. dicens, *conſurge, conſurge, induere fortitudinem brachium Domini*, quod brachium nudum inerme vulneratum, Sanguinem ſtillans, clauis confixum, omnes mundi potentias proſternat, ac deſtruat, hæc erit victoria quæ vix credi poteſt, ita, vt Prophetæ Iſa. incredibilis viſa ſit, vnde exclamauit. *Domine, quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt*; paradoxa ſunt hæc, numquam audita, *fecit potentiam in brachio ſuo, &c.*

Geneſ. 49. Iacob benedicens vni ex filijs ſuis dixit lauabit inuenio ſtolam ſuam, & in Sanguine vuæ pallium ſuum, quid hoc eſt ò Sancte Iacob? vinum dealbat? ex vuis ſanguis educitur? prodigia ſunt hæc Paſſionis Chriſti, cuius ſanguis, non ſolùm dealbat, ſed ſuper niuem dealbat, vt bene dixit Iſa. ſi fuerint peccata veſtra, ſicut coccinum, tincta Sanguine agni regij, & immaculati, quaſi nix dealbabuntur propter puritatem, pulchritudinem, & innocentiam, quam largiunt; Septuaginta traducunt. *Si fuerit peccata veſtra quaſi phœniceum, ſicut niuem dealbabo*. Tertull. legit. *Si fuerint peccata veſtra ſicut roſeum*. Sacer hic liquor Sanguinis diuini agni, licet ſit magis purpureus, purpureis roſis, tamen ob prodigium, numquam auditum animas, eo tinctus dealbat.

Magnus Albertus ait. *Sanguinem recentem ex dextera columbæ ala virtutem habere ſanandi oculos lippos*. Quænam ſimplicior, purior columba ipſo Chriſto? quis nam ſanguis magis prodigioſus Sanguine Chriſti à dextero latere lanceæ vi poſt mortem extractus? vnus militum lancea latus eius aperuit, ſanguis hic, non ſolùm corporis oculis viſum reddidit, ſed animæ oculis, vt patet in Longino. *lib. 3. de Animal.*

Dominus noſter Ieſus Chriſtus venditus fuit triginta denarijs, quod magnæ contumeliæ fuit Chriſto, nam vt annotat Rabbi Abraham, eadem ſumma mancipium emebatur, & vendebatur, hinc Moyſes præcepit, ſi quis mancipium alicuius occideret, pretium ſoluat pro eo ſcilicet triginta denarios, & Tolomeus Philadelphus, vt refert Ioſeph lib. 2. antiquitatis conceſſit omnibus Iudæis, qui captiui erant, vt vnuſquiſque potuiſſet ſe redimere ſoluendo triginta argenteos, & hæc fuit cauſa cur Pontifices, & Sacerdotes conſtituerunt Iudæ pro Chriſto triginta argenteos, æſtimantes, cum velut mancipium, & hoc tàm magna iniuria fuit, vt Deus per illam minitatus eſt Iſrael, non condonaturum ei, dicens per Amos cap. 2. *Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quartum non conuertam eum, pro eo quod vendiderint pro argento iuſtum, & pauperem pro calceamentis*, vendidit ergo Iudas Chriſtum triginta argentis; imò, vt annotat Diuus Hieronym. minoris pretij dediſſet, vt patet ex illis verbis, *quid vultis mihi dare, &c.* quaſi diceret, date mihi, quicquid vobis placebit, & ego eum vobis tradam. *in cap. 21. Exod.*

Refert D. Aug. *Antiquitus omnes Eccleſiæ fideles ob dolorem, tàm magnę iniurię ieiunare feria 4. quando hęc venditio facta fuit; ſicuti, & ieiunabant feria 6. quando Chriſtus mortuus eſt.* *in ep. 86. ad caſularium.*

Immo ipſemet Chriſtus, qui in tot opprobrijs, iniurijs, & flagellis, numquam aperuit os ſuum, de hac tamen iniuria conquæritur dicens per Zacch. cap. 11. *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos*, dicit appenderunt, quia tùm Caldæi, tùm etiam Hebræi in magnis venditionibus, & emptionibus, non ſolùm dinumerabant pecuniam, vnde Chriſtus conquæritur, appenderunt, quaſi diceret, prout eis placuit, me ponderauerunt, & ſtatuerunt me triginta denarijs valere, quaſi eſſem Deus ex ioco, hinc per Ironiam ſubdit, ò Deorum pretium, quo pretiatus ſum ab eis, & vt meliùs hoc pretium intelligatur, animaduertendum eſt, quod vnumquoque argenteum erat idem, vt ſiclus, & erat ponderis media vncia, quæ media argenti vncia, apud nos valet quinq; tarenis, ergo triginta argentei quibus venditus fuit Chriſtus apud nos aſcendunt ad duodecim nummos aureos, & tarenos ſex; ò vile pretium, ò minutam Iudæ mercedem. Capillis Abſalonis vendebantur publico pondere ducentis ſiclis, ergo pluris æſtimabahtur Abſalonis capilli, quam Dei Filius, ait ſcriptura, quod Sammariti, caput Aſini vendebant octoginta ſiclis, & his multo minoris venditur Deus, meritò conqueſtùs Chriſtus dicebat, *ego ſum vermis, & non h mo*, hinc intelligere poteritis, quàm iuſta de cauſa Chriſtus bis Magdalenam defendit, cum ſuppleuerit ſui populi defectui, nam ſi Ciues Hieruſalem; pluris Abſalonis capillos, & ſammariti pluris Aſini caput æſtimarunt, quàm

Chri-

Chriſtum, Magdalena pluris puluerem Chriſti pedum, quam proprios capillos, æſtimauit, nam lachrymis cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & accepto vnguento pretioſo, quod trecentis denarijs æſtimabatur, effudit ſuper caput ipſius recumbentis.

Ioann. 6. *Poſt hæc abijt Ieſus trans mare Galileæ quod eſt Tiberiadis*, Verbum hoc, *poſt hæc*, Gaetanus, Euthymius, & Theopilatus intelligunt poſt mortem præcurſoris Ioannis, ob pœnam tanti ſceleris: reliquit Ieſus Hieruſalem magno preſſus merore, & quemadmodum, qui aliqua magna triſtitia detinetur, vt aliquantulum reſpiret, & dolorem quoquo modo mitigare, & lenire poſſit, in amena loca traducitur, & lætis colloquijs, ac ſuaui muſica dolentis animum mulcere conantur amici, ſic Chriſtus, vt dolorem, ob mortem Ioannis mitigaret, nauem aſcendens, abijt trans mare, nauis hæc Crux Chriſti eſt, mare eius amara paſſio, audi Rupertum dicentem. *Abijt transmare, tranſmigrauit amara via, & difficilè nauigatione ſcilicet portatus ligno Crucis*, Vide ergo, quàm glorioſa, & potens ſit Chriſti Paſſio, vt eius tantum figura, dolentis animum Chriſti reficere, dolorem lenire, & amaritudinem mitigare, & quod magis eſt, ipſum Chriſtum magna lætitia, & gloria eleuare valeat.

Chriſtus poſt Paſſionem ſuam, propter quam de hoſtibus triumphauit, aſcendens in Cœlum, & clauſas inueniens ianuas ait, *attollite portas, &c.* & Angeli ianitores, cum cognouiſſent gloriæ Dominum, ianuas aperuerunt, quæ verba exponens Diuus Gregorius Nyſſenus ait. *Occurrunt ei noſtri cuſtodes, & portas iubent recludi, vt in ipſis rurſum gloriam aſſequatur*, Numquid Chriſtus alia vice, carne indutus portas has ingreſſus eſt? minimè, quare ergo dicit, vt rurſum in ipſis gloriam aſſequatur? ſanè, quia deſcenderat in terram, vt propter hominum ſalutem pateretur, quæ Paſſio tanta gloria, & dulcedine affecit Chriſtum, vt quando ad patiendum deſcendit, viſum ſit ei Celi portas aperiri; imò ſi ipſemet Deus ſuperbiæ, & elationis capax eſſet, hæc iàm magna gloria, cauſa ſuperbiendi fuiſſet, & ne aliqua ſuſpicio oriretur, voluit oſtendere hanc gloriam quadam magnæ humilitatis actione; vndè Diſcipulorum pedes lauare voluit; audite D. Cypr. qui ſcribens ad Martires ait. *Imitentur Dominum, qui tempore Paſſionis, non ſuperbior, ſed humilior factus, pedem Diſcipulorum ſuorum lauit.*

1. Pet. 4. *Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem, &c.* vultis ſcire quomodo Aeternus Pater armauit Filium ſuum in Cruce? audite D. Thomam ibidem dicentem. *Nota quomodo Dominus armatus fuit in Cruce, habuit enim in capite Galeam, non de auro, ſed de ſpinis, habuit loricam, non de ære, ſed carnem immaculatam, habuit in manibus, non lanceam, vel gladium, ſed magnos clauos, manibus affixos, in pedibus, quaſi calcaria clauos infixos, pro equo vero, habuit ipſam Crucem.*

Cum Chriſtus Diſcipulorum pedes lauare voluerit. Origenes, Chryſoſt. Euthimius, Theophilatus, dicunt Chriſtum inchoaſſe à Iuda, ita refert Maldonatus ibidem dicens. *Vt de proditore ſuo, benemereretur, eumque beneficio quodam obligaret ſingulari.*

4. Reg. volentes Iſraelitæ apud Regem Sanctitatem Hæliſei extollere, dixerunt. *Eſt hic Haliſeus, qui fundebat aquas, ſuper manus Haliæ*; quæ verba exponens Theodoretus ait. *Pro laude dixerunt de Haliſeo, quod infunderet aquas in manus Hæliæ, in tanta habebant admiratione magnum illum Prophetam*. Quid ergo dicemus de Chriſto, qui aquam non manibus, ſed pedibus, non Hæliæ, ſed proditori Iudæ tribuit, & proprijs manibus, Iudæ pedes lauat.

Ioannes Apoc. 12. dixit. *Signum magnum apparuit in Cælo*, quod nam ſignum? *Luna ſub pedibus eius*, & quod magis prodigioſum eſt, mulier illa erat amicta Sole, *& in capite eius Corona Stellarum duodecim*, & quod Luna ſit ſub pedibus mulieris, ſignum magnum eſſe affirmat Ioannes, at maius ſignum, & prodigium videmus in terra, Solem (Chriſtum ſcilicet) ſub pedibus proditoris Iudæ, quod admirans D. Petrus Chryſ. Chriſtum alloquens ait. *Quo te Chriſte protrahit amor tuorum?*

Diuus Baſilius de Virg. loquens de quodam Amante ait. *Humi ſerpit, vt voluptate fruatur.* Quaſi diceret, inenarrabilia ſuffert, & propriam æſtimationem paruipendit, dummodo re amata fruatur. *Humi ſerpit, vt voluptate fruatur*, ita, & Chriſti Maieſtas, vt fruatur animarum conuerſione, *humi ſerpit*, & ante peccatorem, ſe genuflectit, hinc Oleaſter aduertens illud Gen. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, qui inde diuiditur in quatuor capita*, ait. *Conſidera quod præcipuos hoſtes priùs irrigat, nouimus quid populus eius fuerit Aſſur, ad quem Paradiſi flumen, tàm copioſè mittit.*

Ita, & aqua egreditur de loco voluptatis, ideſt de manibus Chriſti, ad irrigandum Paradiſum, Apoſtolos ſcilicet, & priùs hoſtem irrigat, ideſt Iudam.

Ex Maria naſcitur Chriſtus, *ortus eſt ex te*, & de ſepulchro dicitur, *ego hodie genui te*, in Maria fuit humanitas, & diuinitas Chriſti, & in Sepulchro adfuit humanitas, cum Chriſti Corpus fuit ſepultum, & adfuit diuinitas, quando Anima Chriſti Sanctiſſima aſſumpſit Corpus,

vt reſur-

Digitized by Google

vt reſurgeret, ſed ad gloriam Chriſti Sepulchri, vt quidam pius Doctor dixerit, dicatur, *Chriſti Sepulchrum quodammodò, Deiparæ Vtero glorioſiùs apparère*; ex Virginis enim Vtero, Chriſtus ad mortem, è ſepulchro verò ad immortalem exiuit vitam, reliqua ſepulchra, vt mortis domus cadauera deuorant, immarceſcunt, & putreſaciunt ea, ſepulchrum autem Chriſti: tamquam domus veræ vitæ non mortuum, ſed mortem ipſam deuorauit, nam Chriſtum mortuum recepit, & viuum reddit, *quia non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, hinc Dauid videns Chriſtum triumphaſſe, & victoriam de morte reportaſſe, exclamauit, *inter mortuos liber, inter mortuos liber*, nam licet mors per miniſtros Iudçorum multoties quæſiuiſſet Chriſtum vincere, & ſuperare, *mors, & vita duello conflixere, &c.* in Crucis vallo, Chriſtus proſternatus fuit, & vitam perdidit, *Dux in te mortuus eſt*, triumphat tamen, nam Chriſti mors, mortem prouocauit, eamque ſuperauit, audi Iſa. dicentem, *præcipitabit mortem in ſempiternum*, & Septuaginta legunt. *Deuorabit mors præualens mortem*. Chriſti mors, mortem vicit, *qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, ò mors ero mors tua*.

Poetæ de Hercolæ fabulantur, quod pugnans contra Anteum filium terræ, numquam eum vincere potuit, nam quoties Anteus terram tangebat, licèt fuerit proſternatus, ſemper reſurgebat recentibus viribus, à matre ſua, terra ſcilicet ſubminiſtrans, quod cum cognouiſſet Hercoles, brachiorum vi in Aere eleuauit eum, ibique occidit, ita, & mors, terræ filia, contra homines pugnans, numquam ſuperari potuit, propter vires, quas terra ſubminiſtrabat ei, ſed venit Chriſtus homo, vt ait Paulus; *de Cælo Cæleſtis*, vt vinceret mortem, eam è terra eleuat, inter Chriſti Dei, & hominis brachia, quæ licet habuiſſet clauata occidit tamen mortem, *ò mors, &c.*

DE CHRISTI RESVRRECTIONE

Quamuis Sol Oriens vniuerſum orbem lætitia afficiat, & creaturas omnes, ad eius Creatorē laudandum, magnificandumque inuitet, & quamuis ſuis celeribus gradibus peruolare videatur, vſquequo ad præſcriptam metam perueniat, & quamuis eleuans ſe vſque ad ſublimiorem cęli partem, ſuis radijs terram comburere videatur, & dùm in occidente ſe mori oſtendit; in cuius occaſu funus Stellæ celebrant, vt inquit Nazianz. *lux amiſſa lucet*, & dùm tali occaſu non amplius cum naſciturum exiſtimatur, tunc ſplendidioribus radijs mundo apparet, & hic eſt maior Solis honor, audite Tertull. qui ait. *Ità occidat, vt occidat futurusq; rediuiuus*. Sic Chriſtus naſcens ex Maria, præ gaudio canunt Angeli, non eſt hæc maior Chriſti excellentia, peruolat Cęlum ſuæ vitæ triginta tribus annis, infinita ferè prodigia, & miracula efficiens, ſed hæc, non eſt maior Chriſti dignitas, eleuatur in Cruce, in qua amorts incendta oſtendit, ſed non eſt maior hic Chriſti honor, moritur, ſepelitur, & creaturæ omnes doloris ſigna oſtendunt, vt ait Diuus Leo, *videbantur cuncta velle finiri*, ſed non eſt maior Chriſti excellentia, illa eſt omnium maxima Chriſti excellentia, & totius Chriſtianæ Religionis fundamentum. *Quod ita occidat, vt occidat futuruſque rediuiuus*, Quod ſcilicet Chriſtus triumphans, & glorioſus reſurgat, audi Paulum dicentem. *Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſſet fides noſtra.*

Ioannes Apoc. affirmat, vidiſſe Deum in Regio Throno, cęleſtem iridem in capite habentem, cui vigintiquatuor ſeniores inſeruiebant, & erat quatuor diſſimilibus animantibus circumdatus. Leone ſcilicet, vitulo, homine, & Aquila; Anaſtaſius Sinaita aſſerit, per hæc quatuor Animalia, ſignificari quatuor præcipuas partes Vitæ Chriſti, prima pars habet aſpectum hominis, dùm Chriſtus homo natus eſt, *habitu inuentus, vt homo*, ſecunda pars habet faciem vituli propter labores in Paſſione, *in laboribus à iuuentute mea*, terza pars habet aſpectum Aquilæ, quæ Solem contemplatur, & in altum euolat; Chriſti Aſcenſionem ſignificans. *Aquila grandis magnarum alarum*. quarta pars habet faciem Leonis, dùm glorioſus reſurgit. Leonem clauſis oculis naſci naturales affirmant, & poſt tres dies, Pater eius rugiens, è ſomno excitat, & oculos aperit, Chriſtus eſt Leo, *vicit Leo*, in ſepulchro dormit, *cum dederit dilectis ſuis ſomnum*, ſed ſomnus hic tribus tantummodo diebus durauit, deinde Pater Aeternus magno rugitu filium excitauit è ſomno, & ſic Iacob Prophetia comprobata eſt, quæ de Iacob dicit, *requieſcens, accubuiſti vt Leo*, quæ verba expouens Origenes ait. *Quaſi catulus Leo-* hom. 27.
nis dormiuit tribus diebus, & tribus noctibus, & in tertio Reſurrexit, quemadmodum Ioſeph Gen. 39. cum eſſet in carcere, carceris claues habebat, *tradidit*, ait Textus, *in manu ſua omnes vinctos*, & ſic liber, & captiuus videbatur, nam quandocumque volebat aperire, poterat, ita Chriſtus, cum eſſet in Sepulchro, claues aperiendi habebat, audite Apoc. *ſum viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuus, quia habeo claues mortis*, & Dauid, *factus ſum ſicut homo inter mortuos*

Digitized by Google

ſiber, nec aliter eſſe poterat, nam Arca, in qua manna ſeruabatur erat ex lignis incorruptibilibus, quanto magis humanitatis Chriſti Arca, quæ diuinitatis manna continebat? *ſurge Domine in requiem tuam, tu, & Arca Sanctificationis tuæ, quia non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, cum planta abſcinditur florere ſperat, at cum auellitur haud, audi Iſa. loquentem de Chriſti Reſurrectione, *abſciſſus eſt de terra viuentium*, ſed quomodo? (propria virtute,) audi Chryſoſt. *Futura Reſurrectionis radix aderat ſemper æterna diuinitas.*

Iona fuit figura Chriſti Reſurrectionis, *ſicut fuit Ionas in ventre, &c.* at Chryſoſt. inquit, hanc comparationem, non bene ſe habere, quia figura debet figurato reſpondere, nam Ionas in ventre Cæte, Chriſtus in corde terræ; hæc enim differentia inter ventrem, & cor, nam cum cibus ad ventrem peruenit, venter non eſt Dominus cibi, vt tamquam vitalis fons illum diuidat, & tradat ſpiritibus vitalibus, vt cuncta viuificemur, Chriſtus ait, terra ne ſuperbia te ipſam afficias, quia non ſum tui iuris, corpus meũ corrumpere, non potes, nam, vt Dominus ingreſſus ſum ſepulchrum, & ſepulchrum erit mihi veluti cor, vt vinum reddat corpus meum; audi verba Chryſ. *Vt terra, ita Dominum reciperet, vt non ſui iuris conſecraret, ſed vt authorem vitæ retineret, & vndequaque effunderet.*

Chriſtus reſurgens triumphat de inimicis, Plutarchus refert de Cæſare Auguſto, numquam in capitolio triumphare voluiſſe, niſi prius quinque validiſſimos exercitus ſcilicet Alexandrinum, Aphricanum, Gallicum, Hiſpalenſem, & Ponticum ſuperaſſet, at Chriſtus triumphat in Eccleſiæ capitolio, cum quaſi alter Cæſar, quinque formidabiles exercitus proſtrauiſſet, Limbum ſcilicet, captiuos eximens, Populum Hebræum, Peccatum, Infernum, & Diabolum.

Olim in Ciuitate Thebes, quemdam Serpentem inuentum fuiſſe narratur, qui veneno quamplures inficiebat, vnde Thebarum Ciues, vt liberarentur, de hac re à Iouis ſimulachro conſilium petierunt, à quo reſponſum acceperunt, vt quolibet anno adoleſcentulum Serpenti offerrent, quod ſe facturos promiſerunt, accidit autem, poſt multum tempus, vt ſors caderet, ſupra adoleſcentulum Cleocaſtem, qui cum à quodam eius amico ardenter amaretur, libenter, ſe Serpenti obtulit, vt Cleocaſtes liberaretur, at prius quam offerretur armauit ſe, & induit vndequaque nonnullis ferreis cuſpidibus, & ſic ad Serpentem acceſſit, qui ſtatim ad eum deuorandum cucurrit, ſed ab illis cuſpidibus, ita ſtimulatus, & vulneratus fuit, vt obierit, & ſic adoleſcens de Serpente victoriam reportauit; ferociſſimus Serpens erat Limbus, qui Sanctos Patres deuorabat, inter quos, cum pulcherrimum adoleſcentulum Chriſtum, de quo dicitur, *ſpecioſus forma, &c.* diuorare cogitaſſet, inuenit eum optimo diuinitatis calybe velatum cuius potentiæ cuſpidibus portas æreas contregit, & victor exiſtens, captiuos liberauit, quod Propheta prædixerat dicens, *ò mors ero, mors tua morſus tuus ero inferne*, audi Diuum Petrum Damianum dicentem. *Inhæsat humanitas, qui deuorabat illicitè, vt me inhæret, & diuinitas, quæ illum probaret in te interierit, vnde memordit.*

Vicit Chriſtus populum Iudaicum cogitantem eum, quem morte afficiebat, non eſſe Dei Filium, hoc inferens, quia de Cruce, non deſcendit, cum dixerit, *ſi Filius Dei es, &c.* indecens putant Dei Filium in Cruce manere, ò inepti, neſcitis Dei Filium eſſe Saluatorem, & Crucem viam ſalutis? quæ nam coniunctio pulchrior, ac felicior Saluatore, & Cruce, audite Greg. *Videbatur illis, non poſse ſimul ſtare, Filium Dei eſse, & Crucifixum, ſed fallebant, quid magis, quam Filius Dei in Cruce?*

Vicit peccatum, *in ſimilitudinem carnis peccati*, narrat Petrus Valerius, quod dum Imperator Veſpeſianus conuiuebat, ad aulam Regiam quidam properans bos venit, & ad pedes Imperatoris obuiam iuit, cum factum à ſapientibus examinatum fuerit, dixerunt omnes, bouem illum, mundum defeſſum à tyrannide, qua vſque tunc affectus fuerat, ſignificare, & ſub felici tanti Imperatoris regimine, ad quieſcendum veniebat, ita defeſſum à peccati tyrannide fuiſſe mundum Diuus Clemens Alex. aſſerit, *iugum, quod neque nos, neque Patres noſtri, &c.* iugum tanti ponderis, quod cum Chriſtus sufferre, non potuerit cecidit in terram ſuper faciem ſuam, at Magnus Imperator Chriſtus, mundum alleuauit hoc onere, vt affirmat per Oſeam dicens, *ego ero eis quaſi contereus iugum ſuper maxillas eorum*, & Paulus Apoſt. *Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, &c.* quæ verba exponens Chryſoſt. ait. *Ad adoptionem duplicem, cum redemptionis noſtræ affert Paulus libertatem, & necationem animalis.*

Vicit Diabolum, ſpolians principatus, &c. Diuus Anaſtaſius petit, cur Chriſtus in Cruce, & in aere mortuus eſt, & reſpondet. *Vt aerem, ab omni infeſtatione diabolicà liberaret.*

Vicit mortem, nam moriens, mortem deſtruxit, *qui mortem noſtram moriendo, &c.* hinc mors, vterus vocari poteſt, quia dum morte afficimur, ad meliorem naſcimur vitam, hinc

Iob ait,

Iob ait, *donec veniat immutatio mea*, alia litera legit. *Donec veniat natiuitas mea*, hinc Eccleſia de Chriſto canit, *ego hodie genui te*, totum hoc, quia Chriſtus ſua morte vicit, mortem deſtruxit, *qui mortem noſtram, &c.*

Refert Priſcus, in tumulo Quinti Fabrij cęlari feciſſe ſuperbum arietem, in cuius aſpectu timidorum leporum multitudo atque perterritorum cuniculorum videbatur, & hoc, vt indicaretur, quòd dùm Quinctus Fabrius viuebat, terrore afficiebat inimicos, ita & de Chriſti inimicis ſcribitur, *atteriti ſunt cuſtodes*, qui veluti lepores timidi, fugire quærebant, at Chriſtus tamquam fortiſſimus aries; de quo Daniel. 8. *vidi arietem cornibus, ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem, & omnes beſtiæ non poterant reſiſtere ei.* Magno terrore eos afficit, audite Arnobium, qui ſic ait. *Quis vnquam vidit mortuum, vndique ſepultum, militibus timorem incutere?*

Iſa. inquit, *& erit ſepulchrum eius glorioſum*, meritò ait Diuus Ambr. de Sepultura Chriſti, certat enim Chriſti Sepulchrum, cum ſacro Mariæ Vtero, Maria fuit mundo Mulier noua, *nouum fecit Dominus ſuper terram, &c.* & de Chriſti Sepulchro dicitur. *Monumentum nouum*, Maria fuit fons ſignatus, & de Sepulchro Chriſti ſcribitur, *ſignantes lapidem, &c.* de Maria ſcribitur, quod cuſtodiuit lectulum Salamonis, & de Sepulchro dicitur, *munierunt Sepulchrum cum cuſtodibus*, Maria fuit Hortus concluſus, & de Chriſti Sepulchro dicitur, *in Horto monumentum nouum*, ad Mariam miſſus eſt Angelus, ad Sepulchrum, *Angelus autem Domini, &c.* Angelus dixit Mariæ, *ne timeas*, & in Sepulchro Angelus dixit mulieribus, *nolite timere*, ex Maria naſcitur Chriſtus, *hortus eſt ex te*, de Sepulchro dicitur, *hodie genui te*, in Maria fuit diuinitas, & humanitas Chriſti, & in Sepulchro adfuit humanitas cum ſepultum fuit Chriſti Corpus, adfuit, & diuinitas, cum Sanctiſſima Chriſti Anima Corpus reſumpſit, vt reſurgeret. Sed ad maiorem Sepulchri gloriam, audeo dicere neſcio, quo nam modo Chriſti Sepulchrum Deiparæ Vtero glorioſiùs apparet, ex Virginis enim Vtero Chriſtus ad mortem, è Sepulchro verò ad immortalem exiuit vitam; ita affirmat Diuus Theodoretus, cætera Sepulchra veluti mortuorum domus, cadauera deuorant, tabida, putridaque reddunt, at Chriſti Sepulchrum, veluti veræ vitæ domus, non mortuum, ſed mortem deuorauit, nam recepit Chriſtum mortuum, & viuum redijt, quia *non dabis Sanctum tuum, &c.* Vnde Dauid hæc miranda, & victorias, & Chriſti triumphos videns exclamat dicens, *inter mortuos liber*, Chriſtus enim ſemper de morte triumphator extitit, licet eam per ſuos miniſtros Chriſtum proſternere quæſiuerit; *mors, & vita duello*, licèt Chriſtus in vallo Crucis vitam perdiderit, *Dux in te mortuus eſt*, tamen triumphat; nam Chriſti mors, mortem aggreſſa eſt, eamque vicit, ac ſuperauit, audi Iſa. dicentem, *præcipitabit mortem in ſempiternum*, quod Septuaginta legunt. *Deuorabit mors prævalens mortem*, qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, ò mors ero mors tua.

Iob 1. deſiderans Diabolus Sanctiſſimum Iob in impatientiam cadere, poſt quam cuncta eius armenta morte affecit, aggreſſus eſt tandem eius filios, & interemit, quorum mortem audiens Sanctiſſimus Iob tonſo capite, iucundari cępit, & canens, dicebat. *Dominus dedit, &c.* Sanctiſſimè Iob, quæ nam eſt tua hæc lætitia? caput tondes ob iucunditatem, & exultas, cum potiùs ob filiorum mortem doloris ſigna debes oſtendere? cum armentorum rapinam, cædem, atque combuſtionem audiuiſti, te exultaſſe non legimus, cum hoc tamen tibi permitti poterat, cur exultaſti in morte filiorum? ſed audio te mihi reſpondentem, & dicentem, quia filios meos ad meliorem, & æternam vitam reſurrecturos ſpero, & videbimus Deum Saluatorem noſtrum propria virtute reſurrectum, audite Diuum Paſchaſium ibidem dicentem. *Tonſo capite in morte filiorum, & non prius acceſſit, vt Chriſti Reſurrectionem approbaret.*

Hinc cum Patriarcha Iacob mortuus fuerit, eius filij planctu magno impleuerunt ſeptem dies ait ſacer Textus, at morte Iacob audita in Aegypto, quia Aegyptij magna dilectione proſequebantur Iacob, fleuit Aegyptius non ſeptem diebus, ſed ſeptuaginta diebus, quid eſt hoc? numquid Aegyptiorum viſcera maiori pietate afficiebantur erga Iacob, quam filiorum? abſit hoc dicere, ſed filij Iacob tamquam viui, & veri Dei adoratores dolorem ob mortem Patris lenierunt cum eum Reſurrecturum ſperarent, quod Aegyptij non credebant, audi Tertull. *Cum conſtet de Reſurrectione mortuorum vacat dolor, vacat, & impatientia doloris*, vt patet 1. Reg. 20. nam videns Dauid, quod magno odio Rex Saul eum inſequebatur, rogauit Ionatam dicens, *viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantum gradu, ego, & amores diuidimur, dimitte me, vt abſcondar in agro vſque ad veſperam diei tertia*, numquid antrum illud mortis timorem abijciebat, & vitæ lætitiam afferebat? quare ergo, *dimitte me, &c.* dico, quod Gen. 50. de pœnit. cap. 9.

David tamquam Dei familiaris, eius profunda myſteria ſciebat, vnde dixit, *incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*, hinc non latebat ei, Dei Filium pro hominum reparatione moriturum, & die tertia reſurrecturum, quæ reſurrectio omnibus vitæ ſpem afferebat, & mortis timorem expellebat, vnde vt Chriſtum imitaretur dicebat, *dimitte me, vt abſcondar, &c.* audi Diuum Athanaſium dicentem. *Cum videret ſe inſidijs appeti, per triduum ſe in latebras abdidit, quia Reſurrectionis Myſterium perfectiſſimè nouerat.*

orat. 2. de Paſch.

Greg. Nazianz. loquens de Reſurrectione ait. *Eſt feſtiuitas feſtiuitatum, & celebritas celebritatum.*

Diuus Chryſoſt. ait. *Communis eſt hæc feſtiuitas infernis, pariter, & ſupernis.*

Diuus Ambr. ſer. 52. *Trophæum noſtrum Paſcha eſt Domini Ieſu.*

Paſcha apud latinos, eſt idem, ac tranſitus, & meritò: hac enim die, & infernus, & terra, atque cœlum, ad meliorem tranſierunt ſtatum, carcer erat infernus cuius ianua clauibus, & ſeris clauſa erat, ſed aperitur per Chriſti Reſurrectionem, qui contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, *& populus qui ſedebat in tenebris, &c.* orta eſt eis lux magna; locus ille captiuis plenus erat, & Chriſtus eduxit eos, vnde Zacch. 3. *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua*, & Infernus Paradiſus factus eſt, *hodie mecum eris in Paradiſo*; nec mirum eſt, vbi enim Chriſtus eſt, Paradiſus eſt, ſi tres illi pueri in Babilonica fornace, quia Sanctiſſimam Trinitatem figurabant, fornax in Paradiſum conuerſa eſt, vnde

tom. 9. in pſal. 69.

Chryſoſt. ait. *Edax ignis in tribus pueris, Sanctum, & Diuinum Ternarium reuerebatur, ac tremebat, quantò magis Chriſtus, in quo realiter tota Trinitas continetur, poterit ſua præſentia locum illum Paradiſum efficere?*

Terra etiam ad meliorem tranſiuit ſtatum, nam ſepulchri locus, cum tenebrarum fuerit carcer, factus eſt fons lucis, audi Hieronymum ibidem, *iſte dies amplius nobis de Sepulchro radiauit, quam de Sole refulſit*, & D. Petrus Chryſ. *Domus mortis, manſio fit vitalis, mortem non mortuos deuorat hoc Sepulchrum, vteri noua forma, mortuum concipit parit viuum.*

ſer. 24. de Reſurr.

Locus ille miſeriarum carcer erat, & gloriæ aula facta eſt: *erit Sepulchrum eius glorioſum.*

Graue Elementum erat terra, at in Reſurrectione Chriſti mota eſt; *Dominus cum exiret de Seir, & tranſiret per regiones Edon, terra mota eſt*; & Dauid, *montes exultauerunt, vt arietes, tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum à facie Domini, in conſpectu Domini moueatur terra, & plenitudo eius: Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit, quaſi lilium.*

Iſ. 35.

Cœlum etiam ad meliorem tranſiuit ſtatum, nam poſtquam Ioannes loquutus eſt de mortuorum Reſurrectione dicens, *Mors, & Infernus dederunt mortuos ſuos*, ſubdit, *vidi Cœlum nouum, primum enim Cœlum abijt*, audite Euang. *Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit?*

O magna mutatio, audi Chryſolog. *Veſper finit, non inchoat diem, tenebreſcit veſper non luceſcit*, ſed ſubdit Chryſolog. *Veſpera mater noctis parit diem, mutat ordinem, dùm cognoſcit auctorem ambelat Creatori formare non tempori.*

ſer. 71. de Reſurr.

Hinc peruenere Mariæ ad Sepulchrum valdè mane, *orto iam Sole*, ſi valdè mane quomodo *orto iam Sole?* reſpondet Chryſolog. vbi ſupra, & ait. *Sol, qui, vt ſuo commoreretur auctori, meridianam mortificauerat claritatem, vt conſurgeret auctori ſuo, euictis tenebris antelucanus eripuit.* Ita ergo totus mundus ob Chriſti Reſurrectionem ad meliorem tranſiuit ſtatum, quia Paſcha eſt, dies mutationis eſt.

DE CORRECTIONE

lib. de off. 1 Diuus Ambr. Qui alium de peccatis arguit, ipſe à peccato debet eſſe alienus.

ibidem. 2 Idem. Si magnæ mercedis eſt, à morte eripere carnem, quamquam morituram, quanti erit meriti à morte animam liberare, ſine fine victuram.

lib. 3. contra litter. Petil. to. 7 3 Diuus Aug *ſuper illud Pſal. 140. corripiet me iuſt.* Mauult ſe aſpera emendatione iuſti arguim ſericorditer, vt ſanetur, quam lenibus blanditijs vngi, vt ſanetur.

in regul. Cleric. 4 Idem, *loquens de correctione*. Si frater tuus vulnus habeat in corpore, quod velit occultari, cum timet ſecari, nonne crudeliter à te ſiletur, ac miſericorditer indicaretur? quanto ergo potiùs debes manifeſtare crimen ne deterius putreſcat in corde?

epiſt. 1. ad Bonifac. 5 Idem Moleſtus eſt Medicus furenti frænetico, & Pater indiſciplinato Filio, ille ligando, iſte cædendo, ſed ambo diligendo, ſi autem iſti negligant, & perire permittant, iſta potiùs manſuetudo, falſa crudelitas eſt.

lib. 50. homil. to. 10 6 Idem. Si Sacerdotibus grande periculum eſt aliena peccata non arguere, quanto periculo-

riculoſiùs erit propria noluiſſe corrigere, atque ea non ſolùm non emendaſſe, verùm etiam deſcendiſſe, & defendendo cumulaſſe.

7 Idem. Non omnis, qui parcit, amicus eſt, nec omnis, qui verberat inimicus; meliùs eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere. *ep. ad Vincent.*

8 Idem. *ſuper illud Matth. 18. ſi peccauerit in te frater tuus, &c.* Qui ſecretò peccauit in te, ſecretò corripe: nam ſi ſolus noſti, & eum vis coràm aliis arguere, non es corrector, ſed proditor. *ſerm. de verb. Dom.*

Idem. Si non corripis, peior factus es tu tacendo, quam ille peccando. *lib.1. de Ciu. cap.9*

10 Idem. Debemus amando corripere, non nocendi auiditate, ſed ſtudio corrigendi. *ſer.16. de verb. Dom.*

11 Idem. Ipſa charitas poſtulat, vt ſecretò corrigantur, quæ peccantur ſecretiùs, vbi contingit malum, ibi moriatur, nam ſi ſolus noſti, & vis coram omnibus arguere, non es correctot, ſed proditor. *hom.17. in c.18. Mat.*

12 D. Bernard. Neque ſub ſpecie, quaſi corripiendi verbo acuto, & vrenti transfigere audeas, vllatenus animam, pro qua Chriſtus affigi Cruci dignatus eſt. *ſer. 29. in Cant.*

13 Idem. Si peccato irraſceris non ſolùm minimè peccas, ſed, & quod peccaueras exterminas. *ſer. 44. in Cant.*

14 Caſſiodor. Iniquitas quippè mortalium more putredinis ſine fine vagaret, ſi eam medicinalis increpatio minimè deſiccaret. *in pſal. 39*

15 D. Cyrill. Alex. Non enim rectè aliena repræhendimus peccata, ſi eiſdem, aùt maioribus grauemur, cum de talibus dicat Paulus, in quo alterum iudicas, teipſum condemnas. *lib.4. in Ioan. c. 18*

16 D. Greg. Chriſtus Dominus noſter ſuis miraculis mirabilibus præbuit, quod delinquentium corda manſuetudine potiùs, quam terrore correxit. *lib.9. moral. 31.*

17 Idem. Si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos inſurgere deriſionis odia formidamus, non enim lucra Dei, ſed noſtra quærimus. *lib.25. moral.*

18 Idem. Mundus eſſe à vitiis debet, qui curat aliena corrigere. *lib.7. moral. c.16.*

19 Haymon. Bene dixit Apoſt. hominem, qui ita nobis in mentem ſeduxit humanam fragilitatem, quamque proni omnes ſimus, & procliues ad labendum, vnde conſiderans tu quod etiam homo es, & procliuis ad labendum, non minus, quam frater, temperabis tuam correctionem. *in verb. ad Galat. 6. frat. ſi præoccupatus.*

20 D. Hieron. Homo ad hoc punit, vt perdat. Deus ad hoc corripit, vt emendet.

21 Idem. Corripiendus autem frater ſeorſum, ne ſi ſemel pudorem, ac verecundiam amiſerit, remaneat in peccato, etſi quidem audierit lucrifacimus animam eius, & per alterius ſalutem, nobis quoque acquiritur ſalus. *in cap.1. Oſeæ to. 6*

22 D. Ioann. Chryſoſt. *hom 60 in Matth. ſuper illud. Si te non audierit, adhibe tecum vnum, aùt duos teſtes.* Quanto ille impudentior, ac pertinacior fuerit, tanto magis ad emendationem ejus abſque ira, & moleſtia nobis ſtudendum eſt. *l.3. comment. in verba Matth. ſi peccauerit frat. tuus.*

23 Idem. *hom.6. ad popul. Antioch.* Numquid ſi quis aurum vnum pro ſingulis hominibus correptis promiſiſſet, nonne omne ſtudium adhibuiſſet, & aſſiduus aſtitiſſet perſuadens, & exorans? nunc vero non aurum vnum, nec decem, nec viginti, & centum millia, nec totam Deus tibi pollicetur in horum laborum retributionem, ſed quod orbe toto maius eſt, hoc tibi præbet Cœlorum Regnum.

24 Idem. Arguendi ſunt in ſecretò, ne ſi palam argueremus, impudentiores illi fierent: quapropter, & Medici, non ſolùm ſecant, ſed etiam vulnera obligant. *hom. de habenda cura prox.*

25 Idem. Nos videtis Medicos quando vrunt, vel ſecant aliquos cum quanta lenitate opus curationis exercent: multò magis corripientem oportet hoc agere, vt manſuetus, ac lenis ſit. *hom.30. in ep. ad hæb.*

26 Idem. Cæterum conſidera quia benignè olim Deus correxit protoparentes, cum tamen poſſet eos ſtatim punire citra vllas interrogationes, & moras: id ipſum etiam fecit cum Cain: vt intelligas, quam benignè, quam patienter, quam prudenter te debeas gerere in alienis emendandis delictis. *in Geneſ. hom. 19.*

27 Idem. Qua facie arguis peccatum fratris tui, ipſe in eodem, aùt in maiori peccato exiſtens? non times, ne audias ex aduerſo. (Medice cura te ipſum.) *hom. 17. in Matth.*

28 Idem. Vis fratrem corrigere, lachryma, ora Deum, admone, conſule, exhortare: demonſtra charitatem erga peccatorem, perſuade ipſi, quod conſulens, & curans, non peruulgare volens, peccatum ipſi commonefacis, compræhende, pedes oſculare ne erubeſcas, ſi modo mederi vis, hæc Medici faciunt, ſæpè difficiles ægrotos habentes, deoſculantes rogantes perſuadent ſalutarem ſumere medicinam. *hom. 16. pop. Antioch.*

29 Idem

Digitized by Google

hom. 33. in 1. ad Cor. 29 Idem. Ne fatigeris in proximi correctione, nam licet nihil profeceris, medici tamen referes mercedem.

hom. 31. in Hen. 30 Idem. Fratrum noſtrorum ſalutis curam geramus: nam hæc noſtræ ſalutis argumentum erit, & occaſio.

hom. 16. ad pop. 31 Idem. Propterea coniuncti inter nos ſumus, & vrbes habitamus, & in Eccleſijs congregamur, vt alter alterius peccata corrigamus.

hom. 3. in 1. ad Cor. 32 Idem. Si immenſas pecunias pauperibus eroges, plus effeceris, ſi vnam conuerteris animam. Magnum ſanè, & laudabile eſt miſereri pauperibus, ſed magis ſi errantem ab errore reuocaueris.

lib. 8. inſt. Monaſt. 33 Ioannes Caſſianus. Oportet illum, qui alterius vulneri mederi cupit, omni languoris morbo alienum, ſanumque ſubſiſtere, ne illud Euangelicum dicatur ei: medice cura te ipſum, ac videns feſtucam in oculo fratris tui, trabem in oculo ſuo, ſi non videat, quomodo videbit eijcere feſtucam de oculo fratris ſui, qui trabem furoris geſtat in oculo ſuo.

lib. 3. de ſummo bono c. 32. 34 D. Iſidor. Non debet vitia aliena corripere, qui adhùc vitiorum contagionibus fuerit inuolutus, improbum enim eſt arguere quicquam in alio, quod adhùc repræhenditur in ſeipſo.

de legibus 35 Plato. Si quis ob aliquod delictum ne abeat impunis, in carcerem coniectus fuerit, ad illum vadant optimi quique ciues, & inculpatæ vitæ, qui ante oculos ponant ſceleris enormitatem.

l. de benef. 36 Senecam. Cum his conuerſare, qui te corrigant.

ibidem. 37 Idem. Secreto admone amicos, palam lauda.

MANTISSA

ad Correctionem Fraternam.

VOlens Deus Promiſſam Terram diuidere inter duodecim tribus Iſrael ait, num. 35. *De ipſis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiant ad eam, qui fuderit Sanguinem.* D. Theodor. admirans huiuſmodi bonorum, atque malorum miſcellanea ait. *Quid leuitæ cum rebellis? quid ſeculares cum Sacerdotibus? quid Spiritus cum carne? quid boni cum reprobis?* additque rationem. *Deputantur leuitæ ciuitatibus refugij, vt ſi peruerſa gens aliquod ſcelus patraret, illicò libertate, qua decet ſerui Dei correctionem adhiberent.* *quaſt. in num. 3.*

Aſtrologi aſſerunt duas in Cœlo Stellarum ſpecies inueniri, fixarum vnam, errantium alteram, illæ, quæ numquam ſe mouent, & morantur in Cœlo Stellifero, hæ verò, quæ mouentur, vt Stella Martis, quæ hodie eſt in Geminis, cras in Aquario, &c. & dicitur errans, quia mouetur, ſi petieritis ab Aſtrològis, quæ Stella his ſit nobilior, reſpondebunt, Stellas errantes alijs Stellis eſſe nobiliores, quo poſito dicam, omnes Sanctos, & Dei ſeruos eſſe Stellas, ſicut ait Daniel 12. *erunt quaſi Stellæ in perpetuas æternitates*, quorum aliqui erunt veluti Stellæ fixæ, vt ſunt Heremitæ, qui in deſertis locis vitam degunt; alij ſunt Stellæ errantes, vt ſunt prædicatores, & proximorum correctores, & iſti nobiliores, & Deo gratiores ſunt, cum ſemper ſe exerceant ad ſaluandas animas, *lucratus eris fratrem tuum*, ait Chriſtus.

Hinc D. Chryſoſt. loquens de Stella, quæ deduxit Magos in Bethleem, dicit fuiſſe Stellam errantem, dùm ad ſalutem animarum ſe mouebat, deducens illos Reges, quouſque peruenirent ad verum Regem, Deumque venerandum, hæc ſunt verba Chryſ. *Vt diſcas nobiliſſimum genus Stellarum eſſe, qui ordinantur ad ſalutem proximorum.* Vt inſinuaret eas Stellas eſſe alijs nobiliores, Deoque gratiores, quæ ſe mouent, & incumbunt ad proximorum correctionem, & ſalutem.

Imò ita Deus correctione delectatur, per quam animæ ſaluantur, vt audeam dicere, & interrogare, quare Deus tot Cœlos poſuerit, quibus Paradiſus diteſcit? adſunt enim Cœlum Martis, Mercurij, Lunæ, &c. dicam, ne Sancti Paradiſum derelinquant, nam dùm de ſaluandis animabus agitur, ſciunt Sancti ita, hoc opere Deum delectari, vt omnibus alijs operibus anteponatur, vnde ſi viderent aliquem peccantem, ſtatim deſcenderent in terram ad illum corrigendum, vt ſe emendaret, & ſaluaretur.

Digitized by Google

Imò verò gratius eſt Deo ad proximi correctionem accurere, ne Deum offendat, ſedatq; animam ſuam, quam contemplationi diuinorum vacare, mementote quæſo, quod dùm in ſacra Chriſti Aſcenſione, Chriſtus pergebat ad Cœlum ſupra quamdam nubem candidam, ac ita ſplendidam, vt cunctorum oculos ad ſe traheret, genuflexi Sancti Apoſtoli admirabantur, contemplantes felicem illum ad Cœlum aſcenſum dilecti præceptoris, & Domini, in cuius fide, ſe Magis, ac Magis confirmabant, *& ecce duo Angeli aſtiterunt iuxta illos, qui dixerunt eis, viri Galilei, &c.* Miratur Diuus Leo, cur Angeli de hoc repræhendant Apoſtolos, & Angelos de inhumanitate arguit, nam Sancti Apoſtoli, proprium præceptorem, & Patrem ad Cœlum aſcendentem intuebantur, at pro Angelis ipſemet D. Leo reſpondet, & ſic ait, *quid ſtatis? &c. Iratur Angelus, quia Apoſtoli ſtant, voluntas namque Dei eſt, vt vadant ad prædicandum, vt poſſint ſuis prædicationibus animas ſaluas facere.*

Hinc auerſatur Deus eos, qui negligunt animarum ſalutem, vnde poſtquam Chriſtus reſurrexit, Magdalena dolore affecta pergens ad Monumentum, Dominum quærebat, ſtabatque ad Monumentum foris plorans, accidit autem, vt Chriſtum videret, qui cum eſſet in forma Hortulani, non cognoſcebatur à Magdalena, at ad vocem cognoſcens eum, & deijciens ſe in terram, vt Chriſti pedes amplecteretur, dicit Chriſtus, *noli me tangere*, quare piiſſime Domine noli permittere, vt Magdalena te tangat, cum antea pedes tuos oſculata ſit, vnguento vnxerit, lachrymis rigauerit, & capillis ſuis terſerit? numquid deſijt amor? abſit: quare ergo tangi non permiſit, audite Diuum Leonem Papam dicentem. *Quia dùm erat peccatrix poterat permanere ad pedes Chriſti, ſed modo effecta eſt prædicatrix, ideò non licet ſtare ad pedes Chriſti, ſed prædicare Apoſtolis, nam Apoſtolorum Apoſtola fieri meruit.* Quod quidem munus ſummopere gratum eſt Deo, idcirco de Moyſe dixit Salomon, *Dilectus Deo, & hominibus Moyſes*, [Eccl.c.45] qui inter multas egregias actiones, quas operatus eſt, maximè inſignis apparet ſalutis animarum zelus, nam cum ſupra montem, cum Deo loqueretur, & pro ſalute populi legem Deus daret ei, populus Deum offendit, vitulum adorans, vnde Deus ira accenſus populum diſperdere volebat, quod videns Moyſes, commiſeratione populi captus, pro populi ſalute depræcabatur Deum dicens, *aut parce populo, &c.* [Exod.c.32] quaſi paruipenderet gloriam pro ſalute ſui populi, hanc veritatem agnouit, & Paulus Apoſtolus, dùm dicebat, *putabam ego anathema eſſe pro fratribus meis.* [ad Rom.9]

Tanti eſt momenti ſalus animarum, vt pro ea Chriſtus omnia tormenta, non ſolùm libenter ſuſtinuerit, ſed nihili æſtimauerit, vnde pendens in Cruce infinitis ſærè vulneribus dilaniatus, clamauit ad Patrem dicens, *Deus, Deus meus, vt quid, &c.* quaſi diceret vide Pater mi clementiſſimè quomodo à planta pedis, vſque aduerticem capitis, non eſt inme ſanitas, ne me derelinquas, at mihi videtur Pater Filio reſpondere dicens, fili mi dilectiſſimè, quamuis dilaceratus fueris, & Cruci affixus, inclina quæſo caput tuum, & aſpice quot animæ per Sanguinem tuum ſaluæ factæ ſunt, intuere humanum genus redemptum per mortem tuam, & à manibus Dæmonum liberatum, & hoc erit tibi magnæ conſolationis, & ideo, *inclinato capite emiſit ſpiritu*, vnde Theodoretus ait. *Quare inclinato capite emiſit ſpiritum? vt maximam in morte conſolationem haberet.*

Omnis ſuperior tenetur ſuos ſubditos corrigere, & Pater ſuam familiam ſub pena æternæ damnationis, ſunt enim animarum excubitores, audi D. Iſidorum dicentem. *Sacerdotes omnes, & Patres damnantur ſi ignorantes non erudiunt, & errantes non corripiunt.*

Scitis quare bonus Latro meruerit, audire *hodie mecum, &c.* quia proximum correxit, nam dùm Cruci affixus erat, audies alium Latronem, etiam Cruci affixum blaſphemantem Chriſtum, & dicentem, *ſi Filius Dei es, ſalua temetipſum, & nos*, eum repræhendens, & corrigens dicebat, quid ais ſceleſte? *nos quidem digna factis recipimus, hic autem quid mali fecit?* & ſic corrigens proximum, ſtatim ad Chriſtum conuerſus dixit, *memeato mei, &c.* quod audiens Chriſtus reſpondit, *hodie, &c.*

Sed animaduertendum eſt, vt aliquis teneatur, & poſſit corrigere, debet bene cognoſcere de facto proximi, hinc Euang. ait ſi peccauerit inter frater tuus. *Te ſciente*, ait Auguſt. & ne temerè iudicas, teneris proprijs oculis factum videre, vnde cum Diſcipuli Ioannis Baptiſtæ iuiſſent ad cognoſcendum Dei Filium, dixit eis Chriſtus, *ite renuntiate Ioanni, quæ vidiſtis, & audiſtis*, non tantum dixit vidiſtis, ſed etiam ſubdit, audiſtis, vt diſtingueret ſenſum viſus à ſenſu auditus, ne quis ſe fallat dicens vidiſſe, cum tantu audiuiſſet; mens eſt Petri Dam. *Quia ſolet humana natura confundere quando dicit vidiſſe quod audiuit, & audiuiſſe, quod vidit ideò Saluator diſtinguit, & dixit ite renunciate, &c.*

Conuiuebat Chriſtus cum Diſcipulis ſuis, & volens detegere proditionem ait, vnus veſtrum

ſtrum

Digitized by Google

ſtrum,&c. admirantur Apoſtoli vnum ex eis, tantum ſcelus commiſſurum fuiſſe, & quilibet illorum dicebat, *numquid ego ſum Domine?* reſpondit Chriſtus, *qui intingit mecum, &c.* quia communior Sanctorum Patrum opinio eſt, in quolibet paropſide binos comedere, & Iudas comedebat ſimul cum Chriſto, dùm ergo Chriſtus dixit, *qui intingit, &c.* omnes percipere poterant proditorem, & tamen Diſcipulorum nemo correxit Iudam, imò, vt clariùs Ioannes proditorem cognoſceret, petijt à Chriſto, qui dixit, *cui intinctum panem porrexero*, refert Diuus Antoninus, antiquitus, cum Cœna Paſchalis celebraretur ex herbis endiuijs, ſcilicet lactucis agreſtibus, &c. plumentum quoddam fiebat, & in paropſide ponebatur, & Pater familias prior omnibus panem intingebat in illa paropſide, deinde alij, qui conuiuebant, quod cum feciſſet Chriſtus tamquam Pater familias, hæc eius, actio à cunctis Diſcipulis viſa eſt, audite Cyrillum, *hoc manifeſtum ſignum dedit Diſcipulis ſuis accepit panem intintum, & dedit Iuda*, & tamen tot circumſtanijs, & claris indirijs, nemo Apoſtolorum correxit Iudam, quia vt ſubdit Cyrillus dicens, *neque Apoſtoli potuerunt cogitare Diſcipulum eſſe Magiſtri proditorem*.

Salomon inter alia ſacri Templi ornamenta Leones, & Boues ſculpi præcepit, quod obſeruans Beda ait. *Sanctorum mentes habent cum Leonibus Boues, quando inuentionem correctionis cum ſpiritu manſuetudinis exhibent*.

Si peccauerit, &c, corripe, Matth. 16. Diuus Bernardinus Senenſis de Correctione frater-
ſer. 28. ar. 2. cap. 1. na ait, *cum Chriſtus dicit corripe dicere, cor rape, vt ſit os tuum ſicut os Dei*. Sed quomodo eſt os Dei? audi Sponſam Cant. 5. *Labia eius lilia diſtillantia Mirrham*. Mirrha cum ſit amara correctionem ſignificat, vt ait, Hugo Cardinalis ibidem. *Labia eius lilia*, Salamon Rabbinus vertit (labia eius roſæ.) Pierius lib. 55. vult roſas eſſe ſymbolum dulcis, & venuſtæ loquelæ, hinc cum aliquis venuſtæ laquebatur dicere ſolebant, *roſa loquitur*, vnde Diuus Petrus Apoſtolus dixit Chriſto, *Domine ad quem ibimus verba vitæ habes*, & Toſtatus quæſt. 65. in cap. 14. Matth. aduertens hæc verba Diui Petri ait, ideſt verba tua ſunt dulcia, ſicut vita æterna, vnde de illis duobus Diſcipulis qui ibant in Caſtellum Emaus ait, Luc. Euang. *Coegerunt illum*
de Agone cap. 25. *dicentes mane nobiſcum, &c.* D. Laurent. Iuſt. examinans à quo illi duo Diſcipuli coacti fuiſſent, vt Chriſtum rogarent, non diſcedere ait. *Inſueta tunc cordis percepere gaudia, quando Amore dulci Aeterni Patris ſecum loquebatur verbum, nonnulli cœleſtis nectaris riui profluebant, per quos eorum animi ineffabiliter iucundabantur*.

Peccatores ſunt veluti ferrum duriſſimum, vnde Iſa. 48. ait, *neruus ferreus ceruix tua*, & Deut. 3. *duriſſimæ ceruicis ſit Popul. &c.* quod clarè patet ex magna reſiſtentia, vnde Act. 7. dicitur, *dura ceruice, &c.* & ſicut percutitur ferrum incude mediante, ita corpus, mediante, anima percutitur malleo linguæ Iudicis, audi Hierem. *Numquid non verba mea, quaſi ignis ardens, &c.* ferrum, vt poſſit percuti in ignem proijcitur.

4. Reg. 6. *Si tacuerimus ſceleris arguemur*, ſi aliquis, qui corrigere tenetur, vt ſuperior, non corrigit, tamquam diuinæ Legis euerſor eſt reprehendendus, ſic Diuus Gregorius in homil. *Deſignauit vix pro culpa ſua quemquam apertè reprehendimus, & adhùc quod eſt grauiùs ſi perſona in hoc mundo potens ſit, errata laudamus, ne ſi accendetur per iracundiam munus ſubtrahat, quod impendebat*.

Moral. 7. Greg. ait. *Plerumque mens taciti dùm quorumdam mala reſpiciunt, & in ſilentio linguam præmunt, quaſi aſpectis vulneribus vſum medicationis ſubtrahunt, & eo mortis auctores ſunt quo virus, quod poterant curare loquendo voluerunt*, vnde Iſa. 6. væ mihi quia tacui.

in verba pſ. 17. diſcipl. tua correxit in finem. Diuus Hieron. ait. *Iudex ad hoc punit, vt perdat, Deus autem ad hoc punit, vt corripiat, & emendet*, vnde Paulus ad Hæbr. 12. *Noli negligere diſciplinam Domini, quem enim diligit, Dominus recipit*.

Præcepit Deus Ezechieli, vt proximos corrigeret, & vt perficeret hoc dedit ei faciem, vt Adamantem, quare hoc? inter alias qualitates, quas Adamas habet, hæc eſt vna. Si capietis ferrum, magnetem, & Adamantem, licet per occultam cauſam ſemper ferrum à magnete attrahatur, at cum adeſt Adamas, magnes virtutem attrahendi amittit, & ferrum adhæret Adamanti, & non magneti. Ferrum eſt hominis cor, magnes eſt Diabolus, qui olim tertiam partem Stellarum traxit, Adamas eſt fraterna correctio, *lucraris fratrum tuum*, cum Plato rogatus fuiſſet à quoda ſuo amico, quid ſibi gratum foret, vt faceret, reſpondit Plato, potiùs veluti eſſet Chriſtianus, quàm gentilis, dicens, *ſi quicquid in me vitiorum, & indecens videris liberrime arguas, & reprehendas*, & Alexander Macedo quemdam famulum domi habebat, cui curæ erat, vt quicquid vitioſum in Rege videret, reprehenderet.

Præceperat Deus Moyſi Leuit. 1. cum populus aliqua culpa Deum offenderet, vt placaretur diuina Iuſtitia, aliquod animal immolaret, hac tamen conditione, *immolabitque*, ait

Textus, *ad latus Altaris, quod reſpicit ad Aquilonem*, quare hoc? cum ſcriptum ſit (ab Aquilon pandetur omne malum.) Iſichius ibidem reſpondet, & ait. *Ab Aquilone neceſſario ſtatuit ſacrificium, quia nebuloſa ſemper erat illa pars, ne defectus eorum manifeſtarentur.*

Iuſtitiæ Miniſtris, qui venerant in horto ad capiendum Chriſtum, vt morti traderent dixit Chriſtus loquens de Diſcipulis ſuis, *ſi me quæritis ſinite hos abire*, quare hoc pijſſime Domine? nonnè meliùs fuiſſet ſi te compræhendi, & ligari tamquam agnum vidiſſent, vt patientiæ exemplum in perſecutionibus caperent? ſed audio Chriſtum reſpondentem, quia ſcio Diſcipulos hos poſtquam me compræhenſum, & ligatum viderint, fugam capturos, ideò ne eorum fuga putaretur animi abiectio, & infidelitas, ſed potiùs Chriſti præcepto tribueretur, ideò *ſi me quæritis ſinite, &c.* Audi Diuum Aug. ibidem dicentem. *Eos abire iubet, ne fugientium timiditas notaretur, ſed ex magiſtri facultate facta putaretur.*

Matth. 19. cum eſſent omnes Apoſtoli, cum Chriſto Petrus loquens confidenter in perſona omnium Apoſtolorum dixit Chriſto. *Ecce nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis*, tunc Chriſtus intuens eos, dixit eis, *vos qui ſequutis eſtis me ſedebitis ſuper ſedes duodecim tribus Iſrael*, admiror ego huiuſmodi reſponſionem, nam non omnes hi duodecim Apoſtoli ſedebunt ſuper duodecim ſedes tribus Iſrael, proditor enim Iudas ad inferorum ima damnatus erat deſcenſurum, & hoc Chriſtus ſciebat quomodo ergo dixit duodecim, reſpondet Euthymius ibidem duodecim ſedes nominat ne vnus Iudas excludendus proderetur, vel cæteris deterior haberetur.

Gen. 38. cum Iudas filium ſuum nuptum dediſſet Thamar in florida ætate obijt Sponſus, vnde præcepit Iudas, Thamar in domum Patris ſui regredi, accidit autem, vt Iudas aſcenderet ad tonſores ouium ſuarum, *in Thamnas ad tondendas oues, &c.* quod cum audiſſet Thamar, viduitatis veſtibus ſe exuit, & meretricijs veſtimentis ſe induit, & velata facie perrexit ad Iudam, quam cum vidiſſet Iudas, putans eſſe aliquam meretricem habuit rem cum illa, & ob gratitudinem dedit ei annulum armillam, & baculum, Parentes Thamar videntes eam grauidam eſſe, accuſauerunt eam apud Tribunal Iudæ, qui ſtatim ad mortem eam damnauit, & cum duceretur ad patibulum rogauit Iuſtitiæ miniſtris, vt ferrent Iudæ annulum armillam, & baculum, &c. quæ videns Iudas ait. *Iuſtior me eſt*, Diuus Cæſareus ibidem ait. *Iuſtior me eſt, ſententiam appellat, vbi eiuſdem erroris ſe ſocium agnoſcit.*

Aduertendum eſt quod, qui alios corrigit non ſit eadem pice fędatus, ne, & ipſe caſtigetur ſicut accidit Moyſi, & Aaron num. 20. quibus cum dixiſſet Deus, *loquimini ad petram, & dabit vobis aquas*, ipſi quaſi de hoc increduli noluerunt ad petram loqui, ſed percuſſerunt eam, vnde Deus ira accenſus dixit eis, *quia non credidiſtis mihi, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis*, & minatus eſt eis mortem, & tamen, vt omnes conueniunt Doctores, venialiter peccauerunt, licet fuerit peccatum infedelitatis, quare tàm magna pęna fuerunt affecti? quia cum peccatum infidelitatis commiſſerint, de eadem infidelitatis culpa repræhendebant populum, propter vituli venerationem, vnde dictum fuit eis num. 20. *Audite rebelles, & increduli quia non credidiſtis mihi non introducetis hos populos in terram quam dabo eis*, vnde Rupertus Abbas ibidem ait. *Quia ipſi increduli incredulitatem populo deteſtabantur, à qua non erant omnino alieni, ideò eorum culpa ex hac circumſtantia creuit.*

Hinc Dauid Pſal. 140. *corripiet me iuſtus.* 4. Reg. 4. Hæliſeus mittens diſcipulum ſuum Giezi, vt ſuſcitaret mortuum filium illius mulieris Sunamitis, deditque ei baculum, vt imponeret ſupra mortuum puerum, & ſic ad vitam reuocaret, & cum perueniſſet in domum ſunamitis ait Textus. *Giezi poſuit baculum ſuper faciem pueri, & non erat vox, neque ſenſus, reuerſusque nunciauit Hæliſeo venienti cum Sunamite, dicens non ſurrexit puer*, at veniens Hæliſeus ait, Textus, *poſuit os ſuum ſuper os mortui pueri, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius, & calefacta eſt caro pueri, & ſurrexit puer*, quare ergo cum Giezi poſuerit baculum Hæliſei puer non ſurrexit, cum Hæliſeus poſuerit os ſuum ſuper os puer ſurrexit? quia baculus rigorem, & aſperitatem; os verò Hæliſei dulcedinem, amorem, & ſuauitatem ſignificabat, vt ſic doceremur, non aſperis correctionis verbis mortuum per culpam ad emendationem, & vitæ gratiam reuocare, ſed lenitate, dulciſſimiſque verbis vitam ei tribuere debemus, quod factum Hæliſei aduertens Diuus Petrus Damianus ait. *Diſcipulus poſuit baculum ſuper faciem pueri, & puer non ſurrexit, Magiſter vero poſuit os ſuum, ſuper os pueri, & ſurrexit, quia quem terroris virga ſuſcitare non potuit, per amoris ſpiritum puer ad vitam reddit.* opuſc. 12. & 28.

Matth. 3. loquens de veſtibus Ioannis Baptiſtæ, dùm peccatoribus prædicabat, vt ad pœnitentiam redirent ait. *Ioannes habebat veſtimenta de pilis Camelorum, & Zonam pelliceam circa lumbos ſuos*, quare iàm aſpero, & deformi veſtimento Sanctus Præcuſſor vtebatur? quia

T pecca-

Digitized by Google

pèccatores ad pœnitentiam reuocare deſiderabat, ideò quoad fieri potuit, voluit ſe aſſimilare eis, vt ſic faciliùs, & libentiùs audirent illum. nam Camelus plùs quam quibuſcumque animantibus peccatoris deformitatem denotat, cum nihil pulchri, nec boni habeat, imò totus

ſer. 170.

deformis, & turpis ſit, veluti peccator, audi Diuum Chryſol. ſer. 167. *Accepit tortuoſiſſimi pilos animantis, nihil habentis recti, nihil gratiæ, nihil decoris, talis pœnitentiæ Magiſter indui debet veſtimento*, hinc Chriſtus priùs dixit Diſcipulis ſuis vos eſtis ſal terræ, deinde vos eſtis lux mundi, quare ſal anteponitur luci cum lux ſit eo nobilior, & è Cœlo veniat, ſal autem è terra? licèt hoc verum ſit, ſal autem hanc peculiarem proprietatem habet, vt magis temporis varietati aptetur, quàm quæcumque alia res, ſi tempus erit humidum, & ipſe ſe humectat, arido autem tempore areſcet; & ipſe, at quia Chriſtus voluit vt ſui Diſcipuli eſſent prædicatores, & peccatores corrigerent, ideò priùs dixit, eſtis ſal terræ, quaſi diceret aptate vos tempori, ideſt vt fructus faciatis, vt lux mundi ſitis quoad fieri poteſt in hominum mores tranſite, vt faciebat Diuus Paulus, dùm dicebat, *factus ſum omnibus omnia, vt omnes lucrifaciam*, hoc innuere voluit Diuus Petrus Dam. dicens, *Vbi tamen plurimum non noceat declinemus aliquantulum à tramite rectitudinis, vt conſiderare valeamus infirmos,*

oper. 4.

Cum Chriſtus dixerit Petro, *antequam Gallus cantet ter me negabis*, audacter reſpondit Petrus; etiam ſi oportuerit me mori, &c. quæ verba Petri aduertens D. Chryſoſt. ait. *Puto autem ambitione quoque aliqua, & iactantia in ea verba Petrum lapſum fuiſſe*. Hinc Chriſtus hanc Petri iactantiam volens retundere inueniens eum in Horto dormientem ait, ſic non potuiſtis vna hora vigilare, &c. vbi animaduertendum eſt, quod quamuis Chriſtus his verbis iactantiam Petri voluerit corrigere, noluit tamen alijs Apoſtolis Petri defectum patefacere, ſed occultè repræhendit iuxtà Euang. Præceptum, ideò non dixi Petro, *non potuiſti*, ſed omnibus eſt loquutus dicens, *non potuiſtis, &c.* audi Diuum Chryſoſt. *Omnes dormiebant, & Petrum coarguit, occultiùs eum de ijs rebus reprahendens, qui in ſuperioribus fuerat loquutus, at ideò, (mecum) non otioſè adiecit, quaſi diceret vigilare mecum non potuiſti, & mori mecum poteris?*

hom. 84 in Matth.

Vnde Petro exemplo ſui præceptoris idem voluit obſeruare, hinc putans inconueniens eſſe Dei filio pati, & mori, audiens eum loquutum fuiſſe de Cruce, & de morte, voluit eum repræhendere, ita ait. Matth. 16. *& aſſumens eum Petrus cæpit increpare eum dicens, abſit à te Domine, non erit tibi hoc*, ſed quomodo repræhendit eum? obſerua Diui Hieron. verba in Catena D. Tho. *Separatim duxit ne præſentibus cæteris Diſcipulis videatur Magiſtrum arguere*.

Et quamuis coram alijs ſit aliquis peccator coarguendus, debet tamen ita fieri correctio, vt aſtantes in peccatorem non deſæuiant, illiuſque facta ſeruetur, ita docuit Chriſtus loquens de proditore Iuda, quem corrigere volens ait, vnus veſtrum me traditurus eſt, quod Chryſoſt. aduertens ait. *Subſtinuit omnes in angorem inducere, ne vulgaret proditorem, ac ne manifeſta redargutione redderet etiam impudentiorem*.

ſer. 1. de Lazaro.

Et licet nos peccantem verbis arguamus, & corrigamus, corde tamen compati debemus noſmetipſos, vt ait Apoſtolus, *conſiderantes, &c.* nam ita legimus feciſſe Diuum Paulum, dùm 2. Cor. 6. dicebat, *os noſtrum patet ad vos ò Chorinthij cor noſtrum dilatatum eſt*, ad quæ verba Chryſoſt. ait. *Charitas Pauli os expandit, & cor dilatauit*, nam vt ait Ioannis 13. *qui clauſit viſcera ſua ab eo quomodo charitas Dei manet in eo?* notet hoc Bernardus. *Qui nouit in ſpiritu lenitatis peccantem inſtruere ſuſpendere vindictam, & affectuoſis viſceribus inuiſcerare ſibi peccatorem, donec vita reddatur*, ſic etiam faciebat Paulus 1. Cor. 6. dùm dicebat, *factus ſum infirmus infirmis, vt infirmos lucrifaciam*, quod expendens D. Aug. ait. *Non vtique ſimulatione faciebat, ſed charitate, qua eius infirmitatem cui volebat ſubuenire tamquam ſuam cogitabat*. Chryſoſt. *Muſicus eſt charitatis vis, qua dùm citharam pulſat, omnes affectiones ſilent, ac dormiunt quaſi beſtiæ blanditijs demulſæ ac mitigatæ*.

ſerm. de s. M. Magdalena.

ſer. Dom. in monte.

hom. 40.

D. Greg. loquens de correctione ait, *re vera mihi videtur eſſe ars artium, & diſciplina diſciplinarum, hominem regere*, corrector enim aliorum vitæ in correctione facienda, debet eſſe cœleſtis proteus in varias diuerſaſque formas ſeſe transformans, vt ſcribitur feciſſe Paulum Apoſtolum, qui modo oſtendit ſe eſſe veram Matrem; *ego enim per Euangelium vos genui*, modo nutricem, *tanquam paruulis lac vobis potum dedi:* modo Magiſtrum ſapientem, vt doceret, *poſitus ſum ego prædicator, & Apoſtolus, & Doctor gentium*, modo exemplar, vt alios corrigeret, *imitatores mei eſtote, ſicut, & ego Chriſti*, modo Iudicem, vt iuſte decernat, *in virga veniam ad vos: an in charitate, & in manſuetudine?* modo expertum architectum, *tanquam Sapiens Architectus fundamentum poſui*, modo viridarium, vt coleret, *ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit*, & tandem inquit Apoſtolus, *omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos*, quod videtur innuiſſe cœleſtis Sponſus ſecundum mentem Giliberti Abbatis, dum

vno

Digitized by Google

vno oculo, & duobus mammis Sponſam celebrat, vno oculo, vt eo ſapientiam neceſſariam ad corrigendum oſtenderet, & duabus mammis ſcilicet diuerſis modis quibus vti debet in correctione; audite Gilibertum, *oculus vnus dicitur, mammæ plures, quia varia debet eſſe vberum temperatura pro ſuggentium qualitate diuerſa*, & idem Doctor affert exemplum Pauli Apoſtoli, & ſic ſubiungit. *Vide quomodo Paulus Iudæis factus eſt Iudæus, & ijs, qui ſine lege erant, quaſi, & ipſe ſine lege eſſet infirmus infirmis, nonne veluti tot applicat Diſcipulis vbera, qui in ſe tot transformat genera? Quid aliud molitus eſt temperatura, tàm multiplici vſis, vt leniret, & lactis* ſer.41. in Cant. *more teneris auditorum eius doctrinam influeret animis, tot videtur abundare mammis quot modis arte ingenioſa capacitati ſe infirmorum coaptabat.*

Inter alias conditiones, quas perfectus corrector habere debet, tres inuenio valdè neceſſarias, ſcilicet, vt innocentem vitam habeat ſit charitate plenus, & ſecretum obſeruet, & quoad primum, ait Auguſt. *Saltem ea labe non infectus, de qua corrigere debet fratrem ſuum*, hinc Diuus Theodor. perquirit, quare cauſam fratricidij Caim, non fuerit tanquam Iudici Adami iudicio commiſſa, videtur enim ad Patrem pertinere Filium inobedientem corrigere; ſed aliàs res ſe habet, inquit Theodoretus, quia Adam paulò antea orbem totum interfecerat ſua inobedientia, & quia correctio debet fieri ab homine ſine macula, & Adam culpa inquinatus erat, ideò Deus ſibi ipſi cauſam hanc reſeruauit. apud Lip. in cap. 14 Gen.

Narrat D. Ioan. Euang. quod olim Scribæ, & Phariſæi depræhenderunt quamdam mulierem in adulterio, & adducentes eam ad Chriſtum dixerunt. cap. 8. *Magiſter Mulier hæc modo depræhenſa eſt in adulterio: in Lege autem Moyſes mandauit huiuſmodi lapidare, tu ergo quid dicis?* Chriſtus autem magna pietate affectus erga Mulierem; conabatur eam abſoluere, & liberare, *& inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra*, ſcribebat inquam ait Gloſſa Interlinealis, *peccata eorum*, in c.8. Io. & erigens ſe dixit accuſatoribus, *qui ſine peccato eſt veſtrum, priùs in illam lapidem mittat*, ſed quia vnuſquiſque Scribarum, & Phariſæorum plenus erat ſimilibus, & maioribus culpis, tamquam culpabiles, non apti ad correctionem illius mulieris, *vnus poſt vnum exibant, incipientes à ſenioribus*, & ſic liberata eſt illa Mulier,

Audite nunc D. Greg. de hoc modo Chriſti procedendi loquentem. lib. 14. moral. c. 13. *Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & ſua relinquebant, reuocantur itaque intus ad conſcientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprahendant*, & concludit idem Greg. *Qui enim ſemetipſum priùs non iudicat, quid in alieno rectum iudicet ignorat.*

Idem Greg. alibi dixit. in regiſt. lib. 1. c. 24 *Neceſſe eſt, vt eſſe munda ſtudeat manus, quæ diluere aliorum ſordes curat, ne tactu quæque deterius inquiret*, & Diuus Aug. inquit. l. 2. de ſer. Dom. in monte c. 20 *Cogitemus vtrum tale ſit vitium, quod nunquam habuimus, vel quo iam caruimus.*

Secunda conditio correctionis eſt, vt ſit ſecreta, *inter te, & ipſum ſolum.*

Scribitur Geneſ. cap. 41. quod tempore Patriarchæ Iacob, fames omnem terram vehementer præmebat, & ſolùm Aegyptus propter Ioſepi diligentiam frumento abundabat, & ibi vendebatur; cap. 42. intuens Iacob quod frumento careret dixit Filijs ſuis. *Audiui quod triticum venundetur in Aegypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & non conſumamur inopia*, profecti ergo ſunt Filij Iacob, vt emerent frumenta in Aegypto, (vbi regnabat Ioſeph eorum Frater, quem olim vendiderant,) & cum peruenirent illic, ſtatim ac Ioſeph intuitus eſt Fratres ſuos. agnouit eos, licèt ipſi eum, non agnouerint; & cum Ioſeph videns Fratres ſuos, ſe vltra, non potuerit cohibere, & intuens quod multi coram eo aderant, vt eorum negotijs effectus daretur, præcepit vt egrederentur cuncti foras, & cum eſſet ſolus cum Fratribus. *Eleuauit vocem ſuam quam audierunt Aegyptij*, ſic ait Textus, deinde præcepit Fratribus, vt ad eum propè accederent, & tunc ſubmiſſa voce improperauit eis proditionem factam, quando eum vendiderunt Iſmaelitis. Perquirit modo Philo Hebræus, qua re Ioſeph cum ſe manifeſtaret, quod erat eorum Frater, eleuauit vocem ſuam, ita, vt omnes audierint Aegyptij? reſpondet, quia tunc Ioſeph loquutus eſt de rebus, quæ gloriam, & honorem afferebant Fratribus eius, dicens, quod eorum eſſet Frater, at volens eos de proditione facta corrigere non permiſit, quod eius Monita Aegyptij, aùt alij audirent, vt ſic correctio eſſet ſecreto, audite verba Philonis. *Accedite ad me; & cum acceſſiſſent propè; ne vel fortuito, verba eius audire quiſpiam poſſet.*

Simile huic legimus de Chriſto, qui cum fatigatus ex itinere perueniſſet ad fontem Iacob, Ioa. c. 4. miſit omnes diſcipulos in ciuitatem, vt cibos emerent, Cornelius à lapide vir Doctus, ſupra hunc locum, perquirit, quare Chriſtus omnes Diſcipulos ademendum miſerit, & non potiùs duos, aùt tres? & reſpondet, quia ſciebat, ſeù præuidebat Mulierem Samaritanam peccatricem è Ciuitate illùc peruenturam, quam Dei Filius corrigere, & monere deberet, vt de facto correxit, dicens ei, *quinque viros habuiſti, & nunc, quem habes non eſt tuus vir*, ideò, vt hæc

T 2 corre-

correctio eſſet ſecreto, Chriſtus omnes Diſcipulos miſit in Ciuitatem, hæc ſunt ſupradicti
Doctoris verba. *Diſcipuli enim eius abierant in Ciuitatem, vt cibos emerent; factum ideſt tacita
Chriſti prouidentia, vt Diſcipulis omnibus in Vrbem dimiſſis, ſolus ipſe liberiùs, cum Muliere impu-
dica, eius pudori conſulens ageret, atque illam ad fidem, & pudicitiam conuerteret.*

Tertia conditio (in eo, qui corrigit) requiritur charitas, vnde Paulus dicebat, *inſtruite in
ſpiritu lenitatis*, & vt Gaetanus hic dixit. *Ad differentiam eorum, qui impetuosè ſæuiunt in delin-*
in pſ. 140. *quentes*, & Caſſiodorus, *vir enim Sanctus, non ira corripit, ſed per dilectionem increpator accedit*,
in epiſt. & D. Leo ad hoc reſpiciens dixit. *Plùs erga corrigendum agat beneuolentia, quam ſeueritas plùs
cohortatio, quam munitio, plùs charitas, quam poteſtas*, & D. Greg. Nazianz. *Hanc teneratione m,
vt partim laudes amicum, partim illum corrigas, idque leniter, & humanè.* Hoc modo vſus eſt
Act. c. 12. Apoſtolus Petrus corrigens Hebræos, quod Chriſtum crucifixerint, dicens eis. *Auctorem
vitæ interfeciſtis, & nunc Fratres ſcio, quia per ignorantiam feciſtis*, attendite, quam leniter, &
dulciter eos arguit, vocans eos Fratres. *His auditis compuncti ſunt corde*, & ecce correctionis
fructus, ſupra quem locum D. Chryſoſt. inquit. *Vides quantum bonum ſit manſuetudo, ipſa pe-
ctora noſtra magis, quam vehemens auſteritas extimulat, & plagas ferit amore*, & concludit San-
ctus Doctor. *Atque ita ſi volueris quempiam, qui iniuſtè egit, corripere magna cum manſuetudine
illum alloquere.*

Corrector antequam alios corrigat animaduertere debet, quod vt correctio proſit, non
tantum ſit vera, & iuſta, quo ad ſubſtantiam, ſed etiam modo dulciſſimo debet vti, ſi aliorum
lib. de Vid. animas lucrari cupiat, hoc enim innuere volunt Spiritus Sanctus per Eccleſ. 11. dicens, *cum
interrogaueris corripe iuſtè*, quod ponderans Diuus Amb. dicebat. *Menſura oneris pro menſura
debet eſſe geſtantis, alioquin impoſitio oneris fit ruina, vbi vectoris infirmitas eſt, nam & infantium*
1. p. paſt. *fauces ſtrangulat eſca robuſtior.* Corrector enim antequam corrigat debet diuerſitatem perſo-
narum, & inclinationem conſiderare, ita monet D. Greg. his verbis. *Non eadem cunctis ex-
hortatio congruit, ſæpè namque alij officiunt, quæ alijs proſunt; quia medicamentum quid huic mor-
bum imminuit, alteri vires iungit, & panis, qui vitam fortium roborat paruulorum necat.* Conſi-
derate quæſo formam qua D. Euang. Ioannes in correctione ſeptem Epiſcoporum minoris
Aſiæ vſus eſt, quibus ſemper diuerſimodè locutus eſt; Epiſcopo enim epheſi hac forma vti-
tur, *hæc dicit qui tenet Stellas in dextera ſua*, & Epiſcopo Smirnæ. *Hæc dicit primus, & nouiſ-
ſimus qui fuit mortuus, & viuit.* Epiſcopus Pergami. *Hæc dicit qui habet romphæam vtraq; par-
te acutam:* Epiſcopo Thyatiræ. *Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammas ignis.*
Epiſcopo Sardis. *Hæc dicit, qui habet Spiritus Dei, & ſeptem Stellas.* Epiſcopo Philadelphiæ.
Hæc dicit Sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid, & Epiſcopo Laodiceæ. *Hæc dicit Amen,
teſtis fidelis, & verus, qui eſt principium Creaturæ Dei.* D. Hieron. admiratur hanc varietatem
in Prolog. ſcribendi Ioannis, & aſſignat cauſam. *Quia in vnoquoque eorum, vel ſpecialia vitia reprehendit,*
in Epiſt. ad *vel virtutes probat*, & vlterius progrediens S. Doctor in confirmatione ſupradictorum, affert
epheſ. exemplum D. Pauli Apoſtoli, dicens. *Apoſtolus Paulus per ſingulas Eccleſias vulneribus mede-
tur illatis; nec ad inſtar imperiti Medici vno collyrio omnium oculos vult curare. Tot habet mammas,
quot habet modos.*

D. Greg. Pontifex correctoribus modum correctionem faciendi tribuit his verbis. *Pen-
ſare Doctor debet quid loquatur cui loquitur, quando loquatur, qualiter loquatur, & quantum loqua-
tur; ſi enim vnum eorum deſeruit, locutio opportuna non erit.* Quaſi diceret bonus corrector his
omnibus circumſtantijs, & modis in correctione facienda debet vti. *Quid loquatur, vt iuxta
pauli vocem, ſermo noſter ſemper in gratia ſale ſit conditus. Cui loquatur, quia ſæpè increpationis
verbum, quod hæc admittit perſona, altera non admittit; quando loquatur, quia ſæpè etſi differtur
increpatio, poſtmodum benignè recipitur, & numquam langueſcit, ſi hoc quod ante proferri debuit,
tempus amiſerit. Qualiter loquatur, nam ſæpè verba, quæ hunc ad ſalutem reuocant alium vulnerant.
Quantum loquatur, ne ſi ei qui multa ferre non valet, verbum increpationis longiùs trahimus; audito-
rem noſtrum ad faſtidium reuocamus.*

D. Paulus Apoſt. ſcribens Galatis indicat nobis primam, & præcipuam qualitatem, quam
verus corrector habere debet, vt ſcilicet vitam immaculatam, & Sanctam habeat, vnde di-
cap. 6. cebat. *Fratres ſi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, corripite eum
in ſpiritu lenitatis.* Quæ verba perpendens Benedictus Fernand. ait, quod Paulus loquens de
eo, qui corrigendus erit vocat eum hominem dicens. *Si praeoccupatus fuerit homo*, quando
autem loquitur de correctore, non vocat eum hominem, vt denotaret quod is qui alios cor-
in Gen. rigit debet eſſe pluſquam homo, hæc ſunt verba Benedicti, *licet Apoſtolus praeoccupatum in de-
licto hominem poſuerit, ſpiritualem autem, non additur homo, ſed quaſi Deo præcepit, vt hominem*

praeoc-

Digitized by Google

præoccupatum in delicto inſtruat. Hinc D. Ioannes Chryſoſt. animaduertit, quod Moyſes antequam diuinam Legem traderet Hebræis, moratus eſt cum Deo quadraginta diebus, vt Dei
conſortio deificaretur, & populorum pectoribus diuinum Amorem infereret, hæc ſunt verba Chryſoſt. *Vt ipſe ardenter diligeret, & alios, vt diligerent, ſic moneret.* Ita etiam antequam *ſer. 143.*
Ioannes Baptiſta pœnitentiam prædicaret, ſeipſum quaſi ideam veri pœnitentis manifeſtauit,
vt benè ſcripſit D. Ephrem his verbis. *Prædicaturus de pænitentia, ipſe ſcopus euaſit pænitentibus,* alias verbis Diui Auguſt. correctores poterunt improperari, ita inquit D. Auguſt. *Quomodo emendas lumen, qui perdidiſti lumen?* Hinc bis legimus Deum Patrem de Filio ſuo fuiſſe *ſer. de pænit.* *ſer. 13. de*
teſtificatum, prima vice in Iordane, altera in Monte Tabor, hoc tamen diſcrimine, quod in *verb. Dñi.*
Monte Tabor dixit. *Hic eſt Filius meus dilectus ipſum audite,* at in Iordane licèt dixerit. *Hic eſt Filius meus dilectus,* non tamen ſubiunxit, *ipſum audite,* quia ſcilicet in Iordane apparuit, vt
peccator, quaſi alijs indigeret, at in Thabor maximo lumine circumdatus cui Moyſes, &
Hælia, & tres principaliores Apoſtoli aſſiſtebant diuino lumine eos replens, & ſic eſſet vera
imago optimi Superioris, & Prælati, qui ſubditis illuminare debet, ne ei dici poſſit. *Quomodo emendas lumen, qui perdidiſti lumen.* Cui conſonum videtur id, quod de Chriſto ſcribit Regius Propheta dicens. *Speciosus forma præ filijs hominum diffuſa eſt gratia in labijs tuis propterea* *Pſal. 44.*
benedixit te Deus in æternum. At poſtquam Propheta ſpecioſam Chriſti formam, & ſanctitatem laudauerit ſubiunxit, *accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè ſpecie tua, & pulchritudine tua intende proſperè procede, & regna.* Quaſi diceret, quia intueor te pulcherrimum omnibus gratijs, donis, & ſanctitate repletum, ideò accipere poteris enſem correctionis, & eos,
qui improbi ſunt corrigere, quia ita de correctionis fructu iturus eris. Quod videtur ſenſiſſe
D. Paſchaſius dicens. *Poſt egregiam formam decoris, poſt gratiam diffuſam in labiis poſt benedictionem perceptam æterna hæreditatis imperatur à Patre, vt accingatur gladio ſuæ fortitudinis ad vltionem inimicorum, ad reprehenſionem contradicentium, ad conſeruanda rerum omnium iura, vt in pace ſint omnia.*

Num. 12. volens Deus corrigere Aaron, & Mariam, quia Moyſi detraxerant, præcepit his duobus, vt relicto deforis Moyſe ingrederentur tabernaculum fœderis, & ſic dixit. *Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis, cumque fuiſſent egreſſi deſcendit Dominus in columna nubis, & ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariam,* quare ergo excluſit Moyſem? quia corrigere eos, quod Euang. deinde præcepto monuit, *corripe eum inter te, & ipſum ſolum,* quod clarè patet ex verbis ipſiuſmet Dei ſic ad Aaron, & Mariam dicentis, *quare ergo non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi.*

D. Ambr. *Plùs proficit blanda, quàm dura correctio.*

Iacobus Apoſtolus cap. 5. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vitæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte.*

Greg. ait. *Si magna Mercedis eſt à morte eripere carnem quamquam morituram, quanti eſt meriti à morte animam liberare in Cœleſti Patria ſinè fine victuram?*

Claudianus Panegir. Olibrij. quamplures refert fuiſſe coronas, quæ ab antiquis Romanis
ſtrenuis victoribus dabantur, vt Triumphalis, Obſidionalis, Muralis, Caſtrenſis, Naualis, *lib. 3. off.*
inter quas non erat inferioris ordinis Corona, Ciuica, quæ dabatur ijs, qui aliquem Ciuem
à mortis periculis liberabant, & quamuis omnes aliæ coronæ aureæ fuiſſent, & Margaritis, *hom. 26.*
Gemmiſque ornatæ, hanc tamen Ciuicam Coronam ligneam eſſe decreuerunt, & hoc innuere voluerunt, poſſibile fuiſſe illuſtribus tot ſtrenuorum militum factis coronas delegare *moral.*
ijs, at digna corona coronare eos, qui ciuem à morte liberabant penitus ignorare fatebantur, *li. 16. c. 5.*
hinc Plinius ait. *Cum reliquas coronas auro commendarent, ſalutem ciuium in precio eſſe noluerunt.*

DE CRVCE

1 Diuus Ambr. *Qui docet manus meas ad prælium, &c.* Si inſurgit bellum aduerſum nos, armemus digitis frontem ſigno Crucis. *in vera pſ. 19.*

2 D. Anſelmus. Illi te elegerunt, vt per te ſcelus impietatis ſuæ perpetrarent, *in orat. ad*
ille te elegit, vt per te opus pietatis ſuæ conſumaret: illi, vt per te iuſtum traderent, iſte, vt per te peccatores à morte erueret, illi, vt vitam interficerent, iſte vt mortem *Crucem.*
perimeret, illi, vt Saluatorem damnarent, iſte, vt damnatos ſaluaret. *hom. de*

3 Idem. Neque de Cruce deſcendendo voluit Filius Dei agnoſci, ſed ex eo, quod in Cruce per- *paſſ.*

ce permaneret, certè pendente in Cruce Domino monumenta aperiebantur, & qui ibi ſepulti iacebant, viuificabantur.

tract. 117. in Ioan. 4 D. Auguſt. Crucem ſi expectes, impietas grandis ignominiæ documentum eſt, ſi pietas fidei Sacramentum.

tract. 3. in Ioan. 5 Idem. *Super illud, deſcendat nunc de Cruce.* Pertulit inſultantes, nam Crux non ad potentiæ documentum, ſed ad exemplum patientiæ ſuſcepta eſt, ibi vulnera tua curauit, vbi ſua diù pertulit.

tract. 119. in Ioan. 6 Idem. Crux Chriſti non ſolùm eſt lectulum morientis, ſed, & Cathedra docentis.

in ſer. de Paraſc. 7 Idem. Hodie Crux fixa eſt, & Demones diſperſi ſunt, hodie Crux fixa eſt, & mors ſubuerſa, hodie Crux vincit, & mors victa eſt, hodie Diabolus vinctus, & homo ſolutus eſt, & Deus glorificatus eſt.

in verb. ad Galat. 6. 8 Idem, *mihi abſit gloriari niſi in Cruce, &c.* Crucem, vt in ea gloriamur, Dominus geſtans humero pro virga Regni nobis commendauit, quod eſt grande ludibrium impijs, grande myſterium pijs, & vnde mundi Philoſophus erubuit, ibi Apoſtolus theſaurum reperit, quod illi viſum eſt ſtultitia, Apoſtolo factum eſt ſapientia, & gloria.

ſer. de paſſ. 9 D. Bernard. Sedes ſponſalis, Crux eſt, in qua verus Sponſus, Sponſam ſuam Eccleſiam ſibi copulauit.

ſer. 28. in Cant. 10 Idem. O verè Cœleſtis Planta prætioſior cunctis, Sanctior vniuerſis, ò verè lignum vitæ, quod ſolùm fuit dignum portare ſalutis fructum.

ſer. 1. in die Paſch. 11 Idem. Non ceſſemus pollere Crucem noſtram perſeuerantes in ea, ſicut Chriſtus perſeuerauit: neminem audiamus deſcenſum à Cruce ſuadentem; perſiſtamus in Cruce, moriamur in Cruce.

ſer. 86. de diuerſis. 12 Idem. In hac Cruce per totam iſtam vitam debet pendere Chriſtianus; non enim eſt in hac vita tempus euellendi clauos.

in Apol. ad Gul. Abb. 13 Idem. Væ portantibus Crucem, non ſicut Saluator ſuam, ſed ſicut ille Cyreneus alienam.

orat. Paſſ. Chriſti. 14 D. Cypr. *ſuper illud, aſcendam in palmam, &c.* Aſcendiſti Domine Palmam, quia illud Crucis tuæ lignum portendebat triumphum de Diabolo, vel de principibus victoriam.

ſer. de Sacram. Dñ. Crucis. 15 Droſto Hoſtienſ. *in illa verba Cant. 1. indica mihi vbi Paſchas, &c.* Circuire poſſum Domine Cœlum, & Terram, & Mare, & aridam, & nuſquam te inueniam, niſi tantum in Cruce, ibi dormis, ibi paſcis, ibi cubas in meridie.

ſer. de Cruce. 16 D. Ephrem Syrus. Nihil abſque Cruce peragas, ſed ſiuè operi inſiſtas, ſiuè comedas, ſiuè bibas, omnia ſalutari hoc Crucis ſigno, ſemper communi.

lib. de pœnit. 17 Idem. Hoc ſigno conſpecto aduerſariæ poteſtates contertitæ, trementeſque recedunt.

pſ. 5. Dom. 18 Euthymius, *in illa verba vt ſcuto bonæ voluntatis, &c.* Tu Domine muniſti nos valdè, & circumdediſti Cruce tua, quæ eſt ſcutum bonæ voluntatis.

ſer. 2. in Cant. 19 Gilibertus Abbas. Crux ipſa Corona eſt gloriæ, Diadema Regni.

in pſal. 85 20 D. Hieron. *in illud, fac mecum ſignum in bonum, &c.* Muniat Crucis tuæ ſigno, quod videntes poteſtates aduerſæ fugiant, confuſæ diſcedant.

in pſ. 43. 21 Idem. Chriſtus quidem Crucifixus erat in carne, ſed verè crucifigebat ibi Dæmones, vbi Chriſto Crux, non Crux fuit, ſed triumphus, Diabolo verò patibulum.

Can. 32. in Matth. 22 Hylar. *ſuper illud, ſi Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei.* Non erat difficile deſcendere, ſed maiora opera in Cruce poſitus agebat totius commotione naturæ.

cap. 11. in Luc. 23 Hugo. *Nemo accendit lucernam.* Candelabrum Crux eſt, ſuper quod fuit poſita lucerna ad illuminationem totius Eccleſiæ.

ep. ad Policarp. 24 Ignatius Martyr. Cum paranda eſſet Crux, Diabolus tumultuabatur, & pœnitentiam immiſit proditori, mulierculam turbans in ſomnis, vt à Crucifixione ceſſarent inducere moliebatur, ſuam ipſius perniciem ſentiebat.

hom. 3. de Cruce Domin. to. 3. 25 D. Ioan. Chryſoſt. Sola Chriſti Crux eſt, quæ diſſoluit tenebras, & Regnum Demonum diſſipauit, & omnes terrores malignantium abſtulit.

ibidem. 26 Idem. Decuit ſplendorem Crucis obcæcare infideles, & illuminare credentes, Crux ſanctitatem prouidit, Crux nobis Sol Iuſtitiæ facta eſt, vt illuminati miſericordiæ eius glorificemus Patrem, & Filium.

ibidem homil. 2. 27 Idem. Hodie noſter Dominus pependit in Cruce, & nos feſtiuitatem eius nimia lætitia celebremus, vt diſcamus Crucem totiùs ſpiritualis gratulationis eſſe ſubſtantiam.

ibidem homil. 4. 28 Idem. Si noſſe deſideras virtutem Crucis, & quanta poſſim ad eius laudem dicere, audi, Crux ſpes Chriſtianorum, reſurrectio mortuorum, cæcorum dux, deſperatorum

via,

Digitized by Google

via, claudorum baculus, conſolatio pauperum, refrenatio diuitum, deſtructio ſuperborum
malè viuentium pœna, aduerſus Dęmones triumphus, deuictio Diaboli, adoleſcentum
pedagogus, ſuſtentatio inopum, ſpes deſperatorum, nauigantium gubernator, pericliitantium
portus, obſeſſorum murus, Pater orphanorum, defenſor viduarum, iuſtorum conſiliarius,
tribulatorum requies, paruulorum cuſtos, virorum caput, ſenum finis, lumen in
tenebris ſedentium, Regum magnificentia, ſcutum perpetuum, inſenſatorum ſapientia,
libertas ſeruorum, Imperatorum philoſophia, lex impiorum, prophetarum præconatio,
annunciatio Apoſtolorum, Martyrum gloriatio, Monachorum abſtinentia, Virginum
caſtitas, gaudium Sacerdotum, Eccleſiæ fundamentum, orbis terræ cautela, templorum
deſtructio, Idolorum repulſio, ſcandalum Iudæorum, perditio impiorum, inualidorum
virtus, ægrotantium medicus, emundatio læproſorum, paralyticorum requies, eſurientium
panis, ſitiendum fons, nudorum protectio.

29 Idem. Si Crucem infixeris vultui tuo, nullus Dæmonum propè ſtare potuerit, videns *ibidem.*
enſem, in quo plagam accepit, videns arma in quibus Chriſtus caput ſuum abſcidit.

30 Idem. Magnum bonum eſt Crux, ſalutaris armatura, clypeus minimè peruius, ſed re- *hom. 13. in*
luctans Diabolo: cum hoc igitur ſi bellum geras, tunc geſtas Crucem. *ep. ad phil.*

31 B. Laurent. Iuſt. O bona Crux, fugantur per te Dœmones, liberantur Aegroti, mor- *ſer. de ex-*
tui reuocantur ad vitam, fides augetur, puſillanimitas propulſatur, roboratur virtus, ſpes *alt. S. Cru*
vt cumque collapſa erigitur. *cis.*

32 D. Leo Papa. Crux etenim Chriſti, quæ ſaluanda eſt impenſa mortalibus Sacramen- *ſer. 2. de*
tum eſt, & exemplum Sacramentum, quo virtus impletur diuina, & exemplum, quo de- *Reſurrect.*
uotio excitatur humana. *Chriſti.*

33 Idem. O admirabilis potentia Crucis, ò ineffabilis gloria Paſſionis, in qua, & Tribu- *ſer. 8. de*
nal Domini, & iudicium mundi, & poteſtas eſt Crucifixi. *Paſſ.*

34 Idem. Crux tua Domine omnium fons eſt benedictionum, omnium eſt cauſa gratia- *ibidem.*
rum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de
morte.

35 D. Martialis. Crux Domini armatura veſtra contra Sathanam, galea cuſtodiens ca- *in epiſt. ad*
put, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem, & inimici *Burd. c. 8.*
inſidias ſibi propinquare nullo modo ſinens.

36 Orig. Crux Chriſti noſtra victoria eſt, illius patibulum noſter triumphus, gaudentes le- *hom. 8. de*
uemus hoc ſignum, in humeris noſtris victoriarum vexilla portemus, immortale lucrum *Epiph. to. 3*
portemus in frontibus noſtris, cum Dęmones viderint contremiſcant, qui aurata capitolia
non timent, Crucem timent.

37 Idem. Quid timent Dęmones? quid tremunt? ſine dubio Crucem Chriſti in qua tri- *hom. 6. in*
umphati, in qua exuti ſunt principatus eorum, & poteſtates. *Exod.*

38 Idem. Impulſu quodam primos parentes ad arborem, tamquam ad axylum ſe contu- *hom. 4. in*
liſſe putandum eſt, vt ſignificaretur iam tunc vnicum refugium peccatorum, quod ſubin- *Gen.*
de conſtitutum eſt in arbore Crucis.

39 Idem. Immortale vexillum portemus in frontibus noſtris, quod cum Dęmones vide- *hom. 8. in*
rint contremiſcunt. *diuerſa E-*

40 Petrus Rabanus. Aptè Dominus Crucem meridie aſcendit, vt qua hora primus homo *uang. loca*
lignum præuaricationis tetigerat, ſecundus, homo lignum redemptionis aſcenderat. *in Gē. to. 3*

41 Rupertus Abbas. *Timuit Hælias, & ſurgens abijt, cumque veniſſet, & ſederet ſubter vnam* *in verb. 3.*
iuniperum petiuit anima ſuæ, vt moreretur. Quid eſt, quod mortem fugiens, optat mori *Reg. 19.*
numquid caſu hæc geſta ſunt, non vtique, ſed myſterij plena ſunt. Mortem quicumque
fugit, ſi ſedet ſubter Iuniperum, ideſt ſi confugit ad Sanctum, & viuificum Crucis Domi-
nicæ lignum illic ambit mortem illic feſtinat commori Chriſto.

42 Thimotheus Antioch. O Rem admirabilem, non dùm Crux à Iudæis fabricabatur, & *or. de Cru*
Crucis tropheum fidelibus monſtrabatur. *ce, et trās.*

43 D. Thom. In quacumq; tentatione inuenitur in Cruce præſidium, ibi enim eſt obedien- *in cap. 12.*
tia ad Deum, ibi charitas ad proximum, ibi potentia in aduerſis, deniq; in Cruce inueni- *ep. ad heb.*
tur doctrina, & exemplum omnis virtutis.

MAN-

MANTISSA AD CRVCEM.

EZechiel cap. 1. narrat quatuor animalia, & rotam vnam conduplicatam vidiſſe, quaſi rotam in medio rotæ, quæ rota (dicit Theodoretus) Crucem denotat, & ait. *Rota compoſita ad modum Crucis, quia de pœna in pœnas, & de cruciatu in cruciatum circumibat.*

Crux omnium rerum centrum eſt, vnde Dauid loquens de humana redemptione inquit, *Deus autem Rex noſter operatus eſt ſalutem in medio terræ*, quod nam eſt hoc medium terræ, niſi Hieruſalem? quia eſt in medio Aſiæ, Aphricæ, & Europæ, ſed ſufficit mihi terram eſſe ſphæricam, vt dicam cum Gloſſa morali, *operatus eſt ſalutem in medio terræ*, ac ſi diceret, *operatus eſt ſalutem in Cruce*, medium terræ eſt centrum, cui omnes lineæ diriguntur, ita, & Cruci dolorum lineæ diriguntur, *attritus eſt propter ſcelera noſtra*, en vna linea, *ſecundum miſericordiam ſaluos nos fecit*, en alia linea, *ò mors ero mors tua*, en eius potentiæ linea, *Pater ignoſce illis*, en linea charitatis, *multa corpora Sanctorum, quæ dormierant ſurrexerunt*, en vitæ linea, *in Cruce eſt ſalus, redemptio*, en omnium gratiarum linea, Crux enim eſt centrum omnium Chriſti attributorum.

Cum Iſraelitæ ex Aegypto egredientes ad rubeum mare perueniſſent, & eleuantes oculos vidiſſent Pharaonem, & Aegyptios venientes poſt ſe, timuerunt valdè, dixitque Dominus
Exod. 14. ad Moyſen. *Eleua virgam tuam, & extende manum tuam, & diuide mare, vt gradiantur filij Iſrael in medio mari per ſiccum, & ingreſſi ſunt filij Iſrael, per medium ſicci maris*, volunt nonnulli Moyſem mare bis in ſimilitudinem Crucis percuſſiſſe, & in virtute Crucis hoc prodigium effeciſſe, conſule D. Damaſc. dicentem. *Virga Moſayca in ſimilitudinem Crucis Iſraelem ſaluauit*. Crux corda rapit; nam ſecuris illa cuius ferrum cecidit in aquam, vt narratur 4. Reg. 6. Crucem ſignificabat, & per ferrum, ferream hominum voluntatem denotabat, ait Aug. at cum præcidiſſet ſignum, & miſiſſet illùc, vbi ferrum ceciderat, ſurſum aſcendit ferrum, & natauit, & ita, & Crux ad ſe trahit ferreas voluntates hominum, *Omnia traham ad me ipſum.*

Crux Deum iratum placat, dixerat enim Angelus Dauid, *tribus diebus erit peſtilentia in Hieruſalem, & immiſit Dominus peſtilentiam de mane vſque ad horam prandij*, & ſex horis durauit, & miſertus eſt Dominus, & dixit Angelo, *contine manum tuam*, cur non durauit tribus diebus, vt Angelus prædixerat? legite Textum, & videbitis quod Angelus erat iuxta Aream aureolæ, cum Dominus indignaretur, Angelus erat iuxta Montem Moria, & is locus, vt ait Ioſeph Hebræus erat in quo Abraham obtulit Iſaac in ſacrificium Deo; cum Aeternus Pater vidiſſet Montem illum, in quo filius ſuus ſacrificandus erat, illicò ait, *contine manum tuam*, quis nam placauit enim niſi Sancta Crux.

ſerm. de Cruce. Virga Moyſis Crucem ſignat, dicit Aug. *Quæ verſa eſt in colubrum hoc eſt in ſapientiam. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes*, ait Chriſtus, & Diuus Paulus, *non cogitaui me aliquid ſcire, niſi Chriſtum, & hunc Crucifixum*. Xerſes Rex Perſarum pergens cum exercitu, vidit platanum cuius pulchritudinem admirans ſiſtere præcepit exercitum, & ſpolians ſe purpura, aureis catenis annulis, & omnibus pretioſis margaritis, his induit, & ornauit arborem illam, poſtea militibus loquens dixit, intuimini quæſo quàm pulchra, & decora ſit hæc arbor, ò Rex hanc arborem admiraris? at ſit illa nobis Chriſti, qui cum Apoſtolis pergens ad Caluarium Montem, & exuens ſe margaritis, *manus eius tornatiles aureæ plenæ Hyacintis*, en manus transfixæ. Si Xerxes purpura platanum induit, & Chriſtus induit Crucem ſui pretioſi Sanguinis purpura, *arbor decora, & fulgida, ornata Regis purpura*, ſi Xerſes lætabatur arboris pulchritudinem contemplans, & milites ad intuendum inuitabat, & Chriſtus non ſolùm Apoſtolos ad contemplandam hanc diuinam Crucis arborem inuitat, ſed etiam ad quieſcendum ſub illa, vt faciebat Sponſa dicens, *ſub vmbra illius, &c.*

Inquit Iſa. cap. 6. *Vidi Dominum ſedentem, &c.* & Gloſa ait. *Chriſtum Crucifixum*, Seraphini illi, vt diximus ſex alas habebant, & formam Crucifixi oſtendebant, vt oſtenderent maximopere Angelos crucifigi gaudere, *Beati qui crucifixerunt carnem ſuam in Cruce.*

Iſa. 19. paucis verbis Chriſtum Regem, & totius orbis Monarcham volens figurare ait. *Factus eſt principatus eius, ſuper humerum eius.*

Reges terræ in capite auream, & pretioſam coronam ferunt, & in manu Regale Sceptrum, & numquam pondus, ſuper humeros ferunt, eſt enim hoc baiulorum, hoc verum eſt,

ſi de Re-

Digitized by Google

ſi de Regibus terræ loquimur, at hoc conuenit Chriſto, hæc enim corona, ſceptrumque hoc
nihil aliud eſt, niſi Crux Sancta, audi D. Aug. dicentem. *Tunc Chriſtus principatum ſuper hu-* c.1.Ioan.
meros eius habuit, quando Crucem ſuam admirabili humilitate portauit, & ſer.71. de tempore ait. ſer.17.
Non incongruè Crux Chriſti, Chriſti ſignificat Principatum, nam per ipſam Diabolus vincitur, & to-
tus mundus ad Chriſti notitiam, & gratiam reuocatur, & Tertul. ait. *Quis regum inſigne poteſta-* aduerſus
tis ſuæ humero præfert, & non aùt capite Diadema, aùt manu Sceptrum? ſolus nouus Rex Chriſtus Marcion.
noua gloria poteſtatem humero extulit Crucem ſcilicet, & Ambr. ait. *Subiecit humerum ſuum ad* lib.3.
portandum, ſubijciens ſe Cruci, vt noſtra peccata portaret.

D. Chryſ. ait. *Et geſtemus eam in noſtris frontibus, in noſtris animis, & in noſtris domibus, hæc* de bened.
enim Crux Infernum confregit, & Dæmonem vicit, quare ſicut inuictus miles ſecum perpetuò arma Patriarc.
geſtat, neque ea deponit, ita nos perpetuò Crucis clypeo cincti, & muniti eſſe debemus. cap. 6.

D. Aug. *Vbicumque Dæmones ſignum Crucis viderint, illicò conterriti fugiunt*, vnde Moyſes ſer.penult.
quoties manus ad modum Crucis in Cœlum eleuabat, victor cōtra Amalech exiſtebat Exod. venerat.
17. audi Origen. dicentem. *Exultemus fratres cariſſimi, & ad Crucis ſimilitudinem Sanctas in* Crucis.
Cœlum leuamus manus, cum ſic nos Dæmones armatos viderint, opprimentur, qui aurata capitolia
non timent, Crucem timent, vnde Caſſian. ait, *Crux Chriſti eſt Inferni deſtructio, & perditio* hom.8. de
Diaboli. Epiphan.
tom. 8.

Hanc Crucis potentiam videtur cognouiſſe Agar, cum puerum ſuum iam morientem ob famem, & ſitim in Deſerto, poſuit eum ſubter vnam arborem, quæ ibi erat dicens, *non videbo puerum morientem*, & ſe aliquantulum ab arbore ſeiunxit, ne nimio dolore excruciaretur, quia obiecta quanto propinquiora, magis mouent, & flectens genua, Dominum rogabat, vt ſubueniret, & ecce apparuit ei Angelus Domini dicens. *Quid agis Agar lætare, quia exaudiuit Deus vocem pueri de loco in quo eſt.* O mirum; quid dicis Sanctæ Angele? numquam puer clamauit, mater clamauit, quomodo ergo dicis, *exaudiuit Dominus vocem pueri?* ſed pro Angelo reſpondet quidam Doctor dicens. *Bene ait Angelus exaudiuit Dominus vocem pueri de loco in quo eſt, locus reſpicitur, erat enim ſubter vnam arborem, quæ Crucem Sanctam figurabat, ideo exaudiuit Dominus vocem pueri.*

Diuus Cyrill. Alex. miratur, & nos etiam cum illo miramur, cur Angelus dixerit mulieribus quæ ad Chriſti monumentum perrexerant, *quem quæritis Ieſum Nazarenum Crucifixum, ſurrexit*, quid dicis Sancte Angele? neſcis forſan antiquum prouerbium, *ne memores furcham in domo ſuſpenſi?* & tu Crucifixum nominas, &c. aduerte quod afflictis mulieribus afflictionem, & dolorem addis, & ſi Chriſtum vis nominare, ne quæſo modò Crucifixum appelles, ſed audiamus Diui Cyrilli reſponſionem dicentis. *Cur tàm confidenter dixiſtis Angeli Dei Ieſum quæritis Crucifixum? cur non dixiſtis Ieſum quæritis Angelorum? non enim ignominia, ſed gloriatio gloriationum fuit ipſa Crux Chriſti.*

Hinc Bern. cauſam adducens cur Chriſtus è Cruce noluerit deſcendere cum Iudæi dixerint, *deſcende de Cruce, & credimus*, ſic ait. *Numquid excidit vobis, quod Dauid dixit, Dominus regnauit à ligno, ſinite ergo illum ſub titulo ſui Principatus (Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.)*

Vnde Diuus Chryſoſt. aduertens verba Latronis dicentis. *Memento mei dùm veneris, &c.* ſic ait. *Dic mihi quæſo Regnum commemoras? quod Regnum vides?* & ſubdit, *Crux ipſa Regnum eſt, & quia Crucifixum video, Regnum nomino.*

Ezechiel primo ait, *quod apparuit rota vna ſuper terram, & opera rotæ, erat quaſi rota in medio rotæ*, & quamuis nonnulli dicant, intelligi Verbum Aeternum à Patre generatum, quia filius à Patre eſt, & ecce rota in medio rotæ, alij intelligi Eccleſiam militantem, quæ cum triumphante Eccleſia certare videtur, alij intelligunt temporalem poteſtatem ſpirituali æquiparatam, alij Dei Filium in Virginis Vtero clauſum, alij intelligunt Sanctam Euchariſtiam, ſpecies ſcilicet illas ſacramentales, quæ circulares ſunt, veluti rota, quarum adminiculum eſt Verbum Aeternum, alij dicunt eſſe corporis humani membra, quæ ideò veluti rota mouentur, quia motum à rota animæ capiunt, at nobis dicere liceat, Crucem eſſe vnam rotam, quæ, vt quidam doctor affirmat ſphærica dici poteſt. quia ſuis quatuor extremis partibus orbem amplectitur vniuerſum, ſi ſphærica, ergò veluti rota, quæ motum vllum haberet, non eſſet ſcilicet prodigioſa, & glorioſa, non cunctis aſtris ſplendidior, non mundo cælebris, non hominibus multum amabilis, nec ſanctior vniuerſis, niſi ab illa diuina rota Sacratiſſimi Corporis Chriſti motum recepiſſet, nam antequam a Chriſto motum reciperet, opprobrium, & maledictio erat cunctis viuentibus, maledictus omnis, qui pendet in ligno, at poſtquam Verbum Aeternum ſua Sanctiſſima humanitate motum Cruci tribuit, fęlix nuncupatur, vnde dixit Sybilla Entræa, vt refert D. Hieron. *O fęlix lignum, in quo ipſemet Deus appenſus eſt.*

V Aùt

Digitized by Google

Aùt dicemus, quod cum ſit Crux vna rota, altera erit homo, & meritò, quia cum à Græcis dictus ſit Micocroſmos, ideſt minor mundus, erit per conſequens Sphæricus, & ſimilis rotæ, quæ hominis rota, nunquam motum conuerſionis ad Deum oſtendiſſet, niſi à Crucis rota impulſa fuiſſet, audi Diuum Ambroſ. ſuper illa verba in nomine Ieſu. *Multa feciſti Domine pro me, & non genuflexi, feciſti me, & feciſti mundum propter me, & Dominum totius orbis me conſtituiſti, & non genufle&ens adoraui te, at poſtquam te vidi propter me humiliatum, plagatum, Crucifixum, ſtare non potui, ſed tanto pondere amoris victus in terra proſtratus adoraui te.*

Hinc Chriſtus Crucis arborem aſcendere ſemper amore flagrauit, & cum Sponſa dicebat, *aſcendam in palmam, &c.* vnde Cyprianus in orat. de Paſſ. Chriſti ait. *Aſcendiſti Domine palmam, quia illud Crucis tuæ lignum portendebat triumphum de Diabolo, vel de Principatibus, & Poteſtatibus.*

Cum Dominus Crucem aſcendit, talem, ac tantam deguſtauit dulcedinem, vt præ ea corpus animam capere non valebat, & Crucem aſcendens veluti Princeps in Solio Maieſtatis ſuæ morabatur; vnde Sponſa dicebat, *dùm eſſet Rex in accubitu ſuo*, Gloſſa interlinealis legit. *Dùm eſſet Rex, in accubitu Crucis*, aliàs Sponſa vocat Chriſtum, amatum, dilectum Sponſum, fratrem, &c. at modo videns eum in accubitu Crucis, vocat eum Regem, *dùm eſſet Rex*, immo propter immenſam eius Maieſtatem, nec eum alloqui audet, ſed ait, *dùm eſſet Rex*, quod diligenter aduertit Diuus Bernardus dicens. *Dùm eſſet Rex in accubito ſuo, de ipſo loquitur non cum ipſo.*

Hoc accidit in mundo, ſi inuenitur aliquis pauperrimus, qui poſtea maximopere diteſcat, dicere ſolemus, hic modo ita potens eſt, vt nemo eum alloqui poſſit, ſic accidit Sponſæ, nam priuſquam Sponſum in Cruce intueretur, pauperem, & humilem contemplabatur, & familiariter cum ipſo loquebatur, at poſtquam Crucem aſcendit. *De ipſo loquitur non cum ipſo.* Et tanta Maieſtate fruebatur Chriſtus in ſolio Crucis, vt eam vehementer Diuus Ambr. in cap. 32. Luc. exagerans, ac piè loquens, miratur, quomodo Chriſtus de ſolio Crucis cum Matre loqui dignatus fuerit, & ſic ait Ambr. *Solus Ioannes me docet, quod alij, non docuerunt, quemadmodum in Cruce poſitus appellauerit Matrem, pluris putans, quod victor ſuppliciorum, atque pœnarum victor Diaboli, pietatis officia diuidebat, quam quod Regnum Cæleſte donabat.*

Et tali dulcedine Chriſtus in Cruce tenebatur, vt corpus animam eius capere, non poterat, vnde Patrem alloquens dixit, *Pater in manus tuas, commendo Spiritum meum*, vnde Ambr. ibidem ait. *Vidi autem magnum myſterium nunc commendat in manibus Patris Spiritum ſuum, quia totum alius non capit Chriſtum.*

Pſal. 104. quærite Dominum, & faciem eius, & Gaetanus legit. *Quærite Dominum, & fortitudinem eius*, & Rabbini pro fortitudine Dei, intelligunt Arcam Teſtamenti, ſed melius erit intelligere Arcam Crucis, cuius fortitudine Infernus fuit deſtructus, peccatum deletum, mors, & Diabolus victi fuere, vnde Abacuc ait ibi, *abſcondita eſt fortitudo eius*; (ibi) ait Aug. & Greg. *Ideſt in Cruce abſcondita eſt Dei fortitudo.* Idem ergo erit dicere, *quærite Dominum, & fortitudinem eius*, ac dicere quærite Dominum, & Crucem eius, Crux enim, & Dominus ita ſunt vniti, vt diſiungi non poſſint, maior vnio ſponſorum vnione non inuenitur, vnde dixit Adam, *propter quod relinquat homo Patrem, &c.* & Diuus Paulus hoc intellexit pro Eccleſia dicens, *ego dico in Chriſto, & in Eccleſia*, nos autem dicemus in Chriſto, & in Cruce, nam Chriſtus Matrem reliquit, vt Cruci inhereret, vnde dixit, *Mulier ecce Filius tuus*, quaſi diceret Sponſa noua hæc, Crux ſcilicet, cogit me derelinquere, & Patri dixit, *Deus, Deus meus, vt quid, &c.* conſortes vocantur Sponſi, ideſt vnius ſortis, quia inter eos omnia ſunt communia, ita inter Chriſtum, & Crucem, omnia dicuntur eſſe communia Crux nihil aliud, niſi maledictiones habebat. *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*, & Chriſtus voluit vocari maledictus, quando pro nobis factus eſt maledictus; Crucem amplexus eſt, & admiſit eam, vt Sponſam, vnde pactis, & capitulis confirmatis proceſſit tamquam Sponſus de talamo ſuo, amore flagrans erga Sponſam, Crucem ſcilicet, vnde Petro Apoſtolo, qui quærebat hoc impedire matrimonium, dixit Chriſtus, *oportet impleri quod ſcriptum eſt*, cum Chriſtus loquebatur Apoſtolis de Cruce, ſecretò loquebatur, *aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecretò*; cur tàm ſecretò agitur hoc ſponſalitium? & tamen toto orbi palam fiet, ſignum magnæ dilectionis eſt, cum aliquis Princeps non ſuo ſtatu dignam ducit vxorem, curat, vt ſecretò matrimonium agatur, ne fortè ſi ſciretur à parentibus demoliri conarentur, ita Chriſtus cum Crucem in Sponſam ducere voluiſſet, ſecretò agit hoc matrimonium, ne turbaretur, vt patenter Diuus Paulus affirmat, nam ſi cognouiſſent numquam Dominum gloriæ Crucifixiſſent, vnde oportet dicere magnam eſſe dilectionem inter hos Sponſos, & ita Sponſus adhæret

Sponſæ.

Sponſæ, vt nũmquam aliquis Sponſum, Chriſtum ſcilicet abſque Sponſa Cruce inuenire poterit, vt Pater in Cant. 3. vbi Sponſa ait, *in lectulo meo quæſiui, quem diligit anima, quæſiui illum, & non inueni, quæſiuit illum per vicos, & plateas, & accidit, vt dùm Sponſa Sponſum quæreret moleſtia affecerunt eam, & percuſſerunt eam, optimum ſignum inuenit Crucem, & propediem inueniet Crucifixum Sponſum, & ecce paululum, cum pertranſiſſem inueni, quem diligit anima mea,* vnde Droghus Hoſtienſis ſerm. de Sacramento Domini Crucis, in illa verba, *indica mihi vbi paſcas, vbi cubas in meridie*, ait. *Circuire poſſum Domine Cælum, & Terram, & Mare, & Aridam, & nuſquam te inueniam, niſi tantum in Cruce, ibi dormis ibi paſcis ibi cubas in meridie.*

1. Reg. 17. adoleſcens ille Dauid exiens ad pugnam contra Goliath, vt eum vincere, ac ſuperare poſſet; non alijs armis vſus eſt niſi baculo, & quinque lapidibus de torrente, & ſic armatus victoriam de hoſte reportauit, audite Textum, *tulit baculum ſuum, quem ſemper habebat in manibus, & elegit lapides limpidiſſimos de torrente*, quid nam ſignificat Dauid, niſi quemlibet Chriſtianum, & Goliath, ſuperbum Luciferum, contra quem pugnamus quotidie? ſed quibus armis vincitur hic ſæuus, niſi baculo Sanctiſſimæ Crucis, vnde Goliath, de armis Dauid mentionem faciens, baculum tantum nominauit dicens, *numquid ego canis ſum quod tu venis ad me cum baculo?* qui canis infernalis Crucis baculum timet, vnde ſuper illud Pſal. 17. *Benedictus Dominus Deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*, nos admonet dicens. *Si inſurgit bellum aduerſum nos armemus digitis frontem ſigno Crucis.*

Hinc Crucis potentiam cognouit Adam, qua ſe defendit ab ira Diuina, nam vt dicitur Gen. 3. *Poſtquam Adam diuinum transgreſſus eſt præceptum deſcendit Deus, vt illum puniret*, & vocans eum dicebat, *Adam, Adam vbi es? at ille timens, ac tremens fugit à facie Dei*; ait ſacer Textus, *abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradiſi*, quærendum eſt, quare Adam Dei iram fugiens, vt ſe defenderet ad lignum in medio Paradiſi confugit? quod nam patrocinium ab illa arbore ſperabat? optimè dicendum erit feciſſe Adam, dùm ad illam arborem in medio Paradiſi recurrit, nam vt annotat quidam Doctor, videtur Deus tribuiſſe Adamo poſt peccatum, quamdam cognitionẽ Ligni Sanctiſſimæ Crucis, per quam, & ipſe eiuſque poſteritas redimeretur; hinc poſtquam ad arborem illam peruenit, conſiſtit, expectans ſecundum Adamum, Chriſtum ſcilicet, qui, & ei, omnibuſque poſteris ſalutem afferre debebat, & quemadmodum antiquus hoſtis per vnum lignum de Adamo victoriam reportauit, ita per lignum Crucis cunctis mortalibus ſalus afferretur, & Diabolus vinceretur, vnde canit Eccleſia, *vt vnde mors oriebatur, inde, &c. & qui in ligno vincebat, &c.* & ſi lignum, ſeù arbor illa, ad quam confugit Adam erat in medio Paradiſi, ita, & Crucis lignum fuit in Hieruſalem, quæ, vt nonnulli autumant Doctores ſita eſt in medio terræ, vnde Daniel 4. dixerat de hac Arbore Crucis, *ecce arbor in medio terræ*, & Dauid Pſal. 73. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ*, quod factum Adæ conſiderans Orig. ait. *Impulſu quodam primos parentes ad arborem, tamquam ad aſilum ſe contuliſſe putandum eſt, vt ſignificaretur iam tunc vnicum refugium peccatorum, quod ſubinde conſtitutum eſt in arbore Crucis.* **hom. 4. in Gen.**

3. Reg. 19. crudelis Iezabel ita perſequebatur Sanctum Prophetam Hæliam, vt iuramento minata fuerit ei mortem dicens, *hæc mihi faciant dij, & hæc addant niſi hac hora cras poſuero animam tuam, ſicut animam vnius ex illis*, audiens autem Hælias Iezabel mortem ei minari, aufugit, mori timens, ſic ait Textus. *Timuit ergo Hælias, & ſurgens, abijt quocumque eum ferebat voluntas, venitque in Berſabee Iuda, & perrexit in deſertum viam vnius diei; cumque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum petiuit animæ ſuæ vt moreretur*, mirum quidem eſt ſi mortem cupiebat, cur Iezabel ſibi mortem minantem fugit? ſed benè cognoſco Prophetam Sanctum mortem non fugere, ſed mori optabat ſub illa arbore, quæ Crucem figurabat, ſic Rupertus Abbas eamdem ſcripturam citatam exponens ait. *Quid eſt, quod mortem fugiens optat mori? numquid caſu hæc geſta ſunt? non vtique, ſed myſterijs plena ſunt, mortem quicumque fugit, ſi ſedet ſubter iuniperum, ideſt ſi confugit ad Sanctum, & viuificum Crucis Dominicæ lignum, illic ambit mortem, illic feſtinat commori Chriſto.*

Mihi abſit gloriari niſi, &c. inaudita quidem ſunt hæc paradoxa, quæ nobis proponit Apoſtolus dicens, omnem ſuam gloriam in Cruce poſuiſſe, nam communis propoſitio eſt, duo contraria, non poſſe eſſe in eodem ſubiecto, & tamen patenter videntur in Cruce, in gloria nil aliud niſi vitam intuemur, *apud te eſt fons vitæ*, & in Cruce nonniſi mortem, & ſupplicium, dies, & nox ſunt contraria, in gloria ſemper dies eſt, in Cruce noctem multorum laborum intuemur, *& caſtigatio mea, in matutinis*, ſerenitas, & pluuia ſunt contraria, & in gloria nonniſi ſerenitatem contemplamur, & in Cruce Sanguinis pluuiam, & opprobriorum admiramur, lux, & tenebræ ſunt contrariæ, & in gloria nonniſi lux eſt, *qui habitat in luce inacceſſibili*,

& in Cruce tenebræ, *tenebræ factæ ſunt, &c.* & tamen licet olim mortem, noctem, pluuiam, tenebraſque in Cruce adfuiſſe legimus; poſtquam tamen Chriſtus Crucem aſcendit, in illo horrendo conflictu, *mors, & vita duello*, hæc, & omnia mala, è Cruce expulit, & cunctis bonis eam ita affecit, vt ipſam, & per Sanctiſſimam Chriſti humanitatem ad dexteram Aeterni Patris magnificare valuerit, *propter quod, & exaltauit illum, &c.* vnde Chriſtus, vt magis hanc veritatem comprobaret, numquam quaſi gloriæ ſignum oſtendit, quin priùs non in Cruce demonſtrauerit.

Si naſcitur ecce gloria, *facta eſt militia dicentium gloria, &c.* ſed ecce Crux extremæ paupertatis, *non erat locus in diuerſorio*, ſuper fœnum poſuerunt eum, & viliſſimis pannis fuit inuolutus, *vagit infans inter arcta, &c.*

Si eius natiuitas ab Angelis Paſtoribus annunciatur, & Regibus per Stellam, ita vt inuenientes, offerrent Aurum, thus, & Myrrham; ecce gloria. Sed ecce Crux calliditatis Hærodis quærentis puerum interficere, & ſic videbitis per totam Chriſti vitam.

homil. 55 in Matth. D. Chryſ. ait. *Crux haſta, qua lathale vulnus Dæmon ſuſcepit, mucro, quo Chriſtus caput Draconis magno ictu rotauit.*

hom. 8. in Ioſue. Origen. ait. *Viſibiliter quidem filius in carne Crucifixus eſt, inuiſibiliter vero in ea Cruce Diabolus cum principatibus ſuis affixus eſt.*

Theoph. in Ioannem. *Gloria Chriſti, Crux fuit.*

tract. 4. de Catachiſmo c. 6. Hieron. ad Hedibiam inquit. *Gloria Saluatoris patibulum triumphantis eſt, crucifigitur, vt homo, glorificatur, vt Deus.*

Aug. concinit. *Scalas Chriſtus fecit, per quas hominem lapſum ad Patrem leuauit, quale miraculum fratres huius architecti, vt de virga ſua faceret ſcalas, & tales quarum caput in Cœlum poneret, aſcende ſecurus, qui deſideras Cœlum, non terreat earum, nec anguſtia, nec longitudo, nec altitudo.*

in lib. aduerſus Iudæos c. 13 In Tabor loquebantur de Cruce, & morte, quia per Crucem ad Gloriam aſcenditur, vnde Chriſtus è Cruce promittit Latroni Paradiſum.

Tertull. ait. *Haliſeus accepto ligno, & miſſo in eum locum, vbi ſubmerſum, fuerat ferrum, ſtatim ſupernatauit, quid manifeſtius huius ligni Sacramento? quod duritia huius ſæculi merſa in profundo erroris, & è ligno Chriſti ideſt Paſſionis eius, in Baptiſmo liberatur, vt quod perierat olim per lignum in Adam, id reſtitueretur per lignum Chriſti.*

ſer. 90. de tempore. Apud Aegyptios Crux erat Hyeroglificus vitæ venturæ.

Aug. ait. *Si Sancta Crux eleuata non eſſet, Chriſtianus populus in æternum periiſſet.*

Loquens Deus Hierem. 8. ait ei, *deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea*, deſcendit Hieremia, & vidit figulum facientem vaſa ſuper rotam, & vidit quod diſſipatum eſt vas, quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis, conuerſuſque fecit illud vas alterum, ſicut placuerat in oculis eius, & tunc Deus Hieremiæ, *numquid ſicut figulus iſte non potero vobis facere domus Iſrael? ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael*, quaſi diceret, numquid & ego vas hominis confractum propter peccatum inſtaurare non potero, ſicut figulus iſte luteum vas? & vt renouaret illud, maſſam hominis accepit in manibus ſuis, ideſt humanam aſſumpſit carnem, quando, Verbum Caro factum eſt, & veluti figuli, antequam vaſa efficiant, priùs maſſam illam luteam domant, donec flexibilis, & mollis reddatur, vt quamcumque formam valeat recipere deinde ponunt eam ſuper rota, quàm voluentes, vaſa efformant, ita fuit Sanctiſſima illa Chriſti humanitas in manibus Diuinæ Iuſtitiæ, quæ pluribus laboribus afflicta, & domata fuit, vnde dicere poterat, *humiliatus ſum vſquequaque Domine*, & cum fuerit flexibilis effecta, & omnem formam recipere potuiſſet; diuina Iuſtitia poſuit eam ſuper rotam, ideſt ſuper Sanctam Crucem, *oportuit Chriſtum pati, &c.* vt vas humani generis reficeretur, & Crux fuit in medio duarum rotarum, ſcilicet Crucis Boni, & Crucis mali Latronis, *& ſpiritus vitæ erat in rotis*, rota Chriſti Crux, ſcilicet, hoc vas hominis inſtaurauit, reſecit; ſagittas omnes diuinæ iræ, in ſe recipiens, *ſagittæ tuæ tranſeunt, in me, vox tonitrui tui in rota.*

pſal. 118.

pſal. 77.

Andreas Apoſtolus biduo pendebat viuus in Cruce, & docebat populum, ſi duobus diebus, Andreas potuit in Cruce viuus morari, cur Chriſtus, qui pro ſalute totius mundi paſſus eſt, tribus tantum horis in Cruce vixit? ratio eſt, quia cum Crucem aſcendiſſet, mortem inuenit in ea, quàm expellere Chriſtus debebat, & vitam afferre Crucis, *ò mors ero, mors tua*, vnde ſublata morte, remanſit vita, quàm inuenit Andreas Crucem aſcendens, ideò pendebat viuus.

Chriſtus per Euangeliſtam Matth. ait, *venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum*

num-

numquam legimus, quod aliquis piſcatus fuiſſet homines niſi apud Plutarchum, in vita Marci Bruti, vbi narratur, quod cum Brutus Sanctios obſideret, ne in inimici manus inciderent, ſub aquis fluminis fugiebant, & cum eſſet copia fugientium, Marchus Brutus iuſſit, vt quibusdam retibus caperentur, at hic Chriſtus loquitur per Metaphoram, nam Rete eſt ſacra Scriptura, Nauis Eccleſia, eſca diuina promiſſa, mare mundus, Piſces, homines, Piſcatores, Apoſtoli, & Prædicatores, cunctis mundi Piſcatoribus Chriſtus fuit ſolertior, cuius hamus fuit Crux, quem hamum olim omnes abhorrebant at ſtatim ac, excellens Piſcator Chriſtus, cum eſca ſui Sacratiſſimi Corporis, veluti vermiculo, vnde dicitur; *ego ſum vermis, &c.* cooperuit, infiniti færè piſces, homines ſcilicet cucurrerunt ad hanc dulciſſimam eſcam, Crucem deſiderantes, & amplectentes, vt Andreas, Petrus, & Paulus, &c. qui dicebat, *Chriſto Crucifixum ſum.*

D E M V N D I
D E L I C I I S.

1 Diuus Ambr. Tolle animam tuam, ne eam alliciat eſca laqueorum; voluptates ſæculi eſcæ quædam ſunt, & dùm voluptates quæris, laqueos incurris. *de bono mortis.*

2 D. Bern. Deus meus pendens in patibulo, & ego voluptati operam dabo? *in form. honeſtæ vitæ*

3 Idem. Creditores ſunt importuni, exactores maligni ſpiritus, qui pro voluptate tranſitoria, æternos exigunt Cruciatus. *opuſc. de*

4 D. Chryſoſt. Quid deliciarum fœditas mali non inducit? ſues ex hominibus facit, imò verò etiam multò maiores, ſues enim in luto voluitur, & ſtercore nutritur, hic verò abhominabilem magis ſibi menſam conſtituit, in quas commixtiones excogitans. *char. c. 12 hom. 38.*

5 Idem. Sunt enim crudeles quidam carnifices corporis voluptates imò verò carnificibus crudeliores; nam vinculis torquent non manufactis; per oculos animam vulnerant: per aures mentis rigori, atque conſtantiæ luxuriæ faces, admouent: aſpero flagello intellectum flagellant: nouis ſubinde pretijs nos laceſſunt. *homil. de S. Tecla.*

6 Idem. Cani ſimilis eſt voluptas, ſi pellas, fugit, ſi nutrias permanet. *hom. 22.*

7 Idem. Tunc cognoſcemus quam amara ſit voluptas, cum re ipſa experiemur quantæ nobis ſit amaritudinis miniſtra. *ad pop. ibidem.*

8 D. Petrus Damianus. Quicquid carni voluptuoſum videtur, & blandum vt reuera Diaboli viſcariam perhorreſce. *epiſt. 114*

9 Seneca ad Lucillum. Hoc quibus delectat mundus tenue habent, ac perſunctoriam, ideſt tranſitoriam voluptatem, & quodcumque aduentitium gaudium fundamento caret. *epiſt. 59.*

M A N T I S S A
AD DELITIAS.
M V N D I.

MOS fuit apud inſubres populos in ſollemnibus conuiuijs, ſub vniuſcuiuſque paropſide parum chartæ ponere, in qua omnia fercula, quæ ordinatim in menſa apponenda erant ſcribebantur, vt vnuſquiſque, quæ ei gratiora ad comedendum videbantur expectaret, ne alijs cibis, non ita gratis famem expleret, vnde ſi quis in menſa videbatur, qui non comederet, & interrogatus fuiſſet, reſpondebat gratiora ſibi fercula, ſe expectare. Ita Deus profuſum conuiuium omnium ſpiritualium dulcedinum, & Paradiſi delitiarum fœcundum, & tandem gloriam ipſam electis ſuis parauit, & quæ maiores delitiæ, & dulciores cibi inueniri poſſunt, quàm Sanctorum Societas, & diuinam eſſentiam intueri, eaque frui? reprobi, & qui mundi huius cibis in principio replebuntur, in fine diuinos cibos, non deguſtabunt, electi autem, quia in principio, per totum ſcilicet vitæ

curſum

Digitized by Google

curſum à mundanis cibis ſe abſtinent, & ieiuni perſeuerant in fine cœleſtes cibos deguſtabunt, & æterna dulcedine replebuntur.

Non eſt ergo mirum ſi modo electi terreuos honores aſpernantur, ſi mundi dignitates, & magnitudines deguſtare renuant, perfectiores enim, & dulciores cœleſtes ſcilicet cibos expectant, vt his famem expleant, quò circa, cum pſalmographo exclamant. *Tunc ſatiabo cum apparuerit gloria tua.*

Videndum nobis occurrit, an mundi delitiæ, vt dignitates, diuitiæ, honores, & ſimilia, ſint ne vera, an falſa, & licet referat Pſalmus, quod *beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt*; fateor tamen, & mendacia eſſe, & ſolùm cœleſtia eſſe vera; hinc recordari oportet, Electionis Abrahæ, & Loth: vt narratur Gen. 13. nam Loth eleuatis oculis, *vidit omnem circa regionem Iordanis, ſicut Paradiſus voluptatis*, hanc terram eligit ſibi Loth, Abraham verò elegit ſibi terram, *quæ reuera fluebat lac, & mel*, hinc Diuus Ambr. loquens de huiuſmodi Electionibus ait. Quod Loth, neſciuit eligere, quia elegit ſibi terram, in qua continebatur Verbum illud. *Sicut*, non erat reuera Paradiſus, ſed ſicut Paradiſus ſpeciem tantum Paradiſi habebat. Abraham verò optimè elegit, erat enim illud Verbum, *reuera fluebat*, ita mundi huius conſolationes, & delitiæ ſpeciem tantum habent delitiarum, cum reuera tales non ſint, adeſt in eis Verbum illud, *ſicut*, audi ipſum Diabolum noſtros parentes alloquentem, *eritis ſicut Dij*, quod dare non poterat propoſuit, nam ſi ipſi, cum fuiſſent Angeli, Dęmones euaſerunt propter culpam, quomodo deitatem promittere valent? verè ignaui fuere parentes noſtri, falſas Dęmonis ſponſiones, non animaduertentes, & non conſiderantes Verbum illud, (*ſicut*) *eritis ſicut Dij*. Audite ex alia parte Deum nobis loquentem, & veram, & Aeternam Deitatem nobis promittentem, & dicentem, *ego dixi Dij eſtis*, & vt magis veritas dilucidetur, petamus quæſo à doctiſſimo Tertulliano, quid nam inuenit in delicijs, & mundi huius fęlicitatibus, & reſpondet, *aſcendi ſcalas mendacij*, cuius gradus cum ſtare non valeant, pręcipitij cauſa nobis erunt, quod vt pateat mundi fęlicitatum, & delitiarum ſcalam proponemus, cuius primus gradus erunt diuitiæ, ſecundus dignitates, tertius pulchritudo, quartus delitiæ, quintus res præclarè geſtæ, ſextus fama, ſeptimus ſpes, octauus multorum annorum vita.

At reuera, omnes hi gradus, nos præcipitare faciunt, ſi de diuitijs loquamur, audi Prophetam dicentem, *dormierunt ſomnum ſuum, &c.* ſi de dignitatibus ſermo eſt, *tamquam fumus, qui à vento diffuſus eſt*, ſi pulchritudinem attendamus, *omnis caro fęnum*, ſi de delitijs, *delectamini, &c.* ſi de rebus geſtis, opera quæ fecerunt, *vanitas*, ſi de fama, *perijt; memoria eorum cum ſonitu*, ſi de ſpe, audi Sap. 5. *ſpes impij tamquam lanugo*, ſi de pluribus annis vitæ loquamur, *anni noſtri, ſicut Aranea, &c.* en omnia nihil ſunt, hinc Dauid, *Deus, Deus meus, &c. pone illos, vt rotam*, quod Pagninus legit. *Pone illos, vt ſpheram.* Quæ in puncto voluitur, ita, & humana fęlicitas, vnde Seneca dixit. *Punctus eſt ò homines, pro quo litigatis, & infinita ſunt ſpatia cęli, quæ non curatis.* Et Iſa. conſiderans quod in mundi huius fęlicitatibus, & delitijs, non niſi magna calamitas, & miſeria reperitur, ait, *ouum aſpidum, quod poſtquam confectum eſt, erumpit in baſiliſcum.*

Sap. 5.

Hoc mirum quidem eſt, à gallina, gallina, ab Aquila, Aquila naſcitur, quomodo ergo ait Propheta, ab Aſpide Baſiliſcus naſcitur portentum eſt.

Rex Pharao in diuitijs, & fęlicitatibus mundi huius, amariſſimum mare miſeriarum inuenit, in quo demerſus perijt. Saul Rex in ſuo Imperio gladium inuenit, quo interficeretur. Manaſſes catenam inuenit, qua vinceretur. Cęſar Auguſtus pugionem inuenit, quo ſauciaretur, Alexander venenum, & quilibet alius, nonniſi miſerias, & mortem expertus eſt.

Galenus lib. Aphor. 17. Quamdam ait inueniri infirmitatem in humanis corporibus, quę ſatietas nuncupatur, & eſt quædam nauſea, guſtum corrupens, cum enim quis ad copioſam menſam fuerit inuitatus, licèt omnibus fęrè pretioſis cibis abundet, nihil tamen ob nauſeam poteſt deguſtare, ita huius mundi fęlicitates, & delitiæ, animæ guſtum corrumpunt, vt qui his ſaturabitur, & replebitur, cœleſtes, & diuinos cibos nauſeat, nec eorum dulcedinem, & ſuauitatem deguſtare poterit, de quibus loquitur, Dauid dicens, *miſit ſaturitatem in animas eorum, & appropinquarunt vſque ad portam mortis, omnem eſcam ab omni nata eſt animæ eorum.*

ſer. 13. de verb. Dō. Aug. loquitur de fęlicitatibus huius mundi, & vocat eas, *Mare*, & ait. *Quod amatores, vorare nouit, non portare, magnæ virtutis eſt, cum fęlicitate luctari, magnæ fęlicitatis à fęlicitate non vinci.*

lib. 1. de Vict. verbi cap. 12 Et hoc experientia patet in duarum creaturarum fęlicitate, Angeli ſcilicet, & hominis, ambo enim in multas miſerias inciderunt, vnde Rupertus Abbas ait. *Nihil mirum, ecce comprobatum eſt ex duobus ſcilicet Angelo, & homine, quia principatus omnium nullius humiliter ferre potuit,*

de Elect. Loth.

Et Moy-

Digitized by Google

Et Moyſes Deut. 32. *Incraſſatus eſt, dilectus, & recalcitrauit*, hinc Gen. 49. Iacob ait. *Iſſachar Aſinus fortis accubans inter terminos*, quod Chaldæus legit. *Iſsachar diues in facultatibus ſuis.* Quaſi nulla eſſet deſtinctio inter hominem diuitem, & Aſinum, vnde Oſea 4. *Sicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael*, ideſt quemadmodum vaccæ ob copiam pabuli hilariter abherrant, ita homo ob copiam bonorum temporalium, omnibus ſe tradit vitijs, hinc Paraphraſis Caldæa transfert. *Sicut bos, qui ſaginatur, & recalcitrat, ſic rebellat propter multitudinem bonorum Iſrael*, & Salomon, *proſperitas ſtultorum perdet illos*, & Dauid Pſal. 72. *in labore hominum non ſunt, &c.* quem locum explicans Diuus Hieronymus ait. *Per arrogantiam fęlicitatis multiplicata iniquitate premuntur.* Quaſi diceret, licèt ex aduerſitate aliquando aliquis videatur impatientiæ actus, at ex magna fęlicitate, & bonorum abundantia magna quidem oriuntur mala, audi D. Aug. ſic dicentem. *Quando Dauid Sanctus Saulem inimicum patiebatur, non concupiſcebat alienam vxorem, factus eſt ſecurus deuictis hoſtibus preſſura caruit, tumor excreuit*, & D. Chryſ. in Pſal. 9. *Dauid poſtquam quietem, & laxamentum aſsecutus eſt difficilius bellum paſſus eſt incontinentis cupiditatis.*

in pſ. 50.

Idem Chryſ. in pſ. 50. ait. *Dauid talis, ac tantus vir, ſpiritus gratiam habens, cum obtinuiſset Regnum, & gentes ſubiugaſſet, & pax vniuerſa teneret, tunc negligentior, & ſignior factus eſt.*

Et D. Bern. ait. *Sapiens Dauid, ſapiens Salomon fuit, ſed blandientibus nimis ſecundis rebus, alter ex parte, alter ex toto deſipuit.*

lib. 2. de conſid. ad Eugen.

D. Greg. ait. *Præſentis vitæ gloria, quaſi in alto cernitur, ſed nulla ſtabilitate ſolidatur.*

Mundi huius delitiæ, & bona inſtabilia, è contra verò cęleſtia ſtabilia, & firma eſſe, vt annotauit Diuus Andreas Archiep. Cæſar, quod Ioannes Euang. de Ciuitate Cœleſti loquens Apoc. 21. ait. *Ciuitas in quadro poſita eſt, Mundus autem hic ſphæricam figuram habet, vnde orbis dicitur*, & quemadmodum figura ſphærica inſtabilis eſt, & res in quadro firma, & ſtabilis eſt, ita mundi bona inſtabilia ſunt, at cęleſtia firma, & ſtabilia, audi Diuum Andream cit. loquentem de Ciuitate Cœleſti in quadro. *Ad deſignandam immotam ipſius firmitatem.*

lib. 20. mor. c. 24.

in Apoc. cap. 46. ſer. 32.

Præterea huius mundi delitias pœna inchoare, & pęna finire intuemur, & ſi medium debet extremis correſpondere etiam illud pęnam continere neceſsè eſt, nam ſi comedere te delectat à fame, quæ pęna eſt inchoabit, & in ſatietate finiet, quæ faſtidium generat, & etiam pęna eſt, quæ ergo delectatio erit in comedendo? ſi te bibere delectat, à ſiti incępit, quæ pęna eſt, & aliquanſto inebrietatem finit, quæ etiam pęna eſt, & ſic de alijs delectationibus, & delitijs, neque omnibus mundi delitijs vno eodem tempore poſſumus fruit, nam dùm edis, non bibis, ſi bibis, eodem tempore, non dormis, & ſic de alijs. Solus Deus nos poteſt replere vno eodemque tempore omnibus delectationibus, & delitijs, hinc Dauid dicebat, *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ*. Sed quid eſt inebriabuntur ab vbertate? potu inebriamur, & non pinguedine, quare ergo ab vbertate, quia vno, eodemque tempore nos Deus ſatiat, & replet omnibus bonis, & delitijs.

Hinc Gregorius Nyſſenus, vt oſtenderet nullam eſſe in hoc mundo delectationem abſque pęna, aduertit res omnes huius mundi alicui imperfectioni, & defectui ſubiectas eſſe pulchrà quidem res eſt, ignis, dùm calefacit, ſed ſuum continet defectum, quia aqua illum extinguit, pulchra quidem res eſt terra, dùm infinitos færè producit fructus, ſed defectum continet, nam ſi aqua caret ſterilis erit, pulchra quidem res eſt aer, quia nos reſpirare facit, ſed ſuum habet aliquando defectum, dùm tenebroſus eſt, quod etiam videtur in hominibus erit aliquis valdè diues, ſed podagra, aùt magno capitis dolore, ita laborat, vt quieſcere nullatenus poſſit; valet aliquis, & viribus pollet. ſed ita famelicus, & mendicus eſt, vt vix panem ad comedendum habeat, erit alius nobiliſſimus, & ex illuſtribus parentibus ortus, ſed demens eſt, & inſanus, pulchra quidem erat Rachel, ſed ſterilis, fęcunda erat Lia, ſed deformis, magnus quidem Princeps erat Nahamam Syrus, ſed leproſus, & ſic de ſingulis rebus poteris diſcurrere.

Mundi honores, & dignitates nullam habent in ſe ſubſiſtentiam, ſed ex voluntate, & æſtimatione hominum pendent, ita innuit Dauid loquens de magnatibus huius mundi, *decidant à cogitationibus ſuis*, quare non dicit ab eſſe, ſed decidant à cogitationibus ſuis? quia magnum eſſe in hoc mundo, non eſt verum, ſed imaginarium, & chimericum, putant enim aliquid eſſe, cum nihil ſint, confirmat id ipſum, Dauid dicens, *in illa die peribunt omnes cogitationes eorum*, non dicit abſolutè peribunt, ſed cogitationes eorum, quia in ſola opinione habent eſſe; ad nihilum redigentur.

Mundi honores, & dignitates ſunt veluti pilæ ludus qua dùm iuuenes ludunt, & ex vna ad aliam partem deijcitur, numquam ſtat, & ex vna ad aliam tranſit manum quouſque ludo finis detus eodem færè modo, ſe habet Deus cum huius mundi magnatibus, ludit enim; cum

eis lu-

Digitized by Google

cis ludo pilæ palmariæ, & tamquam perfectus luxor, tribus digitis mundi huius pilam ſubſtinet, vnde in libris ſapientiæ, *tribus digitis appendet molem terræ*, & maximoperè nobiſcum ludere ſe delectat, ludens cum filijs hominum, & alicuius dignitatis, vel honoris pilam ex vno in alium iacit, & vix ad illum peruenit, cum illius pila ad alium tranſit quouſque ludus finem habeat, & ſic pila humi iacet honores, ſcilicet, & dignitates illius familiæ, ita extinguuntur, vt vix memoria eorum remaneat, mens eſt Dauid, *exaltatus autem humiliatus ſum, & conturbatus*, in iuuentute veluti pila palmaria fuit eleuatus, nam cum Goliath, viciſſet maximo honore fuit, & gloria apud Regem Saul, &c. & omnes, *exaltatus autem*, ſed vix ad hunc peruenit honorem, quin Regis gratiam amiſit, & Rex crudeliter eum vſque ad mortem perſequutus eſt, & ſic, *humiliatus ſum*, & veluti pila palmaria in terram deiactus fuit, non ſemel, ſed iterum, dùm proprius filius Abſalon perſecutus eſt eum, & quod peius eſt, *& conturbatus*, nam dignitates, & honores, non ſolùm ſunt res imaginariæ, nam ſunt veluti pila palmaria quam luſores ex vna in aliam manum iaciant, vnde Iſa. dixit, *mitte me, quaſi pilam in terram latam*, ſed tedio, & afflictione afficiuntur poſſidentes.

lib. contra Marc. Tertull. refert, quod Romanorum exercitus, cum pergeret ad expugnandam Aſiam, per ſpatium quadraginta dierum, ciuitas in aere videbatur, ſed hoc manè accidebat, nam ſtatim, ac ſolares radij apparebant, ciuitas illa euaneſcebat, ita ſuperborum, & ambitioſorum cogitationes, hinc Dauid dicebat, *velut ſomnium ſurgentium Domine imaginem ipſorum, &c.* alia verſio habet. *In imagine imaginem ipſorum ad nihilum.*

D. Aug. exponens verba Pſ. 98. *Ne timueris cum diues factus fuerit homo*, inquit, *noli expaueſcere diuitias, & gloriam ſæculi, quoniam caduca iſta ſunt, & citiùs abeunt, quàm veniunt. Somnium eſt iſte theſaurus euegilas, & receſſit.*

Et hæc forſan eſt ratio (vt quidam Doctor inquit) quod omnes ferè honores, dignitates, & magnitudines à ſacris literis commemoratæ in ſomnijs apparuerint.

Ioſeph Filius Iacob in ſomnio ſuam exaltationem in Aegypto vidit, in ſomnio Pharao, ſeptem annorum fertilitatem, & abundantiam vidit, in ſomnio Deus Gedeonis victorias oſtendit, in ſomnio Nabuchdonoſor quattuor mundi celebres Monarchias vidit, in ſomnio Deus Salamoni ſapientiam diuitias, & Regni felicitatem, & gloriam promiſit, in ſomnio Daniel illorum temporum Principum bella, & triumphos vidit, in ſomnio Hyeremia apparuit Sacerdoti Oniæ tradens ei enſem, & victoriam de inimicis promittens.

In ſomnio vidit Regis Aegypti Pincerna, quod reſtitueretur in priſtina dignitate, ſed quæres forſan quare tot magnitudines, dignitates, gloriæ, & victoriæ in ſomnio promittuntur, *lib. de Ioſeph.* reſpondet D. Ambr. *Quia omnis potentia ſæculi ſomnium eſt, non veritas*, & Tertull. *omnia imaginaria in ſæculo, & nihil veri.*

Scribit Plutarch. de Liſimacho Rege, qui cum ab inimico exercitu circumdaretur ita vt fugere non potuerit, & magna ſiti laboraretur nec modum eam extinguendi inueniret petijt ab inimicis vas aquæ, quod ſi facerent, eorum manibus ſe traderet, & poſtquam traditum Regi vas aquæ fuit, & ſitim extinſerit triſtitia magna affectus quæſtus eſt dicens, *heu quam breuis voluptas, me ex domino fecit ſeruum, & ex Rege captiuum.*

D. Aug. perpendens illa verba Iob, *tentatio eſt vita hominis ſuper terram*, inquit, *ideò huius vitæ dulcedo amaritudinibus reſperſa eſt, vt alia vita quæratur, quæ nulla amaritudine perturbatur.*

DE DEO OPTIMO MAXIMO.

lib. de Ciuit. Dei c. 15. 1 Diuus Auguſt. Beatus, ac beatificus Deus, particeps humilitatis noſtræ, compendium præbuit participandæ diuinitatis ſuæ.

epiſt. 3. ad fortunat. 2 Idem Deus totus oculus eſt, totus manus eſt, totus pes eſt, totus oculus eſt, quia omnia videt, totus manus eſt, quia omnia operatur, totus pes eſt, quia vbique eſt.

in pſ. 36. 3 Idem. Aurum non poteſt tibi eſſe argentum, vinum non poteſt tibi eſſe panis, lux non poteſt eſſe potus, Deus tuum totum tibi erit.

tract. 19. in Ioan. 4 Idem. Deum totus tibi eſt, ſi eſuris, panis tuus eſt, ſi ſitis aqua tibi eſt, ſi in tenebris es, lumen, ſi nudus, immortalitate tibi veſtis eſt.

5 Idem

Digitized by Google

5 Idem. Quidquid præter Deum eſt, dulce non eſt, quidquid mihi vult dare Dominus meus, auferat totum, & ſe mihi det. *ſup. pſ.26*

6 Idem, *ſuper illud quoniam Deus meus es tu*. Eorum Deus propriè dicitur, qui eum diligunt, qui illum tenent, & colunt; nos ergo Deum amemus fratres purè, & caſtè, non eſt caſtum cor ſi Deum ad mercedem colis, noli extra eum aliquod ab eo quærere, ipſe tibi ſufficiet. *in pſ. 15. tom. 8.*

7 Idem. Non habebit Deum Patrem, qui Eccleſiam noluerit habere Matrem. *lib. 4. de ſymb. ad cath. c. 20*

8 Alanus. Deus eſt ſplendor numquam deficiens, vita indefeſſa non moriens, fons ſemper ſcaturiens, ſeminale vitæ, Seminarium Sapientiæ, principale principium, initiale bonitatis initium. *de cõquaſt. natura.*

9 Clemens Alex. De Deo ſemper loquendum eſt ænigmaticè. *li. 3. ſtrom.*

10 Dionyſ. Areopag. Deus aliquando dicitur amor, aliquando amabilis, amabilis dicitur, quia ſui ipſius, & ſibi prouocator eſt, & amator, amor autem, quia mouet, & prouehit ad ſe. *lib. de diuin. Nom.*

11 D. Greg. Deus nobis multum proficientibus, parum de ſe aliquod ſenſibus noſtris aperit, ſi tamen dici in illo parum, vel aliquid poteſt. *li. 5. mor. cap. 26.*

12 D. Hieron. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis flagellis, atque ignibus cruciat, qui autem pater, & amans eſt, laſciuientem filium palma percutit manus. *in cap. 1. Oſeæ 10. 6*

13 Hireneus. Deum ſcire nemo poteſt, niſi Deo docente. *lib. 4. c. 14.*

14 D. Petrus Chryſol. *ſuper illud, ſurgam, & ibo ad Patrem meum*. Qua ſpe? qua fiducia? qua confidentia? illa, qua pater eſt, ego perdidi quod erat filius, ille quod pater eſt non amiſit. *ſer. 2. de filio Prod.*

15 Orig. *ſuper illud, venite Benedicti Patris mei, quod non addit cum dicit ite maledicti, &c.* Benedictionis miniſtrator eſt Pater, maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt auctor, qui operatus eſt ea quæ digna ſunt maledictione, de igne æterno Diabolo paratum dicit, non homini, quia quantum in ſe eſt homines non ad perditionem creauit, ſed ad vitam peccantes autem contingunt ſe Diabolo. *hom. 34. in Matth. tom. 3.*

16 Tertull. Conuerſabatur Deus, vt homo diuina agere doceretur, ex æquo agebat Deus cum homine, vt homo ex æquo agere cum Deo poſſet. *li. 2. cõtra Marc. c. 27*

DE DEI BONITATE.

1 D. Ambr. *Ponderans illud Pſal. Quam bonus Iſrael Deus rectis corde*. Bonus huic ſemper eſt Deus, qui nouit quo tempore metat, & ideo quaſi bonus agricola hic arat agrum ſuum quodam rigidioris abſtinentiæ, vomere, hic extirpat quadam falce virtutum amputatrice vitiorum, hic ſtercorat humiliando ſe vſque ad terram. *lib. 3. de interpell. cap. 2.*

2 Clemens Alex. Nam cum ſit bonus ſi ceſſaſſet vnquam benefacere, Deus quoque ceſſabit eſſe, quod nefas quidem eſt dicere. *li. 6. ſtrom.*

3 D. Leo. In aliorum indigentia materia nobis data eſt diuinæ bonitatis imitandæ, vt per vos, & in alios diuina beneficia tranſirent. *ſer. 6. de collect.*

4 Orig. *ſuper illud, fili hominis leua planctum ſuper Regem Tiri*. Aſſumit Deus planctum ſuper Regem Tiri, vt videas quam bonus Deus, qui etiam eos, qui ſe negauerunt deflet. *hom. 13. in cap. 28. Ezech.*

DE DEI FILIATIONE.

1 D. Auguſt. *ſuper illud. Quotquot autem receperunt eum, &c.* Quid præſtitit eis, qui receperunt eum? dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, magna certè beneuolentia Dei, magna miſericordia, vnicus natus eſt, & noluit manere vnus, multi homines cum filios non habuerint, peracta ætate adoptant ſibi, & voluntate faciunt, quod natura non potuerunt, hoc faciunt homines, ſi autem aliquis, habeat filium vnicum, gaudet de illo magis, quia ſolus omnia poſſeſſurus eſt, & non habebit, qui cum eo diuidat hæreditatem, vt pauperior remaneat; non ſic Deus vnicum eundem ipſum, quem genuerat, & per quem cuncta creauerat, miſit in hunc mundum, vt non eſſet vnicus, ſed fratres haberet adoptatos per gratiam, & cohæredes, ſic enim dicit Paulus, *hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti*, non timuit ille habere cohæredes quia hæreditas eius, non fit anguſta, ſi multi eam non poſſederint. *tract. 2. in Ioan.*

2 Idem. *Qui non ex ſanguinibus, neque, &c. ſed ex Deo nati ſunt*. Illi in quibus non caro *ibidem.*

Digitized by Google

imperat, & ſpiritus ſeruit; ſed è contra in quibus ſpiritus imperat, & caro obedit, filijque Dei efficiuntur per gratiam Chriſti.

ibidem. 3 Idem. Audite priùs, ipſum verbum naſci voluit ex homine, id eſt ex Virgine filius hominis, vt tu ſecurus naſcereris ex Deo, Filius Dei, ſcilicet ex ipſo, & per gratiam Dei.

in Enchir. 4 Idem. Verus Dei cultus fide inchoatur, ſpe tenetur, charitate perficitur.

cap. 4. 5 D. Bern. *ſuper illud, Beati pacifici quoniam Filij Dei vocab.* Meritò filij nomine vocabuntur, qui filij opus impleuerint, ipſe enim eſt per quem reconciliati pacem habemus ad Deũ.

ſer. 1. omniũ Sanct. 6 Clemens Alexandr. Ne ergo porcis efficiamur ſimiles, ſed vt germani filij lucis intueamur lucem, & ſurſum aſpiciamus, ne nos eſſe adulterinos depræhendat Dominus, quemadmodum Solem, Aquila.

orat. ad gentes.

l. 10. Theſ. 7 D. Cyrill. Quando natura ipſe Deus homine aſſumpto frater factus eſt noſter, tùm etiam primogenitus in multis fratribus factus eſt, quia multos filios Dei per gratiam effecit.

cap. 3.

l. 19. mor. 8 D. Greg. Prauorum viam Dominus tolerat, quia eos ad iuſtorum ſuorum probationem ſeruat.

hom. 3. in ep. ad Col. 9 D. Ioan. Chryſ. Filij Dei vocantur, qui pacem efficiunt, nam Filius Dei ad hoc in terram venit, qui vero nouandis rebus ſtudentes diſſidia faciunt filij ſunt Diaboli.

l. 1. de Emman. p. 1. 10 Riccard. Victorin. Homo reiecta ſimilitudine Dei transfigurauit ſe ad ſimilitudinem iumenti.

cap. 19. in comm. pſ. 18. 11 Theodor. Sufficit etiam ſola cœlorum pulchritudo, atque magnitudo ad Opificis magnificentiam prædicandam.

DE DEI LIBERALITATE.

in pſ. 83. 1 D. Aug. Deus donator eſt indulgentiæ, debitor coronæ, vndè debitor eſt? debitorem ipſe ſe fecit, non accipiendo, ſed promittendo, non enim dicitur redde quod accepiſti, ſed redde quod promiſiſti.

hom. 4. in Geneſ. 2 D. Baſil. Artis tuæ ſolertiam Deus, quæ in me conſpicitur, ſimulatque ſum contemplatus, nimirum quanta ſapientia corpus compegeris, & ei animam capacem tui coniunxeris, opificem te eſſe eximium agnoui, & prorsùs admirabilem.

ſer. 48. in Cant. 3 D. Bern. Non mediocris titulus virtutis eſt inter prauos viuere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem; verſari inter ſpinas, & minimè lædi, potentiæ eſt non virtutis tuæ.

in prolog. l. ad Filõ. 4 Fulgentius. Ecce qualis eſt Dominus noſter, vt donando debeat, & quanto magis donat, tanto magis eum debitorem eſſe non pigeat.

ſer. 1. de Pentec. 5 Guarr. O Deum ſi fas eſt dicere prodigum ſui præ deſiderio hominis, an non prodigum, qui non ſolùm ſua, ſed, & ſeipſum impendet, vt hominem recuperaret, non tàm ſibi, quam homini ipſi?

li. 3. Hierem. 15. 6 D. Hieron. *Væ mihi Mater mea loquens in perſona Chriſti.* Nullus tantum voluit accipere, quantum ego tribuere deſideraui, nec protinit mihi quiſquam, ſalus enim creaturæ lucrum eſt Creatoris.

homil. de Adam. 7 D. Chryſoſt. *ſuper illud, Adam vbi es?* Quaſi diceret vbi es imago mea formoſiſſima? vbi Paradiſi pretioſiſſimus ornatus? vbi manuum mearum artificium? vbi imago Regni mei nuper depicta? vbi nunc es familiaris meus amicus? abſcondis te miſerum, & infirmum, & ego medicus inſequor.

DE DEI ABSENTIA.

ſer. 4. de verb. Dõ. 1 D. Auguſt. Quia dimiſimus te, dimiſiſti nos nobis, inueniamur ergo in te, quia perieramus in nobis.

in Ioann. cap. 7. 2 Idem. Tanquam homo à lapidibus fugis, ſed væ illis à quorum lapideis cordibus Deus fugit.

or. 1. The. 3 D. Greg. Nazianz. Non tàm ſæpè reſpirare, quàm Dei meminiſſe debemus.

ep. ad Amſium. 4 Idem. Precare Deum, vt nobis ſit beneuolus, largiaturque è duobus alterutrum, vel vt moleſtias ipſas prorſus effugiamus, vel vt ipſas conſtanter toleremus.

hom. 6. ad Pop. 5 D. Ioan. Chryſ. Magnum ſupplicium Dei eſſe diſcedere ab eo, etiam dùm nullum aliud ſentitur ſupplicium.

MANTISSA
AD DEVM OPTIMVM
MAXIMVM.

DEVS Græco Idiomatè dicitur Theos, & vt inquit D. Damaſcenus, venit à verbo *Theo*, quod ſignificat, *concurrere, & vrere*. Vt quàm celer ſit Deus ad ſubueniendum in noſtris neceſſitatibus, & quam actiuus ſit veluti ignis in operationibus oſtenderetur; vnde dicitur de eo, *Deus ignis comburens eſt*, hinc Chriſtus dicebat, *Pater meus vſque modo operatur*, neque credendum eſt, Deum operari inchoaſſe cum mundum creauit, vt nonnulli dixere, qui à Diuo Auguſtino petierunt, quid nam faceret Deus, antequam mundum creaſſet, quibus ipſe reſpondit, quod ignem præparabat, vt curioſos combureret, quia ſemper operatus eſt, & licèt non ad extra creaturas conſeruans, ſemper tamen ad intra operatus eſt generans, & ſpirans, quia Pater ſeipſum intelligens producit Filium & ex amborum Amore, ſeipſos ad inuicem diligendo, Spiritum Sanctum, Pater ſemper intelligit ſeipſum, & ſic Pater ſemper Filium producit; Pater ſemper amat Filium, & Filius ſemper amat Patrem, & ſic ſemper ſpirant Spiritum Sanctum, ſpirant, & ſic ſemper operantur, vt inquit Chriſtus *Pater meus vſque modo operatur*, imò operari, ita proprium eſt Dei, quod ſi quis à Deo operationem tolleret, idem eſſet, ac dicere, Deum non eſſe Deum, quod patet, quia in rebus iſtis datur actus, & potentia, ideò non ſemper omnes poſſunt operari, nam aliquando aliquis impotens eſt ad operandum, at Deus actus puriſſimus eſt, & nullam admittit potentiam, quæ imperfectionem dicat, & ideò ſemper operatur, hoc oſtendere voluit Helias 3. Regum 18. dùm deridebat Sacerdotes Baal, qui clamabant eorum Deum inuocantes, vt ignem ſupra ſacrificium mitteret, & cum fruſtra eum inuocaſſent, dicebat eis Hælias, *clamate voce maiori, forſitan in diuerſorio eſt, aut loquitur, aut in itinere Deus eſt, aut certè dormitat, excitetur*; vt oſtenderet quàm dementes eſſent, talem Deum colentes, qui rebus vilibus, & nullius momenti premi poterat, & aliquando dormiebat, non ſemper operebatur, cum Dei proprium ſit, ſemper operari, & non indigere ſomno, vt inquit Dauid, *ecce non dormitabit neque dormiet, &c.*

De Deo nos conceptum proprium, & quidditatiuum poſſe formare Patres omnes negant, tantum poſſumus formare conceptum analogum, & negatiuum, ita vt, cum noſmetipſos ad Deum cognoſcendum eleuemus, neceſſè eſt, vt Deus ſecundum noſtrum modum deſcendat, vt aliquid de ipſo cognoſcere poſſimus, hinc Moyſes Montem aſcendens, Exod. 19. vt audiret, quid ei Deus dicere voluiſſet, neceſſè fuit Deum deſcendere, audi Textum, *deſcenditque Deus ſuper Montem Sinai*, in ipſo Montis vertice oritur, hoc ex noſtri intellectus imbecillitate, & tamen in hac vita, per creaturas Deum cognoſcere poſſumus, ex qua cognitione magna quidem afficimur delectatione, ſunt nonnulli, qui odoramentis ita delectantur, vt cum in eos aliquis flores, vel alios liquores bene olentes iactent, quamuis aquam illam non videant, adoramento tamen oblectantur, quid eſt vniuerſus orbis niſi munus quoddam à Deo mortalibus donatum? cuius cognitio, quæ in hac vita habetur eſt Paradiſi odoramentum, ita Diuus Paulus 2. Cor. 2. *& odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per eos in omni loco*, cum notum ſit Deo, homines vehementer concupiſcere diuinarum rerum cognitionem, hinc illud Cant. cap. 1. *Oleum effuſum nomen tuum*, vnde licet veri amantes Deum ipſum non videant, per creaturas tamen aliquo modo odorantur eum, vnde Salomon Cant. 5. ait, *memores vberum tuorum*, quod Textus Hebræus legit. *Olfaciemus odores tuos*. Ingreditur Dei ſeruus viridarium aliquod, & pulchrum fontem intuens, & ad Deum oculos eleuans exclamat, quam pulchrior erit fons ille diuinus, de quo dicitur, *apud te eſt fons vitæ*, ſpatioſas, amplas, & rectas vias proſpicit, & dicet quam pulchriores erunt Dei viæ, *omnes viæ eius ſecundum diſpoſitionem eius*, plantas inſpicit; flores, & fructus, & amore flagrans erga Deum, & languens dicet, *fructus eius dulcis gutturi meo*, ipſe enim dicit, *flores mei fructus honoris, & honeſtatis*, & tandem Deum ipſum contemplans, eiuſque pulchritudinem admirans, ait quod viridarium Deo pulchriùs; qui dicit, *pulchritudo Agri meum eſt?* ſed vnde totum hoc oritur, niſi ex illa aqua roſacea? *Olfaciemus odores tuos*.

Dixit Deus Moyſi loquens contra ingratos Hebræos. *in die illo derelinquam eum, & ab-*

ſcondam faciem meam ab eo, & inuenient eum omnia mala, & afflictiones.

de Verbis Domini ſer. 33. Diuus Aug. ait. *Quiſquis vult eſſe ſimilis Deo, non recedat ab eo, ei inhærendo, vt cuſtodiat ſimilitudinem ad quam factus eſt.* Pſal. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco Paſcha me collocauit.* Hebræus Textus legit. *Animam meam quietauit.*

Magnus ille vir Apuleius dum de Deo Diſcipulis loqueretur ſilentium indicens, ſic dicebat. *Dicerem, ſi dicere liceret, audiretis, ſi audire liceret, ſed ſi dicerem, & vos audiretis, partem minimam ego, & linguam, & vos aures amitteremus.*

Diuus Antoninus de Padua Ferr. 2. Paſch. ait. *Vbi enim Dominus ibi ſecuritas, qui Dei gratiam habet, non habet, quod timeat.*

Gentiles Philoſophi rem arduam putauerunt, & impoſſibilitatem ſapere, nos hic aliquam certam de Deo cognitionem habere poſſe, hinc vt refert Pierius Valerianus lib. 17. Ciconiam adorabant, quæ lingua caret, vt innueret linguam non inueniri, quæ de Deo loqui poſſet, & Aug. in Pſal. 21. ait. *Quid ſit Deus, in cor hominis non aſcendit, quid ergo quæris, vt aſcendat in linguam, quod in cor hominis, non aſcendit?* & Diuus Martinus in Profeſſione fidei ait. *Mens humana intelligere non poteſt, nec oratoria lingua narrare, nec diffuſa ſermonis bibliothecarum volumina,* & Greg. Moral. cap. 7. ait. *Quomodo enim valebit lingua dicere, quod non ſufficit mens noſtra ſentire?* & Diuus Athanaſ. interpretatione fidei loquens de Verbo diuino ait. *Ineffabilis proles ſermo, nulla oratione explicabilis, mens inſuperabilis mens inuariata natura inacceſſa.* Aug. de Trinitate ait. *Nobis ſufficiant de Trinitate dicere, quod Dominus dignatus eſt dicere.*

tom. 3. ſer. 4. ar. 1. c. 3 Diuus Bernardinus de luctu attendens illud Pſal. 41. *Sitiuit anima mea,* ait. *Notanter dicit ſitiuit anima mea, quia ſitis ex ſalis vſu prouenire ſolet, ſic, & ſitire Deum, ex ſalis ſapientiæ originem habet.*

Oleaſter attendens illud Deut. 5. *Ego Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, & de domo, &c.* ſic ait. *Sunt aliqui Domini, & reges, qui ſunt ſui, Deus vero tuus, non ſuus, ſed tuus eſt.*

Deut. 5. *Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Domino, & ſepeliuit eum; & non cognouit homo ſepulchrum eius vſque ad præſentem diem,* quare ipſemet Deus manibus proprijs ſepeliuit Moyſem? cur non potius commiſerit hoc Angelis, vel alijs creaturis? quia timuit Deus, quod ſi populus ſciuiſſet, vbi Moyſis corpus moraretur, veri Dei cultum relinqueret, & Moyſem adoraret, ob inſignia prodigia ab eo facta; monet hoc Diuus Auguſtinus de Mirabilibus ſacræ Scripturæ, & ait. *Ne ſepulchrum eius populus Iſrael ſi cognouiſſet, vbi eſſet adoraret.*

Si Deus humanam carnem aſſumere elegerat ex Stirpe Dauid, propter quod tot gratijs, honoribus, & fauoribus eum cumulauit, quare ergo horrenda illa tria ſcelera, ſuperbiæ ſcilicet, adulterij, & homicidij eum committere permiſit? vt inter homines, & Deum diſcrimen cognoſceremus, audite D. Chryſ. tom. 6. de pœnitentia. *Quoniam Deus erat, & idem ſine peccato ſolus, permiſit iuſtos parentes proprium arbitrium humanis erroribus incuruari, ſic, & hunc permiſit in peccatum cadere, quo ſolus ipſe in hominibus corpore ſine peccato inueniatur.*

Matth. 14. *Quarta vigilia noctis venit Ieſus ad Diſcipulos ſuos, ambulans ſuper mare videntes autem eum ſuper mare ambulantem turbati ſunt dicentes, quia phantaſma eſt, & præ timore clamauerunt, ſtatimque Ieſus locutus eſt eis dicens, habete fidem, ego ſum, nolite timere; reſpondens autem Petrus dixit: Domine ſi tu es iube me ad te venire, ſuper aquas, & ipſe ait, veni, & deſcendens Petrus de Nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum, videns autem ventum validum timuit, & cum cœpiſſet mergi clamauit dicens, Domine ſaluum me fac, & continuo Ieſus extendens manum apprehendit eum;* dum Chriſtus ſic facilè Petrum ſuper aquam ambulare conceſſit, quare negauit incolumen potuiſſe pertingere iter vſque ad ipſum? reſpondet Diuus Maximus homil. 2. in Natal. Apoſtol. & ait. *Neceſſarium fuit, ne tanti ſublimitate miraculi in perniciem forte ſui, æquata Chriſto carnis fragilitas ſuperbiret;* & Theoph. in cap. 14. Matth. ait ſic, *neque enim hominis eſt, ſuper aquas ambulare, ſed Dei.*

Miror quidem cur pictoris, atque ſtatuariam artem Hebræis Deus prohibuerit, cum cunctis magnam afferat delectationem, ſic enim præcipit Exod. 20. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt ſub cælo deſuper, & quæ eſt in terra deorſum, neque eorum, quæ ſunt in aquis,* & huius prohibitionis rationem adducens ait. *Ego enim ſum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes,* habens ſcilicet zelum, & Oleaſter ibidem ait ſic. *Qui non patior conſortium.*

Quamplura prodigia, & miracula diuina virtute operabatur Paulus Apoſtolus, at cum ſocio indigeret, vt opus Euang. prædicationis perficeret, ſcripſit Timotheo, vt veniret, & eſſet ei comes, & ſic ait, 2. Thimot. 4. *Lucas eſt mihi ſolus, Trophimum autem reliqui infirmum Mileti: feſtina ante hiemem venire,* pero modo ſi infinitis fere infirmis Paulus ſalutem tribuit,

cur

cur Trophimum ſocium infirmum reliquit, cum eo indigeret? reſpondet Theophil. ibidem. *Quia non omnia potuerunt Sancti: Deo hoc faciente, vt ne homines Deos ipſos faciant.*

Hoc patet act. 14. nam cum Paulus, & Barnabas cuidam claudo, ſanitatem redderent, turbæ videntes hoc miraculum, & obſtupeſcentes dicebat, *Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium.*

Tertull. lib. 4. contra Marc. cap. 20. ſic ait. *O Deum, non natura, ſed emulatione beneficum.* Quaſi diceret non ſolùm ex ſua natura Deus eſt beneficus, ſed etiam per emulationem, certat cum Diabolo, Deus benefacere mortalibus, Diabolus eis nocere perquirit, hinc Exod. 12. *Statuit Deus populum ſuum à Tyrannica Pharaonis ſeruitute liberare*, & vt hoc perficiatur præcepit Hæbreis, vt ea nocte Agni feſtum celebrarent, cuiuſque ſanguine poſtes aſpergerent, in cuius virtute non offenderentur primogeniti Hebræorum, ſicut accidit primogenitis Aegyptiorum, ſic ait Textus. *Tranſibit Dominus percutiens Aegyptium, cumque viderit Sanguinem in ſuperliminari, & in vtraque poſte tranſcendet oſtium Dominus, & non ſinet percuſſorem ingredi domus veſtras, & lædere.*

D. Gaudent. ſer. 8. aduertit hic, quod certans cũ Dęmone Deus, Aegyptios Diaboli ſeruos occidẽdo, & Diabolus deſtruere quærẽdo Hebræos Dei ſeruos introducit Dæmonẽ dicentẽ. *Tu propter Habreos tuos percutis Aegyptios meos, & ego propter Aegyptios meos perſequar Hebræos tuos.*

Nonnulli Chriſti triumphum Hieruſalem ingredientis animaduertendo, de quo dicit Textus Matth. 21. *Plurima turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via, &c.* dicunt ingreſſum Chriſti in animam per gratiam ſignificare, ex quo patet non ſolum Chriſtum ex ſua natura eſſe beneficum, ſed emulatione quia Hugo Card. in cap. 12. Matth. docet quod Diabolus Dei æmulator factus, vbi ingreditur palmis recipitur hæc eius verba. *Cum magnis luminaribus, & tripudio deducunt eum, quaſi Dominum ſuum per villam, & obuiam ei procedunt, tirannizando haſtas frangendo, & huiuſmodi.*

Volens aliquis Deo frui, terrenis voluptatibus, & conſolationibus debet renuntiare, hinc D. Laurentius Iuſtinian. dixit. *Delicata eſt diuina conſolatio, & non datur admittentibus alienam.*

Geneſ. 1. dixit Deus fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, quod Diuus Chryſoſt. legit. *Fiat paries, vt diuidat aquas ab aquis, ne vna alterius ſit particeps.* Hugo Card. dicit nonnullas aquas carnis voluptates ſignificare, & alias ſpiritus conſolationes, ſic ait. *Dumque fiat paries, & diuidat aquas ab aquis quare hoc, quia delicata eſt diuina conſolatio.* hinc Dauid Pſal. 4. dixit, *in pace in ipſum dormiam, & requieſcam*; vnde hoc? *quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me*, hinc Diuus Chryſoſt. ibidem petit dicens, *quid eſt autem ſingulariter?* reſpondet. *ſeorſum fugiens homines improbos, ac corruptos.*

Quia, qui celeſtibus conſolationibus frui deſiderat, debet ſe elongare à terrenis voluptatibus, vnde Dauid volens nobis indicare, quomodo Dei domus debet eſſe, ait, *ædificauit ſicut vnicorniũ ſanctificium ſuum in terra*, ſed peto huius animalis hoſpitium quid quæſo conſiderationis dignum habet, vt ſecundum illud debeat eſſe diuinum hoſpitium? reſpondet Incognitus, & ſic ait. *Secundum naturales, vnicornis eſt talis naturæ, quod nullum animal permittit ad ſuum cubile accedere.*

Ita Deus ſolus vult dominari cordi noſtri, ſocium non admitti, quia delicata eſt diuina conſolatio, & non datur admittentibus alienam.

Vnde cum Petrus dixiſſet Chriſto. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te quid ergo erit nobis*, reſpondit Chriſtus, *Amen dico vobis quod vos qui ſequuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedem duodecim*, duo Petrus dixerat Chriſto. & omnia reliquiſſe, & eum ſequutum fuiſſe, at Chriſtus vni reſpondit, dicens, *amen dico vobis, quod vos qui ſequuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedem duodecim*, & nullam de rebus ob Apoſtolis relictis mentionem facit, quare hoc? reſpondet Euſebius homil. 4. de Natal. Apoſtol. & ſic ait. *Petrus duo Chriſto propoſuerat, ſed alterum Chriſtus aſſumpſit, non enim dixit; vos qui reliquiſtis omnia ſed dixit, vos, qui ſequuti eſtis me, ſufficiens ergo fuit, alterum dicere, quia vtraque in vnum continebantur.*

Omne a bonum deſurſum eſt, &c. vult enim Deus, vt omnia bona, quæ nobis eueniunt ab eo euenire ſciamus, hinc Hugo de Sancto Victore in Geneſ. petit, quare Deus priùs creauerit hominem in campo Damaſceno, & deinde introduxit eum in Paradiſo deliciarum? *Tulit Deus hominem quem creauerat, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis Gen. 5.* nonne melius fuiſſet ſi creaſſet illum in Paradiſo? reſpondet Hugo, & ait. *In tali loco, & talibus refertus delitijs poſitus eſt homo non creatus, quatenus beneficium Dei, non naturæ imputaret, ſed gratiæ.*

Loquens Dauid de Dei ingenuitate dixit Pſal. 103. *Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur*

buntur bonitate; auertente te autem faciem tuam turbabuntur. Quare cum Deus faciem ſuam auertit omnia turbantur? audite D. Proſp. ſic reſpondentem. *Vt hanc bonitatem deſuper accepiſſe ſe nouerint, nonnumquam Dominus auertit faciem ſuam, & qui videbatur plenus bonitate, turbatur, vt per ſubitam inopiam intelligat illam boni abundantiam non ſibi fuiſſe de proprio*.

Hinc Deus antequam creaſſet Solem, Lunam, & Stellas, creauit Terram, ornauitque eam floribus arboribus, & plantis, vt cognoſcerent homines, non à Sole Luna, & Stellis hoc procedere, ſed à Deo. Philo de mundi opificio ita ait. *Recurrant mentibus ad primam huius vniuerſitatis generationem, meminerintque ante Solem, & Lunam omnigenas ſtirpes, omnigenoſque fructus, è terra proditas, atque ita ſibi perſuadeant, & in poſterum eam propolaturam eos Cœleſtis Patris arbitratu quoties ei placuerit non expectato cœli fauore, cui dedit quidem potentiam, ſed non liberam*.

Hinc vt aduertit Pineda in cap. 16. Iob ver. 13. omnis Sampſonis fortitudo in capillis continebatur Iud. 16. *Si raſum fuerit caput meum, recedit à me fortitudo mea, & deficiam, eroque ſicut cæteri homines*. Quare in capillis cum res tam tenuis ſit, vt cognoſceretur Sampſonis fortitudinem eſſe à Deo, ſic ait Pineda. *Vt illam ſuis lacertis nihil tribueret, imò potiùs perpetuò agnoſceret illam acceptam diuinitus; illam Deus rei; & partium corporis omnium tenuiſſimæ atque inconſtantiſſimæ alligatam voluit*.

Mirum quidem eſt, quod de Manna ſcribitur Exod. 8. nam cum ei Deus quamplures perfectiones contuliſſet voluit ita corruptioni eſſe procliuem, vt de mane vſque ad veſperam computreſceret, ita ait Moyſes, *dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſcatere cæpit vermibus, atque computruit*, quare hoc? reſpondet Philo Hebr. in vita Moyſis, & ait. *Afferentes enim alij aliundè vaſa complebant, & iumentis aut humeris apportabant; eo conſilio vt in longum tempus ſibi neceſſaria conderent, quæ tamen condi, ſeruarique non poterant; Deus, & noua quotidie munera volebat elargiri*, quaſi diceret Deus conſultò hoc faciebat, vt quotidie occaſionem elargiendi haberet, & Dei liberalitas magis pateſieret.

D. Chryſoſt. admiratur magnam Dei liberalitatem ait enim Chriſtus Matth. *Quicumque potum dederit vni ex minimis iſtis, Calicem aquæ frigidæ, amen dico vobis non perdet mercedem ſuam*, petit Chryſoſt. Domine quid nam erit Calix aquæ frigidæ propter quam Regna Cœlorum promittis? & idem Chryſoſt. hom. 27. in Matth. reſpondet ſic. *Non enim aliquid eſt quod dat, ideo habet mercedem, ſed ob id quia magnus eſt propter quem dat*.

Quaſi diceret non eſt reſpiciendum minimum donum Calix ſcilicet aquæ frigidæ, ſed Deus, propter quem datur, cuius liberalitas, cum ſit immenſa, meritò pro paruulo dono Regna Cœlorum promittuntur, momento quæſo illius Perilli amici Alexandri Magni, qui Perillus cum petierit aliquid ab Alexandro, vt duas filias dotare potuiſſet, & cum Alexander dediſſet Perillo quinquaginta talenta ait Perillus ſufficere decem talenta cui reſpondet Alexander, vt refert Plutarchus in Apopht. dicens, *tibi quidem accipere, ſed mihi nequaquam ſatis eſt dare*, hinc Vrbanus 4. Pontifex in Pſal. 50. cum Deo loquens ait. *Ego enim te illum alterum magnum exiſtimo Alexandrum, qui non attendis quid me oporteat accipere, ſed quid deceat te dare*.

Theophil. perpendens illud Luc. 15. vbi narratur quod frater filij Prodigi murmurabat contra Patrem dicebatque ei, *ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam dediſti mihi hædum, &c.* per quem Patrem, Deus intelligitur ſic idem ait Theoph. *Tanta enim eſt Dei benignitas, & tàm liberaliter ſua dona nobis communicat, vt indignatio, & murmuratio inde naſci poſſit*.

Hinc Ioann. 2. legimus Chriſtum amanter indignatum fuiſſe contra Matrem, quæ in nuptijs Canæ Galileæ deficiente vino petijt à filio, vt ſuppleret dicens, *vinum non habent*, cui reſpondit Chriſtus, *quid mihi, & tibi mulier, nondum venit hora mea*, quaſi diceret mi parua petis, ſed ego ſecundum meam liberalitatem magna dare ſoleo, dabo enim ſanguinem, & vitam meam pro ſalute, omnium, ſed non dum venit hora mea, ponderatio eſt, Diui Maximi hom. 1. in Epiph. qui conſiderans Mariæ petitionem, & Chriſti reſponſionem ſic ait. *Quid tibi, & mihi mulier nondum venit hora mea, hæc verba cum Sanctus indignantis, quis dubitandi idcirco vt reor, quia de defectu carnalis poculi ei ſuggerebat, qui venerat totius orbis gentibus nouum ſalutis æternæ poculum propinare, nam quod petebat Maria, erat gratia temporalis, quod Chriſtus parabat gaudij ſempiterni*.

Diuus Fulgentius in prol. lib. ad Filom. ait. *Ecce qualis Dominus noſter, vt donando debeat, & quanto magis donat, tanto magis eum debitorem eſſe non pigeat*.

Ex quo clarè patet diuina liberalitas, Diuus Paulus loquens de Chriſti Aſcenſione, ait. *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus*, quæ verba aduertens Diuus Anſelmus in Paul. ad Epheſ. 4. ait. *Dedit dona hominibus mittens eis Spiritum Sanctum*, &

David

Dauid loquens de eodem myſterio Pſal. 67. ait, *aſcendiſti in altum, capiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus,* ideſt ab hominibus cum Dauid, & Paulus de eodem myſterio loquantur, cur Paulus dicit dedit dona hominibus, & Dauid accepiſti dona ab hominibus? hoc intelligitur quod Deus ita nobis dona tribuere delectatur, vt dans nobis Spiritum Sanctum debitorem ſe fatetur, ita inquit Diuus Cyprianus. *In Deo dare, eſt accipere.*

Tertull. de Reſurrect. Carnis cap. 6. adnotauit quod dùm Deus hominem formabat ipſamet creatione filij ſui Incarnationem pollicitebatur, ſi homo deliquiſſet, & ſic ait Tertull. *Non tamen Dei opus erat, ſed etiam pignus.*

Pignus ſcilicet erat futuræ Incarnationis, Diuus Auguſt. in Pſal. 102. attendens illud Dauid, *qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus,* ait. *Coronat in nobis miſericordias ſuas.* Si miſericordiæ ſunt Dei quomodo nobis eſt corona? quia licet ſint Dei gratiæ, tamen tamquam eſſent noſtra merita inſpicit, vnde Cæleſtinus Pontifex Epiſt. ad Epiſcopos Aphrican. ait, *à bonitate Dei, quæ noſtra vis eſſe merita, quæ tua ſunt dona, & pro ijs, quæ nobis das, æterna dona es daturus.*

Volens Deus Manna populum ſuum alere, dixit Moyſi Exod. 16. *Loquere ad eos, veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus, ſcietiſque, quod ego ſim Dominus Deus veſter.* Oleaſter ibidem, hæc verba ponderans, ſic ait. *Conſidera quæſo in quo ſe Dominum ſuum oſtendat, non in bonis auferendis, ſed dandis, non in exigendo miniſterium, ſed in donis exibendis.*

DE DIABOLO
ANGELO APOSTATA.

1 Diuus Ambroſ. Dominus ideò dat tentatori poteſtatem, vt hominum probetur affectus, ideò perſecutio fit, vt fides luceat, virtus excellat, mens interna omnibus manifeſtetur. *in pſ. 37.*

2 Idem. Non vnum telum Diabolus habet, frequentat ſpicula, vt aùt præmio vincat aùt tædio. *in Luc. c. 4*

3 Idem. Quanto magis Deo ſeruire deſiderat, tanto magis in ſe excitat aduerſarios, & tamquam athleta fortis coronam iuſtitiæ reportare deſiderans, irritat in ſe plurimos, & laceſſit, qui inuident noſtro profectui. *ſer. 9. in pſal. 118.*

4 Idem. Quo magis iuſtus eſt quiſquam, eo magis illi inſidiatur inimicus. *in pſ. 36.*

5 D. Auguſt. Diaboli poteſtas quædam eſt, plerumque tamen vult nocere, & non poteſt, quia poteſtas iſta ſub poteſtate eſt. *in pſ. 61.*

6 Idem. Hoc ſcitote fratres, quia Diabolus non perſequetur niſi bonos, malos enim perſequi Diabolus non conſueuit, amici enim ſunt ſui, & in tantum eos non perſequitur, vt etiam per illos alios perſequatur. *ſer. 85. de temp.*

7 Idem. *Nolite locum dare de Diabolo.* Diabolus tentat, vt decipiat, ſi ille qui tentatur non dederit locum, inanis, & irridendus repellitur, ideò Apoſtolus. Neque detis, ait, locum Diabolo, dant autem locum homines Diabolo concupiſcentijs ſuis. *ſer. 72. de tēp. in verba Eph. 4.*

8 Idem. Alligatus eſt Diabolus, ne faciat, quantum poteſt, aùt quantum vult; tantum enim illi à Deo tentare permittitur, quantum expedit proficienti. *ſup pſ. 36.*

9 Idem. Dæmon eſt quaſi canis à Chriſto ligatus, qui latrare poteſt, ſollicitare poteſt; mordere omninò non poteſt; niſi volentem. Perſuadere enim poteſt, præcipitare non poteſt; ſpem autem perſuadendi amittit, cum videt hominem in tentatione conſtantem, generoſum, lætum, & hilarem. *lib. 20. de Ciu. c. 6.*

10 Idem. Diabolus non inualeſceret contra nos, niſi ei vires ex vitijs noſtris præberemus: & locum ei introeundi, & dominandi nobis peccando faceremus, vnde *Nolite locum dare Diabolo.* *hom. 8. in Ioan.*

11 Idem. Alligatus eſt Diabolus, tamquam innexus canis, & neminem poteſt mordere, niſi tantum, qui ſe illi mortifera ſecuritate coniunxerit. Iam videte fratres quàm ſtultus eſt homo ille, quem canis in catena poſitus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditatem *ſer. 167. de temp.*

Digitized by Google

hō. 5. ſuper Matt. c. 5. 59 Idem. Diabolus vnumquemque hominem ſecundum conditionem, & ſtatum quem inuenerit circa eum, ſic inde aggreditur eum.

hom. 1. ad popu. Antioch. 60 Idem. Tanto magis oportet timere, quanto maiora fuerimus beneficia conſequuti, tunc enim Diabolus ſæuior efficitur, tunc magis efferatur, cum viderit nos cum diligentia vitam noſtram diſponentes.

hom. 31. in Gen. 61 Idem. Enimuero, & Diabolos tunc infeſtat vehementius, & ſicut piratæ nauigantes in mari, non tunc inſidiantur cum è portu vident egredientes; nam quid prodeſſet inuadere nauem vacuam? ſed tunc omnes artes mouent, cum onuſtæ redeunt, ita, & malignus ille Dæmon cum nos viderit multa connexuiſſe nempè ieiunium, præces, eleemoſynas, continentias, aliaſque virtutes omnes, & eſſe nauim noſtram gemmis pietatis plenam, tunc vndequaque ſeſe obijcit, & vt theſaurum rapiat, & in ipſo portus ingreſſu vincat, & ſpoliet.

hom. 5. in imperf. Matth. 62 Idem. Diabolus quantum ad ſe nunquam ceſſat tentans; neque enim habet alium actum. Non manducat, non bibit, non dormit, nec opus aliquod operatur, niſi vt tentet, vt fallat, vt ſubuertat. Hic eſt cibus illius, hic honor, hoc eſt gaudium. Propterea infatigabilis eſt in malo, ſed potentia Dei repellit eum, & ſi permittit eum pauliſper tentare propter fidem profundam, tamen repellit eum propter infirmam naturam.

hom. 46. ibidem. 63 Idem. Diabolus deſiderium vniuſcuiuſque conſiderat, & ſecundum quod viderit hominem deſiderantem aliquid, ex eo accipit occaſionem tentandi.

in pſ. 141. 64 Idem. Diabolus ſuas occultat inſidias; qua propter magna nobis cautione, & vigilantia opus eſt. Occultat enim laqueum in eleemoſyna, nempè vanam gloriam, in ieiunio arrogantiam, & in alijs alia, in ipſis vijs in quibus ambulamus.

hom. 31. in Gen. 65 Idem. Quemadmodum pyratæ quando vident nauem multis mercibus oneratam, & plurimas adducentem diuitias, tunc potiſſimum varijs moliuntur inſidijs, vt poſſint mercibus omnibus nauigantes illos ſpoliare; ita ſanè, & Diabolus cum viderit ſpirituales diuitias coaceruatas, cruciatur, & quaſi pyrata circuit, & innumeras excogitat artes, vt ſi qua vel paruum inueniat aditum, quicquid in nobis eſt ſpiritualium diuitiarum deprehendatur, igitur ſobrij ſimus obſecro, & quanto magis ſpirituales nobis facultates creſcunt tanto, & vigiliæ noſtræ intendantur. Mala enim beſtia eſt, & multiplices machinationes, ſtruit.

in verba Mat. 4. mitte te deorſ. 66 Idem. Non impulit, non coegit, ſed tantum dixit, *mitte te deorſum*, vt intelligamus, quod qui obedit Diabolo, ipſe ſe deijcit, Diabolus enim ſuggerere poteſt, cogere non poteſt.

hō. 5. ſuper Matt. c. 5. 67 Idem. Inimicus noſter Diabolus, retia ſuper omnem terram expandit, vt quidquid euaſerit de retibus carnalis concupiſcentiæ, capiatur à retibus inanis gloriæ, capiatur à retibus gulæ, capiatur à retibus turpiſſimæ auaritiæ.

ibidem. 68 Idem. Diabolus vnumquemque hominem ſecundum conditionem, & ſtatum, quem inuenerit circa eum, ſic inde egreditur eum.

hom. 1. ad popu. 69 Idem. Sicut Latrones non vbi fenum, & paleæ, ſed vbi aurum, & argentum eſt, vigilant, & aggrediuntur, ſic Diabolus his maximè inſtat, qui ſpiritualia negotia attingunt, ibi multæ inſidiæ, vbi eſt virtus.

hom. 46. in imperf. 70 Idem. Sicut malus homo ſi viderit aliquem orphanum ſubſtantiam paternam habere, ducit eum frequenter ad prandium donec illic interdum aliquod ſpecioſum donet, vel veſtimentum loquitur illi, dulces ſermones, donec tollat eius facultates, ſic Diabolus videns hominem habentem celeſtem theſaurum, ideſt animam immortalem à Deo creatam, ſapientiam cœleſtem in arca terrena poſitam, oſtendit illi aurum, & argentum, & concupiſcibilia ornamenta, veſtes pretioſas, & delicioſos cibos, & glorioſos honores, vt per hoc ſubiungat, & voluptatibus ſuis auferat ſalutem animæ eius, & corrumpat gratiam cordis eius.

lib. 7. collat. c. 8. 71 Ioan. Caſſian. *Loquens de Diabolo*. Sicut eſt illi inſtigationis copia, ita, & in nobis virtus reſpuendi.

l. 3. de ſūmo bono cap. 5. 72 D. Iſidor. In oculis carnalium Diabolus terribilis eſt, in electorum oculis terror eius nullus eſt, ab incredulis, vt Leo timetur, à fortibus in fide, vt vermis contemnitur.

ibidem. 73 Idem. Diabolus quando decipere quemquam quærit, prius naturam vniuſcuiuſque attendit, & inde applicat vnde aptum hominem ad peccandum inſpexerit.

ibidem. 74 Quia Diabolus in Sanctis intrinſecus non regnat, contra eos extrinſecus pugnat.

ſer. de Epiphan. 75 D. Leo. Non tantum Herodes turbabatur in ſemetipſo, & omnis Hieroſolyma cum illo, quantum Diabolus in Herode, & populo, Herodes enim terrenum hominem æſtimabat, ſed Diabolus Deum cognoſcebat, & vterque Regni ſui ſucceſſorem timebat, ſuperfluè

perſtluè tamen ex parte Hærodis, quia Chriſtus non venerat Regnum in terra habere, qui veniebat cęleſtia dare.

76 Orig. Quantum ad comparationem humanæ naturæ, & demoniacæ nos locuſtæ ſumus, & illi gigantes, & præcipuè ſi dubia ſit fides, & ſi nos prætereat infidelitas, illi verè gigantes ſunt, & nos locuſtæ, ſi verò ſequamur Ieſum, & credamus verbis eius, ac fide eius repleamur tanquam nihil erunt in conſpectu noſtro. *hŏ. 8. num.*

77 Origen. Veniſti ad aquam Baptiſmi, iſtud eſt certaminis, & pugnæ ſpiritualis initium, hinc tibi aduerſus Zabulum naſcitur pugnæ principium. *lib. 9. in lib. Iud.*

78 Idem. Deus dicitur incitare propè modum aduerſarias virtutes, exire aduerſus nos in prælium, vt nos victoriam capiamus, & illi interitum conſequantur. *hom. 15. in Ioſue to. 1*

79 D. Petrus Chryſol. Diabolus hominum damnum ſuum computat lucrum, & quod petierit hominibus hoc ſe æſtimat acquiſiſſe. *ſer. 92.*

80 Idem. Hoſtis plùs ducem quam militem petit, nec obſidet mortuos, ſed impugnat viuentes. Sic Diabolus non peccatores quærit capere, quos poſſidet ſubiugatos, ſed vt iuſtos capiat ſic laborat. *ſer. 96.*

81 Tertull. Peruicaciſſimus hoſtis ille, tunc maximè ſæuit, cum hominem planè ſentit liberatum, tunc plurimum accenditur, dùm extinguitur. *lib. de pœnit.*

MANTISSA
AD DIABOLVM
ANGELVM APOSTATAM.

ANtiquus ille hoſtis, Dei ſimia, licet ſuperbiam ſuam, in illa cęleſti pugna cum Deo, dùm ſuper aſtra aſcendere cogitauit, ita retuſam viderit, vt ad inferorum ima fuerit deiectus, *videbam Sathanam, &c. in Infernum detraheris, &c.* non ideò animum demiſit, ſed ſemper ambitione elatus, cum Deo contendere cogitauit, immo inuiens Sathan, Deum perquirere, vt homo (quod fieri poteſt) ad Dei ſimilitudinem aſcendere poſſit, iuxta illud Pſal. 81. *ego dixi Dij eſtis*, & D. Petr. *vt diuinæ conſors efficiatur naturæ*, auſus eſt etiam, & ipſe ſæuus hoſtis diuinitatem parentibus noſtris promittere dicens, *eritis ſicut Dij*, ſi intuetur Deum vniuerſorum Dominum eſſe, & ipſe ait, *ſimilis ero altiſſimo*, vnde obtulit Chriſto omnia Regna mundi dicens, *hæc omnia tibi dabo, &c.* ſi Deus adorari vult ab hominibus, *adorate Dominum in atrio ſancto eius*, vult etiam Diabolus venerari, *adorauerunt opera manuum ſuarum*, ſi Deus in anima noſtra deſiderat inhabitare; vnde Hierem. *Anima iuſti ſedes eſt ſapientia*, etiam, & Diabolus in anima peccatis maculata inhabitat, *cecidit Babilon magna, & facta eſt habitatio Dæmoniorum*, Apoc. 18. ſi Deus poſtquam ab anima diſceſſit regredi deſiderat, *aperi mihi ſoror mea, &c.* & Dęmon idem cupit, *cum immundus ſpiritus, &c.* ſi Deus ſpirituali dulcedine animas allicit, *ducam in ſolitudine, & loquar ad cor eius*, & Diabolus ſuos ſequaces inuitat dicens, *venite inebriamur bonis, &c.* ſi Deus ſuos electos, vt ab alijs diſtinguantur caractere ſignat, *ſignemus ſeruos Dei noſtri, &c.* Diabolus ſuos etiam ſignat, *habebant caracterem beſtiæ.* Apoc. ſi tandem ad hunc finem Deus creauit hominem, vt dominetur ei, & quamuis Deus creaſſet Cœlum, Solem, Lunam, Stellas, Terram, plantas, & cætera animalia, atque creaturas, numquam Dominus nuncupari voluit, niſi poſtquam hominem creauerit, quaſi ſolus homo diuina ſeruitute dignus eſſet, & ſi Alexander Magnus dixit, verè regium eſt, ſeruos habere, qui videantur reges, multomagis conueniens erat Deo, vt ſeruos haberet, non irrationabiles, & inſenſibiles creaturas, ſed homines intellectu, & ratione exornatos, ita, & Dęmon ſemper perquiſiuit homini dominari, vnde Dauid dicebat, *ſeruierunt ſculptilibus eorum.*

Cum aliqua vrbs obſidetur, animaduertendum eſt, ne fiat cuniculus, & vt hoc cognoſci poſſit, ponatur timpanum ſupra ſolum, & vas aqua plenum, quod ſi timpanum aliquantulum ſonabit, & aqua concutietur, hoc ex ictibus ſcalpri, quo terra ſubter percutitur, prouenire, certè ſciant, vt cuniculus perficiatur, & ſic obſeſſi ſibi cauebunt ab omni periculo, ita factum fuiſſe legimus in Hiſtoria Cypri lib. 2. cum ſalamis obſideretur à Turcis, ita, & Dęmon cum nos iugiter perſequatur, & obſideret; ne eius ſtratagemmata, & deceptionem,

imperat, & ſpiritus ſeruit, ſed è contra in quibus ſpiritus imperat, & caro obedit, filijque Dei efficiuntur per gratiam Chriſti.

ibidem. 3 Idem. Audite priùs, ipſum verbum naſci voluit ex homine, id eſt ex Virgine filius hominis, vt tu ſecurus naſcereris ex Deo, Filius Dei, ſcilicet ex ipſo, & per gratiam Dei.

in Enchir. cap. 4. 4 Idem. Verus Dei cultus fide inchoatur, ſpe tenetur, charitate perficitur.

ſer. 1. omniũ Sanct. 5 D. Bern. *ſuper illud, Beati pacifici quoniam Filij Dei vocab.* Meritò filij nomine vocabuntur, qui filij opus impleuerint, ipſe enim eſt per quem reconciliati pacem habemus ad Deũ.

orat. ad gentes. 6 Clemens Alexandr. Ne ergo porcis efficiamur ſimiles, ſed vt germani filij lucis intueamur lucem, & ſurſum aſpiciamus, ne nos eſſe adulterinos depræhendat Dominus, quemadmodum Solem, Aquila.

l. 10. Theſ. cap. 3. 7 D. Cyrill. Quando natura ipſe Deus homine aſſumpto frater factus eſt noſter, tùm etiam primogenitus in multis fratribus factus eſt, quia multos filios Dei per gratiam effecit.

l. 19. mor. 8 D. Greg. Prauorum viam Dominus tolerat, quia eos ad iuſtorum ſuorum probationem ſeruat.

hom. 3. in ep. ad Col. 9 D. Ioan. Chryſ. Filij Dei vocantur, qui pacem efficiunt, nam Filius Dei ad hoc in terram venit, qui vero nouandis rebus ſtudentes diſſidia faciunt filij ſunt Diaboli.

l. 1. de Emman. p. 1. cap. 19. 10 Riccard. Victorin. Homo reiecta ſimilitudine Dei transfigurauit ſe ad ſimilitudinem iumenti.

in comm. pſ. 18. 11 Theodor. Sufficit etiam ſola cœlorum pulchritudo, atque magnitudo ad Opificis magnificentiam prædicandam.

DE DEI LIBERALITATE.

in pſ. 83. 1 D. Aug. Deus donator eſt indulgentiæ, debitor coronæ, vndè debitor eſt? debitorem ipſe ſe fecit, non accipiendo, ſed promittendo, non enim dicitur redde quod accepiſti, ſed redde quod promiſiſti.

hom. 4. in Geneſ. 2 D. Baſil. Artis tuæ ſolertiam Deus, quæ in me conſpicitur, ſimulatque ſum contemplatus, nimirum quanta ſapientia corpus compegeris, & ei animam capacem tui coniunxeris, opificem te eſſe eximium agnoui, & prorsùs admirabilem.

ſer. 48. in Cant. 3 D. Bern. Non mediocris titulus virtutis eſt inter prauos viuere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem; verſari inter ſpinas, & minimè lædi, potentiæ eſt non virtutis tuæ.

in prolog. l. ad Filõ. 4 Fulgentius. Ecce qualis eſt Dominus noſter, vt donando debeat, & quanto magis donat, tanto magis eum debitorem eſſe non pigeat.

ſer. 1. de Pentec. 5 Guarr. O Deum ſi fas eſt dicere prodigum ſui præ deſiderio hominis, an non prodigum, qui non ſolùm ſua, ſed, & ſeipſum impendit, vt hominem recuperaret, non tàm ſibi, quam homini ipſi?

li. 3. Hieremi. 15. 6 D. Hieron. *Væ mihi Mater mea loquens in perſona Chriſti.* Nullus tantum voluit accipere, quantum ego tribuere deſideraui, nec profuit mihi quiſquam, ſalus enim creaturæ lucrum eſt Creatoris.

homil. de Adam. 7 D. Chryſoſt. *ſuper illud, Adam vbi es?* Quaſi diceret vbi es imago mea formoſiſſima? vbi Paradiſi pretioſiſſimus ornatus? vbi manuum mearum artificium? vbi imago Regni mei nuper depicta? vbi nunc es familiaris meus amicus? abſcondis te miſerum, & infirmum, & ego medicus inſequor?

DE DEI ABSENTIA.

ſer. 4. de verb. Dõ. 1 D. Auguſt. Quia dimiſimus te, dimiſiſti nos nobis, inueniamur ergo in te, quia perieramus in nobis.

in Ioann. cap. 7. 2 Idem. Tanquam homo à lapidibus fugis, ſed væ illis à quorum lapideis cordibus Deus fugit.

or. 1. Theo. 3 D. Greg. Nazianz. Non tàm ſæpè reſpirare, quàm Dei meminiſſe debemus.

ep. ad Amſium. 4 Idem. Precare Deum, vt nobis ſit beneuolus, largiturque è duobus alterũtrum, vel vt moleſtias ipſas prorsùs effugiamus, vel vt ipſas conſtanter toleremus.

hom. 6. ad Pop. 5 D. Ioan. Chryſ. Magnum ſupplicium Dei eſſe diſcedere ab eo, etiam dùm nullum aliud ſentitur ſupplicium.

MANTISSA
AD DEVM OPTIMVM
MAXIMVM.

DEVS Græco Idiomate dicitur Theos, & vt inquit D. Damaſcenus, venit à verbo *Theo*, quod ſignificat, *currere, & vrere*. Vt quàm celer ſit Deus ad ſubueniendum in noſtris neceſſitatibus, & quam actiuus ſit veluti ignis in operationibus oſtenderetur; vnde dicitur de eo, *Deus ignis comburens eſt*, hinc Chriſtus dicebat, *Pater meus vſque modo operatur*, neque credendum eſt, Deum operari inchoaſſe cum mundum creauit, vt nonnulli dixere, qui à Diuo Auguſtino petierunt, quid nam faceret Deus, antequam mundum creaſſet, quibus ipſe reſpondit, quod ignem præparabat, vt curioſos combureret, quia ſemper operatus eſt, & licèt non ad extra creaturas conſeruans, ſemper tamen ad intra operatus eſt generans, & ſpirans, quia Pater ſeipſum intelligens producit Filium & ex amborum Amore, ſeipſos ad inuicem diligendo, Spiritum Sanctum, Pater ſemper intelligit ſeipſum, & ſic Pater ſemper Filium producit; Pater ſemper amat Filium, & Filius ſemper amat Patrem, & ſic ſemper ſpirant Spiritum Sanctum, ſpirant, & ſic ſemper operantur, vt inquit Chriſtus *Pater meus vſque modo operatur*, imò operari, ita proprium eſt Dei, quod ſi quis à Deo operationem tolleret, idem eſſet, ac dicere, Deum non eſſe Deum, quod patet, quia in rebus iſtis datur actus, & potentia, ideò non ſemper omnes poſſunt operari, nam aliquando aliquis impotens eſt ad operandum, at Deus actus puriſſimus eſt, & nullam admittit potentiam, quæ imperfectionem dicat, & ideò ſemper operatur, hoc oſtendere voluit Helias 3. Regum 18. dùm deridebat Sacerdotes Baal, qui clamabant eorum Deum inuocantes, vt ignem ſupra ſacrificium mitteret, & cum fruſtra eum inuocaſſent, dicebat eis Hælias, *clamate voce maiori, forſitan in diuerſorio eſt, aùt loquitur, aùt in itinere Deus eſt, aùt certè dormitat, excitetur*; vt oſtenderet quàm dementes eſſent, talem Deum colentes, qui rebus vilibus, & nullius momenti premi poterat, & aliquando dormiebat, non ſemper operabatur, cum Dei proprium ſit, ſemper operari, & non indigere ſomno, vt inquit Dauid, *ecce non dormitabit neque dormiet, &c.*

De Deo nos conceptum proprium, & quidditatiuum poſſe formare Patres omnes negant, tantum poſſumus formare conceptum analogum, & negatiuum, ita vt, cum nosmetipſos ad Deum cognoſcendum eleuemus, neceſſè eſt, vt Deus ſecundum noſtrum modum deſcendat, vt aliquid de ipſo cognoſcere poſſimus, hinc Moyſes Montem aſcendens, Exod. 19. vt audiret, quid ei Deus dicere voluiſſet, neceſſè fuit Deum deſcendere, audi Textum, *deſcendit que Deus ſuper Montem Sinai*, in ipſo Montis vertice oritur, hoc ex noſtri intellectus imbecillitate, & tamen in hac vita, per creaturas Deum cognoſcere poſſumus, ex qua cognitione magna quidem afficimur delectatione, ſunt nonnulli, qui odoramentis ita delectantur, vt cum in eos aliquis flores, vel alios liquores bene olentes iactent, quamuis aquam illam non videant, adoramento tamen oblectantur, quid eſt vniuerſus orbis niſi munus quoddam à Deo mortalibus donatum? cuius cognitio, quæ in hac vita habetur eſt Paradiſi odoramentum, ita Diuus Paulus 2. Cor. 2. *& odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per eos in omni loco*, cum notum ſit Deo, homines vehementer concupiſcere diuinarum rerum cognitionem, hinc illud Cant. cap. 1. *Oleum effuſum nomen tuum*, vnde licet veri amantes Deum ipſum non videant, per creaturas tamen aliquo modo odorantur eum, vnde Salomon Cant. 5. ait, *memores vberum tuorum*, quod Textus Hebræus legit. *Olfaciemus odores tuos*. Ingreditur Dei ſeruus viridarium aliquod, & pulchrum fontem intuens, & ad Deum oculos eleuans exclamat, quam pulchrior erit fons ille diuinus, de quo dicitur, *apud te eſt fons vitæ*, ſpatioſas, amplas, & rectas vias proſpicit, & dicet quam pulchriores erunt Dei viæ, *omnes viæ eius ſecundum diſpoſitionem eius*, plantas inſpicit; flores, & fructus, & amore flagrans erga Deum, & languens dicet, *fructus eius dulcis gutturi meo*, ipſe enim dicit, *flores mei fructus honoris, & honeſtatis*, & tandem Deum ipſum contemplans, eiuſque pulchritudinem admirans, ait quod viridarium Deo pulchrius; qui dicit, *pulchritudo Agri meum eſt?* ſed vnde totum hoc oritur, niſi ex illa aqua roſacea? *Olfaciemus odores tuos*.

Dixit Deus Moyſi loquens contra ingratos Hebræos. *in die illo derelinquam eum, & ab-*

ſcondam faciem meam ab eo, & inuenient eum omnia mala, & afflictiones.

de Verbis Domini ſer. 33. Diuus Aug. ait. *Quiſquis vult eſſe ſimilis Deo, non recedat ab eo, ei cohærendo, vt cuſtodiat ſimilitudinem ad quam factus eſt.* Pſal. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco Paſcha me collocauit.* Hebræus Textus legit. *Animam meam quietauit.*

Magnus ille vir Apuleius dum de Deo Diſcipulis loqueretur ſilentium indicens, ſic dicebat. *Dicerem, ſi dicere liceret, audiretis, ſi audire liceret, ſed ſi dicerem, & vos audiretis, partem minimam ego, & linguam, & vos aures amitteremus.*

Diuus Antoninus de Padua Fer. 2. Paſch. ait. *Vbi enim Dominus ibi ſecuritas, qui Dei gratiam habet, non habet, quod timeat.*

Gentiles Philoſophi rem arduam putauerunt, & impoſſibilitatem ſapere, nos hic aliquam certam de Deo cognitionem habere poſſe, hinc vt refert Pierius Valerianus lib. 17. Ciconiam adorabant, quæ lingua caret, vt innuerent linguam non inueniri, quæ de Deo loqui poſſet, & Aug. in Pſal. 21. ait. *Quid ſit Deus, in cor hominis non aſcendit, quid ergo quæris, vt aſcendat in linguam, quod in cor hominis, non aſcendit?* & Diuus Martinus in Profeſſione fidei ait. *Mens humana intelligere non poteſt, nec oratoria lingua narrare, nec diffuſa ſermonis bibliothecarum volumina,* & Greg. Moral. cap. 7. ait. *Quomodo enim valebit lingua dicere, quod non ſufficit mens noſtra ſentire?* & Diuus Athanaſ. interpretatione fidei loquens de Verbo diuino ait. *Ineffabilis proles ſermo, nulla oratione explicabilis, mens inſuperabilis mens inuariata natura inacceſſa.* Aug. de Trinitate ait. *Nobis ſufficiant de Trinitate dicere, quod Dominus dignatus eſt dicere.*

tom. 3. ſer. 4. ar. 1. c. 3 Diuus Bernardinus de luctu attendens illud Pſal. 41. *Sitiuit anima mea*, ait. *Notanter dicit ſitiuit anima mea, quia ſitis ex ſalis vſu prouenire ſolet, ſic, & ſitire Deum, ex ſalis ſapientia originem habet.*

Oleaſter attendens illud Deut. 5. *Ego Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, & de domo, &c.* ſic ait. *Sunt aliqui Domini, & reges, qui ſunt ſui, Deus vero tuus, non ſuus, ſed tuus eſt.*

Deut. 5. *Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Domino, & ſepeliuit eum, & non cognouit homo ſepulchrum eius vſque ad præſentem diem,* quare ipſemet Deus manibus proprijs ſepeliuit Moyſem? cur non potius commiſerit hoc Angelis, vel alijs creaturis? quia timuit Deus, quod ſi populus ſciuiſſet, vbi Moyſis corpus moraretur, veri Dei cultum relinqueret, & Moyſem adoraret, ob inſignia prodigia ab eo facta; monet hoc Diuus Auguſtinus de Mirabilibus ſacræ Scripturæ, & ait. *Ne ſepulchrum eius populus Iſrael ſi cognouiſſet, vbi eſſet adoraret.*

Si Deus humanam carnem aſſumere elegerat ex Stirpe Dauid, propter quod tot gratijs, honoribus, & fauoribus eum cumulauit, quare ergo horrenda illa tria ſcelera, ſuperbiæ ſcilicet, adulterij, & homicidij eum committere permiſit? vt inter homines, & Deum diſcrimen cognoſceremus, audite D. Chryſ. tom. 6. de pœnitentia. *Quoniam Deus erat, & idem ſine peccato ſolus, permiſit iuſtos patres propterea arbitrium humanis erroribus incuruari, ſic, & hunc permiſit in peccatum cadere, quo ſolus ipſe in hominibus corpore ſine peccato inueniatur.*

Matth. 14. *Quarta vigilia noctis venit Ieſus ad Diſcipulos ſuos, ambulans ſuper mare videntes autem eum ſuper mare ambulantem turbati ſunt dicentes, quia phantaſma eſt, & præ timore clamauerunt, ſtatimque Ieſus locutus eſt eis dicens, habete fidem, ego ſum nolite timere, reſpondens autem Petrus dixit, Domine ſi tu es iube me ad te venire, ſuper aquas, & ipſe ait, veni, & deſcendens Petrus de Nauicula, ambulabat ſuper aquas, vt veniret ad Ieſum, videns autem ventum validum timuit, & cum cœpiſſet mergi clamauit dicens, Domine ſaluum me fac, & continuo Ieſus extendens manum apprehendit eum,* dum Chriſtus ſic facile Petrum ſuper aquam ambulare conceſſit, quare negauit incolumen potuiſſe perficere iter vſque ad ipſum? reſpondet Diuus Maximus homil. 2. in Natal. Apoſtol. & ait. *Neceſſarium fuit, ne tanta ſublimitate miraculi in perniciem forte ſui, æquata Chriſto carnis fragilitas ſuperbiret;* & Theoph. in cap. 14. Matth. ait ſic, *neque enim hominis eſt, ſuper aquas ambulare, ſed Dei.*

Miror quidem cur pictoris, atque ſtatuariam artem Hebræis Deus prohibuerit, cum cunctis magnam afferat delectationem, ſic enim præcipit Exod. 20. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt ſub cælo deſuper, & quæ eſt in terra deorſum, neque eorum, quæ ſunt in aquis,* & huius prohibitionis rationem adducens ait. *Ego enim ſum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes,* habens ſcilicet zelum, & Oleaſter ibidem ait ſic. *Qui non patior conſortium.*

Quamplura prodigia, & miracula diuina virtute operabatur Paulus Apoſtolus, at cum ſocio indigeret, vt opus Euang. prædicationis perficeret, ſcripſit Timotheo, vt veniret, & eſſet ei comes, & ſic ait, 2. Thimot. 4. *Lucas eſt mihi ſolus, Trophimum autem reliqui infirmum mileti: feſtina ante hiemem venire,* pero modo ſi infinitis fere infirmis Paulus ſalutem tribuit,

cur

cur Trophimum ſocium infirmum reliquit, cum eo indigeret? reſpondet Theophil. ibidem. *Quia non omnia potuerunt Sancti: Deo hoc faciente, vt ne homines Deos ipſos facient.*

Hoc patet act. 14. nam cum Paulus, & Barnabas cuidam claudo, ſanitatem redderent, turbæ videntes hoc miraculum, & obſtupuentes dicebat, *Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium.*

Tertull. lib. 4. contra Marc. cap. 20. ſic ait. *O Deum, non natura, ſed emulatione beneficum.* Quaſi diceret non ſolùm ex ſua natura Deus eſt beneficus, ſed etiam per emulationem, certat cum Diabolo, Deus benefacere mortalibus, Diabolus eis nocere perquirit, hinc Exod. 12. *Statuit Deus populum ſuum à Tyrannica Pharaonis ſeruitute liberare*, & vt hoc perficiatur præcepit Hæbreis, vt ea nocte Agni teſtum celebrarent, eiuſque ſanguine poſtes aſpergerent, in cuius virtute non offenderentur primogeniti Hebræorum, ſicut accidit primogenitis Aegyptiorum, ſic ait Textus. *Tranſibit Dominus percutiens Aegyptum, cumque viderit Sanguinem in ſuperliminari, & in vtraque poſte tranſcendet oſtium Dominus, & non ſinet percuſſorem ingredi domus veſtras, & lædere.*

D. Gaudent. ſer. 8. aduertit hic, quod certans cū Dæmone Deus, Aegyptios Diaboli ſeruos occidēdo, & Diabolus deſtruere quærēdo Hebræos Dei ſeruos introducit Dæmonē dicentē. *Tu propter Hæbreos tuos percutis Aegyptios meos, & ego propter Aegyptios meos perſequar Hebræos tuos.*

Nonnulli Chriſti triumphum Hieruſalem ingredientis animaduertendo, de quo dicit Textus Matth. 21. *Plurima turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via, &c.* dicunt ingreſſum Chriſti in animam per gratiam ſignificare, ex quo patet non ſolùm Chriſtum ex ſua natura eſſe beneficum, ſed emulatione quia Hugo Card. in cap. 12. Matth. docet quod Diabolus Dei æmulator factus, vbi ingreditur, palmis recipitur hæc eius verba. *Cum magnis luminaribus, & tripudio deducunt eum, quaſi Dominum ſuum per villam, & obuiam ei procedunt, tirannizando haſtas frangendo, & huiuſmodi.*

Volens aliquis Deo frui; terrenis voluptatibus, & conſolationibus debet renuntiare, hinc D. Laurentius Iuſtinian. dixit. *Delicata eſt diuina conſolatio, & non datur admittentibus alienam.*

Geneſ. 1. dixit Deus fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, quod Diuus Chryſoſt. legit. *Fiat paries, vt diuidat aquas ab aquis, ne vna alterius ſit particeps.* Hugo Card. dicit nonnullas aquas carnis voluptates ſignificare, & alias ſpiritus conſolationes, ſic ait. *Dunque fiat paries, & diuidat aquas ab aquis quare hoc, quia delicata eſt diuina conſolatio.* hinc Dauid Pſal. 4. dixit, *in pace in idipſum dormiam, & requieſcam*; vnde hoc? *quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me*, hinc Diuus Chryſoſt. ibidem petit dicens, *quid eſt autem ſingulariter?* reſpondet, *ſeorſum fugiens homines improbos, ac corruptos.*

Quia, qui celeſtibus conſolationibus frui deſiderat, debet ſe elongare à terrenis voluptatibus, vnde Dauid volens nobis indicare, quomodo Dei domus debet eſſe, ait, *ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum in terra*, ſed peto huius animalis hoſpitium quid quæſo conſiderationis dignum habet, vt ſecundum illud debeat eſſe diuinum hoſpitium? reſpondet Incognitus, & ſic ait, *Secundum naturales, vnicornis eſt talis natura, quod nullum animal permittit ad ſuum cubile accedere.*

Ita Deus ſolus vult dominari cordi noſtri, ſocium non admitti, quia delicata eſt diuina conſolatio, & non datur admittentibus alienam.

Vnde cum Petrus dixiſſet Chriſto, *Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te quid ergo erit nobis*, reſpondit Chriſtus, *Amen dico vobis quod vos qui ſequuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedem duodecim*, duo Petrus dixerat Chriſto. & omnia reliquiſſe, & eum ſequutum fuiſſe, at Chriſtus vni reſpondit, dicens, *amen dico vobis, quod vos qui ſequuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedem duodecim*, & nullam de rebus ab Apoſtolis relictis mentionem facit; quare hoc? reſpondet Euſebius homil. 4. de Natal. Apoſtol. & ſic ait. *Petrus duo Chriſto propoſuerat, ſed alterum Chriſtus aſſumpſit, non enim dixit; vos qui reliquiſtis omnia ſed dixit, vos, qui ſequuti eſtis me, ſufficiens ergo fuit, alterum dicere, quia vtraque in vnum continebantur.*

Omnem bonum deſurſum eſt, &c. vult enim Deus, vt omnia bona, quæ nobis eueniunt ab eo euenire ſciamus, hinc Hugo de Sancto Victore in Geneſ. petit, quare Deus priùs creauerit hominem in campo Damaſceno, & deinde introduxit eum in Paradiſo deliciarum? *Tulit Deus hominem quem creauerat, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis Gen. 5.* nonne melius fuiſſet ſi creaſſet illum in Paradiſo? reſpondet Hugo, & ait. *In tali loco, & talibus refertus delitijs poſitus eſt homo non creatus, quatenus beneficium Dei, non naturæ imputaret, ſed gratiæ.*

Loquens Dauid de Dei ingenuitate dixit Pſal. 103. *Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur*

buntur

Digitized by Google

buntur bonitate; auertente te autem faciem tuam turbabuntur. Quare cum Deus faciem ſuam auertit omnia turbantur? audite D. Proſp. ſic reſpondentem. *Vt hanc bonitatem deſuper accepiſſe ſe nouerint, nonnumquam Dominus auertit faciem ſuam, & qui videbatur plenus bonitate, turbatur, vt per ſubitam inopiam intelligat illam boni abundantiam non ſibi fuiſſe de proprio.*

Hinc Deus antequam creaſſet Solem, Lunam, & Stellas, creauit Terram, ornauitque eam floribus arboribus, & plantis, vt cognoſcerent homines, non à Sole Luna, & Stellis hoc procedere, ſed à Deo. Philo de mundi opificio ita ait. *Recurrant mentibus ad primam huius vniuerſitatis generationem, meminerintque ante Solem, & Lunam omnigenas ſtirpes, omnigenoſque fructus, è terra proditas, atque ita ſibi perſuadeant, & in poſterum eam propoluturam eos Cæleſtis Patris arbitratu quoties ei placuerit non expectato cæli fauore, cui dedit quidem potentiam, ſed non liberam.*

Hinc vt aduertit Pineda in cap. 16. Iob ver. 13. omnis Sampſonis fortitudo in capillis continebatur Iud. 16. *Si raſum fuerit caput meum, recedit à me fortitudo mea, & deficiam eroque ſicut cæteri homines.* Quare in capillis cum res tam tenuis ſit, vt cognoſceretur Sampſonis fortitudinem eſſe à Deo, ſic ait Pineda. *Vt illam ſuis lacertis nihil tribueret, imò potiùs perpetuò agnoſceret illam acceptam diuinitus; illam Deus rei; & partium corporis omnium tenuiſſimæ atque inconſtantiſſimæ alligatam voluit.*

Mirum quidem eſt, quod de Manna ſcribitur Exod. 8. nam cum ei Deus quamplures perfectiones contuliſſet voluit ita corruptioni eſſe procliuem, vt de mane vſque ad veſperam computreſceret, ita ait Moyſes, *dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit*, quare hoc? reſpondet Philo Hebr. in vita Moyſis, & ait. *Afferentes enim alij aliunde vaſa complebant, & iumentis aut humeris apportabant; eo conſilio vt in longum tempus ſibi neceſſaria conderent, quæ tamen condi, ſeruarique non poterant; Deus, & noua quotidie munera volebat elargiri*, quaſi diceret Deus conſultò hoc faciebat, vt quotidie occaſionem elargiendi haberet, & Dei liberalitas magis pateſieret.

D. Chryſoſt. admiratur magnam Dei liberalitatem ait enim Chriſtus Matth. *Quicumque potum dederit vni ex minimis iſtis, Calicem aquæ frigidæ, amen dico vobis non perdet mercedem ſuam*, petit Chryſoſt. Domine quid nam erit Calix aquæ frigidæ propter quam Regna Cœlorum promittis? & idem Chryſoſt. hom. 25. in Matth. reſpondet ſic. *Non enim aliquid eſt quod dat, ideo habet mercedem, ſed ob id quia magnus eſt propter quem dat.*

Quaſi diceret non eſt reſpiciendum minimum donum Calix ſcilicet aquæ frigidæ, ſed Deus, propter quem datur, cuius liberalitas, cum ſit immenſa, meritò pro paruulo dono Regna Cœlorum promittuntur, memento quæſo illius Perilli amici Alexandri Magni, qui Perillus cum petierit aliquid ab Alexandro, vt duas filias dotare potuiſſet, & cum Alexander dediſſet Perillo quinquaginta talenta ait Perillus ſufficere decem talenta cui reſpondet Alexander, vt refert Plutarchus in Apopht. dicens, *tibi quidem accipere, ſed mihi nequaquam ſatis eſt dare*, hinc Vrbanus 4. Pontifex in Pſal. 50. cum Deo loquens ait. *Ego enim te illum alterum magnum exiſtimo Alexandrum, qui non attendis quid me oporteat accipere, ſed quid deceat te dare.*

Theophil. perpendens illud Luc. 15. vbi narratur quod frater filij Prodigi murmurabat contra Patrem dicebatque ei, *ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam dediſti mihi hædum &c.* per quem Patrem, Deus intelligitur ſic tandem ait Theoph. *Tanta enim eſt Dei benignitas, & tam liberaliter ſua dona nobis communicat, vt indignatio, & murmuratio inde naſci poſſit.*

Hinc Ioann. 2. legimus Chriſtum amanter indignatum fuiſſe contra Matrem, quæ in nuptijs Canæ Galileæ deficiente vino petijt à filio, vt ſuppleret dicens, *vinum non habent*, cui reſpondit Chriſtus, *quid mihi, & tibi mulier, nondùm venit hora mea*, quaſi diceret tu parua petis, ſed ego ſecundum meam liberalitatem magna dare ſoleo, dabo enim ſanguinem, & vitam meam pro ſalute, omnium, ſed non dùm venit hora mea, ponderatio eſt, Diui Maximi homil. 1. in Epiph. qui conſiderans Mariæ petitionem, & Chriſti reſponſionem ſic ait. *Quid tibi, & mihi mulier nondùm venit hora mea, hæc verba Sanctus indignantis; quis dubitet idcirco vt reor, quia de defectu carnalis poculi ei ſuggerebat, qui venerat totius orbis gentibus nouum ſalutis æternæ poculum propinare, nam quod petebat Maria, erat gratia temporalis, quod Chriſtus parabat gaudij ſempiterni.*

Diuus Fulgentius in prol. lib. ad Filom. ait. *Ecce qualis Dominus noſter, vt donando debeat, & quanto magis donas, tanto magis eum debitorem eſſe non pigeat.*

Ex quo clarè patet diuina liberalitas, Diuus Paulus loquens de Chriſti Aſcenſione, ait. *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus*, quæ verba aduertens Diuus Anſelmus in Paul. ad Epheſ. 4. ait. *Dedit dona hominibus mittens eis Spiritum Sanctum*, &

Digitized by Google

Dauid loquens de eodem myſterio Pſal. 67. ait, *aſcendiſti in altum, capiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus*, id eſt ab hominibus cum Dauid, & Paulus de eodem myſterio loquantur, cur Paulus dicit dedit dona hominibus, & Dauid accepiſti dona ab hominibus? hoc intelligitur quod Deus ita nobis dona tribuere delectatur, vt dans nobis Spiritum Sanctum debitorem ſe fatetur, ita inquit Diuus Cyprianus. *In Deo dare, eſt accipere.*

Tertull. de Reſurrect. Carnis cap. 6. adnotauit quod dùm Deus hominem formabat ipſamet creatione filij ſui Incarnationem pollicicbatur, ſi homo deliquiſſet, & ſic ait Tertull. *Non tamen Dei opus erat, ſed etiam pignus.*

Pignus ſcilicet erat futuræ Incarnationis, Diuus Auguſt. in Pſal. 102. attendens illud Dauid, *qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus*, ait. *Coronat in nobis miſericordias ſuas.* Si miſericordiæ ſunt Dei quomodo nobis eſt corona? quia licet ſint Dei gratiæ, tamen tamquam eſſent noſtra merita inſpicit, vnde Cœleſtinus Pontifex Epiſt. ad Epiſcopos Aphrican. ait, *à bonitate Dei, quæ noſtra vis eſſe merita, quæ tua ſunt dona, & pro ijs, quæ nobis das, æterna dona es daturus.*

Volens Deus Manna populum ſuum alere, dixit Moyſi Exod. 16. *Loquere ad eos, veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus, ſcietiſque, quod ego ſim Dominus Deus veſter.* Oleaſter ibidem, hæc verba ponderans, ſic ait. *Conſidera quæſo in quo ſe Dominum ſuum oſtendat, non in bonis auferendis, ſed dandis, non in exigendo miniſterium, ſed in donis exibendis.*

DE DIABOLO
ANGELO APOSTATA.

1 Diuus Ambroſ. Dominus ideò dat tentatori poteſtatem, vt hominum probetur affectus, ideò perſecutio fit, vt fides luceat, virtus excellat, mens interna omnibus manifeſtetur. *in pſ. 37.*

2 Idem. Non vnum telum Diabolus habet, frequentat ſpicula, vt aùt præmio vincat aùt tædio. *in Luc. c. 4*

3 Idem. Quanto magis Deo ſeruire deſiderat, tanto magis in ſe excitat aduerſarios, & tamquam athleta fortis coronam iuſtitiæ reportare deſiderans, irritat in ſe plurimos, & laceſſit, qui inuident noſtro profectui. *ſer. 9. in pſal. 118.*

4 Idem. Quo magis iuſtus eſt quiſquam, eo magis illi inſidiatur inimicus. *in pſ. 36.*

5 D. Auguſt. Diaboli poteſtas quædam eſt, plerumque tamen vult nocere, & non poteſt, quia poteſtas iſta ſub poteſtate eſt. *in pſ. 61.*

6 Idem. Hoc ſcitote fratres, quia Diabolus non perſequetur niſi bonos, malos enim perſequi Diabolus non conſueuit, amici enim ſunt ſui, & in tantum eos non perſequitur, vt etiam per illos alios perſequatur. *ſer. 85. de temp.*

7 Idem. *Nolite locum dare de Diabolo.* Diabolus tentat, vt decipiat, ſi ille qui tentatur non dederit locum, inanis, & irridendus repellitur, ideò Apoſtolus. Neque detis, ait, locum Diabolo, dant autem locum homines Diabolo concupiſcentijs ſuis. *ſer. 72. de tẽp. in verba Eph. 4.*

8 Idem. Alligatus eſt Diabolus, ne faciat, quantum poteſt, aùt quantum vult; tantum enim illi à Deo tentare permittitur, quantum expedit proficienti. *ſup pſ. 36.*

9 Idem. Dæmon eſt quaſi canis à Chriſto ligatus, qui latrare poteſt, ſollicitare poteſt; mordere omninò non poteſt; niſi volentem. Perſuadere enim poteſt, præcipitare non poteſt; ſpem autem perſuadendi amittit, cum videt hominem in tentatione conſtantem, generoſum, lætum, & hilarem. *lib. 20. de Ciu. c. 6.*

10 Idem. Diabolus non inualeſceret contra nos, niſi ei vires ex vitijs noſtris præberemus; & locum ei introeundi, & dominandi nobis peccando faceremus, vnde *Nolite locum dare Diabolo.* *hom. 3. in Ioan.*

11 Idem. Alligatus eſt Diabolus, tamquam innexus canis, & neminem poteſt mordere, niſi tantum, qui ſe illi mortifera ſecuritate coniunxerit. Iam videte fratres quàm ſtultus eſt homo ille, quem canis in catena poſitus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditatem *ſer. 167. de temp.*

tem ſæculi noli coniungere, & ille ad te non præſumet accedere. Latrare poteſt, ſollicitare poteſt, mordere omnino non poteſt, niſi volentem. Non enim cogendo, ſed ſuadendo nocet, nec extorquet à nobis conſenſum, ſed petit.

lib. ſolil. cap. 13. 13 Idem. Diabolus nunc hic, nunc illic, nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem in ſe oſtendit, & ſingulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus ſecundum rerum mutationes, varias exhibet tentationes. Nam vt triſtes decipiat, triſtatur; vt gaudentes illudat, fingit ſe, & ipſe gaudere, vt ſpirituales defraudet, in Angelum lucis ſe transfigurat; vt fortes comprimat, apparet agnus, vt mites deuoret, apparet lupus.

lib. 5. de Ciu. c. 9. 14 Idem. Quid prauius? quid malignius? quid noſtro aduerſario nequius? qui poſuit fraudem, odium inter primos fratres, & in omni noſtro opere Zizania ſeminat.

hom. 23. 15 D. Baſil. Maiore potentia Diaboli vim Dominus inſolubili lege preſſit, ne permiſit, vt vno impetu genus mortalium à facie terræ deleret.

ibidem. 16 Idem. Ita nos hoſtis impugnat, vt noſtris ipſorum deſiderijs iaculorum vice aduerſus nos vtatur, & perpetuò ex nobis ipſis vires ſumat, quibus nos lædat.

hom. 21. 17 Idem. Multimodè, multiformesq; ſunt Diaboli inſidiæ, & alios aliter decipit, ad quod enim proniorem conſpexerit ad id proprijs vtitur delineamentis, atque illecebris.

lib. 1. in Marc. c. 5 18 Beda. Quamdiù hic viuentes Domino ſeruimus adeſt aduerſarius, qui iter noſtrum tentando impedire non ceſſat.

ſer. 2. ad fratres. 19 D. Bern. Videte fratres quàm debilis eſt hoſtis noſter, qui non vincit, niſi volentes.

ſer. 11. in pſ. 90. 20 Idem. Sicut Deus ſollicitus eſt, noſtri & ipſi cura eſt de nobis; ſic Diabolus ſollicitus eſt, vt nos mactet, & perdat, & vna ei cura, ne fortè qui auerſus eſt reuertatur.

de modo bene viu. ſer. 67 21 Idem. Diabolus quando decipere aliquem hominem quærit, prius naturam vniuſcuiuſque hominis intendit, & inde ſe applicat, vnde videt hominem aptum ad peccatum.

l. de recog. 22 D. Clemens Papa. Quid ergo delinquunt homines ſi malignus transformatus ſe in Angelum lucis, maiora repromittit hominibus, quam ipſe conditor Deus.

ſer. de tentat. 23 Cæſar Arelat. Quis enim, vel cogitare, non dicam, verum nec numerare valeat dolos, & inſidias Diaboli hoſtis antiqui, de quo ſcriptum eſt. *Tibi nomina mille, nocendi artes.*

lib. 3. ep. 1 24 D. Cypr. Non impugnat Chriſti aduerſarius niſi milites Chriſti, Hæreticos proſtratos ſemel, & ſuos factos contemnit, & præterit. Eos quærit deijcere, quos videt ſtare.

lib. 1. ep. 1 25 Idem. Non quærit Diabolus quos iam ſubegit, aut geſtit euertere, quos iam ſuos fecit: inimicus, & hoſtis eccleſiæ illos, vt captiuos, & victos contemnit, & præterit, eò pergit laceſſere; in quibus cernit Chriſtum habitare.

lib. de zelo, et liuore 26 Idem. Circuit ille nos, ſingulos, & tanquam hoſtis clauſos obſidens muros explorat, & tentat, an ſit pars aliqua minus ſtabilis, cuius aditu ad interiora penetretur.

in verb. ad Eph. 4. ep. 11. 27 Idem. *Nolite locum dare Diabolo.* Ne Diabolo inſidianti, & ſæuire cupienti ad nocendum detur occaſio, cum Apoſtolus dicat. *Nolite locum dare Diabolo.*

hom. 5. ad Monach. 28 Euſeb. Emyſſ. Exultat aduerſarius noſter, quando nos videt maxima contempſiſſe, & in minimis poſtea deformius vinci.

c. 4. Matt. 29 Euthimius. Vbi diuitias videt, ibi aciem ex aduerſo inſtruit.

homil. de ſuperb. 30 D. Ephrem Syrus. Verſutus, & callidus, multiformiſque eſt hic immundus ſpiritus, vnde etiam in cunctos dominari nititur, ſinguliſque per quas tranſire contingerit vias, in ijs laqueus conſtituit; ſapienti per ſapientiam, forti per fortitudinem, diuiti per diuitias, formoſo per pulchritudinem.

mor. 6. in Iob. 31 D. Greg. *ſuper illud, & beſtias terræ non formidabis.* Callidus aduerſarius beſtias terræ dicitur, quia ad rapiendas mortis tempore animas peccatorum violentia crudelitatis efferatur, quos enim viuentes blandies, morientes ſæuius rapit.

li. 4. mor. cap. 41. 32 Idem. *ſuper illud, Iob 3. vocem exactoris non exaudiet.* Exactor eſt Demon, qui in Paradiſo homini peccanti pecuniam comodauit, ſed iniquitate creſcente hanc quotidie cum vſuris exigit, huius igitur exactionis vox eſt tentatio miſeræ ſuggeſtionis.

6. mor. in Iob. 33 Idem. *ſuper illud, & beſtias terræ non formidabis.* Quia blandiente hoſte modo non vinceris, hunc ſæuientem poſtmodum non timebis.

1. Moral. 34 Idem. Cum antiquus hoſtis neque in exordio intentionis fecit, neque in itinere actionis interfecit duriores, in fine laqueos tendit.

ibidem. 35 Idem. Niſi miſericors Deus cum viribus tentamenta modificet, nullus profectò eſt, qui malignorum inſidias ſpirituum non corruens portet.

Iob. 19. c. 18 36 Idem. Cum altiori vita proficimus maligni ſpiritus nobis infeſtiores ſunt.

37 Idem. *ſuper illud abſcondita eſt, &c.* Intuetur inimicus vniuſcuiuſque mores, cui vitio

ſint

ſint propinqui, & illa opponit antefaciem; ad quæ cognoſcit faciliùs inclinari mentem, vt blandis, ac lætis moribus ſæpè luxuriam, nonnumquam vanagloriam, aſperis vero mentibus iram, ſuperbiam, vel crudelitatem proponat.

38 Idem. Antiquus hoſtis quo valentiùs vincitur, eo adhùc ad inſidias ardentiùs inſtigatur. *lib. 3. mor. cap. 3.*

39 Idem. *ſuper illud, in occurſum pergit armatis.* Hoſtes armati ſunt immundi ſpiritus, innumeris contra nos fraudibus accincti, qui cum ſuadere nobis iniqua nequeunt, ea ſub virtutum ſpecie noſtris obtutibus opponunt, & quaſi ſub armis ſe contegunt, ne in ſua malitia nudi à nobis videantur. *li. 31. mor. cap. 17. in c. 39. Iob.*

40 Idem. Rimatur Dæmon debiliora, vt illa parte hominem aggrediatur, qua illum videt infirmum. *lib. 6. mor. c. 14.*

41 Idem. Tunc Diabolus grauiores tentationes ingerit, quando fini magis appropinquare conſpicit. *6. mor. c. 9*

42 Idem. Priùs complexionem vniuſcuiuſque aduerſarius noſter proſpicit, & tunc tentationis laqueos apponit. *lib. 6. mor. cap. 1.*

43 Idem. Mox vt animus amare cœleſtia cœperit, antiquus ille aduerſarius, qui de Cœlo lapſus eſt, inuidet, & inſidiari ampliùs cupit, & acriores tentationes admouet. *hom. 2. in Ezech.*

44 Idem. Eos pulſare negligit, quos quieto iure poſſidere ſe ſentit: contra nos verò eo vehementiùs incitatur, quo ex corde noſtro, quaſi ex iure propriè habitationis expellitur. *li. 24. mor. cap. 7.*

45 Idem. *Ecce Behemoth, quem feci tecum, fœnum quaſi bos comedet.* Equi fænum quodlibet ſordidum comedunt, boues autem fimo nonniſi mundo veſcuntur. Fænum ergo comedere ſicut bos appetit, quia ſuggeſtionis ſuæ dente conterere mundum ſpiritualem vitam quærit. *32. mor. c. 20. in illud Iob 40.*

46 Idem. *Tygris periјt eo quod non haberet prædam. Septuaginta tranſtulerunt. Myrmicoleon, ideſt formicaleo.* Diabolus eſt myrmicoleon, qui coram pijs, & conſtantibus, qui ei reſiſtunt, timidiſſimus eſt, vt formica, impijs verò, & inconſtantibus qui ceciderunt, terribilis inſtat vt Leo. *lib. 5. mor. cap. 17*

47 D. Hieron. Eſce Diaboli electæ ſunt. *ad Euſtoc.*

48 Idem. *ſuper illud, ad nihilum redactus ſum, &c.* Apud quemlibet Sanctum Diabolus pro nihilo habetur, & dùm nihil eſt, fortiſſimi Sancti eum non timent. *Pſal. 14.*

49 Idem. Diabolus non vult quemlibet decipere Saul Regem, qui electus eſt à Domino, & Iudam Apoſtolorum ſupplantare fæſtinat. *in fine lib. 4. Ezech.*

50 Idem. Noſtra contra nos vtitur voluntate, de conſenſu noſtro aduerſarius vires accipit, noſtroque nos iugulat gladio. *ep. ad Demetriad.*

51 Idem. *ſuper illud nolite locum dare Diabolo.* Ille ſuperbus, & temerarius vult aſcendere, ſed etiam ſi te oppreſſum putauerit, & ſe extulerit, tu ne dederis locum, poteſtas namque Diaboli, non in temeritate illius, atque iactantia, ſed in tua eſt voluntate. *li. 2, in ep. ad Eph. 6.*

52 Idem. *Nolite locum dare Diabolo.* Diabolus ſuperbus, & temerarius aſcendere vult in in cor tuum, ſed tu ne dederis locum, poteſtas namque Diaboli non in illius temeritate, ſed in tua eſt voluntate. *in verba ad Eph. 6.*

53 Idem. Non quærit Diabolus homines infideles, non eos qui foris ſunt; de Eccleſia Chriſti rapere feſtinat. Eſce eius, ſecundum Abacuc, electæ ſunt, Iob ſubuertere cupit; & deuoratio Iuda, ad cribrandos Apoſtolos expetit poteſtatem. *ep. 12. ad Euſt. de cuſtod. Virg.*

54 Idem. Diabolus ſerpens lubricus eſt, cuius capiti, hoc eſt primæ ſuggeſtioni niſi reſiſtatur, non eſt dubitandum quin penetrale cordis furtim illabatur. *in cap. 9. Eccl.*

55 Idem. Diabolus omnes cadere deorſum deſiderat; perſuadere enim poteſt, præcipitare non poteſt. *in cap. 3. Matth.*

56 Idem. De conſenſu noſtro vires accipit inimicus, noſtroque nos, vt dici ſolet iugulat gladio. Non adiuuemus, ſed vincamus aduerſarios. Dant illi quidem conſilium, ſed noſtrum eſt, vel eligere, vel reſpuere quod ſuggerunt. Non enim cogendo, ſed ſuadendo nocent; non extorquent à nobis conſenſum, ſed expetunt. *ep. ad Demetriade.*

57 D. Ioannes Chryſoſt. Non tantum de vulnere huius corporis Diabolus gaudet, ſed vulnere animæ delectatur, ideò excitat aliquam, qui repercutiendo vno ictu, vulnera ambos. *hom. 12. in imperf.*

58 Idem. *ſuper illud, erat Ieſus eiciens Dæmonium.* Si contendimus contra eum, manifeſtum eſt, quoniam fortiores illo ſumus; ſi autem negligimus, iſte fortior inuenitur, nam quamuis ſit infirmus, tamen fortior eſt homine; fortem enim Diabolum noſtra negligentia facit, non illius potentia. *in verba Luc. 11.*

Digitized by Google

Iō. 5. ſuper Matt. c. 5. 59 Idem. Diabolus vnumquemque hominem ſecundum conditionem, & ſtatum quem inuenerit circa eum, ſic inde aggreditur eum.

hom. 2. ad pop. Antioch. 60 Idem. Tanto magis oportet timerè, quanto maiora fuerimus beneficia conſequuti, tunc enim Diabolus ſæuior efficitur, tunc magis efferatur, cum viderit nos cum diligentia vitam noſtram diſponentes.

hom. 31. in Gen. 61 Idem. Enimuero, & Diabolos tunc infeſtat vehementius, & ſicut piratæ nauigantes in mari, non tunc inſidiantur cum è portu vident egredientes, nam quid prodeſſet inuadere nauem vacuam? ſed tunc omnes artes mouent, cum onuſtæ redeunt, ita, & malignus ille Dæmon cum nos viderit multa connexuiſſe nempè ieiunium, præces, eleemoſynas, continentias, aliaſque virtutes omnes, & eſſe nauim noſtram gemmis pietatis plenam, tunc vndequaque ſeſe obijcit, & vt theſaurum rapiat, & in ipſo portus ingreſſu videat, & ſpoliet.

hom. 5. in imperf. Matth. 62 Idem. Diabolus quantum ad ſe nunquam ceſſat tentans; neque enim habet alium actum. Non manducat, non bibit, non dormit, nec opus aliquod operatur, niſi vt tentet, vt fallat, vt ſubuertat. Hic eſt cibus illius, hic honor, hoc eſt gaudium. Propterea infatigabilis eſt in malo, ſed potentia Dei repellit eum, & ſi permittit eum paulisper tentare propter fidem profundam, tamen repellit eum propter infirmam naturam.

hom. 46. ibidem. 63 Idem. Diabolus deſiderium vniuſcuiuſque conſiderat, & ſecundum quod viderit hominem deſiderantem aliquid, ex eo accipit occaſionem tentandi.

in pſ. 141. 64 Idem. Diabolus ſuas occultat inſidias; qua propter magna nobis cautione, & vigilantia opus eſt. Occultat enim laqueum in eleemoſyna, nempè vanam gloriam, in ieiunio arrogantiam, & in alijs alia, in ipſis vijs in quibus ambulamus.

hom. 31. in Gen. 65 Idem. Quemadmodum pyratæ quando vident nauem multis mercibus oneratam, & plurimas adducentem diuitias, tunc potiſſimum varijs moliuntur inſidijs, vt poſſint mercibus omnibus nauigantes illos ſpoliare; ita ſanè, & Diabolus cum viderit ſpirituales diuitias coaceruatas, cruciatur, & quaſi pyrata circuit, & innumeras excogitat artes, vt ſi qua vel paruum inueniat aditum, quicquid in nobis eſt ſpiritualium diuitiarum deprænhendatur, igitur ſobrij ſimus obſecro, & quanto magis ſpirituales nobis facultates creſcunt tanto, & vigiliæ noſtræ intendantur. Mala enim beſtia eſt, & multiplices machinationes, ſtruit.

in verba Mat. 4. mitte te deorſ. 66 Idem. Non impulit, non coegit, ſed tantum dixit, *mitte te deorſum*, vt intelligamus, quod qui obedit Diabolo, ipſe ſe deijcit, Diabolus enim ſuggerere poteſt, cogere non poteſt.

hō. 5. ſuper Matt. c. 5. 67 Idem. Inimicus noſter Diabolus, retia ſuper omnem terram expandit, vt quidquid euaſerit de retibus carnalis concupiſcentiæ, capiatur à retibus inanis gloriæ, capiatur à retibus gulæ, capiatur à retibus turpiſſimæ auaritiæ.

ibidem. 68 Idem. Diabolus vnumquemque hominem ſecundum conditionem, & ſtatum, quem inuenerit circa eum, ſic inde egreditur eum.

hom. 1. ad pop. 69 Idem. Sicut Latrones non vbi fœnum, & paleæ, ſed vbi aurum, & argentum eſt, vigilant, & aggrediuntur, ſic Diabolus his maximè inſtat, qui ſpiritualia negotia attingunt, ibi multæ inſidiæ, vbi eſt virtus.

hom. 46. in imperf. 70 Idem. Sicut malus homo ſi viderit aliquem orphanum ſubſtantiam paternam habere, ducit eum frequenter ad prandium donec illic interdum aliquod ſpecioſum donet, vel veſtimentum loquitur illi, dulces ſermones, donec tollat eius facultates, ſic Diabolus videns hominem habentem celeſtem theſaurum, ideſt animam immortalem à Deo creatam, ſapientiam celeſtem in arca terrena poſitam, oſtendit illi aurum, & argentum, & concupiſcibilia ornamenta, veſtes prætioſas, & delicioſos cibos, & glorioſos honores, vt per hoc ſubiungat, & voluptatibus ſuis auferat ſalutem animæ eius, & corrumpat grauum cordis eius.

lib. 7. collat. c. 8. 71 Ioan. Caſſian. *Loquens de Diabolo*. Sicut eſt illi inſtigationis copia, ita, & in nobis virtus reſpuendi.

l. 3. de ſūmo bono cap. 5. 72 D. Iſidor. In oculis carnalium Diabolus terribilis eſt, in electorum oculis terror eius talis eſt, ab incredulis, vt Leo timetur, à fortibus in fide, vt vermis contemnitur.

ibidem. 73 Idem. Diabolus quando decipere quemquam quærit, prius naturam vniuſcuiuſque intendit, & inde applicat vnde aptum hominem ad peccandum inſpexerit.

ibidem. 74 Quia Diabolus in Sanctis intrinſecus non regnat, contra eos extrinſecus pugnat.

ſer. de Epiphan. 75 D. Leo. Non tantum Hærodes turbabatur in ſemetipſo, & omnis Hieroſolyma cum illo, quantum Diabolus in Hærode, & populo, Hærodes enim terrenum hominem æſtimabat, ſed Diabolus Deum cognoſcebat, & vterque Regni ſui ſucceſſorem timebat, ſuperfluè

pertluè tamen ex parte Hærodis, quia Chriſtus non venerat Regnum in terra habere, qui veniebat cæleſtia dare.

76 Orig. Quantum ad comparationem humanæ naturæ, & demoniacæ nos locuſtæ ſumus, & illi gigantes, & præcipuè ſi dubia ſit fides, & ſi nos prætereat infidelitas, illi verè gigantes ſunt, & nos locuſtæ, ſi verò ſequamur Ieſum, & credamus verbis eius, ac fide eius repleamur tanquam nihil erunt in conſpectu noſtro. *hõ.8. num.*

77 Origen. Veniſti ad aquam Baptiſmi, iſtud eſt certaminis, & pugnæ ſpiritualis initium, hinc tibi aduerſus Zabulum naſcitur pugnæ principium. *lib.9. in lib. Iud.*

78 Idem. Deus dicitur incitare propè modum aduerſarias virtutes, exire aduerſus nos in prælium, vt nos victoriam capiamus, & illi interitum conſequantur. *hom.15. in Ioſue to. 1*

79 D. Petrus Chryſol. Diabolus hominum damnum ſuum computat lucrum, & quod perierit hominibus hoc ſe æſtimat acquiſiſſe. *ſer.92.*

80 Idem. Hoſtis plùs ducem quam militem petit, nec obſidet mortuos, ſed impugnat viuentes. Sic Diabolus non peccatores quærit capere, quos poſſidet ſubiugatos, ſed vt iuſtos capiat ſic laborat. *ſer.96.*

81 Tertull. Perniciſſimus hoſtis ille, tunc maximè ſæuit, cum hominem planè ſentit liberatum, tunc plurimum accenditur, dùm extinguitur. *lib. de pœnit.*

MANTISSA
AD DIABOLVM
ANGELVM APOSTATAM.

ANtiquus ille hoſtis, Dei ſimia, licet ſuperbiam ſuam, in illa cæleſti pugna cum Deo, dùm ſuper aſtra aſcendere cogitauit, ita retuſam viderit, vt ad inferorum ima fuerit deiectus, *videbam Sathanam, &c. in Infernum detraheris, &c.* non ideò animum demiſit, ſed ſemper ambitione elatus, cum Deo contendere cogitauit, immo inuens Sathan, Deum perquirere, vt homo (quod fieri poteſt) ad Dei ſimilitudinem aſcendere poſſit, iuxta illud Pſal. 81. *ego dixi Dij eſtis*, & D. Petr. *vt diuinæ conſors efficiatur naturæ*, auſus eſt etiam, & ipſe ſæuus hoſtis diuinitatem parentibus noſtris promittere dicens, *eritis ſicut Dij*, ſi intuetur Deum vniuerſorum Dominum eſſe, & ipſe ait, *ſimilis erò altiſſimo*, vnde obtulit Chriſto omnia Regna mundi dicens, *hæc omnia tibi dabo, &c.* ſi Deus adorari vult ab hominibus, *adorate Dominum in atrio ſancto eius*, vult etiam Diabolus venerari, *adorauerunt opera manuum ſuarum*, ſi Deus in anima noſtra deſiderat inhabitare; vnde Hierem. *Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ*, etiam, & Diabolus in anima peccatis maculata inhabitat, *cecidit Babilon magna, & facta eſt habitatio Dæmoniorum*, Apoc. 18. ſi Deus poſtquam ab anima diſceſſit regredi deſiderat, *aperi mihi ſoror mea, &c.* & Demon idem cupit, *cum immundus ſpiritus, &c.* ſi Deus ſpirituali dulcedine animas allicit, *ducam in ſolitudine, & loquar ad cor eius*, & Diabolus ſuos ſequaces inuitat dicens, *venite inebriamur bonis, &c.* ſi Deus ſuos electos, vt ab alijs diſtinguantur caractere ſignat, *ſignemus ſeruos Dei noſtri, &c.* Diabolus ſuos etiam ſignat, *habebant caracterem beſtiæ*. Apoc. ſi tandem ad hunc finem Deus creauit hominem, vt dominetur ei, & quamuis Deus creaſſet Cœlum, Solem, Lunam, Stellas, Terram, plantas, & cætera animalia, atque creaturas, numquam Dominus nuncupari voluit, niſi poſtquam hominem creauerit, quaſi ſolus homo diuina ſeruiture dignus eſſet, & ſi Alexander Magnus dixit, verè regium eſt, ſeruos habere, qui videantur reges, multomagis conueniens erat Deo, vt ſeruos haberet, non irrationabiles, & inſenſibiles creaturas, ſed homines intellectu, & ratione exornatos, ita, & Demon ſemper perquiſiuit homini dominari, vnde Dauid dicebat, *ſeruierunt ſculptilibus eorum*.

Cum aliqua vrbs obſidetur, animaduertendum eſt, ne fiat cuniculus, & vt hoc cognoſci poſſit, ponatur timpanum ſupra ſolum, & vas aqua plenum, quod ſi timpanum aliquantulum ſonabit, & aqua concutietur, hoc ex ictibus ſcalpri, quo terra ſubter percutitur, prouenire, certè ſciant, vt cuniculus perficiatur, & ſic obſeſſi ſibi cauebunt ab omni periculo, ita factum fuiſſe legimus in Hiſtoria Cypri lib. 2. cum ſalamis obſideretur à Turcis, ita, & Demon cum nos iugiter perſequatur, & obſideret; ne eius ſtratagemmata, & deceptionem,

Digitized by Google

quibur veluti cuniculis vtitur nobis noceant, animaduertendum eſt, ſi ſinderiſis, & conſcientia, quæ ſunt veluti habitus, & actus, nam ſinderiſis eſt quædam naturalis inclinatio, quàm erga animam habemus, nuncians ei, quod bonum, aut quod malum eſt, vt faciamus bonum, & malum fugiamus, conſcientia eſt ille præcipuus actus, quo hic, & nunc, nos alicui rei aſſentimur, vel diſſentimur; ſi tympanum, & aqua ſinderiſis ſcilicet, & conſcientia ſe commouent, nos remordentes, ſignum eſt Dæmonem perquirere nos decipere, & inuigilandum eſt, quia cuniculis vtitur, vt nos perdat. *Hac omnia tibi dabo, &c.* ita dixit Diabolus Chriſto, Hugo Cardin. in Matth 4. ait. *Hic nititur ſibi Diabolus diuinum cultum vſurpare, qui ab initio ſe volebat ſimilem Deo facere.*

Matth. 17. dicitur. *Circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna.* D. Thom. ait. *Chriſtus clamore reali Dæmones cohibuit à nocumento electorum, ne noceant procurando mortem credituris, antequam credant, poſſent enim niſi cohibeantur hoc facere, vel concitando odia, vel rixas, vſque ad homicidia, vel etiam ſuffocando, ne ad fidem venirent fideles.*

Luc. 4. narratur, quod cum eſſet Ieſus in Sinagoga Capharnau, voluit Dęmoniacum ſanare, qui vociferabatur dicens, *ſine, quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos?* Dionyſ. Carthuſ. ibidem, adducens rationem horum verborum ait. *Tanta eſt inuidia, impietaſque Diaboli, vt perdi ſe reputet, ſi ab hominibus expellatur.*

Greg. in homil. ait. *Iniuſtum eſt ſeruire Diabolo, qui nullo placatur obſequio; ergo potiùs debent morti fideles ſe defendendo, eique reſiſtendo diſponere, quàm per conſenſum peccati, illi ſe ſubijcere.*

Num. 21. vt populus Iſraeliticus pergeret in Terram Promiſſionis, neceſsè erat ei, vt tranſiret per confines Vrbis Sehon Regis Amorrheorum, ad quem Regem, miſit Iſrael nuncios dicens. *Obſecro, vt tranſire mihi liceat, per terram tuam, non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos*, qui concedere noluit, vt tranſiret Iſrael per fines ſuos, quin potiùs exercitu congregato egreſſus eſt obuiam in Deſertum, & venit in Iaſa, pugnauitque contra eum, à quo percuſſus eſt in ore gladij, & poſſeſſa eſt terra eius ab Aaron, vſque Iebos, & filios Ammon, Rex Sehon interpretatur elatus, & eſt Diabolus, Rex Superbiæ, Iſraeliti ſunt, omnes Chriſtiani, qui in mari rubeo ſanguinis baptizati egreſſi ſunt ex Aegypto peccati originalis per deſertum huius mundi, ambulantes, vſquequo peruenient in Terram Promiſſionis, cęli ſcilicet, neceſsè eſt eis tranſire per huius vitæ præſentis, multas illecebras, in quibus Rex Sehon Diabolus ſcilicet regnat, tunc mittimus ad eum nuncios cum in baptiſmate abrenunciamus Sathanæ, & pompis eius, nec ſua tangere promittens, & cum hoc non ſatis ſit ei, nos omnibus virtutibus expoliare, & per peccatum nos morte afficere perquirit, aſcendamus ergo in Iaſa, quæ interpretatur. *Mandati adimpletio*, obſeruemus, & nos diuina mandata, & per charitatem perficiamus cuncta, & ita Diaboli exercitum vincemus, vnde Caſſiod. ſuper Pſalmos ait. *Charitas eſt mors criminum, virtus pugnantium, palma victorum, concordia mentium, & ſocietas electorum.*

Iud. 18. cum tribus Dan non haberet poſſeſſionem, vbi habitare potuiſſet, miſerunt quinque viros fortiſſimos, vt diligenter explorarent terram Lais, videruntque populum terræ illius habitantem in ea, abſque vllo timore, iuxta conſuetudinem Sidoniorum ſecurum, & quietum, & nullo ei pęnitus reſiſtente, magnarumque opum, reuerſique ad fratres ſuos dixerunt, ſurgite aſcendamus ad eos, vidimus enim terram valdè opulentam, & uberem, veneruntq; in Lais ad populum quieſcentem, atque ſecurum, & percuſſerunt eos in ore gladij, vrbemque incendio tradiderunt, quàm rurſus extruentes habitauerunt in ea, & vocauerunt eam Dan, per Dan, Diabolus intelligitur, nullum locum habens inter filios Iſrael, ſcilicet inter Angelos Dei, hinc Ioannes in Apoc. 7. numerans beatos omnium tribuum Iſrael, nullam fecit mentionem de Tribu Dan, hic Dan Diabolus videlicet innumerabilium tentationum inſidias fidelibus viatoribus parat, vnde Gen. 49. dicitur, *fiat Dan ſicut coluber in via*, quinque mittit exploratores in vrbem Lais, quæ interpretatur. *Filia Leonis*, & eſt anima humana redempta ſanguine pretioſo illius Leonis, de quo dicitur, *vicit Leo, &c.* quinque exploratores, ſunt quinque ſenſuales appetitus, quibus vrbis ſtatum, animæ ſcilicet noſtræ inueſtigat, audi Aug. in lib. de Diffinitionibus occultarum dignitatum ſic dicentem. *Internas cogitationes animæ Diabolum, non videre ſcimus, ſed motu eas corporis ab illo, & affectionum indicijs colligi didicimus experimento.*

Exod. primo videns Pharao, quod populus Iſrael creſcebat, & quaſi germinans multiplicabatur, præcepit obſtetricibus dicens, *quicquid maſculini ſexus Hebræis natum fuerit, in flumen proicite.* Pharao hic, eſt Diabolus, qui videns fideles in virtutibus creſcere, primos bonos conceptus, ne conſuetudine, & operatione creſcant, aquis mundanarum voluptatum dimergere,

gere,

gere, & extinguere conatur, audi Petrum Rauennat. ſuper Matth. ſic dicentem. *Diabolus ſemper primordia bona pulſat, captat rudimenta virtutum, ſi ſunt, ſi in ipſo ortu feſtinat extinguere, ſciens quod ea ſubuertere funditus, non poſſet, vnde cum Dauid dicere poſſumus Pſal. 36. quanta malignatus eſt inimicus in Sancto.*

Exod. 12. ſtatim, ac Pharao vidit primogenitos Aegyptiorum percuſſos, & mortuos ab homine, vſque ad pecus, permiſit filios Iſrael cum auro, & argento exire, ipſe vero cum Aegyptijs remanſit in luctu, & planctu, hic Pharao eſt Diabolus, cuius primogeniti ſunt malæ cogitationes, quæ ſi occidentur, & virtutum exercitus præualebit contra eas, tunc animæ Chriſtianæ ad Terram Promiſſionis pergent, ſed animaduertendum eſt, quod omnes primogeniti Diaboli occidantur, ab homine vſque ad pecus, & enſe diſſentionis occidendi ſunt, ne creſcant, audite Diuum Hieronymum in quadam Epiſtola. *Dum paruus eſt hoſtis occide illum, vt malitia elidatur in ſemine, & ſic proſternetur Diabolus antequam creſcat.*

1. Reg. 17. ſuperbus ille Goliath Hieruſalem obſidens, ita agmina Iſrael exprobabat, vt perterriti Iſraeliti ad pugnam exire, non auderent, inter quos obſeſſos erant tres filij Iſai, qui in monte habitabat, & miſerans filiorum miſit Dauid filium minimum, vt fratres inuiſeret, & nonnulla ad eos reficiendos deferret, veniens Dauid, & intuens Gigantem, audiensque eum prouocantem ad pugnam populum Dei, perturbatione affectus, ait, *quis eſt ille incircumciſus, qui audet mala dicere populo Dei? ſi nemo erit, qui contra incircumciſum hunc ad pugnam exire audebit, prœliabor ego, & vincam, & occidam eum*, & cum tamquam nimis temerarius repræhenderetur à fratribus, diſcedens ab eo loco, iterum coràm alijs ad pugnandum contra Gigantem ſe obtulit, quod cum fuerit Regi Saul annunciatum, & vidiſſet adoleſcentulum, miſit eum ad pugnandum contra Goliath, & eligens ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, egreſſus eſt ad pugnam, & vicit Gigantem, & abſcidit caput eius, &c. Ciuitas hæc obſeſſa eſt humana natura, quam Sathanas propter peccatum omnibus bonis expoliauerat, ita ait D. Aug. in quodam tract. *Hoſtis humani generis Diabolus, caput ſcelerum Princeps vitiorum ſuaſor malarum cogitationum, inuentor mortis*, intuens eam, innocentia, & charitate indutam, ad Dei imaginem formatam, & cum eſſet Angelus, ſe ipſum omni bono expoliatum videns, conflagrauit inuidia, & perdidit eam, obſidensque humanam naturam deludebat, & exprobrabat eam, ſciens nullum hominum contra eum poſſe pugnare, & ſic quaſi potens gloriabatur, captiuos detinere Sanctos Patres in Limbo, & exprobans eos, dicebat eis, *vbi ſunt Dij veſtri, in quibus habetis fiduciam?* quod cum intueretur Iſai, qui in Monte habitabat Deus ſcilicet de Cęlo, miſerans trium filiorum obſeſſorum, ideſt trium Animæ potentiarum, memoriæ, intellectus, & voluntatis, in quibus Sanctiſſimæ Trinitatis imago conſiſtit, miſit paruulum filium ſuum per humilitatem exinanitum, qui fratres ſuos cęleſti doctrina reficiens, pro humani generis liberatione, ad pugna contra Diabolum deſcendere voluit, & quamuis nonnulli repræhenderent eum dicentes, blaſphemat, & lapidare volebant, ipſe tamen affirmabat Vrſos, & Leones viciſſe, Angelos ſcilicet malos, qui cęleſtes oues æternæ Patris rapere conabantur, & ſe Dei Filium eſſe miraculis comprobans regijs armis eum induere volebant, dùm eum regem facere cupiebant, ſed ipſe ſe, abſcondit, quaſi diceret, non poſſum his incedere: quia, *Regnum meum, non eſt de hoc mundo*, ſed quinque limpidiſſimis lapidibus quinque ſcilicet vulneribus ſui Sacratiſſimi Corporis, ſuperbum Goliath ideſt Diabolum vicit, ac proſtrauit, & Crucis enſe, qua Chriſtum morte proditor Iudas, & Iudæi afficere decreuerant, necauit Goliath, Diabolus ſcilicet, & ſic genus humanum liberatur, quod his verbis concinit in quodam ſerm. D. Leo. *Nec ipſe Diabolus intellexit, quod ſæuiendo in Chriſtum ſuum deſtrueret principatum, qui antiquæ fraudis iura non perderet, ſi ſe à Domini Sanguine contineret, ſed malitia nocendi auidus audax, dùm in Dominum irruit, ruit, dùm capit, captus eſt, & dùm perſequitur mortalem, incidit in Saluatorem, inuenit ſanè cum illo molimine prudentis audacia, dignum cooperatorem, dignumque conſortem, cum impius Iudas maluit Magiſter eſſe Diaboli, quàm Chriſti Apoſtolus, quem, non timore perturbationis deſeruit, ſed pecuniæ cupiditate diſtraxit.*

Et Diuus Aug. in Soliloq. ait. *Venit tentator tenebroſus vt eſt, & vt eum deſpicerem tu me confortaſti, venit tentator fortis, & vt me non vinceret tu eum refrenaſti, & me roboraſti, venit transfiguratus in Angelum lucis, vt me deciperet, & tu eum increpaſti, & vt ipſum agnoſcerem illuminaſti me.*

Leo à longè prædam aſpiciens, ad quam cum non facilè peruenire poſſit, cupiens prædari, fortiter rugit, quem rugitum audiens Dama, timore perterrita ſe proſternit, & ſic appropinquans Leo fami ſatisfacit, audite Pſal. 108. *Catuli Leonum rugientes, vt quærant à Deo eſcam ſibi*, hinc Diuus Bernard. in Pſal. qui habitat ait. *Neſcimus beſtia, vt nos proſternat vacuus ille rugitus,* ſerm. 13.

Digitized by Google

rugitus, verè beſtia, verè rationis expers, qui tàm puſillanimis eſt, vt ſolo timore cadat.

Diuus Chryſolog. rationem adducens cur Chriſtus pugnauerit contra Diabolum ait. *Vt à Chriſto victus cederet Chriſtianis*, quod Deus promiſerat Gen. 4. dicens, *ipſa conteret caput tuum*, nam ex Hæbreo poteſt legi, *ipſe*, in genere maſculino, ideſt ipſe ſcilicet Chriſtus conteret caput tuum, vel ipſa, ideſt Eccl. vnde Diuus Paulus Rom. 16. *Deus pacis conteret Sathanam*
epiſt. 8. ad Demetr. *ſub pedibus veſtris velociter*, vnde D. Hieron. *Oppreſſum atque contritum Diabolum tradidit Diſcipulis conculcandum.* 1. Reg. 5. Arca Teſtamenti, non ſolùm proſtrauit Idolum Dagon, ſed etiam eius membra ante portam templi poſuit, vt conculcarentur ab introeuntibus, audites
hom. 12. in Ezech. Diuum Greg. dicentem. *Poſita ſunt hæc in limine, vt ab introeuntibus conculcentur.*

Ita Dominus non ſolùm proſtrauit Dæmonem, ſed in eo poſuit loco, vbi ab omnibus conculcari poſſit; mementote quæſo, quod ſcribitur Ioſuè 8. *nam poſtquam necauerit Regem Hai*, proiecit ait Textus cadauer eius in introitu ciuitatis Theodor. ibidem rationem adducens ait. *Vt introeuntes calcarent pedibus ceruicem eius.*

Ita Dominus poſtquam venit, & proſtrauit Diabolum, poſuit eum ſub pedibus iuſtorum, vt à cunctis conculcaretur, vnde Iſa. 46. ait. *confractus eſt Bel, & contritus eſt Nabot*, ideſt Diabolus; ſed quis confregit eum audite Originem, ſic dicentem. *A nobis confringitur per fidem,*
hom. 3. in Hierem. *conteritur per bona opera*, de qua Dauid gratias Deo agebat dicens Pſal. 17. *Qui perfecit pedes meos tamquam Ceruorum.* Cerui enim vim habent à natura occidendi, ita Theodoret. ibidem ait. *Ceruis inſitum natura eſt venenatas feras conculcare.*

Ita Dei ſerui infernales Dracones conculcabunt, *ſuper Aſpidem, & Baſiliſcum ambul. &c.* O magna diuinæ gratiæ potentia, quæ timidis Ceruis, debilibus ſcilicet mulieribus, ac teneris pueris vim tribuit conculcandi Dracones, & Serpentes infernales, ac omnes mundi huius principatus.

Hinc Iſa. 12. *Delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis, & in cauerna reguli manum ſuam mittet*, & dicere voluit, vt Hieronymus ibidem ait. *Infans malitia paruulus fugabit Dæmonem, & de habitaculo ſuo Sathanam extrahet*, & Iob ait, *ludens eum*, quod Ambr. legit. *Sicut puer, imponet ſuper eam manum*, & 2. Ioann. 2. *Scribo vobis adoleſcentes, ſcribo vobis iuuenes, ſcribo vobis infantes, quoniam viciſtis malignum.*

Diabolus non perſequitur eos, qui eius opera ſequuntur, ſed eos, qui eum deſerunt, vt
hom. 31. in Gen. Chriſto adhæreant, & propter iſtos magna pena, & cruciatu afficitur Diabolus, audi Chryſoſt. ſic dicentem. *Cruciatur dentibus frondet, & innumeras excogitat artes, vt depredetur.*

Exod. 5. Iſraeliti cum eſſent captiui in Aegypto in illa ducenti annorum captiuitate, hylarem tamen vitam ducebant, vnde Pharao dicebat, vacant, ideſt lætanter viuunt, ideo opprimantur operibus luti, & expleant ea, huiuſmodi ſunt Diaboli tyrannides; audite Diuum Ber-
ſer. de conuerſ. ad Cler. c. 18 nard. ſic dicentem. *Quotidianis diſcimus experimentis, eos, qui conuerti ad Deum deliberant, tentari acriùs à concupiſcentia carnis, & vrgeri grauiùs in operibus luti, & laterum, qui Aegyptum egredi, & Pharaonis Imperium effugere moliuntur.*

Iſraeliticus populus numquam armis vſus eſt, nec præliandi cauſam habuit, niſi poſtquam celeſtibus fauoribus affectus eſt, poſtquam panem Angelorum comedit, poſtquam admirandas aquas, quæ de Petra fluxerunt bibit, tunc ait Textus Exod. 17. *Venit Amalec, & pugnauit contra filios Iſrael*, ita numquam nos Diabolus aggreditur, & perdere nos quærit, niſi poſt-
ſerm. 23. de temp. quam celeſtibus gratijs, & donis replebimur, vnde D. Aug. dixit. *Videte fratres, quia tamdiù aliquis Diabolum contra ſe pugnantem non ſentiet quamdiù opera illius exercere voluerit, qui verò illum reliquerit, & de petra bibens Chriſtum ſequi elegerit, neceſſè eſt, vt illum patiatur infeſtum.* Hoc idem innuere voluit Iob 38. dicens, *per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram*, quaſi diceret eodem momento, quo nos Deus docet, & celeſti lumine intellectum no-
l. 23. mor. cap. 12. ſtrum illuminat, Diabolus tartareo igne nos comburere quærit, hinc Greg. ait. *Cum diuina lux in mentes humanas ſpargitur, mox ab occulto aduerſario tentamenta ſuccreſcunt, hoſtis namque callidus, quos iuſtitiæ luce ſplendeſcere conſpicit, eorum mentes illicitis deſiderijs inflammare cōtendit.*

2. Reg. 12. *Congregauit Dauid omnem populum, & profectus eſt aduerſum Rabbath, cumque dimicaſſet cepit eam, tulit coronam Melchon de capite eius. fecitque ſibi inde diadema:* ita Chriſtus tulit coronam de capite Demonis, quæ ad eum, non pertinebat, poſuitque meritò capiti ſuo; tulit etiam ſceptrum eius, quo, & regnabat, ſuoſque verberabat, vt ait Iſa. 9. *Sceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian*, illudque ſuper caput Dæmonis confregit, vnde Abacuc ait, *maledixiſti ſceptris eius*, quod Vatablus traducit. *Perforaſti baculis caput eius*, & militaribus armis expoliauit eum, vt inquit Pſal. 9. *Inimici defecerunt frameæ in finem.* Enſes ſcilicet, & lanceæ tandem defecerunt, vt ipſemet apparens Beato Antonio Confeſſus eſt, non ſine la-

chrymis

Digitized by Google

chrymis dicens. *Miſerabilis factus ſum, nonne legiſti, quia defecerunt inimici framea in finem?* Ita refert D. Athanaſ. in vita Sancti Antonij.

Diabolus exulauit à mundo, nam quaſi Dominus terram dominari, & poſſeſſionem capere excogitans dicebat, *circuiui terram, & perambulaui eam*; ſed Dominus fugauit eum hinc Iſa. 27. *Viſitauit Dominus ſuper leuiatam Serpentem vectem*, quod 70. legunt, *Viſitauit Dominus ſuper leuiatam Serpentem fugientem*, vnde Tertull. ait, *fugiat, tamquam coluber excantatus, & affumigatus Diabolus*, tamquam Pirata mare deprædabatur, ſed expulſus eſt à Chriſto, *venit Ieſus ambulans ſupra mare, tu confirmaſti in virtute tua mare, contribulaſti capita Draconis in aquis*, Chryſoſt. ait, *vbi ſanctum eſt vnguentum, ibi ſuffocatur Dæmon*, loquitur de Chriſto dicitur. hom. 53.
Oleum effuſum nomen tuum. in Act.

Diabolus in aëre poſuerat ſedem ſuam, ita ait Paulus ad Eph. 2. *Principem poteſtatis aeris huius.* Et ſicut Principes ſplendeſcere faciunt locum, vbi morantur, ita è contra Diabolus tenebras inducit, *rectores tenebrarum harum*, & vt expellerentur ab aëre, voluit Chriſtus in Cruce mori, & in aëre eleuari, audite Diuum Athanaſ. de Incarnat. Verbi, reddens rationem cur Chriſtus voluit mori in Cruce. *Vt Diabolum præcipitaret aeremque purificaret*, vnde Abacuc ait 3. *egreditur Diabolus ante pedes eius*, quod Simacus traducit, *egredietur volucris*, alij legunt, *egredietur fulgur*, fugit Diabolus à clauis Chriſti quibus, veluti tot ſagittis vulneratur, vnde dixit Diuus Leo. *Claui Chriſti, perpetuis Diabolum fixere vulneribus.*

Diabolus fuit etiam catenis ligatus, & in carcere detruſus à Sancto Angelo Raffaele, audite Sanctum Iob 8. *Apprehendit Dæmonium, & ligauit illum in Deſerto ſuperioris Aegypti.* Et ſicut Ioſue Regem Hai deponens è ſolio, ſuſpendit in patibulo, audite quid dicat de Diabolo Sanctus Cardinalis Petrus Dam. *Sicut Rex Hai ſuſpenſus eſt in patibulo, ita Rex mortis, in patibulo ſuſpenditur, quia dum Chriſtum interficit in ipſa Cruce figitur, & veluti delinquens magnus confractus fuit Diabolus in plures partes*, vnde Hieremias ait, *quomodo confractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ?* Et Origenes in 3. Hieremiæ, reſpondet Hieremiæ, & dicit. *Chriſtus confregit Dæmonem in Deſerto contriuit in Paſſione.* ser. 3. de exalt. Sancta Crucis

Diuus Chryſoſt. admiratur quod cum Sanctiſſimus Iob virtutibus, & admirabili Sanctitate fulgeret, cur Diabolus cui hæc non latebant, eum laboribus, atque tentationibus aggredi auſus fuerit, audite verba Chryſoſt. *Mecum ipſe, plerumque admirari ſoleo, quare in mentem venit Diabolo exercitationes ipſius, non ignoranti, tot tantoſque aduerſus Iob cogitaſſe labores?* Et reſpondet idem Chryſoſt. dicens: *Truculentiſſima certè beſtia numquam ſolet deſperare victoriam, quoad condemnationem noſtram ſpectat; nam ille numquam noſtram deſperat perditionem*, & Diuus Bern. ait. *De quantis legimus in vitis patrum, viris potentibus, in vigilijs, & in ieiunijs, in laboribus ſupra modum humanum, imò, & in miraculis coruſcantibus quia ceciderunt, quia non perſeuerauerint?* hom. 16. in Matth. l. de Paſſ. Dom. c. 14

Magnæ quidem ponderationis eſt illud Matth. 4. *tunc ductus Ieſus in Deſertum, vt tentaretur*, tunc poſtquam ſcilicet baptizatus eſt, poſtquam Aeternus Pater Chriſtum ſuum dilectum Filium vnicum, & naturalem confirmauit, tunc ductus eſt, quod optimè animaduerterunt, Euthymius, & Diuus Chryſoſt. ſic dicentes. *Ductus eſt Ieſus, vt tentaretur, vt ſcias magnum tibi concreditum eſſe theſaurum, niſi enim ita fuiſſet nequaquam fruſtra tecum confligeret inimicus.* 1. Reg. vlt. ſcribitur prælium magnum in Monte Gelboe fuiſſe inter Populum Regis Saul, & Philiſtæos, & quod mirum eſt, omnis Philiſteorum robur inuaſit Regem Saul, *totum pondus*, ait Textus, *prælij verſum eſt in Saul*, de reliquis militibus non curabant Philiſtei, quare hoc? audite Textum, *non erat vir de filijs Iſraël melior illo, ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem Populum*, vt oſtenderetur, quod eos, qui in ſanctitate, & virtutibus alijs ſuperſunt, magis, ac magis Diabolus expugnare perquirit, Leuit. 23. in quadam feſtiuitate iubebat Deus hæc obſeruari. *Sumetis vobis die prima fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque.* Diuus Bruno de ornat. Eccl. cap. 5. admiratur hanc ceremoniam nam in aliqua ſolemni feſtiuitate, virides ramos, fragantes flores, venuſtas plantas, ac ſuauiſſima aromata deferre, ſufferri poteſt, at aliquos intueri palmarum ſpatulas habentes? neſcio quomodo poſſunt conuenire, feſtiuitates cum ſpatulis, illæ enim vnionem, & pacem, hæc vero bellum, & diſcrepantiam denotant, ſed l. 11. ep. 2
reſpondet Diuus Bruno ſic dicens. *Sunt hæ ſpatulæ valdè neceſſariæ in feſtiuitatibus, quia tunc* in 2. Reg.
maximè inimicorum inſidijs infeſtamur. Et Caſſiodorus ait. *Grauiores inſidias aduerſarij tunc ſu-* c. 8. q. 7.
bimus, quando Dei dona ſuſcipimus, hinc Toſtatus ait. *Antequam Dauid Deus loqueretur, rara bella agebat.*

Diuus Hylarius loquens de Diabolo ait. *Victoria ei eſt expetita de Sanctis.*

Et Abacuc ait de Diabolo, *in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus*, quod aduertens

Digitized by Google

Diuus Hieronymus in Pſal. 103. ait. *Cibi eius electi ſunt, vt ſeruandum pſalmiſtam quærat à Deo eſcam ſibi; Prophetas ſubuertere, & Apoſtolos.*

Iob æquiparat Dæmonem bobus, & ait. *Behemot, quem feci tecum fœnum quaſi bos comedet.* Diuus Gregorio in hoc loco, petit cur Diabolus bos dicatur, & non equus, &c. & reſpondet. *Boues nonniſi mundo fœno veſcuntur,* & ſequitur Gregorius dicens, *fœnum ergo comedere, ſicut bos appetit, quia ſuggeſtionis ſuæ dente conterere mundum ſpiritualium vitam curat.*

Hieron. ad Euſtochium, ſignificans ei, vt cum magna cautela viueret, & quod ex diuinis gratijs, & donis ſibi conceſſis occaſionem potiùs inuigilandi, quàm ociandi caperet ait. *Onuſta incedis auro? latro tibi vitandus eſt, non quærit Diabolus homines infideles, de Eccleſia Chriſti rapere feſtinat.*

Animaduertendum eſt quod Diabolus, non vocatur ſtrenuus, animoſus, aùt potens, ſed vocatur tentator, *& accedens tentator,* cuius victoria, non ex ſua ſtrenuitate, ſed ex noſtra imbecillitate procedit, audi Diuum Chryſol. ſerm. 105. *Diabolus nihil eſſet, ſi homines ſolicitiores, & cautiores eſſent, aùt quid vnquam præualuit ille in homines virtute niſi arte, mendacio, inſidijs, fraude, dolo, nequitia, vitiorum miniſterio, furore criminum?*

hom. 5. in Cant. Diuus Greg. Nyſſen. perpendens quomodo Sponſus Cant. 3. vocat Diabolum vulpeculam dicens, *capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas,* Diabolum irridens ait. *Hic ergo, & tantus imperator legionum Dæmonum, quomodo re vera, & ſola poteſtate nominatur paruæ vulpes, & omnes, qui eum circumſtant, & vniuerſus eius exercitus vulpeculæ?* Addit inſuper ipſe Diuus Greg. dicens. *Capite nobis vulpes paruiculas, non enim dicit venamini aprum, ſiluestrem, aùt ſingularem ferum, aùt rugientem Leonem, aùt magnam Balenam, aùt magnum Draconem, ſed paruæ vulpes, & infelices, ſi cum noſtris viribus comparentur.* Cum Diabolus aliquem inuadit, cum vi, & ſtrenuitate careat, eius tentationes, nonniſi ſtrepitus ſunt, hinc Hieremias vocat eum Aquilonem dicens, *ab Aquilone pandetur omne malum,* & in Cant. 4. *ſurge Aquilo, &c.* quod Gloſa Interlinearis, & alij Dæmonem intelligunt, & Stephanus Cantuarienſis in cap. 4. Amos in Allegor. Biblioth. ſupradictum Hieremiæ locum dicit, Aquilonem valdè conuenire Diabolo, quia ventus hic ſonorus tantum eſt, & pluuiam non affert, vt reliqui venti, & ſic ait. *Aquilo ſonorus eſt, & Aſper, & ſtridet, ſed non pluit, ita Diabolus ex ſe, nonniſi ſtrepitus, & vires nobis nocendi, non habet.* 1. Reg. 5. cum Philiſtei auſi fuerint ponere Arcam Domini iuxta Dagon ait Textus. *Et ecce Dagon in facie iacebat ſuper terram;* cecidit Dæmon, qui in arca illa morabatur, hoc non admiror, ſed quæro, quibus armis ſuperatus fuit Dæmon, audite Diuum Baſil. in cap. 10. Iſa. *Prolapſus erat ipſe Dæmon à claritate gloriæ deuinctus, quæ circa Arcam Dei ſplendeſcebat.* Ita abiectus eſt Diabolus, vt à ſolo Armorum ſplendore, magno timore, & tremore afficiatur, vnde Diuus Chryſoſt. ait. *Tantum cura ſit, vt ipſa quotidie arma abſtergamus, ita vt fulgida ſint, vt radijs excæcent oculos maligni Dæmonis, contra ſalutem noſtram omnia machinantis.* Quaſi diceret, ad inuadendum Dæmonem, vel repellendum, ſufficit, vt arma noſtra virtutes ſcilicet ſplendeant, vnde Diuus Antiochus Deum alloquens dicebat. *Certè Domine viſcera mea, atque arcus meos fac ſplendeſcere infuſione tuæ lucis, & ſic conſeruabo me immaculatum, & irreprahenſibilem ab omni operatione aduerſarij.*

Diabolus ita puſillanimis eſt, vt in modica aqua (vt dicit ſolet) vincatur, & pereat, hinc licet omnes Paſſionis Chriſti actiones, & operationes, imò minima ipſarum ſufficientiſſima fuerit ad expugnandum Dæmonem, quæri tamen ſolet à nonnullis, in qua præcipuè actione fuit debellatus, & quamuis aliqui dicant, in Horti oratione, alij in flagellatione, nonnulli in ſpinarum coronatione, & alij in Crucifixione; audiamus nos Diuum Athanaſium de Paſſione, & Cruce Domini, ſic dicentem. *Dæmon Dominum adoriens confractus eſt, Maſtatus eſt, non alibi, quam in latere ad coſtas, ex quo effluxit ſanguis, & aqua.*

Iob 1. Scriptura dicit, *vir erat in terra Hus nomine Iob,* quid nam laudis hoc ſignificet Spiritus Sanctus? audiamus Origenem in lib. 1. in Iob. *Vir erat in terra Hus, nomine Iob aduerſus Diabolum eſt ſermo iſte, tamquam ſi diceret, ò maligniſſime Diabole, ò nequiſſime Sathana, aduerſus quem altercaris? aduerſus hominem, aduerſus corruptibilem, cum ſis incorruptibilis, & incorporeus, ſed, & ſic conculcaris, ſuperaris, humiliaris ab vno homine, cum ſis ſpiritus, hæc ſignauit dicens, homo quidam erat, qui omnem exercitum Diaboli ſugauit, qui omnem virtutem nequiſſimi debilitauit.*

Ephe. 6. ait Paulus, *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Diuus Chryſoſtomus legit, *pro cœleſtibus,* ſed neſcio quomodo Diabolus poſſit pugnare pro cęlo, quod pugnet contra hominem, ne ad cęlum homo perueniat, hoc experientia docemus, & quamuis Diabolus omnibus viribus, hominem ad peccandum inducere conetur,

& ſic

& ſic victor appareat, non ideò Regnum Cœlorum adipiſcitur, ſed in ſuo infęlici ſtatu ſemper remanet, ſed dicitur pugnare pro cęleſtibus, vt oſtenderetur tàm magna cupiditate Diabolus hominum damnationem concupiſcere, & tali affici iucunditate, & lætitia in hominis perditione, vt ſi offerretur ei cęleſtis gloria, dummodo homines perſequi deſinat, tantum, ac tale eſt Diaboli odium contra homines, vt potiùs hominum perſecutionem, & perditionem, quàm gloriam cęleſtem eligeret.

Matth. 11. Chriſtus loquens de Diabolo ſub figura cuiuſdam, qui dùm armatus cuſtodiebat atrium ſuum, à quodam ipſo fortiore adueniente fuit expulſus, & ſic inquietam ducit vitam, donec nouum atrium in quo poſſit quieſcere inueniat, *ambulat*, ait Textus, *per loca arida, quærens requiem*, victus hic Diabolus eſt, quem Chriſtus diuina Potentia expulit ab atrio Animæ, ſed quomodo requiem quærat, cum ſit requiei inimicus, me latet, ſed quæ ſit hæc Diaboli requies, audite Abulenſem dicentem. *Quando nocere poteſt, quieſcit aliquo modo.*

lib. 3. de vita contempl. cap. 8

Hinc Diuus Proſper Aquitan. ait. *Tuis malis paſtus exultat, inuitat, vt veniant, erigit, vt elidat fouet, vt perdat, qui inexplebiliter de ipſa perditorum captiuitate tripudiat*, & Abbas Petrus Cellenſis ait. *Tormentis noſtris delectatur, doloribus refrigeratur, effuſio noſtri ſanguinis eſt ei poculum mellis.*

de panib. cap. 12.

Et D. Chryſ. ait *Capit ille ſatietatem, voluptatem percipit, expletur equlis, quando nos libido ſoluit, quandò moriuntur virtutes viuunt vitia.*

ſer. 12.

Diuus Paſchaſius in Matth. cap. 20. aduertens illud Luc. 11. vbi dicitur, *erat Ieſus eijciens Dæmonium, & illud erat motum*, ait. *Mirum ſi totum hominem Dæmon peruaſerat, quando aliquas partes corporis occuparet, aliquas verò relaxaſſe, non dubium, quod non abs re feciſſe manifeſtum eſt; obtruxerat auditum, ne verbum fidei, vel Doctrina Chriſti capeſceret, obturpuerat linguam, ne confeſſionis uocem, uel obſecrationis emitteret, oculis autem, cæteriſque ſenſibus, nonniſi corporalia ſentire poterat.*

Ariſt. lib. 2. de Gen. anim. ait. *Fit autem primò cor, ſed etiam per obitum hoc ultimo moritur, ita ſe habet natura, ut quod primò uiuere habuit, pereat ultimo, & è conuerſo quod ultimo loco formatum eſt, ut os, & lingua primo loco moriatur, ita vt homo à lingua incipiat mori, loquelam amittens*, vnde Plinius ait. *Os primum mori tradunt, cor nouiſſimè.*

At in regeneratione ſpirituali, quæ fit per gratiam multoties mors animam ingreditur per linguam, vnde D. Iacob 3. *Si quis verbo non offendit, hic perfectus eſt*, & Chryſoſt. in Pſal. 140. inquit. *Mortis vnicum ferè hoſtium lingua eſt.*

Si ergo ex lingua mors, ex lingua vita incipere debet, ſuum fatens delictum, ideò Diabolus mutum reddit hominem, ne fateatur culpam, & hoc auxilio priuetur.

Priuat etiam Diabolus hominem auditu, ne verbum Dei audiat, & conuertetur, & ſaluetur, nam vt ait Baſil. Portus Verbi Diuini eſt auditus, & quemadmodum nonulli inueniuntur portus, in quibus ob cuſtodiæ defectum, naues refringuntur, ita, & aures cum à detractione non fuerint cuſtoditæ, vix in eas ingreditur Dei Verbum, quin ſtatim amittitur, audite verba D. Baſilij dicentis. *Verbum Dei in auribus, tamquam in portu naufragium facit.*

in quodam homil in Iſa.

Hinc Diabolus ſenſus illius dęmoniaci, qui ſpiritum decipiunt, & ex quibus omnium ſpiritualium rerum naufragium pendet, liberos reliquit, audite quid de oculis dicat Diuus Clemens Alexand. *Verſatilibus oculis intueri, nihil eſt aliud quam oculis machari, cum per eos cupiditas prima incat pugnæ pręludia: nam ante totum corpus oculi corrumpuntur*, & D. Baſil. ait. *Senſus corporis noſtri ſunt animę noſtrę pronubi*, hinc Ambr. ad Sabinum enarrat: diſcutiens cauſam, cur Deus Gen. 2. inſpirauit in faciem Adæ ſpiraculum vitæ, cum aliter tribuere potuiſſet, ſic ait. *Nunc intelligo qua cauſa Dominus Deus inſufflauit in faciem hominis, vt ſenſus noſtros aduerſus delectationem fortiores redderet.*

lib. 3. pedag. c. 11.

lib. de virginit.

Et quemadmodum, qui grauibus detinentur infirmitatibus, licèt conualeſcant, per multum tamen tempus debilitate, & imbecillitate laborabunt, ita dùm anima corporis ſenſibus mediantibus, graui infirmitate afficitur, licèt per pœnitentiam denuò gratiam adipiſcatur, ſemper tamen ſpirituali imbecillitate laborabit, hinc Io. 20. cum Petrus, & Ioannes vidiſſent Chriſtum: Ioannes ſtatim cognouit Chriſtum, & non Petrus, vnde hoc? audi D. Chryſolog. quid de Petro dicat. *Tardiùs ſuum Dominum videbat, qui vocem facilè ancillę ſuſurrantis audiuit.*

ſerm. 78.

Obſeruandum eſt, quomodo vnus ſenſus deprauatus corrumpit alios ſenſus, Petrus Apoſtolus cum habuiſſet deprauatas aures, huius ſenſus corruptio, tranſiuit ad ſenſum oculorum.

S. Fulgentius ait. *Pleroſque ſub vna ſpecie indulgentię in peccatis Diabolus tentat, & compellit eos, Dei iuſtitiam, non metuere, quos iniquiter ſuadet de Dei bonitate gaudere.*

ep. 7. ad uenantiam de recta pæn.

Greg. lib. 29. moral. ſuper illud Iob diuiditur eſtas, ſuper terram, inquit. *Priùs complexionis vnus*

nis vnius cuiuſque aduerſarius perſpicit, & tunc tentationes laqueos apponit.

Euthymius in Pſal. 90 ſuper illud; ipſe liberauit de laqueo venantium, ait. *Intellectuales autem hoſtes, qui non corpora venantur, ſed animas laqueos aduerſus nos ponunt.*

ſer. 3. in pſ. 90. Et Bern. ſuper illud, *ipſe liberauit me, &c.* loquens de Dæmonibus, ait. *Venatores ſunt, qui cornu non ſonant, vt non audiantur, ſed ſagittant in occultis immaculatum.*

D. Aug. in Pſal. 90. ait. *Inſidiatur etiam homini, qui inter multos Chriſtianos melius viuit, & ſic incidit in laqueos Diaboli.*

Cum venator ſe celat inter rubeta, laqueis circumdatus, & quodam ſibilo perdicis cantum ſimulans, quem cum audiunt mares perdices, ad ſibilum velociter currentes, eo ſibilo decepti in laqueos incidunt, & dum voluptate frui cogitant, mortem inueniunt, eodem modo Diabolus decipit mortales, audite Rupertum ſuper cap. 4. Cant. dicentem. *Non enim ſurrexit, vt impugnaret, ſed ſerpendo ſibilauit, vt deciperet.*

Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus de tentat. *Quis enim vel cogitare non dicam, vel verbum, nec numerare valeat dolos, & inſidias Diaboli hoſtis antiqui.*

D. Paulus hortatur nos dicens, *accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo,* quod Textus Græcus legit. *Aſſumite omne genus armorum aduerſus inſidias Diaboli,* vnde D. Aug. ait.

cap. 17. li. ſoliloq. *Diabolus nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem in ſe oſtendit, & ſingulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus, ſecundum rerum mutationes, varias exhibet tentationes.*

D. Greg. ait. *Rimatur Dæmon debilia, vt illa parte hominem aggrediatur, qua illum videt* hom. 12. in Ezech. *infirmum.*

Diabolus quaſi paruulum animal, veluti formica in principio tentationis ſe oſtendit, at deinde Leo rugiens eſt, & timore magno afficit omnes, vnde dixit Iob 4. *Tigris periit, eo quod non haberet prædam,* quod Textus Græcus legit. *Formicaleo periit,* monſtruoſum animal ex formica, & Leone compoſitum, at primum eſt formica, id eſt paruulum animal, cui facilè reſiſtere poſſumus, quod ſi non expellimus hanc formicam, fit Leo rugiens, & magnum affert timorem, & tremorem, audite Greg. dicentem. *Si enim eius ſuggeſtionibus aſſenſus præbetur, quaſi Leo tolerari nequaquam poteſt; ſi autem reſiſtitur, quaſi formica atteritur.*

ſer. 7. de Nat. Domin. D. Leo ait. *Nouit, cui adhibeat æſtus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui opponat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus inuidiæ, nouit quem mærore conturbet, quem gaudio fallat.*

ſer. 85. de temp. D. Auguſt. ait. *Hoc ſcitote fratres, quia Diabolus, non perſequitur niſi bonos; malos enim perſequi Diabolus non conſueuit, amici enim ſui ſunt, & in tantum eos perſequitur, vt etiam per illos, etiam alios perſequatur.*

Iacob 4. *Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis.*

ſer. 7. de Nat. Domin. D. Leo ait. *Diabolus omnium diſcutit conſuetudines, ventilat curas, ſcrutatur affectus, & ibi cauſas quærit nocendi, vbi quemquam viderit ſtudioſius occupari.*

D. Hieron. ait. *Perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt.*

in cap. 4. Matth. aduert. illud mitte te deorſum. D. Ambr. in cap. 4. Luc. *Infirmitatem ſuam Diabolus, malitiamque deſignat, quia neminem poteſt mittere deorſum, niſi ipſe ſe miſerit.*

D. Chryſoſt. in cap. 4. Matth. *Non impulit, non tetigit, ſed tantum dixit, mitte te deorſum, vt intelligamus, quod, qui obedit Diabolo, ipſe ſe deiicit: Diabolus enim ſuggerere poteſt, cogere non poteſt.*

D. Chryſol. ſer. 16. ait. *Cauendos eſſe Dæmones, non timendos.*

Cum à Diabolo tentamur, nos ei occaſionem tentandi præbemus, vnde dixit Petrus Ananiæ. *Cur tentauit Sathanas cor tuum,* quod vulgata legit. *Cur permiſiſti tentari cor tuum,* id eſt quare occaſionem tentandi Diabolo dediſti, quod diſcutiens Diuus Hieronym. in Epiſt. ad Demetr. ait. *Non extorquet à nobis inimicus conſenſum, ſed expetit, vnde etiam Ananiæ dicitur,*

ſer. 2. ad fratr. *quare tentauit cor tuum Sathanas mentiri te Spiritui Sancto? quod ille vtique Apoſtolus, nunquam imputaret, ſi abſque ipſius voluntate Diabolus effeciſſet,* vnde Bern. *Videte fratres, quam debilis eſt hoſtis veſter, qui, non vincit, niſi volentes.*

hom. 1. de pœnit. D. Chryſoſt. *Peccatum ipſum pudor, & confuſio ſequitur, pœnitentiam vero fiducia: ordinem Sathanas peruertit, & confidentiam dedit peccato, confuſionemque pœnitentiæ.*

Tantum eſt odium Diaboli contra hominem iuſtum, quod quamuis, à Dei, & Angelorum aſpectu vehementer crucietur, ſuſtinet tamen, dummodo accuſet, & perſequatur hominem, vt legitur accidiſſe Sancto Iob cap. 1. nam cum veniſſent Filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino, adfuit inter eos, etiam Sathan, ſed cur adfuit inter eos, Sathan, niſi, vt odio proſequeretur Iob? audi Orig. dicentem.

lib. 1. in Iob. *Diabolus venit cum Angelis, vt accuſaret, & reprehenderet, vt vexaret, vt inſectaretur.*

Sed

Sed mirandum valdè eſt, & Dæmon ipſe interrogandus, quidnam Sathana de tot victorijs, & triumphis contra homines lucraberis? certè nihil, nihil aliud, niſi maiora tormenta, & pęnas tibi ipſi accumulas, hinc Geneſ. 2. dixit Deus Diabolo, *quia feciſti hoc maledictus eris, &c. cunctis diebus vitæ tuæ*, vnde Chryſoſt. hom. 3. ad Neoph, de Dæmone loquens ait. *Illi poſt victoriam pręparauit gehennam, minatur, & pęnam, & vt ſcias maiora ei, cum ſuperauerit pręparari tormenta, vicit Adam, & ſupplantauit, quid igitur meretur victoriæ ſua? ſuper pectus inquit gradieris, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuę.*

Diuus Chryſolog. aduertens illud Matth. 13. *Venit inimicus homo, & ſuper ſeminauit zizania. Vt quid? vt periret dominica meſſis; & hoc ad lucrum quid pertinebat inimici? niſi quod inuidię ſpiritus hominum damnum, ſuum computat lucrum, & quod perierit hominibus hoc ſe ęſtimat acquiſiſſe.* ſerm. 67.
Vnde Origines lib. 1. in Iob, aduertens illud Iob. 1. *Ventus vehemens irruit regione Deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, & corruens oppreſſit filios tuos*, inquit. *Ob hoc per quatuor partes irruerunt nequiſſimi Dęmones, tamquam Leones de inſidijs pręrumpentes ingentem, vnuſquiſque eorum ſibi reputans dolorem, ſi prior illo alter pręcederet ad eius perditionem*, & ſubdit Orig. *per quatuor angulos tetigerunt, nam ad iniquitatis perfectionem, omnes ſibi concordant, cum inuicem ſibi diſcordes ſint, & contrarij.*

Et Diuus Chryſolog. ſer, 96. *Super ſeminauit zizania, non vt acquirat zizania, ſed vt triticum perdat; nec vt reos capiat, ſed vt adimat innocentes.*

Cyprian. epiſt. 58. ad Lucium Papam ait. *Neque enim impugnat, & perſequitur Chriſti aduerſarius, niſi caſtra, & milites Chriſti hęreticos proſtratos ſemel, & ſuos factos contemnit, & pręterit, eos quęrit, quos videt ſtare.*

Hinc Zacch. 3. ait, *Oſtendit mihi Dominus Ieſum Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Dei, & Sathan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei.*

Greg hom. 11. in Euang. ait. *In pręſenti etenim vita, quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus, maligni autem ſpiritus iter noſtrum, quaſi quidam latrunculi obſident.*

Diuus Chryſoſt. homil. 31. in Gen. *Diabolus cum viderit ſpirituales diuitias coaceruatas, quaſi pirata circumit, & innumeras excogitat artes, vt quod nobis eſt ſpiritualium diuitiarum depręde tur.*

Greg. *Hoſtis namque callidus, quos iuſtitię luce niteſcere conſpicit, eorum mentes illicitis deſiderijs inflammare contendit.* lib. 9. mor. cap. 12.

Origen. aduertens illud Iob 1. *Chaldęi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos*, ita inquit: *Vniuerſa poteſtas, atque exercitus, atque Dæmonum caterue ſimul illuc conuenerunt, & pariter ſe aduerſum Sanctum Iob, in pręlio armauerunt; vniuerſum mundum deſpexerunt tantum, vt Iob ſuperarent.*

3. Reg. 14. *ęgrotauit Abia filius Ieroboam. Dixitque Ierobhoam vxori ſuæ ſurge, & commuta habitum, ne cognoſcaris, quod ſis vxor Ieroboam, & vade in Silo vbi eſt Abias Propheta, & conſurgens venit, abijt in Silo, & venit in domum Ahia, at ille non poterat videre, quia calligauerant oculi eius præ ſenectute, dixit autem Dominus ad Abiam; ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt conſolat te ſuper filio ſuo, qui ægrotat*, cum ergo illa intraret, & diſſimularet ſe eſſe, quę erat: ait Ahias, *ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te eſſe ſimulas, vade, & dic Ieroboam, dicit Dominus, ego delebo de domu tua Ieroboam, vſqua ad mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſſimum*, quod magiſter exponit, vſque ad vltima de quibus non eſt mentio delebo.

Ieroboam. *Diuiſio populi*: interpretatur, & eſt Diabolus, qui Dei populum ab ipſo Deo, & proximum à proximo ſuo diuidere conatur, ſciens propriam vxorem, tentationem ſcilicet proprio habitu indutam cognoſci ab hominibus ſanctis, aliorum veſtimentis veſtiri iubet, ſimulata ſcilicet ſanctitate, & vt alios decipiat, mittit eam in Silo, Silo interpretatur: *Tranſlata*: ad Ahiam, qui interpretatur. *Fraternitas Domini*, & Chriſti militem ſignificat, tranſlatum ex peccato ad gratiam ſpirituali fraternitate, & Ahia erat Propheta, qui interpretatur. *Videns*, quia homo iuſtus Deo ſeruire deſiderat, & ne ab vxore Ieroboam, ideſt à tentatione mentita ſanctitate decipiatur, ſemper inuigilat; hinc Greg. in moral. ait. *Hoſtis noſtri malitia tanta arte ſe parat, vt plerumque mentis oculo culpas virtutes fingat, vt vnde quiſque expectat pramia, inde æterna dignus eſt inuenire tormenta.*

At vir iuſtus hoc agnoſcens, ait, quare ſimulas te eſſe alteram, quaſi diceret, reuertere ad virum tuum, Diabolum ſcilicet, & ſecum habitas, & ſic confuſa diſcedit, & Dei ſeruum moleſtia ampliùs non afficit, hinc Origen. ſuper lib. Ieſu naue, ait. *Puto, quod Sancti, quinque repugnantes aduerſus tentatores ſpiritus, & eos ſuperantes, atque vnumquemque eorum vincentes, imminuant exercitum Dæmonum, & velut a quos plurimos eorum interimant, verbi gratia, vt is qui caſtè, pudicèq; viuendo fornicationis ſpiritum ſuperauit, non fas ſit vltra illi ſpiritui, qui ab iſto ſancto victus eſt, iterum alium virum impugnare.*

nis vnius cuiuſque aduerſarius perſpicit, & tunc tentationes laqueos apponit.

Euthymius in Pſal. 90 ſuper illud; ipſe liberauit de laqueo venantium, ait. *Intellectuales autem hoſtes, qui non corpora venantur, ſed animas laqueos aduerſus nos ponunt.*

ſer. 3. in pſ. 90. Et Bern. ſuper illud, *ipſe liberauit me, &c.* loquens de Dæmonibus, ait. *Venatores ſunt, qui cornu non ſonant, vt non audiantur, ſed ſagittant in occultis immaculatum.*

D. Aug. in Pſal. 90. ait. *Inſidiatur etiam homini, qui inter multos Chriſtianos melius viuit, & ſic incidit in laqueos Diaboli.*

Cum venator ſe celat inter rubeta, laqueis circumdatus, & quodam ſibilo perdicis cantum ſimulans, quem cum audirent mares perdices, ad ſibilum velociter currentes, eo ſibilo decepti in laqueos incidunt, & dum voluptate frui cogitant, mortem inueniunt. eodem modo Diabolus decipit mortales, audite Rupertum ſuper cap. 4. Cant. dicentem. *Non enim ſurrexit, vt impugnaret, ſed ſerpendo ſibilauit, vt deciperet.*

Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus de tentat. *Quis enim vel cogitare non dicam, vel verbis, nec numerare valeat dolos, & inſidias Diaboli hoſtis antiqui.*

D. Paulus hortatur nos dicens, *accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo*, quod Textus Græcus legit. *Aſſumite omne genus armorum aduerſus inſidias Diaboli*, vnde D. Aug. ait.

cap. 17. li. ſoliloq. *Diabolus nunc equum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem in ſe oſtendit, & ſingulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus, ſecundum rerum mutationes, varias exhibet tentationes.*

D. Greg. ait. *Rimatur Dæmon debiliora, vt illa parte hominem aggrediatur, qua illum videt infirmum.*

hom. 12. in Ezech. Diabolus quaſi paruulum animal, veluti formica in principio tentationis ſe oſtendit, at deinde Leo rugiens eſt, & timore magno afficit omnes, vnde dixit Iob 4. *Tigris periit, eo quod, non haberet prædam*, quod Textus Græcus legit. *Formicaleo periit*, monſtruoſum animal ex formica, & Leone compoſitum, at primum eſt formica, id eſt paruulum animal, cui facilè reſiſtere poſſumus, quod ſi non expellimus hanc formicam, fit Leo rugiens, & magnum afferet timorem, & tremorem, audite Greg. dicentem. *Si enim eius ſuggeſtionibus aſſenſus præbetur, quaſi Leo tolerari nequaquam poteſt; ſi autem reſiſtitur, quaſi formica atteritur.*

ſer. 7. de Nat. Domin. D. Leo ait. *Nouit, cui adhibeat æſtus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui opponat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus inuidiæ, nouit quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat.*

ſer. 85. de temp. D. Auguſt. ait. *Hoc ſcitote fratres, quia Diabolus, non perſequitur niſi bonos, malos enim perſequi Diabolus non conſueuit, amici enim ſui ſunt, & in tantum eos perſequitur, vt etiam per illos, etiam alios perſequatur.*

Iacob 4. *Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis.*

ſer. 7. de Nat. Domin. D. Leo ait. *Diabolus omnium diſcutit conſuetudines, ventilat curas, ſcrutatur affectus, & ibi cauſas quærit nocendi, vbi quemquam viderit ſtudioſiùs occupari.*

D. Hieron. ait. *Perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt.*

in cap. 4. Matth. aduert. illud mitte te deorſum. D. Ambr. in cap. 4. Luc. *Infirmitatem ſuam Diabolus, malitiamque deſignat, quia neminem poteſt mittere deorſum, niſi ipſe ſe miſerit.*

D. Chryſoſt. in cap. 4. Matth. *Non impulit, non tetigit, ſed tantum dixit, mitte te deorſum, vt intelligamus, quod, qui obedit Diabolo, ipſe ſe deijcit: Diabolus enim ſuggerere poteſt, cogere non poteſt.*

D. Chryſol. ſer. 16. ait. *Cauendos eſſe Dæmones, non timendos.*

Cum à Diabolo tentamur, nos ei occaſionem tentandi præbemus, vnde dixit Petrus Ananiæ. *Cur tentauit Sathanas cor tuum*, quod vulgata legit. *Cur permiſiſti tentari cor tuum*, id eſt quare occaſionem tentandi Diabolo dediſti, quod diſcutiens Diuus Hieronym. in Epiſt. ad Demetr. ait. *Non extorquet à nobis inimicus conſenſum, ſed expetit, vnde etiam Ananias dicitur, quare tentauit cor tuum Sathanas mentiri te Spiritui Sancto? quod ille vtique Apoſtolus, nunquam imputaret, ſi abſque ipſius voluntate Diabolus effeciſſet*, vnde Bern.

ſer. 2. ad fratr. *Videte fratres, quam debilis eſt hoſtis noſter, qui, non vincit, niſi volentes.*

hom. 1. de pœnit. D. Chryſoſt. *Peccatum ipſum pudor, & confuſio ſequitur, pœnitentiam vero fiducia: ordinem Sathanas peruertit, & confidentiam dedit peccato, confuſionemque pœnitentiæ.*

Tantum eſt odium Diaboli contra hominem iuſtum, quod quamuis, à Dei, & Angelorum aſpectu vehementer crucietur, ſuſtinet tamen, dummodo accuſet, & perſequatur hominem, vt legitur accidiſſe Sancto Iob. cap. 1. nam cum veniſſent Filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino, adfuit inter eos, etiam Sathan, ſed cur adfuit inter eos, Sathan. niſi, vt odio proſequeretur Iob? audi Orig. dicentem.

lib. 1. in Iob. *Diabolus venit cum Angelis, vt accuſaret, & reprehenderet, vt vexaret, vt inſectaretur.*

Sed

Sed mirandum valdè eſt, & Dæmon ipſe interrogandus, quidnam Sathana de tot victorijs, & triumphis contra homines lucraberis? certè nihil, nihil aliud, niſi maiora tormenta, & pęnas tibi ipſi accumulas, hinc Geneſ. 2. dixit Deus Diabolo, *quia feciſti hoc maledictus eris, & cunctis diebus vitæ tuæ*, vnde Chryſoſt. hom. 3. ad Neoph, de Dæmone loquens ait. *Illi poſt victoriam pręparauit gehennam, minatur, & pęnam, & vt ſcias maiora ei, cum ſuperauerit pręparari tormenta, vicit Adam, & ſupplantauit, quid igitur meretur victoriæ ſuæ? ſuper pectus inquit gradieris, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuę.*

Diuus Chryſolog. aduertens illud Matth. 13. *Venit inimicus homo, & ſuper ſeminauit zizania. Vt quid? vt periret dominica meſſis; & hoc ad lucrum quid pertinebat inimici? niſi quod inuidię ſpiritus hominum damnum, ſuum computat lucrum, & quod perierit hominibus hoc ſe ęſtimat acquiſiſſe.* ſerm. 67. Vnde Origines lib. 1. in Iob, aduertens illud Iob. 1. *Ventus vehemens irruit regione Deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, & corruens oppreſſit filios tuos*, inquit. *Ob hoc per quatuor partes irruerunt nequiſſimi Dęmones, tamquam Leones de inſidijs pręrumpentes ingentem, vnuſquiſque eorum ſibi reputans dolorem, ſi prior illo alter pręcederet ad eius perditionem*, & ſubdit Orig. *per quatuor angulos tetigerunt, nam ad iniquitatis perfectionem, omnes ſibi concordant, cum inuicem ſibi diſcordes ſint, & contrarij.*

Et Diuus Chryſolog. ſer. 96. *Super ſeminauit zizania, non vt acquirat zizania, ſed vt triticum perdat; nec vt reos capiat, ſed vt adimat innocentes.*

Cyprian. epiſt. 58. ad Lucium Papam ait. *Neque enim impugnat, & perſequitur Chriſti aduerſarius, niſi caſtra, & milites Chriſti hęreticos proſtratos ſemel, & ſuos factos contemnit, & pręterit, eos quęrit, quos videt ſtare.*

Hinc Zacch. 3. ait, *Oſtendit mihi Dominus Ieſum Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Dei, & Sathan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei.*

Greg hom. 11. in Euang. ait. *In pręſenti etenim vita, quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus, maligni autem ſpiritus iter noſtrum, quaſi quidam latrunculi obſident.*

Diuus Chryſoſt. homil. 31. in Gen. *Diabolus cum viderit ſpirituales diuitias coacervatas, quaſi pirata circumit, & innumeras excogitat artes, vt quod nobis eſt ſpiritualium diuitiarum deprędetur.*

Greg. *Hoſtis namque callidus, quos iuſtitię luce niteſcere conſpicit, eorum mentes illicitis deſiderijs inflammare contendit.* lib. 9. mor. cap. 12.

Origen. aduertens illud Iob 1. *Chaldęi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos*, ita inquit. *Vniuerſa poteſtas, atque exercitus, atque Dæmonum caterę ſimul illuc conuenerunt, & pariter ſe aduerſum Sanctum Iob, in pręlio armauerunt; vniuerſum mundum deſpexerunt tantum, vt Iob ſuperarent.*

3. Reg. 14. *ęgrotauit Abia filius Ieroboam. Dixitque Ierobhoam vxori ſuæ ſurge, & commuta habitum, ne cognoſcaris, quod ſis vxor Ieroboam, & vade in Silo vbi eſt Abias Propheta, & conſurgens venit, abijt in Silo, & venit in domum Ahiæ, at ille non poterat videre, quia calligauerant oculi eius præ ſenectute, dixit autem Dominus ad Ahiam; ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt conſolat te ſuper filio ſuo, qui ægrotat*, cum ergo illa intraret, & diſſimularet ſe eſſe, quę erat: ait Ahias, *ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te eſſe ſimulas, vade, & dic Ieroboam, dicit Dominus, ego delebo de domu tua Ieroboam, vſque ad mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſſimum*, quod magiſter exponit, vſque ad vltima de quibus non eſt mentio delebo.

Ieroboam. *Diuiſio populi*: interpretatur, & eſt Diabolus, qui Dei populum ab ipſo Deo, & proximum à proximo ſuo diuidere conatur, ſciens propriam vxorem, tentationem ſcilicet proprio habitu indutam cognoſci ab hominibus ſanctis, aliorum veſtimentis veſtiri iubet, ſimulata ſcilicet ſanctitate, & vt alios decipiat, mittit eam in Silo, Silo interpretatur: *Tranſlata*: ad Ahiam, qui interpretatur. *Fraternitas Domini*, & Chriſti militem ſignificat, tranſlatum ex peccato ad gratiam ſpirituali fraternitate, & Ahia erat Propheta, qui interpretatur. *Videns*, quia homo iuſtus Deo ſeruire deſiderat, & ne ab vxore Ieroboam, ideſt à tentatione mentita ſanctitate decipiatur, ſemper inuigilat; hinc Greg. in moral. ait. *Hoſtis noſtri malitia tanta arte ſe parat, vt plerumque mentis oculo culpas virtutes fingat, vt vnde quiſque expectat præmia, inde æterna dignus eſt inuenire tormenta.*

At vir iuſtus hoc agnoſcens, ait, quare ſimulas te eſſe alteram, quaſi diceret, reuertere ad virum tuum, Diabolum ſcilicet, & ſecum habitas, & ſic confuſa diſcedit, & Dei ſeruum moleſtia ampliùs non afficit, hinc Origen. ſuper lib. Ieſu naue, ait. *Puto, quod Sancti, quinque repugnantes aduerſus tentatores ſpiritus, & eos ſuperantes, atque vnumquemque eorum vincentes, imminuant exercitum Dæmonum, & velut a quos plurimos eorum interimant, verbi gratia, vt is qui caſtè, pudicèq; viuendo fornicationis ſpiritum ſuperauit, non fas ſit vltra illi ſpiritui, qui ab iſto ſancto victus eſt, iterum alium virum impugnare.*

Greg. in mor. ait. *Si tentationi in corde naſcenti feſtinè non reſiſtitur, eadem, qua nutritur bora roborabitur fortis, in operibus vix vinci præualet, quia ipſam intus membrorum dominam mentem captiuam tenet.*

Greg. in homil. ait. *Iniuſtum eſt ſeruire Diabolo, qui nullo placatur obſequio.*

Tot ſunt Diaboli fraudes, aſtutiæ, & laquei, quod valdè difficilè ſit penetrare, & euadere,
cap. 41. vnde S. Iob dicebat. *Quis reuelabit faciem indumenti eius, & in medium oris eius quis intrabit? & portas vultus eius, quis aperiet?* quæ verba exponens D. Greg. inquit, *in medium oris eius in-*
li. 33. mor. *trare, eſt calliditatis eius uerba penetrare, ut nequaquam penſetur, quid reſonet, ſed quo tendat.*

In bello, quod nobis cum Diabolo præeſt, in multis nobis ſupereſt, tamquam in arte belli-
ſerm. 70. gerandi peritus, audite D. Chryſologum. *Ætate maior ſeculo, nocendi uſu tritus, lędendi arte peritiſſimus; unde, non iam malus, ſed malum dicitur, à quo eſt omne, quod malum eſt.*

Et, vt ab hoc malo liberemur docuit nos Christus ſuum Aeternum Patrem exorare dicens, *ſed libera nos à malo,* D. Chryſoſt. inquit, *quid eſt perfectum malum, niſi Diabolus, Princeps huius*
hom. 28. in *mundi, & auctor operis mali?* vnde meritò, vt à tanto malo liberemur, ad orationem recurren-
Matth. dum eſt; ideò D. Chryſoſt. ſubiungit. *Tenete orationem, ut non intretis intentationem.*

D. Hieron. in verba illa Iſa. 54. quibus ita Deus loquitur. *Ecce creaui fabrum ſuflantem in igne prunas, & proferentem uas in opus ſuum.*

in Iſa. 54. D. Hieron. ſic interpretatur. *Ecce ego creaui interfectorem ad diſperdendum, hoc eſt Diabolum, malorum omnium artificem, non neceſſitate naturæ, ſed mentis arbitrio,* quæ quidem periculoſa,
lib. med. cum Diabolo bella, conſiderans D. Bern. plorans dicebat. *Heu mihi, quia vndique bella mihi video, vndique tela volant, vndique tentamenta, vndique pericula, quocumque me vertam, nulla ſecuritas eſt, & quæ mulcent, & quæ triſtant, omnia timeo. Eſuries, & refectio, ſomnus, & vigilia, labor, & quies pugnant contra me. Non minus ſuſpectus eſt mihi iocus, quam ira, nec minus proſpera*
epiſt. 143 *vereor, quàm aduerſa.* Vnde D. Petrus Damianus ſcribens cuidam comiti, quæ totam ſe Deo dicauerat, monens eum dicebat. *Interim dùm amplecteris Sponſum, caue ſolerter aduerſarium: adhùc enim in ſalo verſaris, nec dùm portus ſtatione perfrueris: procinctus eſt iſte caſtrorum, non requietis eſt municipium: via eſt iſta non patria: ambulamus, & non habitamus. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram.*

li. 2. Vict. Rupert. Abb. perpendens omnia mala à Diabolo procedere, inquit. *Furioſè ſemper genus*
Verb. Dei. *humanum tyrannizauit, Serpens dictus, & Leo: vtrumque habens malignitatis, & ſæuitiæ nomen.* Serpens eſt Diabolus, propter malitiam, Leo per fortitudinem, Serpens, propter occultas fraudes, Leo, propter patentem violentiam, vnde cum D. Ambr. dicere poſſumus. *Et quo-*
in pſ. 118. *modo non calumniabit ſingulos, qui totam irritauit terram, corrupit Regna, poſuit vniuerſum orbem deſertum?* & concludit Ambr. *Qualis aduerſus ſeruulum Dei poteſt eſſe, qui aduerſus Deum ſe extulit, &c. quid mirum ſi grauare homines poſſit, qui pertinaci ſpiritu, nec Deo cedit?* eſt Diabolus Hy-
in cap. 69. dra, non ſeptem ſolùm, ſed plura habens capita, quorum ſi vnum obtruncaueris plura inſur-
Gen. gunt; Propheta Abach. dicebat p. 3. *Percuſſiſti caput de domo impij,* ergo inquit Benedictus Fernand. *Quid timendum eſt ab hoſte truncato?* ſed aduerte, ò pie Doctor, quod vno truncato plura inſurgunt, dicebat enim Dauid, *tu confregiſti capita Draconis.* Ecce quomodo plura habet capita, quod conſiderans idem Doctor ita clamat. *O rem tremendam, vno præciſo, mille confeſtim pullulant.*

cap. 41. Sanctus Iob de Diabolo dicit. *Faciem eius præcedit egeſtas,* & ſeptuaginta legunt. *Faciem*
hom. 18. *eius præcedit perditio,* quaſi diceret, exitium iugiter Diabolo aſſociatur, hinc D. Chryſoſt. Dia-
in Matth. bolum perditionis portam appellauit, his verbis. *Porta perditionis eſt Diabolus, per quam introitur in gehennam.*

Implorandum nobis eſt diuinum auxiliū, vt tàm ſæuo hoſti reſiſtere valeamus, & cum Dauid
Pſ. 139. clamandum ad Dominum, *Eripe me Domine ab homine malo,* per hominem malū intelligo Diabolum, ita me Hugo dicens. *Dæmon dicitur homo à deuicto homine, ſicut Scipio Africanus à deuicta Africa,* & Ricc. inquit, *ac ſi apertè fateatur dicens, uide, quia talem, tamque aſtutum hoſtem ſuſtineo, cuius comparatione, quaſi brutum animal appareo,* & D. Hier. in illa verba Abach. 1. *Numquid non*
in Abach. *tu à principio Domine Deus meus, Sanctus meus, & non moriemur? Domine in iudicium poſuiſti eum, & fortem, ut corriperes fundaſti eum,* inquit Hieron. *Tu Domine conſtituiſti eum quaſi carnificem: & fortem feciſti eum, ita ut, aùt nullus, aùt rarus, eius poſſit reſiſtere uoluntati.*

Sed clamat Iacobus Apoſt. *Beatus uir, qui ſuffert tentationem. Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis,* quaſi diceret, omnes Diaboli tentationes, ſunt ad coronam, ad præmium, ad gloriam, & non ad mortem, hinc Petrus Bleſſens. factum, & tenta-
in Iob tiones Iob, conſiderans dicebat. *Non ex ſua, ſed ex Dei poteſtate ad vſum nequitiæ ſuæ, contra*

Iob elementa movere permittitur, vt Iob inter flagella præſſurarum, in modum ſinapis, dùm plùs conteritur, vehementiùs inardeſcat, ; & dùm aduerſarius omnia nocendi genera experitur, in omnibus ſuperetur, quod D. Petrus Damianus confirmare videtur his verbis. *Vnguenta redolere latiùs* ſer. 1. de
neſciunt, niſi commota; & ſicut aromata fragantiam ſuam, nonniſi cum incenduntur expandunt, ita S. Mauro.
Sancti viri omne, quod virtutibus redoleat in tribulationibus innoteſcunt.

D. Baſilius Magnus dicebat. *Nauclerum tempeſtas, Chriſtianum tentatio probat*, & D. Chry- homil. 8.
ſolog. *Gubernationis peritiam non probat temperies ſerena, ſed procelloſa tempeſtas: blandiente au-* ſer. 6.
ra nauim regit vltimus nauta: in confuſione ventorum primi quæritur ars magiſtri, ita euenit Santo
Iob, inquit D. Hyeron. his verbis. *Iob vir Sanctus tentatus eſt, perdidit filios, & filias, & domus* in pſ. 66.
eius corruit, omnia repente perdidit, nec Pater, nec Dominus. Videte magnitudinem tentationis, videte magnitudinem virtutis, & quod valdè mirum eſt, hæc Santi Iob fortitudo, & patientia, ita Deo placuit, quod poſt eam Deus facie ad faciem loquutus eſt, cum Iob, quod antea, non fecerat, ita ſubiungit D. Hieron. *Antequam tentaretur; Deus ei numquam loquutus fuerat: poſtquam autem tentatus eſt, venit ad eum Deus, & familiariter loquitur, quaſi amicus cum amico*, & concludit Sanctus Doctor dicens, *veniant plagæ, & omnia pœnarum genera, dùm poſt plagas, Chri-*
ſtus adueniat, hinc D. Paulinus dicebat. *Quoties reſiſteris, toties coronaberis*, & D. Bern. *in tua* epiſt. 34.
facultate eſt, ſi volueris inimicum tuum facere ſeruum tuum, & D. Cypr. monet dicens. *Delicata* lib. 6. de
tactatio eſt, cum periculum, non eſt, in acie miles probatur, & D. Aug. *Non poteſt quiſquam coronari,* mortal.
niſi vicerit, neque poteſt vincere, niſi certauerit, neque poteſt certare, niſi inimicum, & tentationes ha- in pſal. 59
buerit, & D. Ambr. *Corona propoſita eſt, ſubeunda certamina, & ideo tentationem nunquam timere debemus, eſt enim cauſa gloriæ, materia triumphorum*, & D. Leo. *Nulla ſunt ſine tentationum experimentis opera virtutis. Nulla ſine perturbationibus fides; & nullum ſine hoſte certamen, nulla ſine congreſsione victoria.*

Paulus Apoſt. dicebat. *Stimulus carnis datus eſt mihi*, à quo colaphizabatur, ſed quare? re-
ſpondet D. Aug. *Vt oſtendatur homini, quod homo eſt, ne magnitudo reuelationum extollat me, ne* ſer. 3. de
extolleretur, tamquam iuuenis, colaphyzatur, vt puer immundus itaque permittebatur, & Sanctus verb. A-
probabatur. poſt.

Et D. Chryſolog. *Paulus ſtimulatur, ne extollatur; & quomodo, qui hæc audis refugis ſtimulari? quomodo te ipſum inter vbertatem donorum, aùt conterere deſinis, aùt conteri non finis.*

DE DILECTIONE INIMICORVM.

1 Diuus Ambroſ. *Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.* Quis igitur laceſſi- l. 2. de fide
tus non diſcat ignoſcere, quando pro perſecutoribus, & Crucifixus Dominus in verba
orauit? Luc. 23.

2 Idem. Magna gloria eſt, ſi cui potuiſti nocere, parcas. l. 4. ep. 29

3 Idem. Si te non læſit frater, obſequium meretur, vt diligas, quod ſi forſitan læſit, ma- ſer. 10. in
gis obſequium meretur, vt vincas. Hæc noſtræ Chriſtianitatis ſumma eſt in eaque ſimiles ep. ad Co-
Deo parenti efficimur. loſſ. 3.

4 D. Aug. *Diligite inimicos veſtros, vt ſitis filij Patris veſtri, qui in Cælis eſt.* Qui ergo benè in pſ. 70.
vult inimico ſuo, Deo ſimilis eſt. Matt. c. 5.

5 Idem. Ad dilectionem proximi vos admoneo, quia ad ſanandum vulnera peccatorum, in cap. 5.
nihil vtiliùs eſſe cognoſco. Matth.

6 Idem. *In verba Matth. 6. Dimitte nobis debita noſtra, &c.* Si Fratrem non diligis, ſi pro- ſer. 2. ad
ximum odis, quo iure, quo pacto, qua fronte tibi petis dimitti, qui proximo rancorem fratr. in
non dimittis? Heremo.

7 Idem. Fores cœli clauſæ ſunt ei, qui non dimittit, Dominus non ingredietur eius ora- ſer. 56. de
tio, nec à Deo illi bona venient, & ideo Dominus. Si offers manus tuum ad altare, & re- temp.
cordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum, & vade priùs reconciliari fratri tuo.

8 Idem. Talem vnuſquiſque indulgentiam accepturus eſt à Deo, qualem ipſe dederit pro- ſer. 203.
ximo ſuo; & tunc oratio noſtra pro peccatis noſtris ad aures omnipotentis Dei peruenerit, de temp.
ſi deliquentium preces noſtris auribus acceptabiles erunt.

9 Idem

ſer. 5. de S. Steph. 9 Idem. Sed dicet aliquis grandis labor eſt inimicos diligere, pro perſecutoribus ſupplicare. Nec nos negamus fratres: non paruus quidem labor eſt in hoc ſæculo, ſed grande erit præmium in futuro; per amorem enim hominis inimici; efficeris amicus Dei, immò non ſolùm amicus, ſed etiam filius, ſicut ipſe Dominus dixit. *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, ut ſitis filij Patris ueſtri, qui in cœlis eſt.*

ſer. 1. de temp. 10 Idem. Odium velut venenum mortiferum de corde veſtro repellite, & tanta ſit in vobis charitas, quæ non ſolùm vſque ad amicos perueniat, vt ſecurè poſſitis dicere in oratione Dominica. *Dimitte nobis debita noſtra, &c.*

ſerm. 5. de S. Steph. 11 Idem. O quicunque illos es, attendis quid tu feceris Deo? Cum enim tu multum grauiora in Deum peccata commiſeris, quare non dimittis hominis parum, vt tibi Deus dignetur dimittere multum? Recole quod tibi in Euangelio veritas ipſa promiſerit, & quam tibi quodammodo cautionem fecerit. Si enim, inquit, dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet, & vobis Pater cœleſtis peccata veſtra. Si autem non dimiſeritis, nec Pater veſter dimittet debita veſtra.

lib. de bono patiēt. 12 D. Cyprian. Nullus eſt, qui magis honorem ſuum curet, quàm Deus: quique minus permittat honori ſuo detrahi: Deus autem non tantum cenſet eſſe contre honorem inimicis parcere, & benefacere, ſed potiùs ſupremum honorem, & gloriam.

hō. 8. BB. PP. to. 4. 13 D. Eligius. Si verò incomparabiliter plùs peccaſti tu Deo, quàm peccauerit in te homo, quare iubente Domino, non dimittis parum, vt tibi Dominus dignetur dimittere multum?

hom. 27. in Euāg. to. 2. 14 Diuus Greg. Dimittamus quod debetur nobis, vt dimittatur quod debetur à nobis.

hom. 24. in c. 15. Ioan. & l. 9. moral. c. 9. 15 Idem. Quid eſt quod Moyſes, & Samuel cæteris Patribus in poſtulatione præferuntur? niſi quod hi duo tantummodo in cuncta Teſtamenti veteris ſerie pro inimicis ſuis leguntur exoraſſe? Moyſes à populo lapidibus impetitur, & pro lapidatoribus Dominum deprecatur; Samuel verò ex principatu eijcitur, & tamen non ceſſat pro populo orare dicens. *Abſit à me hoc peccatum, ut ceſſem orare, pro nobis.*

in Matth. hom. 1. 16 D. Hieron. *ſuper illud ſimile eſt Regnum Cœlorum, &c.* Si ob factam contumeliam implacabiles ſumus, & improperamus verbum, pro quo habeamus diſcordias, nonnè nos rectè videamur redigendi in carcerem, & ſub exemplo operationis veſtræ hæc agent, vt maiorum nobis delictorum venia non relaxetur.

in Matth. 24. 17 Idem. *Si peccauerint in te.* O formidoloſa ſententia ſi parua fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittuntur.

in verba Eccl. 28. 18 Hugo Card. *Qui enim vendicari uult, à Domino inueniet uindictam.* Nemo enim ſibi debet vſurpare vltionem, ſed debet Domino reſeruare, cuius ſolius eſt hæc facere ſine culpa: nec vult Dominus alicui homini, vel Angelo hanc poteſtatem communicare.

hom. 1. ad Phil. to. 4 19 D. Ioannes Chryſoſt. Non poteſt pecunias contemnere? non potes egenis res tuas diſtribuere? non vales remittere in te peccanti? tu qui multa debes dimittere, iuberis, vt plura recipias, & detractas.

hō. 30. ad pop. to. 5. 20 Idem. Ita tamquam tabes quædam, & tinea mentis noſtræ radicem corrodit, quàm tuis viſceribus feram includis, ſatiùs eſt viperam in corde tuo latere, quàm iram, & rancorem.

hom. 1. ad Phil. to. 4 21 Idem. Contriſtauit te quiſquam, & probris, ac iurgijs affecit, cogita quàm multa ſimilia tu in alios, atque in ipſum Dominum admiſeris, ſicque eris ad veniam pronior.

hom. 19. in ep. ad Rō. in Matt. 5 22 Idem. *Diligite inimicos ueſtros, &c.* Nunquam Chriſtus dixit. Vt ſitis filij patris veſtri, qui in Cœlis eſt, niſi quando aiebat. Diligite inimicos veſtros, orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, tunc præmium iſtud ſubiungebat: nihil enim hominem Deo conformem facit, ſicut iſta virtus.

hom. 13. in imperf. 23 Idem. Si iniuriam pateris, noli præſentem inſpicere iniuriam, ſed conſidera gloriam, quam pro mercede in iudicio conſecuturus es.

hom. 4. in Act. Ap. 24 Idem. Non vlciſci, Deo facit æqualem.

25 Idem. Nihil facit hominem, ita Deo ſimilem, ſicut inimicis eſſe placabilem.

in Pſ. 50. Gē. hom. 38. in Ioan. in illud Mat. 6 26 Idem. *Dimitte nobis debita noſtra, &c.* Tu legem ſcribis de venia, & pœna, tu in tui cauſa fers ſententiam: Dimitte nobis, & ſicut dimittimus. Vide quid dicis, ne contra te enſem, vt inſanus, & furens ſtringas.

in Matt. 5 27 Idem. *Si offers munus tuum, &c.* O admirabilem benignitatem, atque ineffabilem erga homines amorem Dei plùs diligit fidelium concordiam, quàm munera ſibi oblata, honorem ſuum deſpicit, dùm in proximo charitatem requirit. Interrumpatur, inquit, cultus meus, vt tua charitas integretur.

Digitized by Google

28. D. Leo. Qua fronte vis, vt tibi Deus dignetur dimittere multum, cum tu non acquieſcas dimittere parum? *ſerm. de Martir.*

29. D. Petrus Chryſol. Age homo mandante Deo, dimitte, dimitte peccata, eſto miſericors ad delicta in te commiſſorum tu remiſſor eſto peccatorum, tu modo ne perdas diuinæ inſulas poteſtatis, quidquid in alio tu remiſeris, tibi in alio tu negabis. *ſer. 136.*

MANTISSA AD DILECTIONEM Inimicorum.

TAnti facit ipſe Dominus Inimicorum dilectionem iniuriæque condonationem, vt debito ſibi cultui, ſacrificioque anteferat.

Hinc animaduertendum eſt, quod licet Adam peccauerit, non eum Deus, ſed terram maledixit, dicens, *maledicta terra in opere tuo*, peccauit Cain contra proximum, fratrem occidens, & Deus non terram, ſed ipſum Cain maledixit, dicens, *maledictus eris, &c.* quare hoc? quia pluris hanc, quàm illam offenſam æſtimat, inter omnes culpas, quas commiſit Dauid, valdè ſolemne fuiſſe legitur Adulterium, & ſuperbiam, ſed maior ſanè fuit ſuperbia, nam maximè repugnat Deo, & tamen 3. Reg. leguntur hæc verba, quod fuiſſet Dauid rectus in oculis Dei, excepto ſermone, vbi clarè videtur maius luxuriæ peccatum, quàm ſuperbiæ eſſe.

Exod. 20. præcepit Deus dicens. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in Cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra, non adorabis ea, neque coles, ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelotes, &c.* idem reperies Leuit. 26. & Deut. 5. hoc poſito, quare ergo, vt ſanarentur Hebræi à Serpentium morſibus loquutus eſt Dominus ad Moyſem dicens, *fac tibi Serpentem Aeneum, & pones eum pro ſigno, qui percuſſus aſpexerit eum, viuet, &c.* num. 21. loquar ego ad Dominum, dicamque ei, caue Domine mi hoc præcipere, nam populus hic, cum iam magnum beneficium recipiet à Serpente, facillimè adorabit eum; ſed reſpondet pro Domino, Philo Hebræus dicens. *Ita proprium eſt Hebræorum numquam condonare, à quo iniuria affecti fuerunt, vt nullum poſſit eſſe periculum Serpentem adorandi, à quo morſi fuere,* ex quo deducitur, Hebræum eſſe non parcere quemadmodum Dei Filiorum eſt libenter condonare, *vt ſitis filij Patris veſtri*, dicit Ariſtoteles, *hominis irati ſaliua veneniferam eſſe*, hinc Chriſtus, vt oſtenderet hoc veneno carere, poſtquam à Iudæis iniurijs fuit oneratus, quin, & lapides acceperunt, vt in eum conijcerent, ipſe abſcondit ſe, & exiuit de templo, & tunc ſua ſaliua lumen cæco nato reddidit, oſtendens ſic, nulla contra Iudæos detineri indignatione. Tanta eſt dilectionis inimicorum virtus, quod per eam homo declaretur Dei Filius; in morte Chriſti in Caluario, adfuit quidam Centurio, qui intuens Chriſti fortitudinem in patiendo, non eſt opinatus fuiſſe Dei Filium; vidit eum, quamplura miracula efficiſſe, loquelam mutis, lumen cæcis, vitam mortuis dediſſe, & numquam Dei Filium fuiſſe faſſus eſt, at intuens eum Cruci affixum, exanguem, dilaceratum, ſpinis coronatum, opprobrijs plenum, *vidimus eum, & non erat aſpectus*, & tunc vociferatur, *verè Filius Dei erat iſte?* quid noui vidiſti, aut audiuiſti felix Centurio, quod ſic te exclamare coegit? audiuit inquam ait Diuus Auguſt. Chriſtum dicentem. *Pater ignoſce illis, & ex hoc concludit Chriſtum eſſe Dei Filium.* Oderat Eſaù Fratrem ſuum Iacob, quia primogenituram abſtulerat, perſequebaturque eum dicens. *Occidam eum, occidam fratrem meum Iacob*, vnde Iacob proficiſci coactus eſt, & in longinquam abire Regionem, ne in Eſaù manus incideret, at poſt multum tempus regreſſurus, vt matrem reuiſeret, timebat, ne offenderetur ab Eſaù, rogauitque Dominum dicens. *Erue me Domine de manu Eſaù*, & ſic diſceſſit, & dùm iter ageret, eleuans Iacob oculos ſuos vidit fratrem ſuum Eſaù obuiam venientem ſibi, a quo non ſolùm, non fuit necatus, ſed Eſaù dimiſſo odio, amplexatus eſt fratrem ſuum Iacob, ſtringenſque collum eius, & oſculans eum, fleuit & tunc dixit Iacob fratri ſuo, *ſic vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei*, Geneſ. 33. quibus verbis, licèt videatur Iacob adulari, fratri ſuo, re vera Iacob, non fuit adulator, nam vt adnotauit D. Greg. perpendenda eſt illa particula, *Sic*, ideſt, *modò parcens mihi, diuinam habes faciem.* Nam ille, qui condonat inimico, deificatur in terra per gratiam, nihilque poteſt Deo

teſt Deo

Digitized by Google

teſt Deo gratiùs facere, cum ipſummet inimici nomen Deus abhorreat, vndè cum eſſet, in Cruce, infinitis færè vulneribus excruciatus dixit ad Patrem. *Pater ignoſce illis, &c.* qui ſunt iſti dicit D. Auguſt. aderat iuxta Crucem Mater Chriſti; aderant Magdalena, Ioannes, & alij multi, qui ſunt illi? dicere debebat Pater ignoſce inimicis mei, ſed quia vehementer abhorret inimici nomen, ideo dixit, *Pater ignoſce illis, &c.*

Qui inimico non parcit, AntiChriſtus dici poteſt, audite Ioannem Euang. diligamus alterutrum, & hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundum mandata eius, & qui non diligit proximum, hic erit ſeductor, & AntiChriſtus, in hoc manifeſti ſunt filij Diaboli, qui non diligunt fratrem ſuum; dixit etiam hoc D. Theodoretus in illa verba Danielis cap. 11. *vt confluentur, & eligatur, & dealbentur, &c.* nam de illo Antiocho Epiphane, propter odium, quod contra Machabeos oſtendit, ſic vocat eum Theodor. & ait. *Antichriſti imago eſt Antiochus, & exemplar Antiochi eſt Antichriſtus.*

Narrant Hiſtoriæ, quod Cæſar Romanus Imperator, loquens cum quibuſdam nobilibus dicebat; ridiculum eſt videre ſenem decrepitum conſilium petere, & medicinæ leges obſeruare, vt curari poſſit; homo decrepitus eſt omnium malorum receptaculum, vllaque medicina iuuare ei poteſt, tales ſunt, qui contra proximum odio flagrant, ſunt decrepiti, audiant Iob dicentem. *Calligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea decrepauerunt*, vnde ſequitur vitiorum omnium eſſe receptaculum, & ſicut charitas cuncta peccata, & vitia delet, ita odiũ omnia mala, & culpas affert, hinc Diuus Bonau. ait. *Vulgo dicitur de homine irato, vel accenſo, quod omnia facit, qui ad indignationem facilis eſt, erit ad peccandum procliuis,*

Iuuenalis Satira 4. ait, *Infirmi animi ſignum eſt vindictam quærere.*

l. 3. cap. 4 Valerius Maximus ait, *Glorioſus eſt iniurias beneficijs vincere, quam odij pertinacia compenſare.*

Vnde Iulius Cæſar primus Romanorum Imperator, poſtquam inimicos debellauit, dùm victorioſus regrederetur, peruenit ad eum nuntius dicens Catonem vticenſem eius inimicum, proprijs manibus ſibi ipſi mortem dediſſe, & hoc, ne victus ante triumphum duceretur, quod audiens Cæſar ſuſpirans, & plorans, ait, *Inuidit Cato gloriæ meæ, quàm comparauiſſem illi parcendo,* quod egregiè dixit Iſa. 20. *Expectat Dominus, vt miſereatur noſtri, quia exaltabitur parcens*, hinc idem Iſa. ſcribit quod cupiens Deus mittere filium ſuum pro mundi ſalute, dicebat. *Emitte agnum, &c.* quare non dixit mitte leonem; vt dicitur Apoc. 5. *vicit Leo, &c.* quia dominari debeba terræ, & mites ſunt, qui terræ dominantur. *Beati mites quoniam, &c.*

Qui parcit quodammodo martyris meritum adipiſcitur, poterat Dauid impunè (cum eſſet in ſpeluncam) ſuum inimicum Saul occidere ex multorum conſilio. & noluit hoc committere ſcelus; at poſtquam è ſpelunca egreſſus eſt, pſalmum quemdam compoſuit; cuius titulus eſt. *In finem ne diſperdas inſignia mea*, quod Hebræus Textus legit. *In finem ne diſperdas aureolam meam.*

Dicunt Theologi tres eſſe, aureolas Martyris, Virginis, & Doctoris. Aureolam Virginis Dauid adipiſci, non potuit, quia vxorem duxit, neque Doctoris, quia numquam publicè legit. forſan martyris? audi Chryſoſt. lib. de Dauid, & Saul dicentem ſic; *Dauid millies coronam meruit martyris, quia millies vindictam de inimico Saul ſumere poterat, noluit imo pepercit.*

Qui non parcit Diabolus eſt, 2. Reg. 18. dùm Dauid fugiebat à facie Abſalon, à Semei probris, & iniurijs appetitur, his verbis. *Egredere, egredere vir ſanguinum, & Belial,* at vt dicitur 2. Reg. 19. poſtquam Dominus reſtituit Dauid ſeruo ſuo Regnum timens vehementer Semei, ne ſibi aliquid triſte accideret, feſtinauit Semei, & deſcendit cum viris Iuda, in occurſum Regi Dauid, & proſtratus coràm Rege dixit ad eum, *ne reputes mihi Domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum ſerui tui in die, qua egreſſus eſt Domine mi Rex de Hieruſalem, neque ponas Rex in corde tuo, agnoſco enim ſeruus tuus peccatum meum*, reſpondens Abiſai filius Saruiæ, dixit, *numquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit Chriſto Domini*, & ait Dauid, *quid mihi, & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in Sathan?* ergo vltor Sathan eſt, ergo duellorum libri, Diaboli ſunt; audiamus Dauidem Pſal. 9. dicentem. *Conſtitue legiſlatorem ſuper eum, & Diabolus ſtet à dextris eius,* iuuenibus nobilibus pedagogus datur, vt doceat iuuenes, ita vltorum pedagogus, Diabolus eſt, *Diabolus ſtet à dextris eius*, imò vltores ipſo Diabolo peiores ſunt; propter odium, quod habebat Saul contra Dauid, Diabolus exagitabat Saul, ait Textus, *quandocumque Spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat Citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul,* & leuius habebat, recedebat enim ab eo ſpiritus malus; accidit, vt cum quadam die ſpiritus malus exagitaret Saul, & Dauid refocillaret eum cythara, Saul, vt narratur 1. Reg. 19 *niſuſq; eſt configere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul; lancea autem caſſo vulnere, perlata eſt in parietem, & Dauid fugit, &*

ſaluatus

Digitized by Google

ſaluatus eſt nocte illa. Dauid Cythara ſua Dæmonem placat, & irati Saul animum placare non valet, ergo iratus Dæmone ipſo peior eſt; nulla maior animitas, quàm parcere inimico; vnde Spiritus Sanctus loquens de Moyſe Eccl. 45. ait. *Magnificauit eum, & in uerbis ſuis monſtra placauit.*

Dauid Pſal. 7. hanc ſibi facit imprecationem, *ſi reddidi retrib. mihi mala, decidam meritò ab inimici meis*, dicit Diuus Theodor. *Hoc malum ſibi precatur Dauid ſi reddiderunt malum ſibi retribuentibus, ſcilicet, ut amitteret meritum, quod adeptus eſt, inimicis parcens.* Sed quid ait Dauid? ſolent enim Reges per ſceptrum, per coronam iurare, at Rex Dauid iurat, per meritum, per honorem, per gloriam; quam acquiſiuit, inimicis parcens, quid eſt hoc? nihil certè aliud, quia inimicis parcere, Regiæ Coronæ ſceptroque æquiparauit.

Hinc Adrianus cum antequam eſſet Imperator perquiſiuiſſet ſuum quemdam inimicum Ciuem Romanum occidere, poſteaquam ad Imperium fuit aſſumptus, vocari iuſſit ciuem illum, cui dixit Adrianus. *Euaſiſti quia Imperator factus ſum.* Quaſi diceret, Imperatorum, Regumque eſt inimicis parcere, hinc Eccleſia de Chriſto canit dicens, *gratias tibi agimus propter magnam gloriam tuam.*

Diuus Thom. in ſuo Cathal. Matth. 5. ait, quod cupiens Deus, vt eſſemus ei ſimiles quoad fieri poteſt, nobis ſuadet inimicis parcere, & ſic ait. *Cum autem ad hoc nos uocat, ad ſimilitudinem ſuam uocat.*

Vnde Theoph. in Matth. 5. ait. *Vide quantum bonum dat, qui te odit*, & Euthim. in Matth. 5. ait. *Vt ſitis filij Dei, non natura, ſed ſimilitudine.*

Hinc Theodoretus adducens rationem, cur Deus noluerit Moyſem ingredi Terram Promiſſionis, dicit fuiſſet, quia ſi ingreſſus fuiſſet perſeuerans in patientia, & amore vſque in finem facilè populus ille Moyſem, vt Deum coluiſſet, nam diligere eos, qui iniurijs beneficia recompenſant, diuinum eſt, ſic ait Theodor. *Non permiſit hunc ſummum Prophetam introducere populum in Terram Promiſſionis, ne illum tamquam Deum celerent Iſraelitæ.* quaſt. 43. in Deut.

Diuus Chryſoſt. hom. 30. ad Popul. volens ſuadere Imperatori, vt Populo Antiochenſi, qui Imperatoris imaginem deſtruxerat, parceret, ait. *Quod autem tot, aùt talia paſſus iram dimittas, hoc omnem naturam excedit, & mundus ingenuitatem admirans dicet papè quanta Chriſtianitatis potentia? verè magnus Chriſtianorum Deus, qui ex hominibus Angelos facit.*

Scribit Vulcatius Gallicanus in Auid. Caſſ. quod Imperatrix Fauſtina à Marco Antonio Romanorum Imperatore conſorte petijt, vt iniuriam rebellis Auidij Caſſij vindicaret, Imperator vxori Fauſtinæ ſic reſpondit. *Non enim quidquam eſt quod Imperatorem Romanum melius commendat gentibus, quam clementia; hæc Cæſarem Deum fecit, hæc Auguſtum conſecrauit.*

Chriſtus Dominus noſter cum ſemper inimicos dilexiſſet, maiori dilectione eos proſequutus eſt in Caluario, dicit enim Diuus Chryſoſt. quod videns Chriſtus, magnam de Cœlo deſcendere indignationem, & punitionem ſuper Chriſti inimicos, Sathanæ miniſtros, rogauit Patrem, vt auerteret ab eis iram, & punitionem, & in inſenſibiles creaturas conuerteret, *Pater ignoſce illis, &c.* hinc terra tremuit, velum templi ſciſſum eſt, petræ ſciſſæ ſunt, &c. audite Chryſoſt. *In elementa omnem conuertens iram, in benignitate eos ſeruare cupiebat.*

Origen. loquens de Chriſti amore erga Iudam proditorem ait. *Videbat adhùc propter illum Calicem Paſſionis etiam Iudam, qui ex duodecim vnus erat, filium fore perditionis, propter hos ergo, quos in paſſione ſua nolebat perire, dicebat ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* hom. 33. in Matth. 27

Inde Chryſoſt. de Iuda proditore ait. *O Chriſti miſericordia, ò Iuda dementia, ille eum triginta denarijs paciſcebatur, vt venderet, Chriſtus ei Sanguinem, quem vendidit offerebat, vt haberet remiſſionem peccatorum.*

Oleaſter expendens illud 2. Reg. 3. quod dixit Dauid Sibæ. *Numquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam Dei?* dicere debebat miſericordiam meam, Oleaſter ſic ait. *Noſtra in hoc diſtare à diuina videtur miſericordia, quod noſtra ad noſtros tantum, ſe extendit, diligentes tantum eos, qui nos diligunt amicos, non inimicos, miſericordiam autem Domini, præcipuè ad inimicos.* in cap. 18. Gen.

Diuus Anſelmus Dialog. de Paſſ. audiens Mariam ei narrantem contumelioſa verba quibus Hebræi Chriſtum afficiebant, & præcipuè illa, Matth. 27. *vah qui deſtruis Templum Dei, deſcende de Cruce*, petit Anſelmus à Virgine. *Quid ad huiuſmodi inſultus reſpondit filius tuus?* dicit ei Maria. *Dilectus meus orauit pro eis, dicens, Pater dimitte illis, quia enim quid faciunt neſciunt.* Quaſi diceret, ſi cupiunt ſcire Hebræi, an ſim Dei Filius, clarè patet cum tot vulneribus, & iniurijs affectus pro crucifixoribus oraui, quod non humanum, ſed diuinum eſt.

Diuus Vincentius ſerm. Dominicæ Paſſ. examinans, quare Chriſtus dixerit, *Pater ignoſce*

illis, &c. ſic ait. *Tunc Chriſtus vidit Deum Patrem paratum ad recipiendam vindictam de Crucifixoribus ſuis, ſi filius voluiſſet.*

Diuus Bruno de ornat. Eccl. cap. 6. ait. *Nimia miſericordia ſuperabundans, pro ſuis crucifixoribus orabat, dicens, Pater ignoſce illis, &c.*

Chryſoſt. exponens verba Pſal. 14. *Voce mea ad Dominum clamaui*, ait. *Qui clamat aduerſus inimicos, non edit vocem hominis, ſed Feræ, & Serpentis.*

Hugo Card. in illa verba Cant. 4. *Fauus diſtillans labia tua Sponſa, &c.* ait. *Vt ſic ſit mel, ac lac ſub eius lingua, non venenum intoxicans.*

D. Chryſoſt. in Pſal 4. ait. *Hæc eſt lingua Angelorum, quando nihil acerbum, iucunda autem omnia loquitur, quando pro his, qui faciunt iniuriam, & probris perſequuntur, venit ſupplicans.*

homil. 30. ad popul. Hinc de Diuo Stephano Protomartire dicitur Act. 6. *Intuentes eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius tamquam Angeli*, vnde Diuus Chryſoſt. reddens huius rei rationem ait. *Cum malè patiebatur, tunc pro eis orabat, dicens, ne ſtatuas eis hoc peccatum, eis itaque non iraſcens, ſed pro eis dolens, ac mærens, hæc loquebatur; quoniam, & aſpectum propterea dixit, quod viderunt faciem eius, quaſi faciem Angeli*: cum eſſet Chriſtus in Cruce oſtendit effectibus, quod verbis docuerat, dixerat enim. *Diligite inimicos veſtros benefacite his, qui oderunt vos*, hoc oſtendit in Cruce, inimicos enim vehementer dilexit, quia poſt innumerabilia opprobria, & vulnera, permiſit, vt vnus militum lancea latus aperiret, non dicit vulnerauit, ſed aperuit, vt quaſi ex quodam foramine amorem, quem in corde alebat, videremus, *& ex eo exiuit ſanguis, & aqua*, quare cum ſanguine exiuit aqua? quia cum dicant Medici, iram eſſe accenſionem ſanguinis circa cor, vt oſtenderet ergo Chriſtus nullam talem habere indignationem, aquam exire permiſit, qua iram ſedatam fuiſſe cognoſceremus, hinc magna ira accenſum Chriſtus intuens Patrem, qui mundum, propter tot ſcelera deſtruere volebat, vnde, *Petra ſciſſa ſunt velum, &c.* & ecce illicò tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, quibus impietates, & crudelitates Hebræorum contra Chriſtum operirentur, ne ob eas Aeternus Pater mundum diſperderet vniuerſum, ideò Chriſtus rogauit eum, dicens, *Pater ignoſce illis*, & quia, *caput Chriſti, Deus*, hinc eſt, vt *inclinato capite*, quod alius Textus legit, *placato Patre, emiſit Spiritum.*

Lis magna fuit olim, inter Deum, & humanam naturam. In qua de diuino honore, & de humanæ naturæ morte agebatur, miſericordia, & Angeli Patriarchæ, & Prophetæ, humanæ naturæ apud Deum patrocinabantur; ex aduerſo autem inſurgebat Iuſtitia. Lix hæc ſpatio quinque millia annorum producta, vſquequo Dei Filius in terram deſcenderet, cuius ſententiæ litis deciſio repoſita fuit, qui hominem Deo conciliatam remanere, & Deum homini, omnem offenſam condonare decreuit, hac tamen conditione, vt ſi velit homo amari à Deo, amet, & ipſe proximum, ſi vult à Deo condonari condonet, & ipſe proximo ſuo, ne dicatur ei, quod legitur Matth. 18. dictum fuiſſe cuidam, *Serue nequam omne debitum dimiſit tibi quoniam rogaſti me?* Matth. &c. & Diuus Auguſt. ait. *Si pacem non diligis, ſi proximum odiſti, quo iure, quo pacto, qua fronte, tibi petis dimitti, qui in proximum rancorem non dimittis?* Et Ethnicus ille Eſchines. in quadam ſua oratione ad Athenienſes ait. *Nullum eſt in mundo verbum elegantiùs, aùt homine ingenuo digniùs, quam iniuriarum obliuiſci.* Et Ariſtides, vt refert Plutarchus, qui propter vitæ integritatem fuit appellatus Iuſtus, cum iniuſtè exularet à patria, è Ciuitate egrediens, manus, & oculos ad Cęlum eleuauit dicens. *Deos precor, vt tàm indignum facinus ignoſcant, ac nihil proptèrea acerbum, aùt grauiùs in Ciuitatem decernent*. Et Tullius in oratione pro quinto ligario, ad Iulium Cæſarem dixit. *Obliuiſci nihil ſoles, niſi iniurias.*

ser. 2. ad fratres in Heremo,

Nulla maior poteſt inueniri impietas, quàm mortuum percutere, hinc paſſionis, & mortis Chriſti inſtrumenta dulcia vocantur, *dulce lignum, &c.* ſolùm lancia vocatur crudelis, *quo vulneratur inſuper, mucrone diro lancea*, quia in mortuum Chriſtus Corpus ſæuijt, *vt veniſſent ad Ieſum, &c.* Ioan. 19. ita inimicus, qui te offendit, & te odio habet, iam eſt mortuus propter peccatum, quia gratia priuatur, & dùm non ſe pęnitet, infernum meretur, ſi ergo cum odio habes, aùt contra eum vindictam ſumis, mortuum percutis, & offendis, Dauid æquiparauit inimicum apibus, & igni in ſpinis, Pſal. 11. *Inimici mei circumdederunt me, ſicut apes, & exarxerunt ſicut ignis in ſpinis*, Diuus Aug. dicit. *Sicut apes fauum circumdant, & mellificant, & dulciſſimum reddunt, ita Iudæi circumdederunt Chriſtum, vt fauum, & neſcientes, nobis dulciſſimum in paſſione exhibuerunt, vt meritò dicamus, quàm ſuauis ſit Dominum, qui mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Circumdederunt ſicut apes dico ego, nam licèt apes ſuo aculeo vulnus nobis infligant, melle tamen iuuant, ita quamuis iniurijs pungat, dulciſſimum tamen vtilitatis mel nobis affert, & ſicut apes dùm alios ſtimulant ſibi ipſis necem comparant, & offenſus viuit, ita inimicus ſibi mortem, tibique vitam tribuit, *exarſit*

ſicut

ſicut ignis in ſpinis, qui folia, & non lignum conſumit, ita inimicus in carne, & in bonis, & non in anima offendere poteſt, & ſicut ignis ſpinas conſumens, terram fœcundat, ita inimicus bonorum temporalium ſpinas comburit, & cor noſtrum bonis operibus opimat.

In Act. Apoſt. cap. 9. ſcribitur quod, *dum iter faceret Saulus, contingit, vt appropinquaret Damaſco, & ſubito circumfulſit eum lux de Cælo, & audiuit vocem de Cælo dicentem ſibi, Saule, Saule, &c* qui dixit, *quis es Domine*? mirum quidem Dominum vocat, quem non cognoſcit; ſed Domini appellationem ſanè meretur, qui perſecutorem non punit, ſed vocat, non enecat, ſed ſanat, audiamus quæſo Hugonem Card. dicentem. *Hæc verba Saule, Saule, &c. ab animo regio prouenire exiſtimauit, & ideo quamuis illum non cognouiſſet, dignum tamen regio titulo iudicauit.*

Gen. 4. Caim occidit Abel iuſtum, & ſtatim dixit Deus, *vox Sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, quare vindictam petit terra, & non anima, aut corpus, vel ſaltem ſanguis Innocentis Abel? expoſitores omnes, ſanguinem Abel, Sanguinis Chriſti figuram eſſe affirmant; ſed quia Chriſti Sanguis de inimicis non ſe erat vlturus; ideo noluit ſanguinem Abel vindictam clamare, mens eſt D. Ambr. *Benedixit clamat ad me de terra, & non dixit de fratris corpore, quia ſi frater parcit, terra veniam non admittit.*

Poſtquam Deus Gen. 32. luctari voluit cum Iacob; dixit ei Deus, *quomodo vacaris?* (Iacob) reſpondit, *nequaquam*, dixit Deus. *Sed Iſrael*, quia aduerſus Deum fortis fuiſti, interea appropinquauit aurora, & dixit Deus, *dimitte me aurora eſt*, quod audiens Iacob, dixit ei, *quis es tu?* reſpondit Deus, *nonne dixi tibi, quod aduerſus Deum fortis fuiſti?* quod admirans Iacob dixit, *pedem oſtendiſti, & Deum te dicis eſſe?* non credam, quia proprium Dei eſt condonare, & non offendere, audiamus Oleaſtrum in perſona Iacob loquentem cum Deo, & ita dicentem. *Non pepercisti viribus meis, & te tamquam Deum vis me te agnoſcere?* Scriptura ſubdit dicens, *videns Deus, quod eum ſuperare non poterat*, ſi Deus vicit Iacob; quomodo ſcriptura dicit, quod Deus non ſuperauit Iacob? audite quæſo; ſi vos ab aliquo iniuria affecti fuiſſetis, proculdubio naturaliter affectatis vindictam de eo ſumetè, hoc Iacob non fecit, cum offenderetur, ſed pepercit, ita vt idem Oleaſter dicat quod. *Iacob parcens ad Dei ſimilitudinem tranſiuit*, & ſic ambo erant Dei, vnus per naturam, alter vero per gratiam, & vnus, alium non ſuperabat, quia ait Oleaſter. *Deus alium Deum non ſuperat.*

Exod. 3. in Rubo apparuit Deus flammeus, ſed non deficiens, quare in Rubo, & non in aliqua alia eminentiori arbore apparuit? reſpondit Theodoretus quæſt. 6. ſuper Exod. & ſic ait. *In flamma, & Rubo Dominus appàruiſſe, vt idolatria, ad quam Hebræi adeò propenſi erant, occaſio è medio tolleretur.*

At Diuus Bern. dicit. *Spinam naturaliter eſſe vltricem.* Ob cuius rei veritatem ſi aliquis decidet inter rubetum, quot erunt ſpinæ, tot vulneribus cruentabitur, ideò Deus apparuit in rubo, quia proculdubio, non colerent eum, tamquam Deum, cum rubus ſit vltor, & Deus ex natura ſua ad condonandum propenſus, audite verba Diui Bernardi, ſic dicentis. *Spina pungit, Chriſtus vngit, ſi ſpina Deus erit, quomodo pungens erit?*

Scriptor vitæ Sancti Lucij Papæ, ait Sanctum Pontificem in exilium fuiſſe miſſum, & hæc verba dicit de eo, *vt maior ad Eccleſiam rediret*. Quid, nam ſignificant hæc verba? numquid in hoc mundo aliqua inuenitur dignitas Pontificia maior? minimè, ſolus Chriſtus eſt maior, cuius vicem Pontifex gerit, dùm ergo ad exilium Sanctus Pontifex Lucius pergit, parcendo regreditur Deus, meritò ergo, dicitur de eo, vt maior ad Eccleſiam rediret.

Etiam ex Diuo Chryſol. ita erga inimicos amor effertur, vt dixerit. *Inter Patrem, & filium non datur exceptio, & inæqualitas, ſed ſi daretur, filius maior eſſet dilectionis cauſa.*

Hæretici negant eſſe Spiritum Sanctum, eo quod, Diuus Stephanus, cum lapidaretur, eleuans oculos ad Cœlum vidit Cęlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei, & nullam facit de Spiritu Santo mentionem, dicunt Hæretici ſi vidiſſet, dixiſſet, & non proſpiciunt, quod tunc Spiritus Sanctus in Stephani pectore inhabitabat, audite quæſo Diuum Chryſol. ſic dicentem. *Eo ipſo, quo quis patientiam, & charitatem habet erga inimicos, tunc facit, quod Spiritus Sanctus in ſe inhabitet.*

Diuus Thomas ait, quod parcere inimico, eſt actus Spiritus Sancti, quia eſt actus amor. *Amor eſt*, ait Thomas. *Sed hic amor eſt Spiritus Sanctus*, dùm ergo Stephanus pro inimicis rogat, habet in ſe Spiritum Sanctum, hinc eleuans in Cœlum oculos, vidit tantum Patrem, & Filium. *Stephanus plenus Spiritu Sancto vidit, &c.* vnde Diuus Petrus Damianus dicebat ſic. *Maximè me mouet iſtius Protomartyris amor, dùm in Cęlum oculos video habere eleuatos, non miror, ſi orat pro inimicis, quia amor infinitus, ideſt Spiritus Sanctus, erat in eo.*

Aa 2 Diuus

Diuus Auguſt. arbitratur diuinas perſonas maximè delectari inimicorum venia, ita, vt nihil pretioſiùs, & gratiùs eis exhiberi poſſit; hinc Aug. de verbis Domini dicit, quod videns Sanctus Ioſeph ſuam Sanctiſſimam Sponſam Mariam grauidam, cum eſſet Virgo, quid faciendum eſſet ignorabat, & dubitans forſan de aliquo ſiniſtro euentu, & per legem ſciens poſſe vlciſci, hoc facere, non eſt auſus, & cum ad condonandum valdè propenſus eſſet, omnia occultauit, ſed peto quare Spiritus Sanctus per Virginem Sponſam Ioſepho hoc non reuelauit? ſed tantum Sacramentum abſconditur ei? quia maximoperè delectabatur Deus, Ioſephum intuens quamplures veniæ actus elicere, & Mariæ condonans, condonabat alijs, qui forſan in tali ſiniſtro euentu partem vnquam habuiſſent, hæc ſunt verba Auguſtini dicentis. *Ioſeph vir Sanctus tanto flagitio turbatus, de vxore pregnante nullatenus quietus tacet, & ſubſtinet.*

Exod. 3. miſit Deus Moyſem ad Pharaonem, vt populum dimitteret ad ſacrificandum Deo, & vt hoc Moyſes perficere potuiſſet, dixit ei Deus, *conſtitui te Deum Pharaonis*, & virgam quamdam dedit ei, per quam miranda prodigia facere potuiſſet, quibus perterritus Pharao dimitteret Hebræos: pluribus vicibus acceſſit Moyſes ad Pharaonem indicans Dei voluntatem eſſe, vt dimitteretur populus, ſed pertinax Rex dimittere recuſauit, quod intuens Deus vocauit Moyſem dicens, cum te conſtituerim Deum Pharaonis, virgamque dederim tibi, qua ad tuam voluntatem pertinacem, ſæuumque Regem punire poteras, cur tali, ac tanta auctoritate, non es vſus, ad reprimendam Regis audaciam? ſic mihi videtur Moyſes Deo reſpondere dicens, ſi potentiſſimè Deus, & me tibi ſimilem effeciſti, quomodo punire poteram? ſi tuum eſt ſemper ignoſcere, & miſereri, hæc ex Diuo Petro Damiano habemus. *Si tu mi Domine dixiſti, ecce conſtitui te Deum Pharaonis, quomodo vis caſtigem illum, ſi tuum eſt miſereri ſemper, & parcere?*

Olim Deus Hebræis nunquam ſe manifeſtauit, eſſe vnum in eſſentia, & trinum in Perſonis, ita vt Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium occultaretur, ſed tantum dicebatur eis, Deus tuus vnus eſt, Deus. *Vnum cole Deum*, at in Lege Euang. oppoſitum inuenio, nulla enim re Deus magis delectatur, quam Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterium nobis patefacere. *Fides autem Catholica hæc eſt, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur.* Quare hoc, cum ſemper Deus fuerit idem, & in Trinitate, & in Vnitate? quia Hebræi valdè propenſi erant Idolatriæ, vnde ſi Sanctiſſimæ Trinitatis perſonæ indicatæ fuiſſent Hebræis, nonnulli Patrem, alij Filium, alij Spiritum Sanctum coluiſſent, & ſic inter eos diſſidentia, & diuiſio orta fuiſſet, & vt tantum ſcelus Deus auerteret, voluit potiùs Sanctiſſimæ Trinitatis Maieſtatem occultari, dummodo, amor, & vnio ſeruaretur, audite D. Ambr. in Exameron. ſic, dicentem. *Conſiderabat enim Dominus populum illum ad Idolatriam maximè procliuum, & ne cor eius diuideretur in partes, & ſingulis perſonis propria pars tribueretur, ait vnum cole Deum.*

Quando homo, non condonat, ſed vindictam quærit de inimico, tunc, non homo, ſed Leo, aut Vrſus dici debet, hinc Theophil. aduertens illud Lucæ, *homo quidam fecit cænam magnam*, dicit per hunc hominem, Deum intelligere debemus, nam cum miſericors, & amans apparet, homo dicitur, cum vero vlciſci vult, Leo, Vrſus, &c. nominatur, ſic Theophil. *Quando enim vindicatiuam Dei virtutem ſcriptura ſignificat, Pantheram, Vrſum, & Pardum eum vocat, quando autem miſericordiam vult inſinuare, hominem inducit, ſicut, & nunc.*

Hinc antiqui, vt refert Pierius Valerianus, cum hominem iratum depingere volebant, vulneratum Leonem pingebant. *Vlciſcendi inquit ſtudium per Leonem telo confoſſum, plerique pingere ſtuduerunt.*

Vnde Abraham Gen. 13. ad tollenda iurgia dixit Loth, *ne quæſo ſit iurgium inter me, & te*
de Abraã *inter paſtores meos, & paſtores tuos, fratres enim ſumus.* Septuaginta legunt, *Quia homines fra-*
lib. 2. c. 6. *tres ſumus*, quæ verba aduertens D. Ambr. ait. *Quia cauſas concordiæ ſapiens adhibet, vnde permiſit homines nos ſumus.*

hom. 11. ad pop. Vnde Chryſoſt. quærens quare Deus non muniuerit armis hominem, ſicut, & cætera animalia, ſic ait. *Bruta corporis gerunt arma, puta Bos cornua dentes Aper, vngues Leo, mihi vero, non in corporis natura Deus arma repoſuit, ſed extra corpus, demonſtrans, quod animal mite ſit homo.*

Quæritur quare Propheta Malachia, ita fuerit nuncupatus cum Malachia ſignificet Angelum? reſpondet Diuus Epiphanius de vit. Proph. hoc feciſſe Hebræos, propter Prophetæ manſuetudinem, & ſic ait. *Cæterum cum populus vniuerſus, non minori ſanctimonia, quam manſuetudine præditum coleret, indiderunt illi nomen Malachil: quod ſi quis interpetramentum requirat, ſonat Angelus.*

Oleaſter attendens Deum promiſiſſe ſe miſſurum Hebræis Angelum, vt eorum neceſſitatibus ſubueniret. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via.* Exod. 23.

hunc

hunc Angelum, ait Gaetanus fuiſſe Moyſem, quod Oleaſtro non placet, & ait. *Quia de hoc Angelo textus dicit, quod, non parceret iniquitatibus eorum, coſtat autem Moyſem ſæpius iniquitatibus eorum pepercisse.*

Ex quo deducitur, Angelum Dei miniſtrum, non parcere peccatoribus, ergo, qui parcit, plùs quam Angelus erit, Angelicamque naturam ſuperabit, ac neſcio quid diuinitatis ſapiet.

Vnde Dionyſ. Areopag. attendens illud, quod Paulus Apoſtolus refert Deum dixiſſe de David Act. 13. *Inueni Dauid Filium Ieſse ſecundum cor meum*, cum Dauid quam multas virtutes habuiſſet, quæ nam virtus fecit eum, ita Deo gratum, vt hoc de ipſo dicatur? audite Diuum Dionyſ. ſic dicentem. *Quid vero Dauid Dei parentem fecit diuina amicitia dignum? nempe cum eſset bonus, atque etiam in hoſtes benignus; inuenit inquit ille ſummè bonus, ac benignitatis amantor, hominem, ſecundum cor meum.*

Chriſtum Cruci affixum dilaceratum, & exanguem, Iudæi, vt refert Marcus 15. prætereuntes blaſphemabant, mouentes capita ſua, & dicentes vah qui deſtruis templum Dei, quare Chriſtus tot iniurijs affectus non puniuit Iudæos? reſpondit Diuus Bernardinus. *Nec mouebatur animus eius, vt occultam potentiam vellet demonſtrare deriſus.* *ſer. de paſſ. c. 1. p. 2.*

Qui non condonat proximo, ſed de eo vindictam ſumit, fera, imò Diabolus poteſt dici, & condonans ijs, à quibus iniuriam accepit, non ſolùm ad humanam, ſed etiam ad Angelorum formam proximè accedit, hinc Lactant. Firmian. de ira ita dicit. *Ira non modo bonis, ſed hominis appellatione deſpoliat, ſiquidem nocere alteri, non eſt ſecundum hominis naturam, nam, & pecudes ſi laceſſas, aùt calce, aùt cornu repugnant.* *de vero cultu l. 6. c. 18*

Hinc Semei ſibi ſuadens, à Dauide ob vindictam occiſum fuiſſe Abner, & Isboſeth, eo quia deſcenderent de ſanguine Saul eius inimici, talibus iniurijs Dauid affectus fuit à Semei, dicebat ſcilicet. *Egredere, egredere vir ſanguinum, & vir Belial, reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinem domus Saul.*

Toſtat. quæſt. 8. ibidem, explicans quid ſignificet illud Belial, ſic ait. *Vocatur vir Belial homo indomitus, vel ſine iugo, quia nulli rationi, vel legi ſubijcitur.*

Quare hoc? quia vltor Fera eſt, & non homo, Gloſſa aduertens illud Matth. 22. *Simile factum eſt Regnum Cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo, &c.* cum autem Rex hic vindictam ſumerè vult de illis, qui ad nuptias venire recuſarunt, ait Euang. *Rex autem iratus*, & non dicit homo, quare hoc? quia cum aliquis vult vlciſci, amittit nomen hominis, audi Gloſſam ibidem. *Suprà homo, dùm inuitabat, & opera clementiæ agebat, nunc in vltione, Rex tantum.*

Iudæi videntes ſigna, & miracula, quæ Chriſtus faciebat, propter quæ Chriſti nomen magis, ac magis efferebatur inuidebant ei, & vt opprimerent eum, & fama ſpoliarent, Phariſæi dicebant, *in Principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia*, Matth. 9. nec Chriſtum reſpondiſſe; nec vltum eſſe legimus, ſed Diuus Chryſoſt. dicit. *Chriſtum optimè reſpondiſſe, non verbis, ſed factis, nam ſubdit ſtatim Euang. quod abſque vlla animi perturbatione, circuibat Ieſus omnes Ciuitates, & Caſtella docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni Dei, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem, vt ſic benefaciens, inimici apertè cognoſcerent, eum nullum pactum, nullamque amicitiam habere, cum Dæmone, quia benefacere inimicis, opus Dei, & non Dæmonis eſt,* hæc D. Chryſoſt. & homil. 33. in Matth. *Dæmones ſi contumeliaueris, quam ab ipſis ſperabis veniam, qui vel cultoribus ſuis exitio ſunt? Chriſtum autem videmus, his, alijſque contumelijs, & iniurijs affectum, non modò, non vltum fuiſſe, ſed, nec commotum quidem, quippequi, etiam poſt hac maledicta, vrbes, & villas indeſ circumiret, vt ſcribitur, prædicans in Synagogis Euangelium Regni Cælorum, & curans omnem morbum, omnemque languorem, qua quidem manſuetudine animi accuſationes eorum, facilè refellebantur.*

4. Reg. 19. dicitur. *Factum eſt igitur nocte illa, venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris aſſiriorum centum octoginta quinque millia*, dicit Toſtatus quæſt. 28. ibidem, non fuiſſe Angelum bonum, ſed Dæmonem, & rationem aſſignans, ſic ait. *Melius autem dicitur, quod fuerit malus, quam bonus, quia eſſe miniſtrum Dei in afflictione pœnarum, magis conuenit Dæmonibus: nam Angelis bonis competit ex conditione ſua benefacere.*

Vnde D. Petrus Damian. ait. *Diuinum quidem ſapit, benefacere his, qui oderunt vos.* *ſer. 1. de*

Pſal. 4. ita ſcribitur. *Voce mea ad Dominum clamaui*, Diuus Chryſoſt. ibidem, quærens cur *exaltat.*
dixerit Dauid, voce ſua clamaſſe, ſic ait. *Qui clamat aduerſus inimicos, non edit vocem hominis,* *S. Crucis.*
ſed Færæ, & Serpentis.

Spiritus Sanctus Cant. 4. laudat Sponſæ linguam dicens. *Fauus diſtillans labia tua Sponſa, mel, & lac ſub lingua tua*, quæ verba exponens Hugo Card. ait. *Vt ſic ſit mel, & lac ſub eius lingua, non venenum intoxicans.*

Et Chri-

Digitized by Google

Et Chryſoſt. in Pſal 4. *Hae eſt lingua Angelorum, quando nihil acerbum, iucunda autem omnia loquitur, quando pro ijs, qui faciunt iniuriam, & probris proſequuntur, venit ſupplicans.*

de offic. l.2. c.7. D. Ambr. loquens de magnis honoribus, quibus Deus Moyſem cumulare voluit, ſic ait. *Meritò æſtimatus ſupra homines, & vultui eius non poſſent intendere, & ſepulturam eius, non repertam crederent, quia ſic ſibi totius plebis mentes deuinxerat, vt plùs eum pro manſuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur.*

Geneſ. 4. ſcribitur. *Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech ſeptuagies ſepties*, & tamen grauiùs videtur peccatum Cain, qui occidit fratrem ſuum Abel, quam peccatum Lamech, qui quemdam iuuenem occidit, vt ipſemet Lamech dixerit. *Occidi virum in vlnus meum, & adoleſcentulum liuorem meum*, & licet ex his verbis, nonnulli dicant, quod Lamech occiderit duos, & alij quod Lamech occiderit Cainum, vtrumque negant Diuus Theodor. quæſt. 44.
de exort. ad caſt. c.5 in Gen. his verbis. *Non duos, vt quidam putauerunt, neque ipſum Cain, vt alij fabulati ſunt, ſed vnum, & hunc iuuenem interfecit.*

Quare ergo grauior fuit punitio Lamech, quam Cain? Tertullianus dicit quod Deus ab initio vniri voluit Eccleſiam in Adam, & Eua; poterat Deus ſi voluiſſet tres, vel quatuor mulieres formare, nam neque coſtæ deerant Adamo, neque Deo potentia, ſed vnam tantum mulierem formauit, vt Eccleſiæ vnio ſignificaretur, hæc ſunt verba Tertull. *Nam cum hominem figuraſſet, eique parem neceſſariam proſpexiſſet, vnam de coſtis eius mutuatus, vnam illam fœminam fingit, cum vtique nec artifex, nec materia defeciſſet: plures coſtæ in Adam, & infatigabiles manus in Deo, ſed non plures vxores apud Deum, ideo dixit, erunt duo in carne vna, non tres, neque quatuor, alioquin iam, non vna caro.*

Subdit idem Tertull. *At cum Apoſtolus in Eccleſiam, & Chriſtum interpetratur, erunt duo in vnam carnem, ſecundum ſpirituales nuptias Eccleſiæ, & Chriſti, vnus Chriſtus, & vna eius Eccleſia.*

Ex quo clarè patet, quod noluerit Deus, hominem habere, niſi vnam tantummodo vxorem, vt ſic inter Chriſtum, & Eccleſiam vnio ſignificaretur, at quia Lamech quantum in ſe fuit, hanc vnionem diuidere voluit, duas aſſumens vxores, vt ait Tertullianus ſic dicens. *Numerus matrimonij à maledicto viro cæpit; primus Lamech duabus maritatus, tres in vnam carnem effecit.*

Hinc meritò ſeptuagies ſepties punietur, dùm voluit Eccleſiam diuidere. Si ergo Lamech, ita ſeuerè punitus fuit, quia in figura voluit Eccleſiam diuidere, quid dicendum de his, qui odia, & inimicitias nutriunt, quibus Eccleſiam diuidunt? priuantur enim fructu, qui ex Communione Sanctorum emanare ſolet, quod maxima punitio eſt, nam ſi ſum in gratia, omnium ieiuniorum, orationum, omniumque bonorum operum, quæ fiunt ab Eccleſia Sancta particeps ſum, at ſi quod abſit per odia, & vltiones, ſum ab Eccleſia diuiſus, his omnibus diſpolior, hinc Dauid Pſal. 68. conquerebatur quia non omnes erant vniti in charitate, & dilectione, vnde dicebat. *Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobantium tibi, ceciderunt ſuper me*, quod Simmachus, vt magnam Dauidis charitatem indicaret, traducit. *Zelus Domus ſuæ conſumpſit me*, & Diuus Auguſt. in Pſal. 68. ait. *Si enim inuenirem illos ſeruantes mandata tua, Zelus domus tuæ non comederet me.*

Diuus Thomas dicit, quod cupiens Deus nos ſimiles ei eſſe, ad veniam inimicorum nos inuitat, his verbis. *Cum autem ad hoc nos vocat, ad ſimilitudinem ſuam vocat.* Ita Bern. de Anim. cap. 1. intelligit illa verba Geneſis, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & ait. *Oportet id, quod ad imaginem eſt, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare, præſentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis*, & Theoph. in Matth. cap. 5. ait vide. *Quantum bonum dat, qui te odit*, & Euthymius, Matth. cap. 5. *Vt ſitis Filij Dei, non natura, ſed ſimilitudine.*

Hexamer. l. 6. c. 11. ùt ſitis Filij Patris veſtri, quomodo fuit Pater noſter? numquam requieuit in creatione vniuerſi, niſi poſt hominem creatum, quare hoc, ait D. Ambr. *Quia inuenit Deus hominem, cui beneſaceret, & cui peccata dimitteret, qui facilè ſolet inimicis condonare, hic ipſos Angelorum in admirationem inducit.* Ita Iſaac Abbas de contemptu mundi cap. 13. *Qui cum humilitate ſubſtinet accuſationes obiectas, hic ad perfectionem, & à Sanctis Angelis admiratur, nulla enim ita magna, & difficilis ad obtinendum virtus exiſtit.*

Sed hoc non admiror, nam Dei ſeruus, non ita in admirationem inducit homines, propter ſigna, miracula, & prodigia, quæ facere ſolet, ſed propter ſummum prodigiorum, quod eſt condonare inimicis; vnde Chriſtus dixit Patrem alloquens Ioan. 7. *Charitatem, quam dediſti mihi dedit eis.*

Duas glorias reliquit Chriſtus Diſcipulis, antequam ex hoc mundo diſcederet, ita Theoph.

Digitized by Google

ait. *Eam gloriam, qua per ſigna, & aliam quoque gloriam concordia ſcilicet, vt ſint vnum, ſed hæc gloria maior eſt, quam gloria ſignorum.*

Quaſi diceret maius prodigium eſt, inimicis parcere, quam mortuos ſuſcitare, vel quodcumque aliud miraculum efficere.

Diuus Paulus enumerans fauores, & gratias, quas à munificentiſſimo Deo receperat 2. Cor. 12. ſic ait. *Signa Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, inſignis, & prodigijs,* Diuus Theodoretus ponderauit hic, Paulum digniorem locum dediſſe patientiæ, quam miraculis, & prodigijs, & ſic ait Theodor. *Rectè ſignis tolerantiam prepoſuit, mentis enim rectè facta, multo præſtantiora.*

Et hoc quia maius prodigium eſt patienter opprobria ſuſtinere, & inimicis parcere, quam quodcumque miraculum efficere, hinc illud Pauli. *Signa Apoſtolatus mei:* Textus Syrus legit. *Signa Apoſtolorum*, quaſi diceret, vis cognoſcere, an aliquis ſit Apoſtolus, attende, an toleret patienter opprobria, deriſiones, & inimicis condonet libenter, ſi hoc faciet, pro certo habere debes, hunc talem, eſſe Apoſtolum.

Diuus Ambroſ. aduertens quod ſuſtinere opprobria, & inimicis condonare res difficillima ſit, & miraculorum maximum, dicit, Dauidem feciſſe, ſicut facere ſolent inſignes Doctores, qui poſtquam multa ſcripſere, ſcripta attentè relegunt, ne aliquod peccati, & chriſtianæ veritati repugnans, in eis inueniatur, quod ſi mendum proſpicient, ſe retractant, vt feciſſe legimus Diuum Auguſt. & Diuum Thomam, & quamplures inſignes Doctores, ita refert Diuus Ambr. effeciſſe Dauidem, nam poſtquam Pſal. 7. ſcripſerat. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis,* in Pſal. 130. ſe retractauit dicens, *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me,* in quibus verbis Propheta ſe retractauit de ea laude, quam ſibi ipſi dederat in Pſal. 7. dicens, *ſi reddidi retribuentibus mihi mala*, quia hæc laus erat cunctarum maxima, & ideo ſe humilians, retractauit, audiamus Diuum Ambr. loc. cit. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, quaſi palinodiam quamdam cantandam putauit, dicens, Domine non eſt exaltatum cor meum.* lib. 3. in c. 5. Lucæ.

Quia ſuſtinere approbria, & deriſiones, & inimicis condonare, res ita ardua eſt, & per difficilis, ita vt ſit miraculorum maximum, & non humanum, ſed diuinum, hinc D. Cyprianus lib. de bono patient. ait. *Patientia res eſt Dei*, vnde Diuus Valerianus ſcripſit; quod, qui iniurias, & approbria beneficijs, recompenſat, ſapit neſcio quid infinitatis, & agit, non vt homo, ſed vt Deus. *Infinita virtutis eſt, odia vinciſſe beneficijs*, hæc ipſe.

Vnde Diuus Greg. Nanzianz. Orat. 19. dicit quod maius donum offerimus Deo, dùm pro inimicis oramus, quam ſi pro ipſomet Deo Sanguinem funderemus, & mortem ſubiremus: hinc attendens, quod dixit glorioſus Stephanus Act. 7. dùm Dominum rogabat, ne ſtatuas illis hoc peccatum, ſic ait Greg. *Stephanus cum lapidaretur, pro lapidantibus orabat, maius aliquod morte Chriſto offerens, nempè longanimitatem.*

Res ita per difficilis eſt inimicis parcere, & pro eis orare, vt impoſſibilis videatur, cum humanas excedat vires, & non poteſt perfici, niſi peculiari Dei gratia adiuuante, licèt Stephanus fuerit primus, qui poſt Chriſtum pro inimicis orauerit; hoc tamen, quia Chriſti Sanguis recens erat, & Chriſti fortitudine roboratus potuit tolerare, audite Euſebium Emiſſ. *Reliquias excipere calicis illius emeruit, quo paulo ante ſæuiente mundo, Saluator occubuit.*

Quando aliquis de inimicis vindictam ſumerè ſtudet, pacem confringens, inter alia mala, hoc maximum committit, diuiniſſimum Euchar. Sacramentum mentiri facit, nam hoc venerabile Sacramentum Symbolum eſt vnionis, & charitatem repræſentat, vnde in his rebus fuit inſtitutum, quæ ex multis vnum fiunt, D. Aug. tract. 26. in Ioan. ita ait. *Corpus, & Sanguinem ſuum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur, ex multis namque granis vnus panis efficitur, & ex multis racemis vinum confluit.*

Eo magis hoc de Sacramento Euchariſtiæ dici poteſt, quia Eccleſia vocat hoc Sacramentũ, *Sacramentum vnitatis, & pacis.* In orat. ſer. Corporis Chriſti, & Diuus Chryſolog. ſer. 149. ſic ait. *O quam deſiderabile nomen pacis, quam Religionis Chriſtianæ ſtabile fundamentum, & Altaris Domini Cæleſtis ornatus.*

Vnde Diuus Baſil. Epiſt. ad Sanctum Amphilochium Canone 3. vult militibus, qui actu pugnauere, ſpatio trium annorum negandam eſſe communionem. *Rectè autem habet conſulere, vt qui ſunt manibus non puris, trium annorum communione abſtineant.*

Quare hoc? quia cum bellum ſit paci, & vnioni contrarium, ita erit, & huic Sacramento, vnde Rupertus dicit, quod cum aliquis huic Sacramento adhæret, non ſolùm recipit Chriſtum Redemptorem, ſed etiam omnes Chriſti fideles, qui tamquam membra capiti, Chriſto ſcilicet, l. 2. de diuinit. off. cap. 6.

ſcilicet, ſunt per charitatem vniti, audite verba Ruperti. *In prima actione commemoratio omnium fit, in eo quod cum ſint multi, ſic per vnam fidem in vnum ſpiritum, vnumque corpus Eccleſiæ coniuncti ſunt.*

Opuſc. 11 cap. 10. Act. 4. dicitur. *Multitudo credentium erat cor vnum, & anima vna*, quomodo hoc potuit eſſe, reſpondet Diuus Petrus Damianus his verbis. *Sicut homo græco eloquio dicitur, microcoſmos, hoc eſt minor mundus: ita etiam vnuſquiſque fidelium, quaſi quædam minor videtur eſſe Eccleſia.*

Ex quo deduci poteſt; quod qui vnum odit, vel nocet, & Eccleſiam odit, & nocet.

Hinc D. Chryſoſt. loquens de nece Ioannis Baptiſtæ omnium crudeliſſimam eſſe affirmat, & rationem affert. *Hunc verò, ait, dùm occidit, non vnam modò cædem perpetrauit, ſed & plures ſiquidem totidem occidit, quotquot ille viuens viuificare poterat ſermone.*

in cap. 1. ruth. q. 5. Abulenſis quærit, an dari poſſit ita fames vniuerſalis, vt ſit in vniuerſo orbe, & reſpondet, quod, quia huiuſmodi fames oriri ſolent ex infauſto aſpectu planetarum, at nullum planeta poteſt eſſe ita infelix, vt vniuerſo noceat orbi, audite verba Abulenſis dicentis. *Et ſic impoſſibile eſt, quod planeta nociuus habeat aſpectum ſimul ad totum orbem.*

Et tamen omnis vltor vni nocens, totam Eccleſiam offendit, & nocet, ergo quocumque infelici planeta ſæuior, atque infauſtior eſt, nam vnuſquiſque fidelium, minor videtur eſſe Eccleſia.

lib. 3. off. cap. 3. Et D. Ambr. ait: *Si in vno membro totum corpus violatur, vtique in vno homine communio totius humanitatis ſoluitur, violatur natura generis humani, & Sanctæ Eccleſiæ congregatio, quæ in vnum connexum corpus, atque compactum vnitate fidei, & charitatis aſſurgit*, & addit idem S. Doctor. *Chriſtus quoq; Dominus, qui pro vniuerſis mortuus eſt, mercedem ſanguinis ſui euacuatã dolebit.*

Imò tanta eſt vnionis præſtantia, vt diuinis benedictionibus digna efficiatur: Orig. hom. 5. in diuerſ. dicit. quod cum omnes concupiuerint, vt Chriſtus eorum domus ingrederetur, & tali honore efficerentur digni, vt de Regolo, qui pueri ſanitatem petiuit à Chriſto, Ioan. 4. de Simone Phariſeo, qui ad conuiuium inuitauerat Chriſtum Luc. 7. vt etiam narratur de Zaccheo, & de Diuo Matthæo, & de ſolo Centurione dicitur, quod noluerit Chriſtum ingredi eius domum, quia indignum ſe exiſtimauit dicens. *Domine non ſum dignus, vt intres, &c.* quare hoc? ſic reſpondet Orig. & ait. *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, quaſi diceret, miles ſum, gladio accinctus, ſanguinem fundens, ad prælium exiens, & ob hoc non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.*

Et voluit dicere, quia milites pacem confringere ſolent, quod Chriſto valdè diſplicet, ideò non ſum dignus.

Dùm Moyſes moriebatur, omnibus tribubus benedixit, excepta Tribu Simeonis, quod admirans Diuus Theodoretus quæſt. vltima in Deuter. huius rei cauſam petit, & ſic ait. *Quamobrem, non benedixit Simeoni?* & ipſemet Theod. reſpondet. *Arbitror eum præcipuum auctorem fuiſſe ſtructarum in Ioſeph inſidiarum.*

Geneſ. 30. cum iter ageret Iacob, volens quieſcere, ait Textus. *Tulit de lapidibus, qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo dormiuit*, & vidit illam celeberrimam ſcalam, per quam Angeli &c. & expergefactus, obſtupefaciens, dixit, *verè Dominus eſt in loco iſto*, quare Iacob dixit, & exiſtimauit Deum adeſſe in eo loco? quia tulit lapidem ait, Textus, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, nam, vt volunt Hebræi, & Abulenſis in Hebr. Opin. annotauit, Iacob. plures lapides ſuppoſuiſſe capiti ſuo, deinde vnum tantummodo lapidem inuenit, quia omnes lapides in vnum ſe coniunxerunt, quod cum videret Iacob, admirans ait, *verè Dominus eſt in loco iſto*; nam vbi vnio, & charitas eſt, Deum inhabitare neceſsè eſt.

Quemadmodum vltorum nos miſeret, ita, & ſanctè inuidere ijs, qui opprobria, & deriſiones patientes ſuſtinent.

D. Chryſoſt. aduertens illud Matth. 5. *Benefacite iis, qui oderunt vos*, ſic ait, *puto, quod, non tantum pro inimicis noſtris Chriſtus illa mandauit, quantum pro nobis.*

lib. 1. ep. 3 1. Cor. 2. ſer. 3. ſer. omniũ Sanctorũ cap. 3 homil. de s. Steph. ait Qui ergo iniurijs onerantur, ſunt illi, qui lucrantur, audite Diuum Cyprianum. *Neque enim, qui audit, ſed qui facit conuitium miſer eſt, nec qui à fratre vapulat, ſed qui fratrem cædit, in lege peccator eſt, & cum nocentes innocentibus iniuriam, illi patiuntur, iniuriam qui facere ſe credunt.* & Diuus Chryſoſt. *Qui alium lædit, quodammodo ſe ipſum lædit*, & Diuus Leo. *Magis plangendus eſt faciens maligna, quam patiens, quia iniuſtum malitia ſua demergit ad pœnam, iuſtum autem tolerantia ducit ad gloriam.*

Euſeb. Emiſſ. *Quare Stephanus tanta efficacia orauerit pro lapidantibus?* & ita reſpondit: *Non mirum ſi eis neſcit iraſci, per quos ſibi videt aulam Regni Cœleſtis aperiri, per quos ſe æternis ſeculis intelligit conſecrari.*

Audite

Audite quæſo Diuum Chryſoſt. aduerſus Mundum dicentem. *Regium eſt condonare iniurias*, hinc cum potuiſſet Dauid interficere inimicum ſuum Saul, pepercit tamen ei, quod agnoſcens ipſe Rex Saul, & admirans huiuſmodi illuſtrem actionem dixit Dauidi magna voce, *nunc ſcio, quod certiſſimè regnaturus ſis.* Quod etiam admirans Diuus Chryſoſt. vbi ſupra inquit de Dauide. *Hæc eſt glorioſa victoria; egreſſus eſt enim magis exultans, quam cum Goliat deieciſſet, & barbari caput amputaſſet: ſiquidem hæc illa magnificentior erat victoria, hæc glorioſius trophæum.* Et idem S. Doctor concludit dicens, *qui enim læſus inimico parcit, iam gloriæ coronam habet in capite.* homil. de Dauid, & Saul. 1. Regum cap. 14.

D. Cyprianus actionem hanc parcendi diuinam vocat dicens. *Diuina eſt generoſitas condonare iniurias.* l. 3. de zelo, & Ciu. & lib. de bono pat.

Imò idem Sanctus aſſerit, quod Chriſtus nunquam clariora diuinitatis ſuæ ſigna dederit, quam cum in Cruce inimicis condonauerit; *nunquam*, inquit S. Doctor, *ſic inditia diuinitatis expreſſit.*

S. Iſidorus hanc virtutem diuinam admirans dicebat, *magna eſt virtus, ſi non lędis eum, à quo lęſus es; magna eſt gloria, ſi cui potuiſti nocere parcas.* Vnde D. Bern. de Chriſto Crucifixo dicebat. *Qui flagellis cęſus, ſpinis coronatus, clauis confoſſus, patibulo affixus, opprobrijs ſaturatus, omnium tamen dolorum immemor*, inquit, *Pater ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt.* l. 6. ſoliloq. ſer. 50. in Cant. c. 4.

D. Hieron. in illa verba Dauid, *ipſe dixit, & facta ſunt, pręceptum poſuit, & non pręteribit?* perpendit, quod omnes creaturæ præter hominem diuinis præceptis obtemperant; homo autem compeſcere iram, & diſcordias ſedare, non valet, ita inquit, *in Cęlo pręceptum Dei ſeruatur, & in terra, non ſeruatur. Totus mundus Deo ſeruit, & pręceptum eius meminit, & homo ſolus non meminit.* Et Tertullianus admiratur, quod mare, & tempeſtates Deo obtemperant; & homo non obedit Deo. *Fines littoribus concluſit, quo cum fremens fluctus, & ex alto ſinu ſpumans vnda veniſſet, rurſum in ſe rediret, nec terminos conceſſos excederet, ſeruans iura praſcripta*: & ſubdit, *vt Diuinas Leges tanto magis homo cuſtodiret, quanto etiam illas elementa ſeruaſſent.* in pſ. 149. l. de Trin.

Dauid Propheta docet nos, & monet, vt iram, & vindictam Domino remittamus, qui ſufficienter pro nobis retribuet, vt ipſe met Propheta Dominum rogabat dicens, *Domine retribue pro me*, quaſi diceret, inquit Auguſt. *Domine retribue pro me, ego non retribuo, tu retribues pro me: ſæuiant inimici quantumlibet, tu retribues, quod ego non poſſum.* pſ. 137.

Eccleſiaſt. 28. docet nos ex corde remittere inimico, ſi noſtrorum delictorum indulgentiam obtinere deſideramus, his verbis. *Homo cum caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?* quod conſiderans Tertullianus, inquit, *Homo cum caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo? quid eſt enim ad pacem Dei accedere ſine pace? ad remiſſionem debitorum, cum retentione? quomodo placabit Patrem iratus in fratrem?* Et D. Cyrill. Alexandr. hoc conſiderans dicebat, *magna quęris, & parua non expendis*, quaſi diceret ſi magna in Cœlo cupis miſericordia perfrui, exhibe, & tu proximis paruam in terra miſericordiã; & eſt id, quod Dauid dicebat ſecundum mentem D. Chryſolog. *Domine in Cælo miſericordia tua*, quæ verba perpendens Chryſol. dixit. *Humanam miſericordiam petit, vt largiatur diuinam eſt in Cælo miſericordia, ad quam per terrenam miſericordiam peruenitur.* lib. de or. cap. 5. Cat. 3. ſerm. 9.

Dei Filium in hoc ſaltem imitari debemus, qui cum potuiſſet de inimicis vindictam ſumerè, noluit tamen, vt nos doceret ſuo exemplo inimicis condonare; vnde dicebat Petrus Bleſ. *Numquid, quod decuit Deum; dedecet Dei ſeruum?* quaſi diceret, quod patienter opprobria ſuſtinuerit Rex gloriæ, tu homo cinis, puluis, & vermis inconueniens iudicabis? audi Diuum Auguſt. ita dicentem imò Chriſtum per Auguſt. loquentem. *Præceſſit exemplum, toleraui perfectè, volui, quod ſciebam: vt tibi neſcienti præberem ſolatium; quod mihi fecit, faciet, & tibi, vt multum poſſit, vt multum ſæuiat, accuſaturus eſt, falſa crimina dicturus eſt, vt præualeant falſitates; numquid in te præualebunt, & in me, non præualuerunt? in me certè pręualuerunt, ſed Cælum non abſtulerunt.* ep. 146. in pſ. 55.

Et ſubdit Auguſt. *Si ego prior dimiſi, dimitte, vel poſtea inuenis Patrem, inuenis Patrem; ſi enim imitari non vis, exhęredari diſponis*, innocenter Dei Filius indigna tolerauit, & tu, qui infinitas culpas commiſiſti, numquid pro eis pati dedignaris? indignas iniurias paſſus eſt Dei Filius, & tu, quæ promereris audire dedignaris? audi quæſo quæ de Chriſto D. Auguſt. aſſerit. *Dictus eſt peccator, dictus eſt iniquus, dictus eſt Beelzebub, dictus eſt inſanus. Tu dedignaris, ſerue, audire pro meritis tuis, quod Dominus audiuit nullis meritis ſuis?* & D. Amb. conſiderans verba illa Chriſti. *Pater ignoſce illis, &c.* inquit, *quis appetitus non diſcat ignoſcere, quando pro perſecutoribus ſuis Chriſtus, & Crucifixus orabat*, & D. Auguſt. *Pater ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt; non dedignetur quod fecit Chriſtus, facere Chriſtianus.* Audiant quæſo (illi qui vindictam de inimi- de Verb. Dom. in Matt. c. 18 in pſ. 68. l. 2. de fid. cap. 3. tract. 52. in Ioan.

ſer. 119. de temp. eis ſumerè volunt) D. Aug. ita dicentem. *Quid vis? vindicari? vide pendentem, & tibi de ligno, tamquam de tribunali præcipientem: vide pendentem, & tibi languenti de ſuo ſanguine medicamentum facientem. Vide pendentem ſi vindicari vis. Vindicari vis? Vide pendentem, audi precantem, Pater ignoſce illis, non enim ſciunt, quid faciunt.* Gloſſ. ſuper. illa verba Iſaiæ. *Et pro tranſ-* *in Iſ. 57.* *greſſoribus exorauit*, perpendens verba Chriſti, *Pater ignoſce illis*, propter quæ magna hominum multitudo crediderunt in Chriſto, inquit. *Ad hanc vocem, ſecundum Euangelium Nazareorum, multa millia aſtantium crediderunt.*

DE DIVITIIS.

l. de Nab. Iſr. c. 14. 1 Diuus Ambr. *ſuper illud Pſal. 75. viri diuitiarum.* Benè viros diuitiarum appellat, vt oſtenderet eos non poſſeſſores diuitiarum, ſed à ſuis diuitijs poſſideri.

epiſt. 10. 2 Idem. Cum Regnum Dei pauperum ſit, quid eſſe locupletiùs poteſt.

l. de Nabuth. c. 4. 3 Idem. *Referens Achab, meſtum quia vineam Nabuth non potuit auferre, ideò non manducaſſe panem ſuum.* Quoniam quærebat alienum non manducauit, qui raptu viuunt, & rapinis ſumptum exercent ſuum.

de bono mortis. 4 Idem. Quid mane quærimus lucrum, pretioſæ animæ detrimentum, exiguus eſt enim totus mundus pro vnius animæ diſpendio, quid enim prodeſt homini ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ ſuæ verò detrimentum patiatur? non auro redimitur, non argento, imò auro amittitur.

ibid. c. 2. 5 Idem. O diues neſcis quam pauper ſis? quanto plùs habuerit, plùs requiris. Inflammatur homo auaritia, non reſtringitur: quaſi quoſdam gradus cupiditas habet, quo plures aſcenderit, & ad altiora feſtinat, vnde ſit grauis ruina lapſuro.

ſer. 205. de temp. 6 D. Auguſt. Fur tibi tollit aurum, quis tollit Deum? quid habet diues ſi Deum non habet? quid non habet pauper, ſi Deum habet?

ſerm. 34. 7 Idem. *In perſona pauperis diuiti alloquentis.* Potes ſæuiendo etiam de patria me expellere, nocuiſti ſi illuc me expuleris, vbi Deum meum inuenire non poſſum? fortè valebis etiam occidere ruente carnali domo? in columnis habitatur, abſcedo, & ad illum cui fidem ſeruo ſecuritus exibo, & te amplius non timebo.

ſer. de verbis Dom. 8 Idem. Nihil diues habet de diuitijs ſuis, niſi quod ab illo poſtulat pauper.

ſer. 112. 9 Idem. Grandis animus eſt, qui inter diuitias non ſuperbit, vt maior animus diuitijs ſuis, qui eas vincit non concupiſcendo, ſed contemnendo.

in pſal. 21 10 Idem. *Edent pauperes, & ſaturabuntur.* Beati pauperes, quia ideò edunt, vt ſaturentur, qui autem diuites ſunt, non ſaturantur, & quærunt vnde arcam impleant.

quod ſer. 11 Idem. Diuitias inueniſti? requiem amiſiſti.

ſer. 25. de verb. Dñi. 12 Idem. Quæ eſt iſta animarum inſania? amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere Cœlum.

lib. de contemp. mūdi cap. 8. 13 Idem. *Regnum Cælorum non diuitum, ſed pauperum eſt, dici namque pauperibus,* Beati pauperes ſpiritu, quorum eſt Regnum Cœlorum. Si eſt Regnum Cęlorum pauperum, reſtat vt Infernus ſit diuitum.

hom. 25. ſuper Io. 14 Idem. Ille male viuit, & fœlix eſt, iſte iuſtè viuet, & laborat, non indignetur iuſtè viuens, & laborans intus habet, quod ille non habet, ille fęlix habet aurum in arca, iſte Deum in conſcientia. comparemus Deum, & aurum, arcam, & conſcientiam. ille illud habet, quod perit, & ibi habet vnde perit, iſte Deum habet qui perire non poteſt, & ibi habet, vnde auferri non poteſt.

ſer. 34. 15 Idem. Morbus diuitiarum eſt ſuperbia magna, nam grandis animus eſt, qui inter diuitias iſto morbo non tenetur, qui autem ideò magnum ſe putat, quia diues eſt, ſuperbus, & egenus eſt, inflatus eſt, non plenus.

lib. 3. de ſuis conf. 16 Idem. Omnis mihi copia, quæ Deus non eſt, inopia eſt.

hom. 7. contra diuites Auaros. 17 D. Baſil. Cui mors ob diuitias parcit? à quo morbus ob pecuniam abſtinet? quouſque igitur opes erunt animarum laqueus, mortis hamus, peccati eſca? quouſque diuitiæ erunt belli materia? per quas fabricantur, & enſes acuuntur, propter opes propinqui cognati naturam negant, fratres inter ſe digladiantur, loca deſerta graſſatoribus plena ſunt, mare piratis, Ciuitates calumniatoribus complentur.

ibidem. 18 Idem. Quis mendacij pater eſt? quis falſæ accuſationis miniſter? qui periurij genitor? nonne diuitiæ, ac circa diuitias ſtudium? ad ſubſidium vitæ, non malorum incitamentum

Digitized by Google

mentum pecunia data eſt, animæ redemptio eſt, non exitij occaſio.

19 D. Bern. Quid facit aranea, niſi viſcera ſua conſumit, vt facit telam, vt mane tanto la- *in ſer. qui*
bore contexto capiat vilem prædam; ſimiliter homines huius mundi corpore conſumun- *incipit exi*
tur laborando, per multa pericula eundo, & vilem mercedem acquirendo. *re pop. me*

20 Idem. Quem dabis mihi de numero præpoſitorum, qui non plùs inuigilet in ſubdito- *hom. 19.*
tum euacuandis marſupijs, quam vitijs extirpandis, vitiorum patrator? *ſuper Cāt.*

21 Idem. Vtinam ſaperes miſer, & intelligeres, cum theſauro pecuniæ, theſaurum iræ pa- *lib. de con-*
riter cumulare. *tēp. mundi*

22 Idem. Laquei Diaboli diuitiæ ſunt huius ſæculi. *ſerm. 1.*

23 Idem. Quid vobis cum terrenis diuitijs, quæ nec veræ, nec veſtræ ſunt? Si veſtræ ſunt, *ſer. 4. de*
tollite eas vobiſcum: ſed homo cum interierit, non ſumet omnia. *Aduent.*

24 Idem. *Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium.* Quis nam eſt laqueus iſte? oſten- *Pſal. 90.*
dat illum nobis Apoſtolus. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laque-
um Diaboli. Ergo ne Diaboli laquei diuitiæ ſunt? Heu quàm paucos inuenimus, qui ab
hoc laqueo liberati exultent, quàm multos qui dolent, quod parum ſibi videntur irretiti,
ſed adhùc quantum poſſunt ipſi ſe inuoluere, & intricare laborant.

25 Idem. Aurum, & Argentum nonnè terra eſt rubra, & alba, quàm ſolus error homi- *ſer. 4. de*
num facit, aùt magis reputat pretioſam? *Aduent.*

26 Idem. Diuitiarum amor inſatiabilis, longè ampliùs torquet animam, quam refrigeret *in quodam*
vſu ſuo, quarum acquiſitio quidem laboris poſſeſſio, timoris amiſſo, plena doloris in *ſer.*
uenitur.

27 D. Clemens Alex. Quemadmodum putei, qui exhauriuntur melius fluunt, quibus ſi *l. 1. ſtrom.*
ſuas aquas intactas relinquas fœtorem contrahunt; ita, etiam diuitiarum quies, motus, &
tranſgreſſus publicè vtilis eſt, & fructuoſus.

28 Idem. Præter futuram vitam, cætera omnia fluxa, & fragilia ſunt, ac velut calculorum *or. ad Gēt.*
ludo aliàs ad alios iactantur, & transferuntur.

29 Idem. Veræ diuitiæ, eſt abundantia in ijs, quæ ſunt ex virtute actionibus, paupertas au- *l. 6. ſtrom.*
tem, eſt inopia in moderatis actionibus.

30 D. Greg. Quid in hac vita laborioſiùs, quàm terrenis diuitijs affluere? & quid quietiùs, *lib. mor.*
quàm in hac vita nihil appetere? *cap. 3.*

31 Idem. Quis enim mihi crederet, ſi diuitias ſpinas interpretarer, quia iſtæ pungunt, illæ *hom. 15. in*
delectant, & tamen ſpinæ ſunt, quia cogitationum ſuarum punctione mentem lacerant, *Euang.*
cumque ad peccatum pertrahunt, quaſi inflicto vulnere cruentant.

32 Idem. Fratres, ſi diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate; ſi culmen veri honoris quæri- *ibidem.*
tis, ad Cœleſte Regnum tendite; ſi gloriam, dignitatemque diligitis, in illa ſuperna Ange-
lorum curia adſcribi feſtinate.

33 Idem. Bona in manu habet, qui deſpiciendo temporalia ſub domino mentis præmit; *ibidem.*
nam quiſquis ea nimiè diligit, ſe magis illis, quam ſibi ipſa ſupponit.

34 Idem. Nonnulli huius mundi diuites, cum fame crucientur Chriſti pauperes, effuſis lar-
gitatibus nutriunt Hiſtriones, qui vero indigenti etiam peccatori panem ſuum, non quia *3. p. paſtor.*
peccator, ſed quia homo eſt tribuit, non peccatorem, ſed iuſtum pauperem nutrit. *admon. 21*

35 Idem. Diuitiæ mundanæ fallaces ſunt, quæ nobiſcum diù permanere non poſſunt; fal- *hom. 15.*
laces ſunt. quæ noſtræ inopiam non expellunt.

36 Idem. Aurum eſt occultus tyrannus, per quem multa ſurſum, deorſumque veluti talo- *Nazian.*
rum ludo iactantur.

37 Idem. Auro loquente iners eſt omnis oratio: perſuadet enim illud, etiam ſi vocem *in ſent. Ele*
nullam edat. *giac.*

38 D. Hieron. *De vita ſolitaria.* Affatim diues, eſt, qui cum Chriſto pauper eſt, perfectus *ep. ad He-*
ſeruus Chriſti nihil præter Chriſtum habet. *liod. to. 1.*

39 Idem. *Faciliùs eſt Camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in Regnum Cœ-* *Matth. 19*
lorum. Hoc enim dictu oſtenditur, non difficile eſſe, ſed impoſſibile: ſi enim quomodo
Camelus non poteſt intrare per foramen acus, ſic diues non poteſt intrare in Regnum Cœ-
lorum, nullus diuitum ſaluus erit.

40 D. Ioan. Chryſoſt. Quemadmodum ſine fluctibus mare nunquam conſpicitur, ſic ani- *hom. 36. in*
mos diuitum auarorum abſque ſolicitudine tremore, turbatione, curis, periculis, numquam *Matth.*
reperies, ſed antequam priora componant, alia inuaſerunt. *hom. 11. in*

41 Idem. Contemne pecunias, ſi pecunias habere vis, ſi ditari cupis, pauper efficere, hu- *epiſt. 1. ad*
Thimot.

iuſmodi quippè diuina ſunt munera, omnemque traſcendunt ſpem, non vult Deus proprio ſtudio, ſed gratia ſua diuitem fieri.

ibidem. 42 Idem. Euigilemus tandem, pecuniarumque extinguamus appetitum, vt deſiderium noſtrum omne ad æterna transferre poſſimus, non poſſunt iſti duo amores ſimul habitare, vnumque poſſidere animum.

hom. 60. in Matth. 43 Idem. Diuites potiùs diuitiarum tranſmiſſores, non dominos eſſe appellandos.

hom. 2. de verb. Iſ. 44 Idem. Aurum nihil aliud eſt, qua in terra rubra: propterea anima, quæ ſe auro, argentoue congerendo, & congregando deuouit, ab iiſdem ponderibus ſuis depreſſa, ad inferiorem locum in æternum crucianda deuoratur.

1. Thim. 6 hom. 2. ad pop. 45 Idem: *Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſublime ſapere.* Idcirco præſentis ſœculi diuites, diuites appellauit, vt diſcas, quod cum præſenti vita pariter diuitiæ diſſoluuntur, non migrant cum poſſeſſore, ſed ipſos potiùs deſerunt ante mortem.

hom. 1. ad Theſſalon. 46 Idem. Spinæ ſunt diuitiæ, quæ non ſolùm fructum non afferunt æternum, ſed fructificare volentes impediunt.

hom. 2. ad pop. Ant. 47 Idem. Vis ditari? Amicum habeas Deum, & omnium ditiſſimus eris.

48 Idem. Diuitiæ huius ſeculi in vita cruciant, in morte deſerunt, & diuino Tribunali diuites ipſos accuſant, lignum enim de pariete contra diuites clamabit.

hom. 4. in Matth. 49 Idem. *Sed, & fruſtra conturbatus homo.* Commouentur aquæ, & iterum ſedantur: mouetur terra; & iterum ſubſidet: venti impelluntur, & tandem quieſcunt, flamma exiccatur, & conſumpta denique materia extinguitur. At verò homo cum ſemel pecuniæ cupiditate agitari cœpit, nunquam quieſcit, nunquam deſinit: cum hoc accepit, ad illud cupiditate rapitur, & cum illud aſſecutus eſt, ad aliud impellitur.

hom. in illud Pſ.

hom. 9. in Matth. 19 50 Idem. *Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in Regnum Cælorum.* Quid igitur tota mente diuitijs inhiamus, quandoquidem nos iſtæ in Cœlum euehere non poſſunt? reſponde quæſo, ſi terrenus fortè Rex diceret, non poſſe diuitem quemquam in ipſius fulgere Regno, aùt aliquo honore decorari, an non certatim omnes abijcerent inhonoratas, repulſaque diuitias? Si igitur apud terrenum Regem honorem nobis auferrent opes, continuò deſpiciabiles fierent: Rege verò Cœlorum quotidie inclamante nobis, ac dicente, quod difficilè ſit nos cum diuitijs diuinæ illius habitationis intrare veſtibulum, non impendimus omnia? an non libentiſſimè carebimus vniuerſis, modò vt Cœlorum Regnum liberè ingredi valeamus, quæ nobis viam eo ducentem intercludunt?

hom. vlt. in Matth. 51 Idem. Si bonum eſſet aurum habere; hoc vtique dediſſet Apoſtolis Chriſtus, qui ineffabilia eis tribuit bona: hoc autem non ſolùm non dedit, ſed etiam habere prohibuit.

hom. 7. in 1. ad Thi. 52 Idem. Nullum nouit amator pecuniarum amicum, quid autem amicum dico? nec, & ipſum Deum nouit, concupiſcentia illa ita inſanire facit diuitem.

hom. 23. in 1. Cor. 53 Idem. Sunt diuitiæ vincula, vincula grauia his, qui eis vti neſciunt, & quidem non ferricea vincula, ſed aurea, & argentea, qui ergo talia diſrumpit vincula, vt liberè egentibus ſubueniat: is fortiſſimas habet manus, quibus dùm liberaliter impertitur, diuitias vtique comparat.

hom. 47. ad pop. 54 Idem. Veſtes, & aurum, & argentum, hæc quidem ſunt vermium penſa, virtutem autem indutus talem habet veſtem quam non tantum tinea, verùm & mors ipſa lædere nequit.

hom. 2. in Nat. SS. Mart. 55 D. Maximus. Qui diuitias poſſident, ſollicitudine cruciantur; nec ipſis enim benè eſt, qui recondito auro incubant, immo ipſis eſt grauiùs: ſemper enim ſunt anxij, mæſti, ſolliciti, ne hoc ſeruus auferat, ne fur effodiat.

hom. de S. Mich. in Matth. 19 56 Idem. *Faciliùs eſt Camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in Regnum Cælorum.* Quiſquis ergo honoribus inflatus fuerit, & auri theſauris dilatatus tanquam onuſtum, & impeditum animal per anguſtum Regni iter tranſire non poterit: ſimul enim, vt ſe exiſtimat perueniſſe, ſarcinam eius exigua porta, non capiens, repercuſſo limine retrorſum redire cogetur.

ep. 3. Paſchaſ. I BB. PP. to. 1. 57 Theophil. Alex. Eger ſemper qui auarus eſt, cui tantum deeſt quod habet, quantum quod non habet. Auſonius. Quis diues? qui nihil cupit: quis pauper? Auarus.

MAN-

MANTISSA
AD DIVITIAS.

ABundantia diuitiarum prohibet ſentire vulnera mentis: homo enim diuitijs abundans, eſt veluti Balena, vaſtiſſima maris bellua, tantæ pinguedinis, quod percuſſa, niſi perforata fuerit totaliter pinguedo, non ſentit vulnera, ſed vbi caro interior læditur, facilè depræhenditur, quia amaritudinem aquæ, non ſuſtinens, litus petit, & citò moritur; ſic homo abundans, nec Deum cognoſcit, nec mandata eius ſeruat, vnde Dauid Pſal. 29. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum*, & Pſal. 72. *Ex adipe prodijt iniquitas tranſierunt in affectum cordis.*

Diuitijs abundantes infælices ſunt, quia numquam ſaturantur, quamuis iugiter epulentur, vnde Luc. 16. de illo diuite Epulone, ait. *Epulabatur quotidie ſplendidè*, & cum quotidie epularetur, numquam dicitur ſaturatus.

Venerabilis Beda aduertens illud Luc. 14. vbi ſcribitur, Chriſtum ſanitatem hydropico tribuiſſe, dicit, hydropicum hunc, diuitem ſignificare, dicunt enim Medici, hydropicos, ſemper ſitire, quanto magis enim bibunt, eò magis ſitiunt, cum eorum ſitis ſit inexplebilis, *Tamquam diues*, ait Beda. *Qui quanto eſt copioſior diuitijs, tanto ardentiùs concupiſcet.*

Chriſtus Dominus noſter antequam ex hoc mundo diſcederet, voluit cænare cum Diſcipulis ſuis, in qua Cæna, illum cæleſtem, & diuinum Cibum, omni ſatietate plenum præparauit, omnes Diſcipuli comederunt, & ſaturati ſunt, ſolus Iudas famelicus remanſit. Ob cuius rei veritatem, conſiderate quæſo, quod licèt ſacram Communionem accepiſſet, & Chriſtus ei panem intinctum dediſſet, *cui intinctum panem porrexero*, non eſt tamen ſaturatus, nàm intingit cum Chriſto manum in paropſide; alij Apoſtoli ita ſaturati ſunt, vt omnes dormiuerint, imò dilectus Ioannes, non valens ſomno reſiſtere, *ſuper pectus Domini in cæna recubuit*, & Petro, Ioanni, & Iacobo dixit Chriſtus, *non potuiſtis vna hora vigilare mecum*, vnde hoc? quia ſaturati erant, ſaturitas enim, ſomnum inducit, ſolus Iudas famelicus dormire, non valuit, ſed tota nocte perrexit, ex vno, ad aliud Tribunal, vt proditioni finem daret; quare hoc? quia loculos habebat, & ſaturatus, non erat; audi Diuum Leonem, ſuper illud, *qui intingit mecum manum, &c.* ſic dicentem. *Alijs Diſcipulis, non intinctum panem porrexit, quia ſufficiebat eis cibus Angelorum, ſed quia Iudas, non erat ſaturatus, ideò intinctum panem porrexit, ſed neq; adhùc ſatius, intingebat, & manus ſuas in paropſide*, immo diuites, vt plurimum ſemper ſunt pallidi, & macilenti. Mementote quæſo Baldaſſaris Regis Babyloniæ, qui cum quadam die epularetur, & in conuiuio ſacris vteretur vaſibus, repentè in muro viſa eſt manus ipſius Regis ſententiam deſcribens, quæ verba ita fuerunt interpretata; appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens. O mirum, ſi epulabatur, quomodo inuentus eſt minus habens, quia diuites ſemper extenuantur, hinc ſcriptum eſt, *eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.*

Dauid Pſal. 48. ait. *Audite hæc omnes gentes, & filij hominum, ſimul in vnum diues, & pauper*, incognitus ſuper hunc locum ait. *Simul in vnum, vt oſtendatur; diuitem non trahi in Regnum Cælorum, niſi per concomitantiam, ideſt in quantum aſſociatur pauperi.* Quæritur à nonnullis, quare Salamonis templum; in ſpatio ſeptem annorum fuerit ædificatum, & abſolutum, & illud zorobabel, in ſpatio viginti quatuor annorum? & tamen illud Salamonis, ita magnificentiùs, & locupletiùs erat illo Zorobabel, vt de eo, Chryſoſt. hom. 8. dixerit. *Erat miraculum in toto orbe.* reſpondet Cardinalis Baronius. *Quod Hebræi, cum ante Babylonicam captiuitatem eſſent ditiſſimi lætanter, & ſplendidè inſumebant, ideò breui temporis ſpatio finem dederunt operi, at cum poſt Babylonicam captiuitatem eſſent pauperes, & miſeri, non potuerunt, niſi poſt multum tempus abſoluere opus.* Quare Deus poſt captiuitatem, Hebræos pauperes eſſe permiſit? quia cum Deus ante captiuitatem plurimas tribuerit Hebræis diuitias, fuerunt ingrati, pluribus ſe immiſcuerunt culpis, & idolatriæ fuerunt propenſi, ideò, Deus eos pauperes, & egenos eſſe permiſit, ne huiuſmodi peccata ampliùs committerent; nam impinguati, incraſſati, cæperunt recalcitrare, audite D. Chryſoſt. dicentem. *Non ſimul dedit eis Deus omnia bona, ſed ſenſim, paulatim, ne præ celeri liberatione à malis, ad improbitatem priſtinam reuerterentur.*

tom. 1. in concord. Bibliæ lib. 3. cap. 3.

homil. in pſ. 116.

Diuus Chryſoſt ibidem admirans, quod Ioan. 9. refert de Chriſto, qui cum lumen cæco reſtituere voluerit, fecit lutum ex ſputo, & liniuit oculos cæci, & factus eſt videns, admiratur Chryſoſt. nam lutum aptiùs eſt videntem lumine priuare, quam cæco lumen reſtituere, at hoc

diui-

Digitized by Google

diuinitus factum eſt, Chriſtus enim luto lumen reſtituit quaſi ſpecillo luteo illi cæco tribuere voluiſſet, vt ſic omnia, quæ huius mundi videret, ad modum ſpecillorum, lutea eſſe videret, audite verba Chryſoſt. ſi dicentis. *Vt per lutum cernens omnia huius mundi bona, lutea eſſe exiſtimare.*

Cum filij Iacob pergerent in Aegyptum, vt frumenta emerent, & ibi regnaret Ioſeph, quem fratres ipſi, non agnoſcebant, intuens eos Ioſeph, ait ſacer Textus. *Quaſi ad alienos duriùs loquebatur*, ſic ſcribitur Geneſ. 42. at cap. 43. cum ijdem filij Iacob regrederetur, vt iterum frumenta emerent, ait Textus, *at Ioſeph clementer, ac benignè ſalutauit eos*, quare ergo prima vice duriùs locutus eſt Ioſeph, & ſecunda vice clementer, & benignè? animaduertendum eſt, quid nam dicat ſacer Textus, nam prima vice, venerunt manibus vacuis, ſecunda autem, obtulerunt ei munera, vnde hoc? quia fęnus, neque parentes, neque amicos cognoſcit, audite Baſilium ibidem. *Quaſi qui antea fraterno amori reſtiterit poſtea à fratrum muneribus vinceretur.*

Homo non ſolùm propter fęnoris ingluuiem parentibus renuntiat, ſed etiam animæ propriæ ſaluti, & ipſimet Deo renunciaret.

Exod. 10. cum Pharao facultatem dediſſet Hebræis eundi in Deſertum, ad ſacrificandum Deo: ita ait, *ite ſacrificate Deo veſtro, oues tantum veſtræ, & armenta remaneant*, quare Pharao Rex noluit, vt Hebræi ſecum ducerent oues & armenta? hoc fecit Pharao, non quia ouibus, & armenlis indigebat, ſed quia nolens Hebræos diſcedere, & volens Moyſi concedere, quod petebat, huiuſmodi inuentionem adinuenit, ita ſciens Hebræos terrenarum rerum amore detineri, vt potiùs in captiuitate cum ouibus, & armentis remanere vellent, quàm abſque his liberi diſcedere, audite Nicolaum de Lyra, ſic dicentem. *Cur ſolutis hominibus, ſolas pecudes retinebat? quia ſciebat Pharao Iſraelitas, tanto amore ſuarum pecudum teneri, quod magis præoptaturi eſſent, cum illis in ſeruitute remanere, quam ſine illis in libertatem abire.*

Hinc Drogus Oſtienſis de Paſſione Domini, loquens Iuda, ait. *Ecce infelix qualiter excęcatus eſt, maluit ſeipſum perdere, quam denarios perire; denarios templo; ſeipſum laqueo abdixit.* Pſal. 33. *diuites eguerunt, & eſurierunt*, quod Incognitus exponens, ait. *Diuitiarum enim abundantia mentem auari, non ſatiat, ſed anguſtiat in præſenti, & in futuro*, hinc Iob 20. ait, *non ſatiatur venter eius*, quod exponens Greg. hunc locum Iob. declarans, ait. *Venter quippè diuitis auaritia eius eſt, quia in ipſo colligitur, quidquid peruerſo deſiderio glutitur*, & Auguſt. in Pſal. 33. ait. *Egent ergo diuites, & quod eſt grauiùs, egent pane.*

Chriſtus loquens de diuitibus, qui ſuarum idola diuitiarum venerantur Matth. 6. ait, *nemo poteſt duobus Dominis ſeruire*; & paulo poſt, ſubdit, *non poteſtis ſeruire Deo, & mammonæ*, quem locum declarans Diuus Paſchaſius in Matth 6. ait. *Quod ſuperiùs propoſuerat, apertiùs exponit: mammona namque, ſyra interpretatione, diuitiæ dicuntur, quibus ſeruire, Deum negare eſt.*

Idem ait Hugo Card. in Matth. 6.

l. 14. mor. Chriſtus ergo, nummum, diuitis Dominum vocat, hinc eſt, quod cum Dei Filius templum
cap. 12. ingrederetur, videns ibi nummulatios illos ementes, & vendentes, faciens flagellum de funiculis, eijecit eos de templo. quare ergo funiculis, & non potiùs eos percuſſit fuſtibus, vel alio inſtrumento? vt oſtenderet diuites illos mancipia pecuniæ, & non liberos eſſe, & ideo, vt mancipia funiculis verberauit, vnde l. in ſeruorum ff. de pœnis ita ſtatuit, & ait. *In ſeruorum perſona, ita obſeruatur, vt exemplo humiliorum puniantur, & ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſerui flagellis cædi, & Domino reddi iubetur.*

Diuites, non ſolùm pecuniam, vt Dominum, ſed etiam, vt Deum colunt, hinc Drogus Epiſcopus Oſtienſis perit, quare Iudas antequam ſe laqueo ſuſpenderet, triginta argenteos, non potiùs proiecerit in ſterquilinio, quam in templo? & ſic ait Drogus. *Vide quam magni faciebat eos, non proiecit eos in ſterquilinio, ſed in templo, nimirum talibus ſemper dijs templum ſuum deuouerant.* Pſal. 143. loquens Dauid de diuitibus auaris, ait, *dextera eorum, dextera iniquitatis*, quod aduertens Aug. in Pſal. 143. de diuitibus ait. *Non enim iſti maligni, quia iſtis abundant, ſed quia id, quod ſiniſtrum, eſt placuit in dextera ponere, & ideo dextera, eorum dextera iniquitatis.*

ſer. de Sa- Nam in dextera debet eſſe ſalus animæ propriæ, debet eſſe Deus; ſed iſti ponunt diuitias,
cram. Dõ. eas tamquam Deus colentes Pſal. 61. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere*; ſed vt cor ſuper di-
Paſſ. to. 2. uitias apponatur. oportet, vt è pectore euellatur, ſed quomodo poſſit hoc fieri. Franciſcus
Bibl. PP. Titelmanus ibidem reſpondet, & ait. *Apponit autem cor diuitijs omnis, qui affectu inordinato eis inhæret.* Quod conſiderans Seneca, de vita beata, cuidam auaro dicebat: *Mihi diuitiæ ſi affluerint nihil auferent, niſi ſemetipſas, ſtupebis, & videbis ſine te relictus, ſi illæ à te receſſerint.*

Dominus dixit Ezechiel 5. *Sume tibi gladium acutum radentem pilos, & aſſumes eum, & duces*

per ca-

per caputium, &c. tertiam verò aliam diſperges in ventum. Hugo Cardinalis ibidem per hos capillos, & barbæ pilos, intelligit diuitias, quia ſicut illi, non ſunt neceſſarij ad vitam humanam degendam, ita neque diuitiæ, & ſic ait. *Diuitiarum prima pars in ignem, ſecunda in ventum tertia, in gladium traditur, quia diuites huius mundi, ſuas diuitias expendunt, alij in igne libidinis, alij in vento ſuperbiæ, & fauore laudis humanæ, alij gladio cedunt pilos ſuos, qui diuitijs ſuis lites, ac bella nutriunt*.

Lucas 15. ait de Lazaro mendico, *cupiebat ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat*, mirum quidem eſt, cur diues ille micas non dederit pauperi Lazaro, forſan his opus habebat? An ſi dediſſet detrimentum ſuis diuitijs attuliſſet?

D. Chryſol. hoc conſiderans dicit, diuitem illum verè non potuiſſe Lazaro micas illas dare, & ſic ait. *Verum eſt, quod diues, cum, nec micas dare poſſet, ſemper auarus eget*.

Iſidorus clariùs ſuper illud Luc. 6. *Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini*, *petijt*, cum Deus in ſacris litteris improbet, & repræhendat diuitum famem, cur Dei Filius modò ait: Beati, qui nunc eſuritis? & ipſemet Iſidor. reſpondet, & ait. *Eſuriunt quidem diuites, ſed numquam implentur, nunquam exaturantur, at Chriſtus ait Beati, qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini*.

Leuit. 14. cum leproſus à lepra mundaretur, dixerat, ſeù præceperat Deus Moyſi, quod nam offerre debebat pro ſanitate recepta, & ait. *Quod ſi pauper eſt, & non poteſt manus eius inuenire, quæ dicta ſunt pro delicto aſſumet agnum ad oblationem*. Miratur Oleaſter, & petit cur Deus præceperit leproſo, quamuis pauper eſſet, vt agnum offerret? & huius petitionis rationem adducens Oleaſter, ſic ait. *Sunt multi, qui ſolùm erga Deum paupertatem oſtendunt, qui pecunias ſufficientes habent ad cibum, & potum, & quod deteriùs eſt ad ludum, ad fornicationem, & ad vitia, nihilque ad pauperes, & ad pia opera ſe habere dicunt, hic vero Dominus præcepit, vt quantumcumque ſit pauper; offerat tamen agnum Domino: quoniam, qui ad nutrienda vitia diues eſt, pauper eſſe non debet ad ſuſtentandum Dei miniſtrum*.

Prou. 10. *Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius*, quod ſeptuaginta legunt. *Ciuitas munita*, & cum diuitiæ ſint arx inexpugnabilis, & munitum caſtellum, pero, quid nam defendunt, reſpondet Clemens Alexand. *Diuitiæ, quæ rectè, non adminiſtrantur, arx vitij, & ſceleris*, vnde Deus, vt diuitum vitia corrigat, & eorum arcem expugnet, opus eſt, vt ſemper armatus incedat, quia neque diuinæ inſpirationes, neque diuina verba iuuabunt eis, ſed deueniendum eſt ad arma, infirmitates ſcilicet, & famē, labores, & perſecutiones, vt vincantur, & corrigantur. *pædag. l. 2 cap. 3.*

Diuus Chryſoſt. aduertens famem illam trium annorum, & ſex menſium, quàm Hebræi paſſi ſunt tempore Heliæ, vt narratur 3. Reg. 17. ita inquit. *Nihil aliud homines illos erudire potuit, niſi fames, vt vel ſic anguſtijs, vndique coarctati, ad omnium Creatorem Deum reuerterentur*.

Conquerebantur Dæmones illi Matth. 8. & dicebant Chriſto, *quid nobis, & tibi Ieſu Filij Dei veniſti ante tempus torquere nos*. Toſt. quæſt. 108. ibidem dicit, meritò Dæmones conquæri, nam Chriſti præſentia, maioribus, doloribus, & tormentis afficiebantur, & ſic ait Toſtat. *Dæmones realiter ſentiebant ſe puniri præſente Chriſto, ita quod tunc eſſent maiora eorum tormenta, quàm priùs, ideò clamabant præ dolore*.

Sed quæritur, quare Chriſti præſentia maiorem ignem Dæmonum igni, quo excruciabantur, addebat? reſpondet Toſt. cit. *Ad oſtendendam ſe illis eſſe Dominum eorum, cum per bonum hoc cognoſcere nolint, oportebat, quod tormentis iſtud cognoſcerent*.

Idem accidit peccatoribus diuitibus, qui cum Deum eorum bonorum auctorem, & diuinas blanditias, quibus vtitur Deus, vt animæ ſaluti prouideant, cognoſcere nolint, ad arma, & tormenta deueniendum eſt.

Dùm Chriſtus in Synagoga Nazaretſermocinaretur, vt dicitur Luc. 4. vſus eſt verbis Iſa. dicens. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit, Euangelizare pauperibus miſit me*, quare Chriſtus ſolùm pauperibus Euangelizat, & non etiam diuitibus, cum pro omnium ſalute venerit? reſpondens Iſidorus Clariùs orat. 19. ibidem, & ait. *Perinde quaſi diuitias, nihil ad hanc prædicationem pertineant, & ita eſt, nam cauſam diuitum pro re vera deſperata poſuit Dominus*.

Hinc animaduertendum Iſa. 39. quod cum Ezechias Rex, omnes Theſauros ſuos oſtenderet nuntijs Regis Babylonæ, quaſi his glorians, indignatus eſt Deus, & vt ſuum Ezechias cognoſceret errorem, & pœnitentiam ageret, miſit Deus Iſaiam, qui ſic Regi affatus eſt, *audi Verbum Domini exercituum*, petit Oleaſter, quare Iſaias, vt Rex Ezechias ſuum cognoſceret errorem, & ſe emendaret, dixerit, *Domini exercituum*, & non dixerit ſolùm, *audi Verbum Domini* & reſpondet. *Quemadmodum beſtiæ, cum eas curare vis, inſtrumentum ad os, aut ad aures adhibes, quo torqueas, ne tibi noceant: vt ergo curandus Rex aduerſus medicum non ſauiret, timor Domini exercituum adhibetur*.

Cum

Cnm Hebræi ſiccis pedibus mare pertranſiſſent, vt iter agerent, oportuit, vt Moyſes Dux eorum vim intulerint, audite Textum Exod. 15. *Tulit autem Moyſis Iſrael de mari rubro*, illud Verbum tulit, ſic explicat Nicolaus de Lyra ibidem dicens. *Tulit, quia cum quadam violentia, & importunitate fecit eos inde recedere.* Quare hoc? reſpondet idem Nicolaus. *Erant enim cupidi, & ideò nimis intenti ad ſpolia Aegyptiorum ſubmerſorum colligenda; quia ſecundum quod dicunt Hebræi, iſta ſpolia fuerunt maiora, & pretioſiora, quàm illa, quæ aſportauerunt de Aegypto per accomodationem.*

Ex hoc colligitur, quàm difficilè ſit, vt diuites iter agant ad illam beatam Patriam.

Hinc legimus Geneſ. 2. *Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſset, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem proea*, petimus, & nos cum Oleaſtro ibidem, cum Deus ex Adæ coſta Euam formare voluiſſet, quæ Adæ adiutorium eſſet, quare non tulit Deus coſtam Adæ dùm euigilabat? audite Oleaſtrum, ſic dicentem. *Numquid non poteſt eo vidente, illi facere adiutorium, vt opus ſit, ſoporem inducere?* Sed reſpondet idem Oleaſter, & ait. *Oſtendit quàm ſit difficilè ab homine auferre, quod etiam in eius cedit vtilitatem, filium hominum genus auarum, non ſinunt ſibi auferre, etiam quod ſibi vtile eſt, quamobrem opus eſt ab eo ſurripere, quod ipſe concedere negligit.*

Diuus Hieron. ibidem admiratur cur, ſatrapæ, & optimates, vt narratur Daniel 3. ad adorandum ſtatuam auream plebe ſolertiores fuere, quod cum non fuiſſet ex maiori diuotione, ſed ex Regis iuſſione, nam cum difficultas eſſet in plebe talis adoratio, iuſſit Rex, vt optimates eſſent primi, vt eorum exemplo plebs ſtatuam adoraret, audite Hieron. *Principes congregantur ad adorandum, vt per Principes ſeducantur gentes.* At ſi in plebe difficultas, ſtatuam adorandi inueniebatur, cur non in optimatibus, quæ maior debebat eſſe, cum ſint plebe ſapientiores, & potentiores; & faciliùs poterant tyranni iuſſioni reſiſtere? ſed reſpondet Diuus Hieronymus. *Qui enim diuites ſunt, & potentes, dùm timent carere diuitijs, & potentia, faciliùs ſupplantantur.*

hom. 2. ad pop. Paulus ſcribens Thimot. 1. 6. ait, *diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, &c.* quod aduertens D. Chryſoſt. ait. *Qui dixit diuitibus huius ſæculi demonſtrauit, & alios futuri ſeculi diuites eſse, qualis ille Lazarus erat.*

ſerm. 2. 9 Chryſolog. aduertens illud Matth. 9. *Præteriens Ieſus vidit hominem ſedentem in Telonio Mathæum nomine.* *Sedebat*, inquit, *vtique, quia ſtare non poterat pondere cupiditatis oppreſsus, & ipſa totus conſcientia fraudis in curuus: auri natura graui, grauiùs ſit auaritia nimis; hinc eſt, quod plùs habentem deprimit, quam ferentem, & vehementiùs aggrauat corda quam corpora.*

ſer. 15. de verb. Dñi. Vnde Aug. ſuper illud Luc. 16. *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in Inferno*, ait. *Sepultus eſt in Inferno, quia hic pecuniarum pondere preſsus velociùs deſcenderat, quam vt venisse diceretur.*

Luc. 9. narrat. cum Chriſtus cuidam adoleſcenti, qui eum ſequi volebat dixerit, *vade vende quę habes, & da pauperibus, & veni ſequere me*; quod cum audiſſet adoleſcens abijt triſtis, erat enim habens multas poſſeſſiones, & tunc cum iam abijſſet, dixit Chriſtus Diſcipulis. *Faciliùs eſt Camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in Regnum Cælorum*, inquem locum Diuus Hieronymus inquit. *Hoc enim dictu oſtenditur, non difficilè eſse, ſed impoſſibile; ſi enim quomodo Camelus non poteſt intrare per foramen acus, ſic diues, non poteſt intrare in Regnum Cęlorum, nullus diuitum ſaluus erit.* Et ſubdit Diuus Hieronymus. *Interrogantibus autem Diſcipulis, & mirantibus auſteritatem dicti, quis ergo ſaluus fiet? Clementia ſua. Dominus ſeueritatem ſententię temperauit, dicens, quę apud homines impoſſibilia, apud Deum poſſibilia ſunt.*

Eccl. 11. *Si diues fueris, non eris immunis à delicto.*

Diuus Hieron. lib. 1. contra Iouinianum refert de Crate Tebano Philoſopho. Proieciſſe in mare quarumdam ſuarum poſſeſſionum prætium, & ſic dixiſſe. *Abite peſſum malè cupiditate, ego vos demergam, ne ipſe mergar à vobis.*

Prou. 30. *Diuitias, ne dederis mihi, ne fortè ſatiatus alliciar adnegandum.*

Eccl. 10. *Nihil eſt iniquiùs quàm amare pecuniam, hic enim, & animam ſuam venalem habet quoniam in vita ſua proiecit intima ſua*, quod Vatabli tranſlatio legit. *Hic enim viſcera, quoque ſua proijcere paratus eſt lucri cauſa.*

Vt accidit Iudæ, de quo dicitur, *& ſuſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius.* Et quamuis de Abraham dicitur, *Erat diues valdè in poſſeſſione auri, & argenti:* & tamen ſanctus eſt; debet aduerti, vt inquiunt Diuus Hieronymus lib. 1. Dialog. contra Pelag. & Chryſolog. ſer. 121. & alij Sancti Patres. Patriarchas fuiſſe diſpenſatores, & non poſſeſſores diuitiarum, audite Chryſol. cit. *Abraham fratres non ſibi, ſed pauperibus diues fuit, & opes non habere, ſed prorogare geſtiuit, magis in ſinum pauperis, quam in horreis ſuas ſtuduit recondere facultates.*

ultates. Et Diuus Hieron. cit. ait. *Abraham, & cæteri quos in veteri teſtamento legimus diuites ingreſſos Regna Cælorum, non ſibi, ſed alijs diuites fuerunt, & diſpenſatores magis Dei, quàm diuites ſunt appellandi.* Quidem Poeta Chriſtianus loquens de diuitijs ait. *Diuitias fugito, pondus graue celſa petenti. Impediunt animum, nec bene velle ſinunt.*

Geneſ. 39. loquens Moyſes de Iacob, & Eſaù ait, *non poterat ſuſtinere eos terra*, ideſt ſurſum tenere, propter graue diuitiarum pondus, mirum quidem eſt à terra non poſſe ſuſtineri, nam terra, tot magnos montes, infinita Feræ ædificia, animalia, plantas, lapides, & totum elementi aquæ pondus ſuſtinet, vt ait Pſal. 103. *Abyſſus ſicut veſtimentum, amictus eius, ſuper montes ſtabunt aquæ*, imò ſeipſam ſuſtinet, *fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam; non inclinabitur in ſeculum ſæculi*, quare ergo ſi terra, tàm magna pondera ſuſtinet, dicitur non poſſe ſuſtinere Iacob, & Eſaù? audite Textum; *diuites enim erant valdè*.

Oſea 13: *Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei*, Aug. *dùm augetur cupiditas, diminuitur charitas.*

Hierem. 5. *Incraſſati ſunt, & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimè.*

Pſal. 75. *Nihil inuenerunt viri diuitiarum, &c.* diuitiarum cupiditas, duo affert mala, primum fœdat animam læthali culpa, quæ nihil eſt poſitiuum, cum ſit ens priuatiuum, & hoc vult innuere Propheta, dùm dicit, *nihil inuenerunt*, ideſt, peccatum inuenerunt, nàm vt ait Auguſt. *peccatum eſt nihil*, ergo auaris diuitibus ex cunctis diuitijs ſolùm eis remanet, *nihil*, ideſt, *peccatum*, aliud malum, quod affert diuitiarum cupiditas, eſt illud, de quo Dauid ait, *viri diuitiarum, &c.* vbi animaduertendum, Prophetam, non dixiſſe, *diuitiæ virorum, ſed viri diuitiarum*, homo enim propter nimiam cupiditatem amictit dominium, & cum ſit Dominus, & poſſeſſor diuitiarum, earum mancipium efficitur.

Auguſt. ſuper Pſal. 36. ait. *Diuitiæ eius Dominus eius, diuitiæ eius Deus eius.*

Refert Laertius quod cum inimici Anaxagoræ abſque ratione, & iuſticia ſpoliauerint eum omnibus bonis, & cum potuerit coràm iudicibus ſe defendere, noluerit, Anaxagoræ Amici improperabant ei, vocabantque eum inſanum, quod tot bonis, & poſſeſſionibus, quas ſui anteceſſores laboribus nimijs, & ſudoribus acquiſiuere priuari permitteret, at Anaxagora diuitias paruipendens, & pro nihilo habens, amicis improperantibus reſpondit, Cœlum digito oſtendens ait. *Illa patria mea eſt, illa hæreditas mea eſt, illam ego curo, non ea, quæ ſuper terram.*

Diuites ſunt baiuli, nam baiulus, vt paruulam mercedem obtineat, magnum pondus baiulat, & res, quas baiulat cuius erunt, ignorat, ita diuites; audite Sophon. *Diſperierunt omnes inuoluti argento*, quod ex Hebræo legitur. *Onuſti argento*, ex Græco. *Portatores argento*, & ſunt baiuli, ita diuites, *theſaurizant, & ignorant, cui congregabunt ea*, baiulus cum aliquid baiulare debet, priùs manibus ponderat, an baiulare poſſit, diuites autem intolerabile pondus baiulat.

Homo dùm hic moratur viator eſt, aduena, & peregrinus; *Peregrinamur ad Dominum, non habemus hic Ciuitatem permanentem*, dicite quæſo mihi fratres, quando expeditiùs incendimus, onuſti magno pondere, an leues abſque eo? proculdubio reſpondebitis, quod quanto magis leuiores erimus, eo meliùs, & velociùs iter agemus; vnde adoleſcenti petenti à Chriſto, *Magiſter, quid faciendum, &c.* reſpondit, *ſerua mandata*; cui ille dixit, *hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea*, ſubdidit Chriſtus, *vade, & vende omnia, quæ habes, &c.* at ille, *abijt triſtis, erat enim diues valdè*, erat baiulus, & magnum diuitiarum pondus baiulare non poterat, ideò abijt triſtis; & D. Bernardinus ſubdit loquens de hoc adoleſcente. *Nec enim currentem ſequi poterat oneratus*. Quis enim eſt, qui currit? Deus exultauit ad currendam viam, adoleſcens autem hic, onuſtus, vt baiulus pondere diuitiarum, Chriſtum currentem ſequi non valebat.

Diuitiæ, & virtus, rarò ſimul inueniri poſſunt, hinc volens Deus Iob ſanctitatem commendare dixit Sathanæ: *Numquid conſideraſti ſeruum meum, &c.* ex qua Iob ſanctitate, ſicut magnam Deus capiebat conſolationem, ita magna afficiebatur Sathanas mæſtitia, hinc Diabolus reſpondit Deo dicens. *Nonne tu valluſti eum, vniuerſamque ſubſtantiam domus eius?* quaſi diceret, cum ſit ipſe diues, ſpem ſuperandi, & perdendi eum, non iam amiſi; nam difficilè ſimul eſſe poſſunt, diuitiæ, & ſanctitas; audite Pinedam in cap. 1. Iob dicentem. *Quaſi contendat fieri non poſſe, vt tanta ſanctitas, quanta de Iob prædicatur, cum tanta diuitiarum copia bene conſentiat.*

Vnde Sponſa vineæ cuſtos effecta, ait, *poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam, non cuſtodiui*, ſed quare non cuſtodiui vineam ſuam? ſubdit dicens, *indica mihi vbi paſcas, vbi cubes, &c.* quaſi diceret cum debeam Celeſtem Sponſum perquirere, & ei ſeruire, & adhærere, non poſſunt ſimul ſtare diuitiæ, & Deus, non poſſum ſeruire Deo, & mammonæ, non dixit non poſſum ſeruire ſuperbiæ, inuidiæ, &c. ſed mamonæ quia nullum vitium magis Deo repu-

gnat, vt diuitiæ, hinc Chriſtus diuitias vocauit ſpinas, *ſpinę ſunt diuitię;* & non ſolùm infructuoſæ ſunt, ſed inter ſpinas ſolent morari ſerpentes, hinc Eccl. ait, *qui diſſipat ſepem mordebit eum coluber*, ita hominis diuitis cor, bonorum operum infructuoſa terra eſt, & plena eſt ſerpentibus vitiorum, vnde Eccl. ait, *Si fueris diues, non eris immunis à delicto*, quod ſi dixeris Abraham, & mulierem illam prouerbiorum fuiſſe diuites, & tamen eorum bonitas cunctis patet. Verùm eſt: at Abraham licèt diues, valdè immunis tamen fuit à delicto, non ideò ſuperbum, vt ſolent eſſe alij diuites, ſed humilem fuiſſe legitur, audi eum dicentem, *loquar ad Dominum cum ſim puluis, & cinis*, cum aliquis pauper eſt, iniurias tolerat, cum diues factus, nec minimum quidem verbum ferre poteſt, cum pauper eſt Eccleſias omnes ferè frequentat, ſæpè preces fundit ad Deum, &c. at diues factus vix ſemel in anno mentem eleuat ad Deum, Auis dùm pennis caret in nido moratur, & parentum eſt, cibum ei præbere, at cum pennas habet, nidum, & parentes derelinquit huc, illuc volitans, ita dùm diuitiarum pennis caret, Patri Cęleſti adhæret, ſæpè cæleſte cibum capit, eoque nutritur, in nidulo diuinæ protectionis moratur, numquam per creaturas volitat, at cum diuitiarum pennis abundat, non ſolùm Cęleſtem Patrem derelinquit, ſed nullum erit vitiorum genus, quod committere, non procuret, audi Oſeam dicentem, *Effraim quaſi auis euolauit*, Ephraim interpretatur. *Frugifer creſcens*, ideſt diuis abundans, quia diuitiæ ita ſeducunt hominem à Deo, vt ei debitum cultum tribuere neget, hinc Paulus dixit, *auaritia eſt idolorum ſeruitus*, imò quid peius falſorum Deorum cultores, offerunt Dijs ſuis vitulorum, aut Agnorum, & ſimilium ſanguinem, at diues auarus, non irrationabilium, ſed hominum pauperum ſanguinem ſacrificat, audi Hierem. cap. 2. *In alis eius inuentus eſt ſanguis animarum pauperum*. Et quando hoc facis? dùm operariorum mercedem detines, dùm neceſſarium familiæ cibum denegas, & eum meretricibus, mimis, & canibus tribuis.

Sed quid eueniet, diuitiæ rubiginoſæ in arcis clamabunt contra te in die mortis tuæ, quia ſunt pauperum ſanguis, audi Deum dicentem per Prophetam, *merces operariorum tuorum clamat, & clamor eorum introiuit in aures meas*.

Diuitiæ, non ſinunt eas poſſidentes nocte quieſcere, audi Eccl. 5. dicentem. *Saturitas diuitis, non ſinit eum dormire*, hinc Iob 21. dixit, *ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit*, quod Septuaginta legunt, *Super aceruos vigilabit*. Diues auarus ſuper tritici aceruum ne auferetur, vigilabit. Velut miles; ne ſi fortè dormiens inueniretur, ad mortem damnaretur, ipſe ad ſepulchra ducetur, alludens forſan ad id, quod Regina illa Semiramis feciſſe dicitur, nam hæc, cum diuitijs abundaret, & ad finem vitæ perueniret, ſibi ſepulchrum fabricari iuſſit, hoc Epitaphio, *Si quis theſauros quærit, hoc ſepulchrum fodiat*, & cum quadam die Darius Rex Perſarum ad ſepulchrum perueniſſet, & hoc legiſſet Epitaphium, Theſaurorum cupidus, præcepit ſepulchrum fodiendum, quo peracto aliam inuenit inſcriptionem dicentem. *Si ſceleſtus non eſſes, mortuis faſtidio non eſſes*, cogita tecum quot mortis pericula paſſi ſunt diuites, vt diuitias coaceruarent, & quomodo, non ſinunt diù, noctuque quieſcere poſſidentem, ſaturitas diuitis, non ſinit eum dormire.

Putant nonnulli, diuitijs abundare, magnum eſſe Dei fauorem, & eſſe pauperem, magnam eſſe miſeriam, ſed hoc, non ſemper, ita optimè Diuus Ambroſ. ſuper Lucam, aduertit enim quod Chriſtus Eccleſiam ſuam Petro commendauit, *paſce oues meas, &c.* Matrem dilecto Ioanni, *Ecce Mater tua*, Spiritum Patri, *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*, cui nam marſupium commendauit, niſi Iudæ omnium virorum peſſimo? ſed fortaſſis petes, dùm Chriſtus cognoſcebat pecuniam fore damnationis cauſam Iudæ, quare ergo ei marſupium commendauit? reſpondet Origenes ſuper Cant. vt occaſionem ſe perdendi tolleret, *Cognoſcebat enim Chriſtus* (dicit Orig.) *Iudam valdè procliuem eſſe auaritiæ, ideò ne in peccatum eum vendendi incurreret, omnes eleemoſynas, quæ Chriſto, & Apoſtolis offerebantur, Iudæ tribuebat, vt eas pro quotidianis neceſſitatibus ſeruaret veluti medicus, ne infirmus ſitiens bibat, aliquod in ore tenere permittit, quod ſitim extinguat*.

Dixit quidam, diuitiarum Ethimologiam eſſe, *de vitys*, quia diuitiæ peccatis, & vitijs medianubus ſæpè acquiruntur.

DE

DE ECCLESIA SANCTA.

1 Diuus Ambr. Perpendens verba Luc. 2. Maria conſeruabat omnia verba in corde ſuo, inquit, & tu cum legitur aliquid, quo Chriſtus, aut venturus annunciatur, aut veniſſe oſtenditur, noli fabulando obſtrepere, ſed mentem admoue, an quidquam eſt indignius, quàm oracula diuina circumſtrepere, ne audiantur? *lib. 3. de virg. 4.*

2 Idem. Maxima eſt virtus tacendi præſertim in Eccleſia. *ibidem.*

3 D. Anſelmus. *Si quis autem Templum Dei violauerit ait.* Diuerſis enim ſupplicijs illum perdet, & corpore, & anima. *1. Cor. 3.*

4 D. Baſil. In illa verba, & in templo eius omnes dicent gloriam, ita habet. Qui in templo Dei eſt non maledicentiam, non vanitatem, ac ne obſcœnis rebus plenos ſermones pronunciet, ſed in templo eius quiſque dicet gloriam. *hom. 6. in pſ. 28.*

5 Idem. Aſſiſtunt Angeli verba deſcribentes, adeſt, & Dominus affectus intrantium conſiderans, preces cuiuslibet Deo manifeſtæ ſunt. *ibidem.*

6 Idem. In templo eius omnes dicent gloriam; Tu autem non ſolùm non dicis, ſed alteri cuipiam impedimento es, cumque tibi vni reddis attentum, dùm obſtrepere tuo clamore obtundis, & expueras perſonantem Spiritus Sancti Doctrinam; vide ne cum hinc emigraris loco mercedis recipiendæ pro diuinis laudibus, vna cum ijs, qui nomen Dei execrantur, & blaſphemis vocibus inceſſunt, condemneris. *ibidem.*

7 Idem. Audiant, & obſtupeſcant ij, qui in templo prolixiora intexunt colloquia: Qui in Templo Dei eſt, non maledicentiam, non vanitatem, ac de obſcœnis rebus deſertos ſermones pronunciet, ſed in Templo eius omnes dicent gloriam. *ibidem.*

8 D. Bern. Terribilis planè locus, & dignus omni reuerentia, quem fideles viri inhabitant, quem Angeli frequentant, quem ſua quoque præſentia Dominus ipſe dignatur. *ſer. in dedic. Eccl.*

9 D. Chryſoſt. Ita habet. Multi ad formas mulierum aſpiciendas in Eccleſiam veniunt, deinde non miraris quomodo vndique fulmina non deſeruntur, quomodo cuncta funditus non euertuntur, hæc enim non fulminibus ſolùm, ſed etiam gehennæ ſupplicio digniſſima. *hom. 74. in Matth.*

10 Idem. O infelicitatem noſtram, ò nos omni lachrymarum fonte plangendos; domus Dei facta eſt ſpelunca latronum. *hom. 13. in Marc.*

11 Idem. Expendens illud 1. Cor. 14. *Turpe eſt mulieribus in Eccleſia loqui,* ait, ſi quid autem dicere volunt, domi viros ſuos interrogent, at nunc ingens, vbique tumultus maximus clamor collocutio plurima, atque confuſa, neque vſquam alibi tantum loqui mulieres, neque in foro, neque in balneis, quantum intra Eccleſiam videas, quaſi ob hoc ipſum eò conueniant, vt quæ velint, licitè loqui poſſint, ita inutilibus fabulis occupatæ ſunt omnes; idcircò permixta ſunt omnia, ordoque confuſus eſt. *hom. 4. in epiſt. 1. ad Thim.*

12 Idem. Diuinæ Iuſtitiæ conuenit, vt fulgure è Cœlo miſſo peccant, qui in Templo peccant. *hom. 9. ad pop.*

13 Idem. Stat Sacerdos Deo orationem offerens cunctorum, tu autem rides? nihil times? non contremiſcis? non colligis te ipſum? Et in aulam regiam intraturus, & habitu, & oculis, & inceſſu, & in cunctis componis te ipſum, hùc autem ingreſſurus, vbi eſt aula Regis Cœlorum rides? *hom. 15. in in epiſt. ad Hebr.*

14 Idem. Apud primos Chriſtianos ipſæ domus Eccleſiæ erant: nunc verò Eccleſia domus fit, imò domo qualibet profana magis. *hom. 36. in 1. ad Cor.*

15 Idem. Sic nos in Eccleſia conuenimus; non propter hoc ſolùm, vt illic immoremur, ſed vt aliquid magnum lucrati, & ſpirituale lucrum, diſcedamus. *hom. 5. ad pop.*

16 Idem. Multi pergunt ad Templum Domini, non vt orent, ſed vt negotientur, vt ciuilium, domeſticorumque negotiorum ſermones faciant, vnde cætera omnia faciliùs in Eccleſia depræhendes, quam Eccleſiam ipſam. *hom. 33. in 1. ad Cor. 14.*

17 Idem. Eccleſia locus quidam eſt medicinæ ſpiritualis, & eos qui hùc veniunt, decet ne domum redeant, niſi congrua remedia acceperint, illaque ſuis vulneribus adhibuerint? *hom. 1. in Gen.*

18 Idem. Quid facis ò homo? mulierum ſpecies curioſius perſcrutaris, nec horreſcis tantum Templum Dei afficiens contumelia? proſtibulum ne tibi videtur Eccleſia, & foro igno- *hom. 74. in Matth.*

ignobilior? nam in foro erubeſcis, & times, ne quis te videat mulierem inſectari, in Eccleſia verò Dei, cum ipſe Deus te alloquatur, & ab iſtis deterreatur, & ipſo tempore maximè fornicatione, ac adulterio vteris, quo tibi magna voce intonatur, vt his fugias, nec horreſcis, nec ſtupes?

in ſent. 19 Diuus Nylus. In Eccleſia non ſecus, ac Cœlo verſare, ideò in eo nihil terrenum cogita.

MANTISSA
AD ECCLESIAM.

DVm Sancta Eccleſia erat apud Hebræos, paruula videbatur vinea inter confines Iudaicæ tantum ſæpis poſita, vnde Dauid dicebat, *notus in Iuda Deus*, at cum ad nos tranſlata eſt, talis, ac tanti Regni nomen acquiſiuit, *auferetur à vobis Regnum, &c.* vt cum Cœlorum Regno certare auderet; nam ſi de Regno Cœlorum dicitur, *nihil in eo eſſe coinquinatum*, & de Eccleſia dicitur, *domum tuam Domine decet ſanctitudo*, de Cœlorum Regno dicitur, *Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti*, & de Regno Eccleſiæ, *Beati qui habitant in domo tua Domine*, de Cœlorum Regno dicitur, *gloria Libani data eſt ei*, de Eccleſia dicitur, *glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei*, de habitatoribus illius Regni dicitur, *diuites facti eſtis*, & de habitatoribus Eccleſiæ, *theſaurizate vobis, &c.* de illo Regno, *emiſſiones tuæ Paradiſus*, de Eccleſia, *delitias ſempiternas*, de illo, *vt vitam habeant, & abundantius habeant*, de Eccleſia, *vitam æternam do eis*; ecce ergo, quam amplum eſt Regnum iſtud Eccleſiæ, de quo Dauid dixit Pſal. 77. *Aedificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum, &c.* Euthymius ait. *Hoc animal vnum tantummodo habere cornu*, & Eccleſia, *vna eſt*, Beda ait. *Hoc animal caſtiſſimum eſſe*, & Eccleſia eſt, *immaculata*, alij dicunt hoc animal fortiſſimum eſſe, & de Eccleſia dicitur, *portæ Inferi non præualebunt, &c.* hoc animal, vt quidam refert in vno tantum inhabitat luſtro, & de Eccleſia dicitur, *vnus Deus, vna fides*, hoc animal, vt ſcribitur, tutiſſimum eſt à veneno, & dùm ſuum ſubmergit cornu, omne expellit venenum ab aquis, vnde quidam hoc animal, hac inſcriptione depinxit. *Venena pellit*, ita Eccleſia licet Hæretici omnes, & ipſemet Diabolus falſitatis, & tentationis venena euomant, nullo ab his timore afficitur Eccleſia, *quia ſicut vnicornium, &c. Venena pellit*, maximo ergo honore, & gratia affecti ſumus, dùm Chriſtus ad nos hoc Eccleſiæ Regnum ſtabile, & inexpugnabile transferre dignatus eſt.

Zacch. 6. *Et conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes ærei; & rumor quadrigarum, vſque ad Cœlum perueniebat*, duo montes, ſignificant duas Eccleſias, triumphantem ſcilicet, & militarem, quatuor quadrigæ, vt omnes affirmant Doctores, ſignificant, quatuor Monarchias, dixit Zaccharias ad Angelum. *Quid ſunt hæc Domine mi?* & reſpondit Angelus, *iſti ſunt quatuor venti Cœli*. Zaccharias nihil aliud petiuit, at ego quatuor quadrigæ, veluti venti, ſunt quatuor Monarchiæ, Græcorum, Romanorum, Perſarum, & Aſſyriorum, ventus eſt vita mea, &c. mons hic æreus Eccleſia, videlicet militans, oppugnata fuit ab iſtis ventis, infinitis Feræ perſecutionibus, ſed non expugnata, quia ſemper firma, & ſtabilis viſa eſt, *in omnem terram exiuit ſonus eorum, &c.*

Promiſſionis Terra, hanc Sanctam Eccleſiam ſignificat, cum enim Hebræi in Deſerto aquam, non haberent, vt bibere potuiſſent, lapidare volebant Moyſim, qui Dominum exorauit, vt populo prouidere dignaretur, qui dixit ei. *Tolle virgam loquimini ad petram, &c. & percutiens bis ſilicem; effluxerunt aquæ*; at Deus iratus eſt contra Moyſen, & dixit ei, *non introducerit hunc populum in Terram Promiſſionis*, quare hoc clementiſſimè Domine? quia ſcilicet dixerat Deus Moyſi, vt loqueretur ad petram, loquimini ad petram; at Moyſes percuſſit petram, ſed quod nam peccatum erit hoc, vt propter illud ingreſſu Terræ Promiſſionis priuari promæreretur? audite Myſterium percutiens Moyſes bis petram, Crucis figuram exhibuit, Crucifixionem Filij Deo Patri oſtendit, nam petra illa Chriſtum ſignificabat, de quo dicitur. *petra autem erat Chriſtus*, audi D. Aug. *Gemina percuſſio ſignificabat Crucem*. Percuſſit non ſemel, ſed bis, & iterum, non eodem modo, vt Crucis figuram exprimeret ideò non introduceris, &c. auferetur à vobis, &c. vocauit Deus Ezechielem 8. & ait, *fode parietem, & videbis abominationes peſſimas*, & quæ ſunt iſtæ abominationes? & ecce in oſtio Templi Domini, inter veſtibulum, & altare quaſi vigintiquinque viri dorſa habentes contra Templum Domini,

miſſi, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum ſolis, & dixit ad me, *Certè vidiſti fili hominis? numquid leue eſt hoc domui Iudæ, vt facerent abominationes iſtas, quas fecerunt hic, quia replantes terram iniquitate conuerſi ſunt ad irritandum me?* hæc dixit Deus, quia dorſa contra Templum Domini habebant, ſed quid diceret, ſi ibi videret grauiora peccata committi?

Heſter 1. *Rex Aſſuerus tertio anno imperij ſui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris ſuis fortiſsimis Perſarum, & medorum inclitis, & præfectis prouinciarum, & die ſeptimo, cum eſſet Rex hilarior, & poſt nimiam potationem incaluiſſet mero, præcepit eunuchis, vt introducerent Reginam Vaſthi coràm Rege poſito ſuper caput eius diademate, vt oſtenderet cunctis populis pulchritudinem illius, & magnitudinem gloriæ ſuæ, quia Reginam decorauerat*, at Regina Vaſti renuit, & ad Regis Imperium, quod per Eunuchos mandauerat venire contempſit, vnde iratus Rex, & nimio furore ſuccenſus, cum ſuis Conſiliarijs iuſſit, vt Vaſthi priuaretur Imperio, & altera Aeſther, ſcilicet, quæ melior eſt illa, regnaret pro Vaſthi.

Aſſuerus, (Princeps interpretatur,) & Chriſtum ſignificat, qui tertio anno, tempore ſcilicet gratiæ, omnibus ſuis Principibus Iudæis, cunctiſque populis magnum fecit conuiuium, & in vltimo die conuiuij, quando ſcilicet, tàm abundè dulce vinum ſui pretioſi Sanguinis effudit cum tunc promptior, & lætior eſſet Chriſtus ad gratias tribuendas, Patrem rogauit, vt peccatoribus parcere dignaretur, tunc per ſeptem Sacramenta, quæ è latere ſuo fluxerunt, Synagogam vocauit, vt eius gloriam, & prophetias, diuinaſque ſcripturas completas eſſe, oſtenderet, at Synagoga venire renuit, omnes creaturæ ad hoc conuiuium cucurrerunt, Petræ, Terra, Sol, Velum Templi omnes, Chriſtum confeſſi ſunt, dicentes verè Filius Dei erat iſte, ſolùm ingrata Sponſa Synagoga renuit venire, & tergiuerſata eſt, & ſpreuit Chriſtum, vnde meritò contra eam, ſententia lata eſt, quod in cæcitate perſeuerans, nullo perfruatur bono. Pſal. 68. obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua, & pro Synagoga, alienigena, & egena Eſther, gentilitas ſcilicet vocata fuit, & per doctrinam Apoſtolorum, relicta idolatria, & omnes mundi vanitates ſpernens, Chriſtum Redemptorem ſecuta eſt, qui maximo amore eam proſequutus eſt, & donis, ac miraculis, gemmiſque pretioſis decorata Chriſti Sponſa facta eſt, & ſic regnauit, regnat, ac regnabit, audite Riccardum lib. 1. de Trinit. ſic dicentem. *Vtinam attenderent Iudæi, vtinam aduerterent pagani, cum quanta conſcientia ſecuritate, pro hac parte ad diuinum iudicium poterimus accedere, nonne cum omni confidentia Deo dicere poſſumus, Domine ſi error eſt, à te ipſo decepti ſumus, nam illa tantis ſignis, & prodigijs confirmata ſunt, & talibus, quæ nonniſi per te fieri poſſunt, & certo à ſummæ ſanctitatis viris, ſunt nobis tradita cum ſumma, & autentica atteſtatione probata, & te ipſo cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Exod. 25. in Arca Teſtamenti erat Manna Legis, Tabulæ, & Virga Aaron, quæ floruit, ita ait Diuus Paulus ad Hebr. 9 & in Eccleſia Sancta ſpiritualiter adeſt Manna Cœleſtis, ſcilicet Panis Sacrati Corporis Chriſti, omnem habens dulcedinem, & delectamentum, adſunt tabulæ, noui, & veteris Teſtamenti, vt viam Cœli doceremur, adeſt virga, diſciplina ſcilicet pœnitentiæ, quæ animas noſtras florere facit, ſuauiſſimos coràm Deo fructus æternæ vitæ producens, per eam enim dignatur Deus, non ſolùm hic peccatorum veniam nobis tribuere, ſed abundantiùs in Cœlo fructuum dulcedinem nos deguſtare, audi Greg. in quadam hom. *Sancta Eccleſia duas habet vitas, vnam, qua merces colligitur, aliam; in qua de receptis muneribus gaudet, atque in vtraque vita ſacrificium offert, hic videlicet ſacrificium compunctionis illic ſacrificium laudis.*

Gen. 8. Arca Noè, licet ab aquis Diluuij concuteretur, nunquam tamen ſubmerſa eſt, ſed ſemper eleuabatur, & cum ceſſarent aquæ, quieuit, & ipſa in excelſis montibus, in quibus Aquæ Diluuij eam extulerant. Arca hæc eſt Eccleſia, quæ, quanto magis ab Aquis, ſcilicet perſecutionibus, & contradictionibus concutitur, eo magis eleuatur in fide ſemper firmior, & ſtabilior apparens, audite Diuum Hilarium 7. de Trinit. dicentem. *Hoc habet proprium Eccleſia, quia dùm perſequitur floret, dùm comprimitur creſcit, dùm contemnitur proficit, dùm læditur vincit, dùm arguitur intelligit, tunc ſtat, cum ſuperari videtur.* Semper Eccleſia pugnat, quouſque electorum numerus perficiatur, & tunc in excelſo Domini monte requieſcet, hinc Diuus Greg. in Epiſt. ad Ieſanum, ait. *Arca ceſſante Diluuio in monte quieuit, quia huius vitæ corruptione ceſſante, cum malorum operum fluctus tranſierint, in Cæleſti Patria Sancta Eccleſia velut in excelſo monte requieſcet.*

Diuus Greg. in mor. *Tunc Sancta Eccleſia valentiùs in virtute efficitur, cum ardentiùs pro veritate fatigatur.*

Apoc. 1. Ioan. vidit filium hominis in medio ſeptem candelabrorum aureorum, & in dex-

tera

tera habebat ſeptem ſtellas, hic filius hominis ſpiritualiter loquendo ſignificat Sanctam Eccleſiam, qua mores ſimiles illis ſui Sponſi habet, quia ſi illa vocatur Stella, Stella pariter vocatur hic, Apoc. 22. *Ego radix, & genus David Stella lucida, & matutina*. Septem Stellas habet Eccleſia, quæ ſunt ſeptem virtutes, tres ſcilicet Theologales, & quatuor Cardinales, quibus nationes omnes dirigit fideles, ſcilicet, & infideles, infidelibus, vt eos ad ſeipſam dirigat, & trahat lumen fidei, charitatis, & ſpei, ac Sanctiſſimæ Trinitatis Doctrinam tribuit, fidelibus autem, qui in ſinu Eccleſiæ viuunt, quatuor Cardinalium virtutum diſciplinam concedit, vt ornatiores, & magis vniformes reddat eos, Audi Diuum Gregorio in moral. in illa verba, qui facit arcturum, &c. ait. *Eſt in arcturo, quod conſideratiùs poſſumus intueri, in ſeptem quidem Stellis voluitur, & modo quidem tres, ad ſumma eleuat, atque ad ima, quatuor inclinat, modo ſuperiùs, quatuor erigit, & tres inferiùs premit, ſic Sancta Eccleſia modo infidelibus Trinitatis notitiam, modo fidelibus quatuor Virtutes, quaſi rotam prædicationis ſtatus ſui quodammodo mutat*.

Quatuor præcipui venti conturbare ſolent mare, oriens ſcilicet, occidens, Auſter, & Aquilo, ita in mari huius mundi pulcherrima Nauis Sanctæ Eccleſiæ à quatuor nationibus fuit, & eſt, & erit maxima moleſtia affecta, & vexata. Primo à Iudeis, tamquam à ventis orientalibus, qui magno furore contra Creatorem affectis, Pſal. 87. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me*. Secundo verò à populo gentili, qui vt ignaui, veluti illi, quibus charitas, & veri ſolis ſplendor deerat, ideò erant frigidi, & aridi. Tertiò ab Hæreticis, qui à ſacræ Scripturæ auſtrali fecunditate fructus capientes, eorum peſtifero halitu, eos in procellas conuertunt. Quarto poſſumus dicere, quod à falſis Chriſtianis, oritur Eccleſiæ Naui tempeſtas, aut quod maximâ moleſtia afficitur, Eccleſia ab Antichriſto.

Daniel 7. *Videbam in viſione mea, & ecce quatuor Venti Cæli pugnabant in mari magno, & quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari, diuerſæ inter ſe, prima, quaſi leæna, & alas habebat Aquilæ, aſpiciebam, donec euulſæ alæ eius, & ſublata eſt de terra, & ſuper pede, quaſi homo ſtetit, & cor hominis datum eſt ei. Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in parte ſtetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & ſic dicebant ei, ſurge comede carnes plurimas, alia quaſi pardus, & alas habebat quaſi auis quatuor ſuper ſe, & quatuor capita erant in beſtia*, quarta beſtia caret nomine, erat terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans; hæ quatuor beſtiæ ſunt ſupradictæ quatuor perſecutiones Eccleſiæ, prima beſtia læena, duas habens alas, Synagogam ſignificat, habentem Legem, & Prophetiam, quibus veluti alis, ſe eleuabat, at ſublatis his duabus alis, cecidit in terram, *& commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum*, idolatrias ſcilicet, & malitiam, & hoc propter graue eorum ſcelus, dùm Saluatorem Chriſtum perſecuti ſunt, vnde Propheta dicebat. *Quaſi Leo in ſylua factus eſt, & leuauit contra me vocem ſuam*. Secunda beſtia, tres ordines dentium habebat, & ſunt gentiles, tria genera peccatorum habentes, ſcilicet, concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ, ſanctos perſequendo, & occidendo, ſed lumine fidei affecti eorum rabies euanuit, nam dùm infinita feræ miracula, & prodigia à Sanctis Martyribus effecta intuiti ſunt, omiſſa omni rabie, & feritate Chriſtum ſecuti ſunt. Tertia beſtia ſimilis pardo, ſunt Hæretici, varios colores, errores ſcilicet, & dogmata habentes, quibus idiotas, & ſimplices in errorem inducunt, & hæc beſtia quatuor habebat capita, quia Hæretici ſuam doctrinam, & dogmata, quatuor Euangeliſtarum doctrina colorare ſolent, ſed à Sanctis Patribus, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Doctoribus confutati, & reiecti fuerunt, quarta beſtia, ita terribilis, eſt Chriſtianorum diuiſio, & odia adinuicem, & bene beſtia illa nomine carebat, quia, qui hanc beſtiam ſequuntur, diſſentiones, ſcilicet, & odia, delebuntur de libro vitæ, & beſtia hæc ferreos dentes habebat, plurimas carnes deuorans, quia, qui hanc beſtiam ſequuntur, ferro, gladio abſumuntur, ſcilicet, & armis, Vnde Iob 13. *Quare lacero carnes meas dentibus meis?* quid ampliùs? hæc quarta beſtia, quid dentibus non comminuebat, pedibus conculcabat, quia quibus, non licet arma ſumerè contra proximum, voluntate eum vulneribus afficiunt, & occidunt, & ſic Nauis Eccleſiæ ſemper fluctuat, & propter propriorum filiorum ſeditiones, procellas ſemper patitur, audi Diuum Auguſtinum, de Verbis Domini. *Qui in pace non erit inuentus à Patre abdicabitur, à filio exhereditabitur, à Spiritu Sancto alienus efficietur, nec ad hereditatem Domini poterit peruenire, qui teſtamentum pacis noluit obſeruare*.

Poteſt etiam pro quarta beſtia intelligi Antichriſtus, qui tempore ſuo magnus fidelium Eccleſiæ ſtrages faciet, & niſi abbreuiarentur dies eius, non fieret ſalua omnis caro.

Quarta reuerentia, ac timore Dei Eccleſiam venerari debemus ab exemplo Cain facilè conijci poteſt, qui vt narratur Gen. 4. volens occidere fratrem ſuum, cum eſſent ambo domi,

dixit

Digitized by Google

dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, egrediamur foras, cumque eſſent in Agro interfecit eum, quare ergo non interfecit eum domi, ſed in agro? reſpondet Chryſoſt. ibidem, quod poſtquam Adam expulſus fuerit à Paradiſo, intuens per culpam ab his temporis iniuriis ſubdi, vt calori, &c. vt ſe defenderet paruulam quamdam domum in formam templi, vt mox erat in veteri lege, ſibi ædificauit, hæc ſunt verba Chryſoſt. *ædiculam ligneam in templi formam ædificauerat.*

Intuens Cain ædiculam illam templi formam habere, timore affectus eſt in ea occidere fratrem ſuum, ideò dixit egrediamur foras, audite verba Chryſoſt. ibidem ſic dicentis. *Extra limites ſua domus fratricida occidit, ſic Deo permittente, quia domus illa Templum Domini Dei Sabaoth formam habebat.*

Eccl. 4. *Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Domini*, miratur Chryſoſt. nam in domo Domini omnia ſunt apta expoſitè, potiùs debebat dicere ait Chryſoſt. fili egrediens è templo cuſtodi pedem tuum ne deambulans offendas in aliquem lapidem. Sed reſpondet Diuus Aug. quod Salamon loquebatur de pedibus animæ. Nam quemadmodum pedibus mediantibus corpus, ex vna in aliam partem transfertur, ita, & anima ſuos habet pedes. Sed qui ſunt iſti animæ pedes? audi Chryſoſt. ibidem ſic dicentem. *Per ſuus affectus, & ſicut corpus pedibus fertur, ita anima fertur affectu.* Dùm ergo Salomon ait, cuſtodi pedem tuum, Eccleſiam Dei ingredientes alloquitur, vt terrenarum rerum affectum relinquant, & de Deo tantum cogitent.

Matth. 4. Diabolus volens Chriſtum tentare, duxit illum ſupra pinnaculum templi, quare ſupra pinnaculum templi, & non in templo? ò res miranda, licèt Diabolus tentare potuerit Chriſtum in templo, hoc tamen, non fecit, ne ſcandalum eſſet his, qui erant in Templo, audi Diuum Baſilium. *Diabolus non auſit tentare Chriſtum in Eccleſia, vbi communis conuerſio poterat ſcandalizari.* 1. Reg. 5 *Tuleruntque Phyliſtijm Arcam Dei, & intulerunt eam in Templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon, cumque ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante Arcam Domini, & tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum, rurſumque mane die altera conſurgentes inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terram coràm Arcam Domini, caput autem Dagon, & dua palma manuum eius abſciſſe erant ſuper limen.* quaſt. 13.

Hoc animaduertens Doſtatus ibidem, ſic quærit. *Quare magis caput, & manus Dagon abſciſſe fuerunt, quàm alia membra? referendum eſt ad quamdam ſimilitudinem operum noſtrorum, ac ſi diceremus, quod Dagon peccauit, malè adorando Deum Iſrael, ideò abſciſſa ſunt illi partes, quæ ad orationem pertinent ſcilicet caput, quia illud, non benè curauit, & manus, quia illas non benè eleuauit coràm Domino.*

Vt oſtenderetur, quomodo ſunt puniendi, qui irreuerenter orant in Eccleſia Dei, & quanti faciat Deus Eccleſiæ deuotionem, quod animaduertens Chryſ. ait. *Non cogitas ipſum hic inuiſibiliter adeſſe Dominum, qui vniuſcuiuſque motum metitur?* hom. 1. de verb. Iſa.

Iſa. 6. ait. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, Seraphim ſtabant ſuper illud ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Obſtupeſcit Diuus Chryſoſt. quod Seraphin velent pedes, & ait ibidem. *Faciem quidem meritò velant, propter metuendum ſpectaculum, quia, quod non poſsint inacceſſam gloriam obtueri*, verùm pedes quare ſimul velant? & reſpondet. *Inexpugnabilem erga conditorem reuerentiam exhibere ſtudent, multamque anxietatem, tùm ipſo habitu, tùm voce, tùm aſpectu, denique ipſa ſtatione, quoniam igitur id quod deſiderant, quodque conueniebat, non aſsequuntur declarant, eo quod vndique velantur, nam ita defectum circumtegunt.*

Iſa. 2. ait. *Erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes.*

Si agitur de domo Domini feminini generis, quare non dicit fluent ad eam? reſpondet Oleaſter ibidem, & ait. *Non vt picturas, aut celaturas ibi videas, aut ornatos aulæis parietes, ſed ad Dominum colendum; vnde non dicit Textus fluent, ad eam, ſed ad eum omnes gentes.*

Mirum quidem legimus Luc. 5. quod cum Petrus, & alij, qui cum ipſo erant, piſcarentur, concluſerunt, ait Euang. piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt ſocijs, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos, in illa Naui Petri, aderat Chriſtus; quare ergo Petrus, & alij, qui cum ipſo erant, non voce vocauerunt ſocios, qui erant in alia Naui, ſed nutibus? numquid muti erant, aùt illi erant ſurdi? neutrum dicendum erit, ſed audite Dionyſium Carthuſ. ibidem ſic dicentem. *Quia præ Ieſu reuerentia, vix loqui audebant.*

Gen. 17. cum Deus promitteret Abrahæ ſibi filium Iſaac naſciturum, audiens Abraham

huiuſ-

huiuſmodi promiſſionem, cum eſſet Senex ait, ſacer Textus, cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit, quare ergo antequam Abraham rideret cecidit in faciem ſuam, cum tunc Abrahæ riſus rationabilis videretur? nam riſus ille procedebat ex magna lætitia cordis ſui, ob pro-
lib.2. c.11 miſſionem prolis, ſed reſpondet Diuus Ambr. de Abraham, quod quamuis riſus ille Abrahæ rationabilis fuiſſet, cum eſſet coràm Deo, timuit ne diuina maieſtas aliquo modo offenderetur, ideò non auſus eſt palam ridere ob reuerentiam, audite verba Ambr. ſic dicentis: *Hic reuerentia ſignificatur, quod timuit Deum, velut libero riſu lædere, quamuis riſus lætitiam declaret viri iuſti.*

tom.1.ſer. Diuus Bernardinus ait. *Quaſi quęlibet Eccleſia ſit paruulus Paradiſus.*
20. art.1. Oleaſter animaduertens verba illa Iſa. 6. Seraphin ſtebant ſuper illud ait. *Dicitur eos ſtetiſſe*
cap. 7. *non ſediſſe iuxta Deum, vt ſcias ad riuerentiam Domini pertinere, ſi coràm eo in templo irreuerenter, & ſine cauſa ſedeas.*

ſer.3. Dō. Diuus Vincentius Ferrer. conſiderans quod ait Euang. Ioannes loquens de Chriſto cum
inuoc. feciſſet flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, petit quare hoc non commiſit alicui Apoſtolorum, aùt Angelo, aùt Dæmoni, ſed proprijs manibus punire voluit auaros illos? & ait ſic: *Non legitur quod Chriſtus vnquam proprijs manibus peccata correxerit, niſi hic, quia fecit flagellum de funiculis; hic apparet, quantum diſplicet is, qui tangit Eccleſiam Sponſam ſuam.*

Hinc Diuus Germanus Patriarcha Conſtantinop. l. Rer. Eccleſ. Theor. ſacrum Templum vocat terrenum Cœlum, & ait. *Eccleſia eſt terrenum Cęlum, in quo ſuper cæleſtis Deus inhabitat, & inambulat.*

Pſal.77. *Ædificauit ſicut vnicornium ſanctif. &c. in ſæcula*, Diuus Hieron. hunc locum explicans intelligit de perpetuitate Eccleſiæ, & ait. *Ipſam Eccleſiam ſuam ſingulari virtute firmauit, vt immobilis in ſæcula ſempiterna perſiſteret.* Pagninus in hunc locum. *Ædificauit ſicut palatia excelſa ſanctuarium ſuum.*

Genebrardus. *Ædificauit ſicut vnicornium Arces.* Incognitus dicit, quod his verbis Chriſtus oſtendit, non ſolùm ſtabilitatem Eccleſiæ vſque in finem mundi, ſed puritatem, qua nos decorati in eam ingrediamur, & ſic ait Incognitus. *Oſtendit hic ſtabilitatem cultus diuini: vnde notandum, quod vnicornis eſt talis naturæ, quod nullum aliud animal ad ſuum cubile permittit accedere.*

Diuus Cyprian de ſing. Cler. annotauit, quod ideò Diabolus, vt tentaret Chriſtum, duxit eum ſupra pinnaculum, & non intra templum ne ea tentatione templum profanaret, &c. ait Cypr. *Inter feſta ſancta, poteſt communis conuentio ſcandalizari, vbi tentator ipſe Diabolus tremit.*

Vt ſic doceremur quod, qui in Eccleſia peccare audent, Diabolo peiores ſunt.
tract. 10. Diuus Auguſt. animaduertens Chriſtum feciſſe flagellum de funiculis, vt è templo ejeceret
in Ioan. ementes, & vendentes, ſic ait: *Non magnum peccatum erat ſi hoc vendebant in templo, quod emebatur, vt offeretur in templo, & tamen ejecit inde illos, quid faceret Dominus ſi ibi ebrioſos inueniret? ſi domus Dei non debet fieri domus negotiationis, potationis debet fieri?*

Diuus Auguſt. aduertens illa verba Dauid Pſal. 96. *Lætentur inſulæ multę*, dicit, Prophetam velle ſignificare Eccleſiæ firmitatem, & conſtantiam, & ſic ait: *Veruntamen poſſunt, & in figura rectè accipi Inſulę, omnes Eccleſię; quare? quia circumlatrantur fluctibus omnium tentationum, ſed quomodo Inſula vndique circum ſtrepentibus fluctibus tundi poteſt, frangi non poteſt, magiſque ipſa frangit fluctus venientes, quam frangatur ab eis, ſic Eccleſię Dei pullulantes per vniuerſum orbem terrarum paſſę ſunt perſecutiones, vndique frementium infidelium, & ecce ſtant inſulę.*

Imò impiorum perſecutiones ad magis, magiſque roborandam Eccleſiam, ſtabiliendamque interuenerunt, hoc inſinuare voluit Dauid Pſal. 23. dicens. *Ipſe ſuper Maria fundauit eam*, quæ verba exponens Auguſt. ait: *Cum clarificatus Dominus annunciatur in fidem omnium gentium, & conuerſus orbis terrarum, fit Eccleſia eius, ipſe ſuper maria fundauit eam, ipſe firmiſſime ſtabiliuit eam, ſuper omnes fluctus ſęculi.*

Philo Hebræus aduertens quod Num. 35. dicitur, *ſex oppida erant in refugium eorum conſtituta*, eorum ſcilicet, qui aliquod patrabant crimen, vt tuti viuere potuiſſent; quærit Philo, quare ſacrum Templum delinquentibus, vt tuti eſſent, non iuuabat? & ſic reſpondet. *Non autem in templis aperitur immunitas aſyla, ne ab immundis inficerentur.*

Sed ſi hoc de templo veteris legis, quid dicendum de templis Euangelicæ Legis?
hom. de Hinc Eucherius animaduertens, quod Angelus primum Paſtoribus, quam alijs Chriſti
Natiuit. Natiuitatem nunciauit. *Annunciabo vobis, &c.* huius rei cauſam inueſtigans; (& ſciens quod Paſtores, vt mos erat ad Præſepe ſe conferre ſolebant,) ſic reſpondet. *Ea cauſa eſſe videtur, priùs Paſtoribus hęc verba Angelus nunciaret, ne quaſi incauti ſtabulum intrarent, in quo puer poſitus erat.* Quaſi diceret ſtabulum illud, Dei Eccleſia facta erat, in qua Chriſtus, Maria, & Ioſeph

moraban-

morabantur, & Angelorum Chorus aſſiſtebat. Chryſoſt. *Eccleſia locus quidam eſt medicinæ ſpiritualis, & eos, qui hùc veniunt, decet ne domum redeant niſi congruè remedia acceperint, illaque ſuis vulneribus adhibuerint.* *hom. 1. in Gen.*

Idem Chryſoſt. *Apud primos Chriſtianos, ipſa domus Eccleſia erant: nunc verò Eccleſia domus fit, imò domo qualibet prophana magis*, & ſubdit, *Eccleſia locus eſt Angelorum, locus Archangelorum, Regia Domus Dei, & Cælum ipſum.* *in epiſt. ad Corinth.*

Idem Chryſoſt. ait. *Sic nos in Eccleſia conuenimus, non propter hoc ſolùm, vt illic immoremur ſed, vt aliquid magnum lucrati, & ſpirituale lucrum diſcedamus.* *hom. 5. ad pop.*

Idem Chryſoſt. ait. *Stat Sacerdos Dei orationem offerens cunctorum, tu autem ridens nihil times, non contremiſcis, non colligis te ipſum?*

1. Cor. 3. *Si quis violauerit Templum Domini Dei perdet illum Dominus.* *hom. 15. in ep. ad Hebraos.*

Gloſſa animaduertens quod Balthaſſar Rex Dan. 5. abuſus eſt ſacris vaſibus, eis vtens in conuiuio, quæ Nabuchdonoſor aſportauerat à templo Ieruſalem, propter quod in eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ Regis, ſic ait. *Eadem hora dicitur, vt oſtendatur manifeſtè propter quod erat Dei vindicta, ſcilicet propter contemptum Dei in abuſu vaſorum ſacrorum.*

D. Ambr. attendens illa verba Pſal. 48. *Quia ipſe ſuper maria fundauit eam, &c.* per flumina, & maria intelligit perſecutiones, quibus fundata eſt Eccleſia, & ita ait. *In tribulationibus fundatur Eccleſia, in tempeſtatibus, & procellis, in ſolicitudinibus, & in mœrore, in rebus aduerſis, & in fluminibus præparatur*, quod admirans D. Chryſoſt. exclamabat. *O miraculum ſerui vincti, Dominus Crucifixus, & prædicatio quotidie creſcit, & per quæ putabatur opera prohiberi, per hæc accenſa eſt*, hinc D. Hieron. dicebat. *Patiendo magis, quàm faciendo contumeliam Chriſti fundata eſt Eccleſia perſecutionibus creuit, martyrijs coronata eſt.* Et D. Iuſtin. Martyr, *vt enim vineæ potatione ad vbertatem prouocantur, ita Eccleſia perſecutionibus creſcit.* Tertull. *Plures efficimur, quoties à vobis metimur; ſanguis Martyrum ſemen eſt Chriſtianorum*, & D. Chryſoſt. *Sicut plantæ irrigatæ magis creſcunt, ita, & fides noſtra oppugnata magis floret, cruor ille cæſorum corporum.* *in pſ. 48.* *hom. 6. ad popul. Antioch.* *ep. 62. ad Theoph.* *Dialog. ad Triph.*

D. Theod. *Irrigatio quædam erat in Eccleſia emergentibus plantis.* *in Apolog.*

D. Leo innuit quod licèt vnus pro Eccleſia moriebatur, eius exemplo plures, & mille inſurgebant hæc ſunt verba Diui Leonis. *Qui putabantur minui numero, multiplicabantur exemplo*, ita vt ipſi infideles confunderentur: & vt refert D. Chryſoſt. dicebant. *Quid faciemus hominibus iſtis? per quæ enim eos opprimere volumus, per ea ipſa prouehimus*, & Diuus Proſp. inquit, *fremebant gentes; iraſcebantur populi, ſæuiebant Reges, & poteſtates contradicebant ſuperſtitiones, & totius mundi reluctabantur errores: ſed de reſiſtentibus furentibus, perſequentibus populum ſuum Chriſtus augebat, & per vincula, ac ſupplicia morteſq; Sanctorum roboratur fides, vincebat charitas, perque vniuerſum mundum Dominici agri multiplicabatur vbertas.* *ſer. in iuuentiū, & maximum* *hom. 7. de laud. Paul.* *lib. 2. de vocat. gēt.*

De Dei Eccleſia videtur fuiſſe locutus Iſaias in perſona Dei. *Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, dorſa regum vertam*, & vt perpendit Diuus Auguſt. quaſi diceret, de perſecutoribus Eccleſiæ faciam amicos, & ſeruos Eccleſiæ, hæc ſunt verba D. Auguſt. *Nonne Reges terræ vides, qui ante perſequebantur Chriſtianos, nunc integros eſſe Chriſtianos? Nonne vides eos, qui humiliabant Eccleſiam, humiles intrare Eccleſiam? Nonnè ipſos habere defenſores, quos ante habebat perſecutores?* Et quod mirum valdè eſt, fideles per perſecutiones glorioſi euaſerunt, vt ponderat D. Greg. dicens. *Ad viam illos veritas reuocat, per quam ad celſitudinem venirent, ac ſi dicatur, iam vos delectat locus celſitudinis; ſed priùs via exerceat laboris, per calicem enim pertingitur ad Maieſtatem.* *tract. de ſegreſib.* *hom. 27. in Euang.*

DE ELEEMOSYNA

1 Diuus Ambr. Magna Eleemoſyna, quæ ardentium criminum globos beneuolentiæ ſuæ fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum, vt quamuis offenſus Deus, quamuis criminibus prouocatus, cogatur liberare Eleemoſynis, quem diſpoſuerat punire peccatis. *ſerm. 15.*

2 Idem. Beatus planè de cuius domo nunquam vacuo ſinu pauper exiuit, neque enim quiſquam magis beatus, quàm qui intelligit ſuper pauperis neceſſitatem, & infirmi, atque inopis ærumnam. *lib. de off.*

3 D. Aug. Deo dat, qui pauperi dat. *in pſ. 59.*

4 Idem. Cupis ò homo, vt tui miſereatur Deus? fac vt proximo tuo miſerearis, non tan- *ſer. 44. ad fratres.*

D d tum

tum tui miſerebitur Deus, quantum, & tu miſereberis proximi, tantum recipies in alia vita, quantum facies in præſenti vita.

lib. 50. homil. 43. 5 Idem. Patrocinatur eleemoſyna in die iudicij homini, vt flammas æternas non timeat.

ibid. hom. 39. 6 Idem. Ante fores gehennæ ſtat miſericordia, & neminem permittit in carcerem mitti.

7 Idem. Via Cœli eſt pauper, per quam venitur ad Patrem: Incipe ergo erogare, ſi non vis errare. Patrimonij tui, quo es ligatus compedem ſolue, vt liber ad Cœlum poſſis aſcendere.

ſer. 5. de verb. Dñi.

in pſ. 125. 8 Idem. Si corde miſerearis, etiam ſi non habeas quòd porrigas manu, accepiat Deus eleemoſynam tuam.

ſer. 2. in diuites. 9 Diuus Baſil. Quid reſpondebis Iudici tu, qui parietes veſtis, hominem nudum ſinis? qui æquos ornas, fratrem in turpi amictu contemnis? qui frumentum putreſcere ſinis, eſurientes non nutris? qui non aperuiſti domum, repudiaberis à Regno, non dediſti panem, non accipies vitam æternam.

in verba Iacob 2. 10 Beda. *Iudicium ſine miſericordia, &c.* Sine miſericordia iudicabitur ille, qui cum facere poſſet, antequam iudicaretur non fecit.

homil. 17. 11 Cęſarius Arelat. Chriſtus enim qui omnibus hominibus ſua munera largitur in ſuis pauperibus egere, & eſurire, & algere dignatur. Nemo ergo dubitet dare pauperibus, quia manus pauperis gazophylacium eſt Chriſti. Quòd in terra accipit, in Cęlo reponit.

hom. 15. 12 Idem. *De miſericordia diuina, & humana.* Das pauperi nummum, & à Chriſto accipis Regnum. Das buccellam, & à Chriſto recipis vitam æternam. Das veſtimentum, & à Chriſto recipis remiſſionem peccatorum.

in Matt. 25 13 D. Cypr. lib. de opere, & eleemoſ. *Quod vni ex minimis meis feciſtis, &c.* Quomodo potuit Chriſtus, iuſtitię, ac miſericordiæ noſtræ opera magis prouocare, quàm quod præſtare dixit ſibi quidquid egenti, & pauperi præſtetur, & ſe dixerit offendi niſi egenti præſtetur, & pauperi, vt qui reſpectu fratris in Eccleſia non mouetur; vel Chriſti contemplatione moueatur, & qui non cogitat in labore, & in ægeſtate conſeruum vel Dominum, cogitet in ipſo, quem deſdicit conſtitutum.

de eleem. 14 Doroth. Abbas. *De ędificio, & armonia virtutum.* Propriè enim virtus iſta imitatur Deum, ipſum exprimit, & ſignificat.

15. mor. 15 D. Greg. Qui proximo exteriorem ſubſtantiam præbet, ſed vitam ſuam à nequitia non cuſtodit, rem ſuam Deo tribuit, & ſe peccato.

2. mor. 16 Idem. Qui cum faſtu eleemoſynam tribuit, maiorem culpam intus peragit ſuperbiendo, quam extra largiendo mercedem.

or. 27. de eleemoſ. 17 Idem. Licet tibi nullo labore Deum fieri, noli diuinitatis conſequendæ occaſionem abijcere.

orat. 16. 18 Idem. Fac calamitoſo, vt ſis Deus; Dei miſericordiam imitando.

in Matth. 25. homil. 40. in Euāg. 19 D. Greg. Papa *Quod vni ex minimis feciſtis, &c.* Ad tribuendum ergo pigri cur eſtis, quando hoc quod iacenti in terra porrigitis, ſedenti in Cœlo datis? Dominus ait. Quidquid feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

ibidem. 20 Idem. Quidquid tribuitur pauperi, ſi ſubtili conſideratione penſetur, non eſt donum, ſed mutuum, quia quòd datur, ſine dubio multiplicato fœnore recipitur.

in verba Luc. 6. 21 D. Greg. Nyſſen. de Beatitudinibus. *Eſtote miſericordes, &c.* Si miſericordis appellatio Deum decet: ad quid aliud te ſermo Chriſti hortatur, niſi vt Deus fias, tanquam inſignitus propria nota Deitatis.

or. de pauper. amore 22 Diuus Greg. Nazianz. Nihil tàm diuinum homo habet, quàm de alijs benè mereri, tametſi illa maiora, hic minora beneficia conferat; vterque nimirum pro ſuis viribus. Fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiam imitando.

in pſ. 41. 23 D. Hieron. *Beatus qui intelligit, &c.* Intelligentia opus eſt, vt ſciatur quis ſit egenus, & pauper; nam pauper eſt qui Chriſtum repræſentat. Intellige ergo ſuper egenum, & pauperem, nudum veſti, eſurientem ciba, & quotieſcumque manum extendis, Chriſtum cogita.

in cap. 3. prouerb. 24 Idem. Qui iram diſtricti Iudicis quam peccando meruit, placare deſiderat, eleemoſynas det pauperibus.

in pſ. 80. 25 Idem. Grande nobis beneficium præſtant pauperes: peccata quæ aliter lauare non poſſumus, extinguit eleemoſyna. Quid ſcriptum eſt? Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccata. Hoc præſtat eleemoſyna, quòd, & baptiſma: quomodo baptiſma nobis peccata dimittit, ita, eleemoſyna peccata dimittit.

26 Idem.

26 Idem. Non memini me legiſſe mala motte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit; habent enim multos interceſſores, & impoſſibile eſt multorum preces non exaudiri. *ep. ad Nepot.*

27 Incognitus. *Iucundus homo, qui miſeretur, &c.* Sermones eius ſunt opera eius, quibus in iudicio vltimo defendetur. Quia tunc ei fiet miſericordia quia ipſe alijs fecit, & hoc dicitur à ſimili alicuius præmeditantis cauſam ſuam, vt eam firmis allegationibus in iudicio muniat, ſic iſte opera ſua diſponit, & ordinat, vt ipſis cauſa ſua in iudicio defendatur. *in pſ. 111.*

28 D. Leo Papa. Cibus ægeni, Regni Cœleſtis eſt pretium, & largitor temporalium, hæres efficitur æternorum. *ſer. de collectis.*

29 Idem. Eleemoſynæ peccata delent, mortem perimunt, pęnam perpetui ignis extingunt. *ibid. ſer. 5*

30 Hugo Card. Chriſtus in iudicio omnia facta iuſtorum tacet, & ſolas eleemoſynas commemorare dignabitur; ita neque malè facta improborum pronunciabit, ſed arguet illos, qui eleemoſynam non fecerunt. Et ratio eſt, quia omnia crimina eleemoſynis redimuntur. *in Matth.*

31 D. Leo. Parum eſt non auferre aliena niſi largiaris, & propria. *ſer. de Ieiun. 7. mẽſ.*

32 D. Ioannes Chryſoſt. Vacuus intrat ante Deum, qui veniens ad orationem nullam facit eleemoſynam. *hom. 15. in imperf.*

33 Idem. Si ad pauperem manus extenderis, Cœlum ipſum manu, & virtute tetigiſti. *hom. 2. ep. 1. ad Thim.*

34 Idem. Nihil ita fortè, & potens ad extinguendum noſtrorum peccatorum incendium, vt eleemoſyna, &c. nam virginitas quidem, & in terra cubatio, & ieiunium circa facientem ſtat ſolùm, alium autem ſaluauit nullum, eleemoſyna enim ad omnes ſe extendit, & circumplicat membra Chriſti; ipſa eſt mater amoris, per quem Diſcipuli apparent, Chriſti ipſa forma cum peccatorum noſtrorum expurgatio ſordis animæ noſtræ ſcala in Cœlum firmata. *hom. 6. in ep. ad Titum.*

35 Idem. Qui pauperes nutrit, Chriſtum cibat. *hom. 4. ad hebr.*

36 Idem. Eleemoſyna aſtat tribunali, non tantum patrocinans, verum & ipſi Iudici perſuadens, vt reo patrocinium præſtet, & pro eo ſententia ferat. *hom. 33. ad pop.*

37 Idem. Eleemoſyna pennata eſt, & læuis aureas habens alas, ipſos ſupra modum delectans Angelos, apud ipſum Regalem Tronum perſiſtit, cum iudicamur immuuet, tormentiſque non eripit, ſuis complectens, & protegens alis. *hom. 7. de pœnit.*

38 Idem. *Loquens de eleemoſyna.* Hæc eſt maior gratia, quàm mortuos ſuſcitare, eſurientem paſcere Chriſtum, hic enim ipſe Deo debes, in eleemoſyna vero Deum habes debitorem. *hom. 36. ad pop.*

39 Idem. *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius.* Benè lectum doloris diem mortis intelligamus, ille enim grauis eſt, & moleſtus peccatoribus propter metum iudicij, ſed in eo fert opem ei, qui eſt amator, pauperum; Iubet enim eum eſſe bono animo, vt qui ſit clementiam, ac miſericordiam conſecuturus. *hom. ſuper pſ. 40.*

40 Idem. Impoſſibile enim; impoſſibile inquam eſt, & ſi innumera facias bona, ſine eleemoſyna Cœleſtis Regni, vel veſtibulum quidem attingere. *hom. 22. in Ioan.*

41 Idem. Veſtes non ſinamus à vermibus rodi, & abſque riſu in arculis putreſcere, cum tot ſint qui indigent, & obambulant nudi ſed veneremur, honoremque demus nudo Chriſto potiùs, quàm tineis, & induamus eum, qui propter noſtram ſalutem nudus obambulare voluit, vt cum ipſum induerimus, audiamus in die illa. Nudus eram, & veſtiſtis me. *hom. 31. in Gen.*

42 Idem. Tanta vis eſt eleemoſynæ, vt cum multa fiducia ſuos introducat alumnos; eſt enim cęli nota ianitoribus, ſponſalis thalami fores obſeruantibus, quin, & venerabilis, & quos ſui cultores agnouerit, cum multa introducet libertate, & contradicet nemo, ſed omnes cædent. *hom. 36. ad pop.*

43 Idem. Huic cum multa fiducia portæ Cœli aperiuntur, & veluti Regina intrante, nullus ianitorum, nullus cuſtodum, qui foris aſſiſtunt, audet dicere: quæ es tu; vel vnde? *hom. 23. in ep. ad heb.*

44 Idem. *Iucundus homo qui miſeretur, &c.* Diſpenſabit ſermones ſuos in iudicio, hoc eſt, patrocinium conſequetur, non deerit ei defenſio, nec erit ei condemnatio, cum eleemoſyna defenſionem ei pulchrè compare. *in pſ. 111.*

45 Idem. *Hoſpitalitatem ſectantes.* Non ait Apoſtolus, facientes, ſed ſectantes, inſtruens nos, vt non expectemus agenos, donec ad nos veniant, ſed ad ipſos curramus, & ſectemur. *ad Rom. 12. hom. 12.*

46 Idem. Hæc eſt maior gratia, quàm mortuos ſuſcitare, eſurientem paſcere Chriſtum: hic enim ipſe Deo debes, in eleemoſyna verò Deum habes debitorem. *hom. 36. ad pop.*

hom.33. ad pop. 47 Idem. Vera eleemoſyna eſt, ſic dare, vt gaudeas te dare, putans te accipere magis, quàm dare. Non enim tàm pauperibus, quàm nobis proſumus, plura accipientes, quàm dantes.

hom.84. in Ioan. 48 Idem. Eleemoſyna eſt veſtis, quæ cum mortuò reſurget. His veſtibus fulgebunt qui tunc audient. Eſurientem me vidiſtis, & dediſtis mihi manducare. Hæ inſignes faciunt, hæ conſpicuos, hæ ſecuros.

hom.7.de pœnit. 49 Idem. Eleemoſyna regia via eſt, quæ homines in Cœlorum arces celerrimè adducit, aduocati optimi loco fungens.

in pſ.127. 50 Idem. Non habes pecuniam? ſed potes viſitare ægrum, vel incarceratum, dare poculu frigidæ, præbere duos obolos ſicut vidua, ingemiſcere propter eos, qui affliguntur: nam hoc quoque eſt eleemoſyna.

Luc.6.homil.36.ad pop. 51 Idem. *Eſtote miſericordes, ſicut, & Pater veſter miſericors eſt.* Non dixit Chriſtus, ſi ieiunetis, eritis ſimiles Patri veſtro; neque dixit: ſi virginitatem illæſam ſeruaueritis; eritis ſimiles Patri veſtro: nihil enim horum eſt circa Deum, ſed quid? Eſtote miſericordes, ſicut, & Pater veſter, qui in Cœlis eſt. Hoc Dei eſt opus, hoc ſi non habeas, quid habes? Miſericordiam volo, inquit, non ſacrificium.

hom. 33. ad pop. 52 Idem. Meliùs eſt hanc artem dandi eleemoſynam ſcire, quàm eſſe Regem, & diademate coronari.

in Matth. 25. orat. de die Iudic. 53 D. Ioa. Damaſc. *Diſcedite à me maledicti, &c.* Non dixit: diſcedite à me, quia furtum, & homicidium feciſtis, & alia mala; ſed ait, quia de ſubſtantia veſtra pauperibus non dediſtis, ſicut illos, qui ad dexteram futuri ſunt, ſola miſericordia liberabit, ita eos, qui ad ſiniſtram ſunt, ſola auaritia condemnabit.

hom 31. in c.21.Gen. 54 Idem. Nihil enim prorſus ita nos eximere poteſt à gehenna ignis, atque largitas eleemoſynarum.

hom.25.in Acta Ap. 55 Idem. Non eſt peccatum, quod non poſſit purgare elemoſyna, quodue non poſſit extinguere.

ſer.5. in quadr. 56 Idem. Si ad pauperum manus extendas manum, ipſum cęli cardinem attigiſti. Nam qui illic ſedet, eleemoſynam accipit.

hom.89.in Matth. 57 Idem. Non audis dicentem. Quod vni ex minimis meis feciſtis? Nihil nempè intereſt, ſiuè huic pauperi, ſiue ipſi Chriſto dederis.

ſer.119. 58 D. Petrus Chryſol. Etſi certantes vincimus, tot coronas accipimus, quot vitiorum victores fuerimus, magnuſque agon iſte eſt, in quo ſpectaculum Deo exhibemus, ſpectamur enim certantes à Domino, ſpectamur ab Angelis eius, in terra vincimus, ſed præmium virtutis in cœleſtibus accipimus.

in Matth. 25 ſer.14 59 Idem. *Eſuriui, & dediſti, &c.* Eſuriui, inquit, & dediſtis mihi manducare: non dixit. Eſuriuit pauper, & dediſtis illi manducare; ſed eſuriui ego, & dediſtis manducare mihi, ſibi datum clamat, quòd pauper acceperit: ſe manducare dicit, quod comederit pauper.

in pſ.40. in pſ.40. ſer.14. 60 Idem. *Beatus qui intelligit ſuper egenum, &c.* In die mala Dominus illi liberator aſſiſtet, qua à malis pauperem liberauit; in anguſtia illum clamantem audiet, qui pauperem, cum clamaret audiuit. Non videbit diem malum, qui dies bonos habere pauperem fecit, ſine cauſa accuſant peccata, quem pauper excuſat, & excuſari non poterit, quem fames pauperis accuſabit: Dominus conſeruet eum, & viuificet eum. Conſeruet ne rapiatur ad pœnam, viuificet, vt recipiat vitam.

ſerm. 42. 61 Idem. Manducat Deus panem in Cœlo, quem perceperit pauper in terra. Da ergo panem, ſi Deum debitorem, non iudicem vis habere. Miſericordiam neſcit diuinus ignis exurere.

ſerm. 8. 62 Idem. Manus pauperis eſt gazophylacium Chriſti, & quidquid pauper accipit, Chriſtus acceptat. Da ergo pauperi terram, vt accipias Regnum, da micam, vt accipias totum, da pauperi, vt detur tibi; quia quidquid pauperi dederis, tu habebis; quod pauperi non dederis, habebit alter.

ſerm.14. 63 Idem. Manus pauperis, eſt manus Chriſti; dante te eleemoſynam, non manus pauperis, ſed Chriſti illam recipit.

hom. 1. de eleemoſ. 64 Diuus Maximus. Dicit ſcriptura diuina. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Magna planè, & cunctis ambienda ſententia, quæ hominibus pœnè iam mortuis, & peccatorum ſuorum incendio areſactis, redtiuiuum quoddam beneficium pollicetur.

65 Tullius

Digitized by Google

65 Tullius. Homines ad Deos nulla re propriùs accedunt, quam dando, nihil habet fortuna melius, quàm vt poſſis, nec natura meliùs, quàm vt velis ſeruare quamplurimos. *orat. pro Quin. Lig.*

66 Idem cit. à B. Thoma à Villanoua. Quænam Chriſtianitas, quænam religio hæc, abundare diuitijs, æſtuare delitijs, & videre Chriſtum in paupere feruſcentem, & nolle cibare. *ſer. de S. Mart.*

MANTISSA
AD ELEEMOSYNAM.

TAnta eſt eleemoſynæ vis, atque potentia, vt rectè de faciente eleemoſynam dici poſſit, quod debitorem ſibi conſtituat ipſum Deum, non obſtante quod veriſſimè abſolutus Dominus ipſe ſit, ſtat enim hoc cum illo, nec mirum id eſſe debet, nam apertè id ipſum teſtatur ſacra Scriptura Prou. cap. 19. his verbis. *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis*, & viciſſitudinem ſuam reddet ei (remunerando,) ſic explicat Interlinearis, & quidem rectiſſimè, nam veluti à debitore erit remuneratio dicitur enim infra cap. 22. quod, *qui accipit mutuum ſeruus eſt fœnerantis*, dicitur item Eccleſ. cap. 29. *qui facit miſericordiam fœneratur proximo ſuo*, & in eo ipſo, vt dictum eſt, & fœneratur Deo, ecce quomodo ſibi complacet Deus remunerationis debitorem ſe conſtituere.

Eleemoſyna eſt Paradiſi imago, deſcribitur enim certè in Euangelio Paradiſus, dùm in ſinu Abrahæ ab Angelis portatur mendicus oſtenditur diuiti ſepulto etiam in Inferno, & eleuanti oculos, atque intuenti Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius, ſimulque audienti, ſic loquentem Abraham. *Fili recordare quod recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris*, hinc licèt ſic argumentari, ſi Paradiſus eſt remuneratio mendici patientis in hac vita mala, quanto magis Paradiſus erit remuneratio fœneranti Domino, in quo pauperis miſeretur? *Luc. 16.*

Philo Carpatius in cap. 5. Cant. in illa verba, manus eius tornatiles aureæ, &c. ait. *Tunc enim Chriſto manus tornatiles factæ ſunt, cum eas pro ſalute noſtra crudeliſſimis clauis in vitæ ligno perforatas extendit*, & Hugo Card. in pſal. 77. *Largitate habuit manus perforatas, vt nihil ei remaneret, quod non daret, quia ſe ipſum dedit.*

Refert Plutarch. in Apophth. Alexandrum ſuo amico Perillo elargitum fuiſſe quinquaginta talenta, vt duas eius filias nuptui daret, at Perillus dixit Alexandro ſufficere decem talenta, cui ille reſpondit. *Tibi quidem accipere, ſed mihi nequaquam ſatis eſt dare.*

Vnde Chryſoſt. admirans illam Chriſti ſponſionem Matth. 10. quicumque potum, &c. ait. *Non enim aliquid, quod dat, ideò habet mercedem, ſed ob id, quia manus eſt, propter quem dat.* *hom. 27. in Matth.*

Hinc Vrbanus Quartus in Pſ. 50. Deum alloquens ait. *Ego enim te illum alterum magnum exiſtimo Alexandrum, qui non attendis, quid me oportet accipere, ſed quid deceat te dare.*

Et Chryſoſt. ſuper illud Matth. 20. conuentione autem facta, &c. ait. *Benignus enim Paterfamilias ſciebat largitatem ſuam, quia tantum paratus eſt tribuere, quantum mercenarij recipere, non ſperabant, de dato enim eius nemo iuſtè murmurat, quia amplius dat, quam omnis homo deſiderat.* *hom. 24. in Matth.*

Nihil magis Deo ſimilis quam eleemoſyna; Chriſtus enim ſemel nos redemit in Cruce, at eleemoſyna pluribus vicibus nos redemit, hinc Gregorius Nazianzenus orat. 27. rem diuinam eleemoſynam putat, & ſic ait. *Licet tibi nullo labore Deum fieri noli diuinitatis conſequendæ occaſionem abijcere*, & Orat. 16. ait. *Fac calamitoſo, vt ſis Deus, Dei miſericordiam imitando.* *l. 2. ſtrom. cap. 6.*

Diuus Clemens Alexandr. ait. *Imago Dei eſt benefaciens homo.*

Diuus Dorotheus Abbas agens de eleemoſyna ait. *Propriè enim virtus iſta imitatur Deum, ipſum exprimit, & ſignificat.* Et Daniel, ſic dixit Regi Nabuchdonoſor, vt Deum iratum placaret; *quamobrem Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.* *de ædificio, & armon. virtutum. to. 2. Bibl. PP.*

Vnde Diuus Hieron. ſupra hunc locum ait. *Fecit quidem Nabucdonoſor iuxta Danielis conſilium miſericordias in pauperes, & idcirco vſque ad menſem duodecimum in eum eſt dilata ſententia*, vnde ſapiens Prou. 13. *Redemptio animæ viri diuitiæ ſua*, & Auguſt. ait. *Eleemoſyna in pauperes ſacrificium Chriſtianorum.* Et Chryſoſt. *Eleemoſyna adſtat tribunali, non tantum patrocinans, verum, & ipſi iudici perſuadens, vt reo patrocinium præſtet, & pro eo ſententiam ferat*, & homil. 7. de pœnit. ait. *Eleemoſyna pennata eſt, & leues aureas habens alas.* *l. 5. hõ. 29. hom. 33. ad pop. Antioch.*

Chryſol. ſer. 14. de Chriſto loquens. *Sed quomodo, aut in ſe transfuderit, aut ſe in pauperẽ fudit.*

D. Aug.

D. Aug. Chriſtum Dominum in Sacramento Altaris mirabiliter exiſtentem, quaſi introducit, ſic quemquam noſtrum alloquentem. *Non ego mutor in te, ſed tu mutaberis in me.* Quia tàm admirabilis cibus, hominem conuertit in Deum, ſed Deus ipſe complacet ſibi ſuo modo pauperem repræſentare, vnde Dauid dixit Pſal. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem*, ideſt, Beatus qui pauperi tribuit eleemoſynam, non perſcrutans, quis nam ſit ille pauper, nam ſub illis ſcrutis pauperis, adeſt Chriſtus; hinc Diuus Hermetes Diſcipulus Diui Pauli lib. 2. de fugienda obtrectatione, & eleemoſyna facienda in ſimplicit. tom. 5. Bibl. PP. ait: *Qui autem accipiunt ficta neceſſitate, reddent rationem, qui autem dat innocens erit.* Sufficit, vt quis eleemoſynam tribuat, putans Chriſto tribuere; cum quis ex aliqua Ciuitate diſcedere vult, vt ad patriam pergat, & cum aurum, & argentum ſecum ferre non permittatur, ſoluit pecuniam alicui mercatori, à quo accipit ſyngrapham, vt in patria perſoluatur ei. Ita nobis accidit in Ciuitate huius mundi, in qua peregrinamur ad patriam, nam aurum, & argentum nobiſcum ferre non poſſumus, propter cuſtodes, qui ſemper inuigilant, audi Diuum Bernardum in quodam ſerm. *Mundus iniquitatem talem conſtituit ianitorem, vt inde nihil aſportari permittat de facultatibus mundi, verumtamen culpa, & vitium, meritum, & virtus, ipſam inuiſibilem animam conſequentur.* Cum ergo ex hoc mundo in Cœleſtem Patriam aurum, & argentum aſportare non valeas, vt illic habeas ea, neceſſè eſt, vt hic alicui tradas à quo, per ſyngrapham in Cœlo reciperes, ſed nulli meliùs tradi poteſt; quàm pauperi, quia cum maximo lucro recipies, audite, vnum date, & centum recipietis, vnde Auguſt. in quadam Epiſt. inquit. *Si vis eſſe mercator optimus, & fænerator egregius, da quod, non potes retinere, vt recipias quod non potes amittere, da modicum, vt recipias centuplum, da temporalem poſſeſſionem, vt recipias, vel conſequaris æternalem hæreditatem.*

Diuus Aug. de verbis Domini ait. *Dicit tibi Chriſtus da mihi ex eo quod dedi tibi, de meo quæro, da & redde, habuiſti me largitorem, fac me debitorem, habeam te fæneratorem, temporalia mihi das, & æterna tibi reſtituam, te ipſum tibi reddam.*

Ludolphus Carthuſienſis in vita Chriſti de increpatione Phariſæorum, & legis Doctorum cap. 7. ait. *Non enim ſolum, qui dat eſurienti cibum, & cæteri huiuſmodi, verùm, & qui dat veniam peccanti, atque orat pro eo, eleemoſynam dat.* Hinc Diuus Aug. inquit. *Facere eleemoſynam, eſt facere miſericordiam, ſi intelligis à te incipe, quomodo enim miſericors es alteri, ſi crudelis es tibi? audi ſcripturam dicentem miſerere animæ tuæ placens Deo. Redi ad conſcientiam tuam, quicunque male, aùt infideliter viuis, & ibi inuenies meditantem animam tuam, inuenies egentem, pauperem, ærumnoſam, inuenies fortè nec egentem, ſed egeſtate obmuteſcentem, quando inueneris animam talem intus in corde tuo illi fac priùs eleemoſynam in iudicio, & charitate, fac eleemoſynam, cum anima tua: quid eſt iudicium? diſplice tibi: quid eſt charitas? dilige Deum, dilige proximum, hanc eleemoſynam ſi prætermittis, quantumuis agas, nihil facis, quando tecum non facis.* (ſer. 30. de verb. Dõ.)

Ex doctiſſimo ergo Diuo Auguſtino, & Deuotiſſimo Ludolpho clarè patet, non ſolùm nos ſubuenire debere proximis in bonis temporalibus, ſed multo magis in bonis ſpiritualibus, & animæ, quanto enim excellentior, & nobilior eſt anima corpore, tanto nobilior eſt ſpiritualis eleemoſyna temporali, & hæc tanto maior erit, quanto maior neceſſitas vrgebit, & qua maiori neceſſitate circumdabitur miſer homo, quàm in extrema, & tremenda hora mortis, cum ab omnibus humanis ſubſidijs, ſe deſtitutum, & maximis doloribus in omnibus corporis membris aggreſſum, inſpicict? Tunc enim frons nigreſcit, palleſcit viſus, concaui inſpiciuntur oculi, gelaſcunt membra, & cum vires, ac halitum ſibi deficere videret, ſeipſum animans, vellet ſe animoſum, & fortem eſſe oſtendere, ſed tandem perſpiciens, ſe omnino obiturum; vellet ſaltem ſe totum Deo conſecrare, ſciens quanti Deus faciat animam noſtram, cum maioris æſtimationis ſit apud Deum vna tantum anima, quam vniuerſus orbis, vnde Bernardus in ſuis meditationibus ait. *Totus ſiquidem mundus ad vnius animæ pretium exiſtimari non poteſt, non enim pro toto mundo Deus animam ſuam dare voluit, quàm pro anima humana dedit.* Tunc miſer moribundus veræ contritionis, & perfecti doloris actus cunctarum contra Deum offenſarum elicere vellet, ſed heu maximi corporis dolores, quibus tunc afficitur impediunt, vt facere poſſit, quod pro animæ ſuæ ſalute tunc facere vellet.

Hinc noſter nouatus tom. 2. de Eminentia Deiparæ cap. 8. quæſt. 3. ſex præcipuè modis inter alios, ait, excruciari miſer homo in morte, primo dolorem ſuſtinet acerbiſſimum ex ſeparatione animæ à corpore; ſecundò angitur dolore vehementiſſimo, cognoſcens ſe priuari vita, quam naturale eſt cuilibet appetere, vt docet Ariſt. 2. de anima, tertiò affligatur ſummopere, quod omnia, quæ in hoc mundo magni fieri ſolent relinquere cogitur, & corpus ipſum breui in pabulum vermium ſit tradendum, quartò conſcientiæ ſtimulo ob recordationem

patra-

patratorum criminum ſæuiſſimè pungitur, laceraturque. quintò diuexatur moleſtiſſimis Dęmonum tentationibus, & aſpectibus horrediſſimis ſæpiùs turbatur. ſextò torquetur grauiſſimè timore diuini Iudicij, vnde Diuus Greg. in homil. inquit. *Nunc cogitandum valdè eſt, quantum nobis erit terribilis hora noſtra reſolutionis, & mortis quis pauper mentis, cum ante nos erit omnium malorum memoria, contra nos Dęmonum armabitur malitia, retro nos priuatio felicitatis tranſactæ mundialis, ſupra nos formido tremendi iudicij.*

Et Cyrillus Patriarcha in Epiſt. ad Aug. de miraculis Sancti Hieronymi refert, quod cum tres mortui fuiſſent iuxtà tumulum eiuſdem Hieronymi vitæ reſtituti, quamdiù vixerunt, poſteà ſine intermiſſione flebant, quorum vnus pluribus aſtantibus, cur tàm inceſſanter lachrymas effunderet, à Cyrillo interrogatus ita reſpondit. *Si Cyrille, quę ſum expertus, non ignorares, tibi ſemper flendi cauſa eſſet, anima mea reſoluta à corpore, tàm grauiter, & acerbè, quod mens non capit humana, nec ego niſi certa experientia didiciſſem, credere voluiſſem, quia omnis anguſtia, & dolor quem æſtimaret homo, nihil reputatur, reſpectu illius anguſtiæ, tanta adueniente mortis hora nefandorum ſpirituum adfuit multitudo, vt omninò dinumerari, non poſſent, quorum ſpecies talis erat, quod ea nihil horribiliùs, nil pernicioſiùs cogitari poteſt, potiùs enim quilibet hominum flammis ardentibus ſe exponeret, quàm formarum eorum viſione in ictu oculi potiri, qui ad me veniendo omnia, quæ contra Deum perpetraui ad memoriam reuocabant, ſuadendo, vt de miſericordia Deī non ſuperarē.*

Et cum omnium morientium ſpes victoriæ contra Diabolum in pretioſo Chriſti Sanguine præcipuè ſita ſit, hinc infeſtiſſimus hoſtis conatur, inuigilat, & ſatagit, vt obliuioni tradito Chriſti Sanguinis pretio, quo pro noſtris culpis Deo ſolutum eſt, infirmum ad deſperandum de ſua ſalute compellat, vnde venerabilis Beda aduertens illa verba Prou. 30. Sanguiſugę duę ſunt filiæ dicentes, Affer, Affer, ſic ait. *Sanguiſuga Diabolus eſt.*

In cuius explicationem ait, Petrus de Voragine. *Dic quod Diabolus, quando inſidet alicui membro, id eſt alicui peccatori, fugit ſanguinem, id eſt compaſſionem, & memoriam Paſſionis Chriſti, & Sanguinis eius.*

Hinc pro ſalute moribundi ſtudeant aſſiſtentes, ſæpè ei effuſum à Chriſto Sanguinem in copioſam noſtrum redemptionem in memoriam reuocare, quod docemur, & tamquam præſcripta forma velut teſtamentario iure nobis relicta fuit à Patre noſtro Fondatore venerandæ memoriæ Camillo de Lellis, qui cum ad extremum vitæ ſuę peruenisſet, voluit ſibi ante oculos verſari tabellam, in qua Chriſtus Cruci affixus, ac copioſo Sanguine manans, pictus cerneretur.

Et licèt toto vitæ noſtræ tempore ſuperbus ille Sathan, nos oppugnet, expugnare, & debellare nos cupiens, vnde Iob ait. *Militia eſt vita hominis ſuper terram,* ſi aliquando à nobis vincitur, & proſternitur Diabolus, non ideò dimittit animum nos vincendi, & debellandi, ſpem ſaltem habet in fine vitæ, nos ſuperare, & proſternere, hinc cum Chriſtum aggrederetur, licèt tunc Diabolus ab eo victus, & debellatus fuiſſet, ait tamen Luca Euangel. *Et conſumata omni tentatione, Diabolus receſſit ab illo, vſque ad tempus,* quare vſque ad tempus? quia Diabolus iterum ad bellum redire contra Chriſtum cogitabat, ſperans eum expugnaturum, ſed quo tempore cogitabat redire ad bellum contra Chriſtum? reſpondet magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ in Euang. cap. 25. & ait. *Diſceſſit à Domino Lucifer ad tempus, tempore paſſionis rediit, timore mortis putans eum deijcere.*

Hinc Chriſtus tempore mortis dixit, venit princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquam, ſi Diabolus ſpem habuit Chriſtum tempore mortis ſuperare, quid faciet contra miſeros mortales peccatores, tunc acrioribus, & grauioribus tentationibus nos aggreditur, & omnibus viribus, nos conatur diſperdere, & deuorare. Intuens Sathan hominem ad extremam vitæ horam perueniſſe, quod intuere voluit Ioannes Apocal. dicens, *væ terræ, & mari, quia deſcendit Diabolus magnam iram habens, ſciens, quia modicum tempus habet,* & à ſacra Tridentina Synodu aduertimur, ſeſſ. 13. de Sacramento Extremæ Vnctionis dicente. *Nam, & ſi aduerſarius noſter, per omnem vitam quærat, vt capiet, vt deuoret animas noſtras, quoquomodo poſſit nullum tamen tempus eſt, quo vehementiùs ille omnes ſuas verſutias intendat, ad perdendum nos penitus, & à fiducia etiam ſi poſſit diuina miſericordiæ deturbandos quam cum impendere nobis exitum perſpicit,* vnde Greg. lib. 6. moral. cap. 9. ait. *Tunc Diabolus grauiores tentationes ingerit quando finis magis appropinquare conſpicit.*

Diabolus enim tanti facit animas noſtras, (vt inquit Diuus Auguſtinus) ſi plures mundos haberet quam ſunt ſydera in Cęlo, & arenæ in littore maris libentiſſimè omnia daret pro vna tantum anima, hinc videns Chriſtum, putans eum eſſe purum hominem, oſtendens ei omnia regna mundi, dixi, *hæc omnia tibi dabo, &c.* meritò ergo ille cum tanti faciat animas noſtras,

in hora

Digitized by Google

in hora mortis inuigilat, & omnibus viribus, & conatur, vt eas lucrifaciat, non vt extollat, & exaltet, ſed vt diſperdet, & ad inferorum ima deducat, in mortis enim articulo, Sathan videt miſerum hominem omnibus viribus, & humano conſilio deſtitutum; inuigilare ergo in adiuuandis moribundis, eſt omnium eleemoſynarum, & miſericordiarum maxima, cum tunc vrgeat maius periculum morientium, vnde pendet æternitas, ad hoc nos hortatur.

Diuus Aug. ſer. 10. de verbis Domini dicens. *Si anguſtiantur vaſa carnis dilatentur ſpatia charitatis*, quaſi dicat, cum vaſa noſtri corporis, vndique anguſtijs circumdabuntur, quod accidit in mortis articulo, tunc dilatentur ſpatia charitatis, tunc ſcilicet maxima eleemoſyna, & miſericordia ergo moribundos appareat; illa enim vox anguſtia, mortis agoniam ſignificat, hinc Gen. 13. dixit Deus ſerpenti: *maledictus, &c. & tu inſidiaberis calcaneo eius*, alia lectio habet: *Tu inſidiaberis anguſtijs eius*, inquiunt naturales in calcaneo quamdam venam adeſſe, quæ laſciuiam in nobis excitat, quod voluit innuere Dauid dicens, *iniquitas calcanei mei circumdabit me*, Diuus Ambr. cit. ait. *Calcaneum eſſe ſymbolum ingratitudinis, vnde dicitur leuauit contra me calcaneum.*

Diuus Auguſt. dicit peccatum calcanei, eſſe peccatum cogitationum, & ait. *Obſeruabat calcaneum, ſcilicet noſtrum conſenſum ad cogitationem turpem, tu vero contere principium ſuggeſtionis eius.* Rupertus Abbas pro calcaneo intelligit. *Finem vitæ; Agoniam*, quæ vltima durationis hominis pars eſt; hoc ait Deus infernali ſerpenti facere poterimus cum timor, & tremor venerit ſuper nos, & contexerint nos tenebræ, tunc iugiter Deus rogandus eſt, audi Iſa. 26. *in anguſtia requirent, &c.* vbi patenter videtur Agonia vocari anguſtia, ſed clarius hoc innuit Hieremias loquens de inimicis Chriſti dicens. *Apprahenderunt eum inter Anguſtias*, quæ nam eſt hæc anguſtia Chriſti? audite poſtquam Chriſtus Dominus noſter Sacroſanctam, & diuinam Eucharistiam inſtituit, in Hortum ire voluit, & dum pergebat cum Diſcipulis ſuis, dicebat eis, *triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, & cum perueniſſet ad montem, *factus in agonia prolixius orabat, tunc venit Iudas cum miniſtris, & comprahenderunt eum inter anguſtias*, ideſt in Angonia, hinc, *dum anguſtiantur vaſa carnis dilatentur ſpatia charitatis*, ideſt tunc appareant maiores veſtræ eleemoſynæ in ſubueniendis moribundis, ſuffragijs, & orationibus iugiter, nec deſinatis fratres pro moribundis orationes ſtudere, & laborare pro eis, Patrem miſericordiarum depræcando, vt eis indulgere dignetur, Beatiſſimam Virginem Dei Matrem peccatorum Aduocatam totamque Curiam Cœleſtem rogando, vt peccatorum veniam impetrire dignentur, eiſque aſſiſtere, & ab inimicorum infernalium fraude tueri, & liberare nam huiuſmodi opus, & eleemoſyna diuinitatem ſapit, & ea exercentes humanæ redemptionis cooperatores, meritò vocabuntur, quod innuere voluit Apoſtolus Paulus ſcribens, *adimpleo ea quæ deſunt, &c.* ſed quid deeſt Paſſioni Chriſti ò glorioſè Apoſtole? forſan effuſi Sanguinis copia? hoc dici non poteſt; quia copioſa apud eum redemptio, forſan ſufficiens pretium? neque hoc dici poteſt, nam quælibet minima Sanguinis Chriſti gucta ſufficientiſſima erat, vt mille, & innumerabiles mundos redimeret, deerat forſan perſona Aeterno Patri grata? minimè, erat enim dilectus Dei Filius infiniti meriti, in omnibus ipſi Aeterno Patri æqualis, nam qualis Pater, talis Filius, ſed quid deerat Chriſti Paſſioni? nihil aliud quidem deerat, niſi paccatorum conuerſio, & quia Diuus Paulus huic diuino operi incumbebat, vt ipſe ait, *nocte, & die non ceſſaui monens vnumquemque veſtrum*, ideò humanæ redemptio cooperator meritò appellari poteſt, vnde 1. Cor. 3. dixit. *Dei ſumus adiutores*, & Dionyſius Carthuſ. ait. *Diuinorum omnium diuiniſſimum eſt, cooperari in Chriſto ſalutem animarum.*

Ob cuius rei maiorem roborationem idem Apoſtolus cap. 5. ad Rom. dixit: *cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius*, ex quo ſequitur, quod ij, qui ad reconciliandos peccatores cum Deo incumbunt, humanæ Redemptionis cooperatores appellari poſſunt, vnde Paulus dixit 2. Cor. 5. *Dedit nobis miniſterium reconciliationis*, & paulo poſt, *poſuit in nobis verbum reconciliationis*, & hæc omnium eleemoſynarum maxima eſt.

Hinc magnus ille Dei ſeruus venerandæ memoriæ Camillus de Lellis meę Religionis Fundator, volens, vt ſui inſtituti profeſſores viri Apoſtolici, & humanæ Redemptionis cooperatores eſſent, non ſolùm decreuit, vt voto ſolemni ſui abſtringerentur ad huiuſmodi eleemoſynam erogandam, ſeù charitatem moribundis, ſed vt magis, ac magis eorum charitatis flamma eluceret, & Deo gratiores redderentur, voluit, vt quarto voto ſolemni, etiam tempore peſtis, quo Filius Patrem, & Pater Filium deſerit noſtri inſeruire, & ſubuenire, tenerentur, & ſic humanæ Redemptionis cooperatores fierent, hoc puto innuere voluiſſe quod ſcribitur lib. 1. vitæ ſerui Dei Camilli Patris noſtri, Fundatoris venerandæ memoriæ, vbi narratur, Chriſtum è Cruce alloquutum fuiſſe Camillum, monens eum, vt in fundatione Religionis pericula, &

contra-

Digitized by Google

contradictiones, non timeret, ſic animans eum, & dicens. *Ne timeas inceptum ſequere, meum enim non tuum eſt opus*. Vbi animaduertendum Chriſtum è Cruce loquutum fuiſſe, è Cruce inquam, in qua completa fuit humana Redemptio, vt innueret Camilli Patris noſtri inſtituti ſectatores, qui noctu, diuque moribundis auxiliantur, & ſubueniunt, cooperatores humanæ redemptionis dici poſſe, opus humanæ redemptionis, opus Chriſti eſt, *redemiſti nos Domine Deus veritatis*, qui huiuſmodi operi incumbunt, proximos à malo retrahendo, & præcipuè in illa extrema mortis hora, in qua eſt momentum vnde pendet æternitas, precum, monitionum orationumque eleemoſyna moribundis ſubueniendo, & adiuuando, Dei cooperatores poſſunt appellari, & cum Apoſtolo dicere adiutores Dei ſumus, hinc non ſine peculiari cæleſti lumine Dei ſeruo Camillo; eiuſque ſectatoribus Crucem in pectore deferre à Sancta Sede Apoſtolica conceſſum fuit, quaſi Crucis operis humanæ ſcilicet redemptionis, vt cooperatores eodem ſigno ſignati, adiutores Dei ſumus, audi Ambr. in Prolog. ſuper lib. de Spiritu Santo. *Neque enim humani operis eſt conferre diuina, tuum Domine munus eſt*.

Vnde Hyerem. 15. dixit. *Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam ſtabis, & ſi ſeparaueris pretioſum à vili quaſi os meum eris*. Quod ſecundum intelligentiam Diui Hieron. lib. 3. in Hierem. Theodoret. Hugon. Card. D. Tho. & aliorum intelligitur de aliorum conuerſione, vnde Chald. traducit. *Si reuocaueris impios, vt ſint iuſti, voluntate verbi mei implebis*. Altius dicit Diuus Chryſoſt. homil. 14. in Geneſ. *Similis eris Dei Filio*. Velut ipſe ſcilicet procurans, & perquirens aliorum ſalutem: hinc idem Chryſoſt. homil. 17. in cap. 5. ad Epheſ. ait. *Amator eſt dilectionis per ipſam ſeruatus es, per ipſam Filius Dei factus es*. Quæ eleemoſyna, & opus, ita diuinæ Maieſtati pergratum eſt, vt ipſimet Deo peculiare ſolatium afferat; quod optimè adnotauit Rupertus Abbas dicens, quod Chriſtus bis in terra conſolatione affectus fuerit, in Horto ſcilicet, & in Cruce, hæc ſunt verba Ruperti. *Chriſtus in Horto ab Angelo confortatur, & in Cruce confortatur à Latrone*.

Sed quomodo Chriſtus confortabatur à Latrone? quia bonus ille latro perquirebat, & omnibus viribus conabatur, ſi malum Latronem ad Dominum conuertere potuiſſet; vnde eum alloquens dicebat, increpans eum, *neque tu times Deum, &c.* quod intuens bonus latro, charitatis, & eleemoſynæ opus quod maximam Chriſto afferebat conſolationem, ſtatim pro remuneratione petijt à Chriſto Cœlum dicens, *memento mei, &c.*

3. Dicere tamen poſſemus, quod ideò confortatur Chriſtus in horto ab Angelo, quia munus conſolandi poſitos in Agonia, eſt munus Angelorum, hinc Euang. loquens de Chriſti agonia in Horto ait. *Apparuit Angelus confortans eum*, vnde tùm in vita glorioſi Patris Sancti Philippi Nerij, tùm etiam in vita ſerui Dei Patris noſtri Camilli de Lellis venerandæ memoriæ, lib. 3. cap. 7. ſcriptum reperies, quod cum glorioſus Sanctus Philippus cuidam moribundo Romæ intereſſet, vt precibus monitis, & orationibus illi ſubueniret, cui etiam aſſiſtebant duo noſtrorum Patrum idem opus exercentes, dixit eis Sanctus Philippus. *Exaltans hoc inſigne charitatis opus*, eia Patres, æquo animo, & lætanter, huic diuino operi incumbite, nam pro veſtra conſolatione, hoc vobis dico, quod cum in alio moribundo ego adeſſem, cui pariter duo veſtrorum Patrum aſſiſtebant, hoc diuinum opus exercentes, vidi Dei Angelum vni eorum duorum Patrum veſtrorum, verba, quibus illi moribundo ſubuenire debebat, ſugerentem, quaſi ipſimet Angeli cuperent fieri cooperatores humanæ redemptionis, imò ſi leggere vos non tæderet vitam ſerui Dei Camilli venerandæ memoriæ, inuenietis Angelos multoties hoc diuinum opus viſibiliter exercuiſſe, & cum deeſſent Patres noſtri, qui moribundis ſubuenire potuiſſent, ipſimet Angeli noſtræ Religionis habitu induti, hoc inſigne, & diuinum opus aliquando exercuerunt, conſiderate quæſo Angelum, qui Chriſto in agonia in Horto apparuit, confortans eum, quod pingi ſolet Crucem ferentem, nonne quaſi vnum noſtrorum Patrum repræſentat hoc diuinum charitatis opus exercentem? vel potiùs vt innueret hoc opus proprium eſſe Angelorum, & Seraphinorum Charitate ardentium; nam Diuus Auguſt. conſiderans Angelum illum, qui apparuit Chriſto in Horto poſito in agonia confortans eum dicit. *Fuiſſe Seraphinum*. Pater Pineda ait, quod conſolatio, quam Seraphinus hic Chriſto afferre poterat, fuit apparens Chriſto in Crucis forma, vnde Seraphinus ſex alis, quibus Crux formatur pingi ſolet, hinc Chriſtus Crucem intuens, magna conſolatione affectus eſt, ſed peto, quare Angelus potiùs Crucis formam, quam aliam ſumpſerit, liceat mihi modò, reſpondere, & affirmare, quod cum in Cruce humana Redemptio fuiſſet completa, & cum Angelus hoc diuinum opus, ſubueniendi ſcilicet, poſitis in Agonia, exercuiſſet, oſtendere voluit ſe humanæ redemptionis eſſe cooperatorem, hinc Angelus, ſeù Seraphinus omnes motus, quos Chriſtum facere intuebatur, faciebat, audite Patrem Pineda dicentem ſic,

Habitu geſtuque ſimili aſſumpto, & Chriſto aſſertore genua flectente ille etiam flecteret, & cum humi proſtratoſe quoque proſternere.

Angelus apparuit confortans Chriſtum poſitum in agonia, vt innueret eum qui huiuſmodi operi incumbit, vita, & moribus Angelum eſſe debere, & cum aliquam ingreditur domum, vt hoc diuinum opus exerceat, tamquam Angelus recipiatur, & audiatur, & tamquam humanæ redemptionis cooperator honore, afficiatur, accedunt enim ad moribundos, quaſi Angeli ad Chriſtum, quia omnes Chriſti membra ſumus.

Sicut ergo gratus valdè eſt aſpectus confortantis hominis, præſertim Religioſi gerentis vicem Angeli, alterum hominem repræſentantem Chriſtum ipſum, veluti viuum membrum eius.

Ita horribilis valdè eſt Dæmonum aſpectus, omni conatu quærentium perdere animam eiuſdem hominis, ſpiritum Deo Creatori, ſimulque Redemptori ſuo reddentis, & ſicut Angelorum munus obeunt, quicumque inter mortales morti propinquos confortant, ita iuſto Dei iudicio, cum appropinquabit hora mortis eorum, mors illis, veluti dilectis Dei ſomnus erit, certè dies mala mors eis non erit, liberabuntur ab illa, quod ipſemet Deus per os Dauidis Regis promiſit his verbis, *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem.*

Et pro hoc paupere, & egeno, Genebrardus intelligit moribundum, *in die mala liberabit eum Dominus.* in die mala, ideſt in die mortis, in qua vniuſcuiuſq; iudicium fiet, vnde Simmachus legit, *in die afflictionis*, tunc enim moribundus vndique angitur, vndique afflictionibus repletur, cum ſe à cunctis derelictum videat, & tunc non ſolùm liberabit eum Dominus ab omnibus malis, ſed ſua diuina, & dulciſſima præſentia diuinis conſolationibus replebit illum, & hinc ſequitur Dauid dicens. *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius*, quod Text. Chaldæus legit. *Dominus appareat illi ſuper lectum infirmitatis eius*, & ob maiorem conſolationem, ſciant omnes, hoc diuinum opus, & exercitium, hoc charitatis, & eleemoſynæ genus ſemper Beatiſſimæ Virgini Dei Matri pergratum fuiſſe, & ſuo modo, tantum opus exercuiſſe, Angelum quidem in Horto, Mariam conſtanter ſe gerentem iuxta Crucem, morienti Filio compatientem Aeterni Patris voluntati ſimul cum Filio ſe conformantem, & ſic Beatiſſima Virgo humanæ Redemptionis cooperatrix effecta eſt, audiæ Diuotiſſimum Ioannem Aſpergium hom. 48. de Paſſionis Domini ſic dicentem. *Voluit Chriſtum Matrem adeſſe ſibi in doloribus, vt ex his, quæ foris oculis cerneret, intus animo vulneraretur; & ſic Chriſti Paſſionis, redemptioniſque noſtræ particeps fieret, & cooperatrix.*

Sed etiam ipſamet Virgo voluit hoc diuinum opus exercere aſſiſtens etiam bono Latroni moribundo, qui vt aiunt Beatus Petrus Damianus, & Diuus Anſelmus, ob Virginis Sacratiſſimæ Preces ſalutem acquiſiuit, impetrans ei gratiam efficacem, audiæ Beatum Petrum Damianum ſic dicentem. *Idcirco reſpuit bonus Latro, quia Beata Virgo inter Crucem Filij, & Crucem Latronis poſita, Filium pro Latrone deprecabatur hoc ſuo beneficio antiquum Latronis obſequium recompenſans.*

Imò ipſa Beata Virgo Sacratiſſima opus moribundis ſubueniendi tantæ virtutis eſſe cognouit, vt etiam ipſa monita eſſe voluerit per Angelum de die, qua ex hac vita migratura erat; vt refert Simeo Metaphraſtes orat. de vita, & dormitione Sanctæ Mariæ dicens. *Quod cum Beatiſſima Virgo, ætate prouecta ad multam ſenectutem perueniſſet, & peregrinationis terminus adeſſet, per Angelum ſe migraturam eſſe in Cœlum à Filio edocta eſt*, & Paulo poſt ait: *Significat ijs qui conuenerant, id quod ei filius per Angelum nunciauerat oſtenditque brauium, quod ſibi ab eo datum fuerat.* Id vero erat ramus palmæ, certè ſignum haud quidem diuerſum, ſed idem quod Hebræorum pueri diuinitus inſpirati in ingreſſu in Hieruſalem Filio cantantes, *Hoſanna Filio Dauid, &c.* Filio protulerunt ſignum victoriæ mortis, & vitæ, imago immortalitatis futuræ, de quo ramo Palmæ Pelbartus in ſuo Stellario ait. *Palma verò illa nimia claritate ſplendebat, & erat quidem virgæ viriditati conſimilis, ſed folia ipſius, vt Stella matutina fulgebant, & ego fateor vidiſſe apud quemdam Comitem Regium, particulam quamdam, quæ dicebatur eſſe de illa palma, & pro certo erat fulgidiſſima, ad modum micantis Stella, quaſi coloris argentei fulgidiſſimi, cuius intuitus, mirus deuotionis ſtimulus erat omnibus ad eam venerandam ex longinquis regionibus confluentibus*, & D. Vinc. Ferrer. ait. *Statim apparuit ſibi Angelus Gabriel ſalutans eam, & portans ramum Palmæ*, (& infra ſubdit) *Ramus iſte, ſignificabat victoriam, quam virgo habuit de mundo per humilitatem, de Diabolo per paupertatem, de carne per puriſſimam virginitatem.*

li. 10. par. 5. art. 3. cap. 3.

ſer. 1. de Aſſumpt. Deip.

Sciens ergo Beatiſſima Virgo ſe breui migraturam eſſe ex hac vita, impetrauit à Filio, vt omnes Apoſtoli ſuæ morti adeſſent, ita ait Iuuenalis Epiſcopus Hieroſolymitanus oratione, quam habuit in Concilio Calcedonenſi. *Omnes Apoſtoli qui gentilium ſalutis cauſa terrarum orbem*

orbem

Digitized by Google

orbem peragrauerant, in momento, quaſi per aerem euecti Hieroſolymam conuenerunt.

Idem affirmat Dionyſ. Areopag. de diuinis nom. cap. 3. Damaſcen. orat. 1. de dormitione Mariæ, & hoc, non quia indigeret Apoſtolorum auxilio, ſed, vt magnam huius diuini operis excellentiam ſimulque neceſſitatem oſtenderet, & nos doceret exemplo ſuo, nec ſine myſterio Apoſtolos per vniuerſum orbem, quaſi diſperſos conuocauit, de hoc mundo tranſitura ad Filij Gloriam, poterant enim fęliciſſimè moribundè Virgini Deiparæ alij fideles religioſiſſimi viri aſſiſtere, Apoſtolos voluit, vt etiam nos deceret, non quoſcunque viros aptos eſſe ad tale, & tantum exercitum, ſed Apoſtolos requiri, id eſt eos, qui ſpiritum habeant Apoſtolorum, Apoſtolorum enim munus, opus hoc eſt, audite Diuus Vincent. Ferrer. ſerm. 2. de Aſſumpt. ſic loquentem. *Omnes Apoſtoli, & multi Sancti, & Sanctæ fuerunt in obitu Virginis Mariæ congregatæ, legentes in circuitu pſalterium.* Quare ſic ſe gerebant? numquid Virgo talibus indigebat præcibus? Reſpondeo ita factum fuiſſe, vt nobis eſſet exemplar in caſu mortis. Et ſic patet, quod quando aliquis laborat in extremis, debet habere circa ſe bonas, & ſanctas perſonas, gerentes vicem Apoſtolorum, legentes Pſalterium. Chriſti Paſſionem, confortantes ſpiritum iam exhalantem; nam abſque tali auxilio, quamplures in illo tranſitu deficiunt, & incidunt in varias tentationes, maximè ex præſentia carnalium amicorum, ſcilicet, filiorum, vxorum, &c. quia vxor plorando retrahit animam à Deo, idem de filijs, nam tunc infirmus cogitabit, quid futurum eſſet de filijs, quid de vxore, ideò optimum conſilium erit, ne ſint præſentes, quia multi, licèt fuerint bonæ vitæ, adhùc tamen ſunt in periculo, & per oppoſitum multi fuerunt malæ vitæ, qui in fine ex præſentia ſanctarum perſonarum ſaluantur, & ſic patet, quod piè credendum eſt, quod Beatiſſima Virgo voluit præſentiam Apoſtolorum, vt nobis eſſet exemplum, nam ipſa, cum ab initio ſuæ Conceptionis Sanctiſſima, & abſque vlla macula peccati fuerit, tali auxilio, non indigebat, de alijs vero hominibus quantumuis Religioſis, Dei ſeruitio conſecratis, dicit Scriptura Eccl. 38. *In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui*, ſed quare dicit magis de memoria, quàm de alijs potentijs? quia principalis tentatio Diaboli eſt tunc inducere ad deſperationem, & præſentat peccata memoriæ, dicendo, quomodo tu potes credere, quod tàm grauia peccata remittentur tibi, & ſic ſaluaberis, ſi nos tàm nobiles creaturas, pro vno ſolo peccato ſuperbiæ damnauit æternaliter Deus? quid faciet tibi pro innumerabilibus? imò tu, qui feciſti hoc, & hoc, quid erit de te? & ſimilia ſuggeret ad perdendam animam tuam, ideò eſt neceſſaria Paſſionis Chriſti memoria; neceſſaria eſt Spiritus Dei confortatio; neceſſaria eſt iucunda recordatio Diuinæ miſericordiæ infinitæ, hæc D. Vinc.

Hinc Venerabilis Beda apud Gloſſ. ibid. conſiderans illud, quod de glorioſo Protomartire Stephano dicitur Act. 7. *Intendens in Cęlum vidit gloriam, & Ieſum ſtantem à dextris Dei, & dixit. Ecce video Cælos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei*, ait. *Ad confirmandam Martyris patientiam Cælum panditur, & ne homo lapidatus titubet in terra, Deus homo Crucifixus apparet in gloria*,

Et Diuus Bonauent in Pſalt. Virginis; ipſam Virginem deprecans dicebat. *O Domina conforta animam meam, deduc me ad portum ſalutis, & ſpiritum meum redde factori ſuo; gratioſus vultus tuus mihi appareat in extremis, formoſitas faciei tuę lętificet ſpiritum egredientem.* Et ob maiorem huius diuini operis excellentiam, animaduertendum eſt, quod 2. Deut. 22. ſcribitur Regem Ochoziam deſcendiſſe ad inuiſendum Ioram ægrotatem, *deſcendit*, ait ſacer Textur, *Ochozias Rex Iuda, vt inuiſeret Ioram ægrotantem*, propter quam piam actionem, Textus Hebræus, non amplius eum vocat Ochoziam, ſed Azariam, dicens, *deſcendit Azarias Rex Iuda.* Azarias interpretatur adiutorium Dei, vt intelligeremus, quod eos, qui huic diuino operi incumbunt, non homines, ſed Deos vocare debemus, audite Diuum Hieron. dicentem. *Ideò mutatur ei nomen in melius, eo quod iuxta præceptum Domini, ad infirmum viſitandum deſcenderit.*

D. Bern. obſeruans, in quo nam ſe exercuiſſet Apoſtolus Paulus, poſtquam in Cœlum raptus, vidit arcana Dei, deinde è Cœlo in terram deſcendens, teſtatur illius exercitium, færè ſemper fuiſſe, infirmos inuiſere, vnde charitate ardens, dicebat. *Quis infirmatur, & ego non infirmor*, quod vehementer Diuus Bern. admirans dixit. *Regno Cælorum deſcendit ad cubile infirmorum.*

Matth. Euang. 25. de regido examine in die Iudicij agens, ait, illos tantummodo introducendos eſſe in Cœlo, qui pietatis, & miſericordiæ opera adimpleuerint, vnde Chriſtus dicet. *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere*, quare ergo de humilitate, caſtitate, cæteriſque alijs virtutibus, non fiet examen? reſpondet Diuus Chryſolog. ſerm. 42. & ait. *De crimine non præſtabit cauſas, cui de miſericordia cauſa conſtabit.*

Quaſi diceret in homine eleemoſynam faciente nullum inuenies peccatum, nam eleemoſyna cunctis culpis animam depurgat, vnde Chriſtus dixit Luc. 11. *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*, immo eleemoſynam faciens ſanctitatis nota fulget, Dauid dicebat Pſal. 85. *Cuſtodi animam meam quoniam ſanctus ſum*, quod Pagninus legit. *Quoniam miſericors ſum*, idem eſt eſſe miſericordem, ac ſanctum eſſe, & Pſal. 45. *Congregate illi ſanctos eius*. Diuus Auguſt. quærens, qui ſint iſti Sancti ait. *Qui ordinant teſtamentum ſuper ſacrificia*, qui ſecundum Diui Auguſt. intelligentiam ſunt eleemoſynam facientes, & ſic ait. *Qui diſponunt*, inquit, *eius teſtamentum ſuper ſacrificia, opera miſericordiæ, ſunt ſuper ſacrificia, ideſt ſacrificijs præponenda, iuxta ſententiam Dei dicentis, miſericordiam volo plùs quam ſacrificium.*

Mirùm valdè eſt, quod ſcribitur Luc. 15. *Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ*. Quod Abraham dùm viueret pietatis, & eleemoſynæ opera exercerer, tamquam Deo gratiſſima, benè ſe res habet, ſed cum ſit in Cœlo Beatus, & gloriæ præmio perfruatur, opera pietatis adhùc velit exercere, hoc mirandum eſt, quaſi non eſſet ſatis Beatus, ſi pietatis, & eleemoſynæ opera non exerceret, audite Diuum Chryſolog. ſerm. 121. dicentem. *Parum ſe beatum credidit, ſi in ipſa ſuperna gloria, ab hoſpitalitatis pio ceſſaret officio.*

Quod Diuus Chryſolog. intelligit de Beatitudine accidentali, valens ea opera exercere, non autem de eſſentiali; volens Deus manna populo eſurienti tribuere, & optatis ſatiare carnibus; dixit Moyſi, Exod. 16. *Loquere ad eos; veſpere comedetis carnes, & manè ſaturabimini panibus, ſcietiſque quod ego ſum Dominus veſter*, quod animaduertens Oleaſter ait. *Conſidera quæſo in quo ſe Dominum ſuum oſtendat, non in bonis auferendis, ſed dandis, non in exigendo miniſterium, ſed in donis exhibendis.*

Et Diuus Gregorius Nyſſenus orat. 5. de Beatitud. conſiderans illa verba Chriſti Matth. 5. *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*, ait. *Si ergo miſericordis appellatio Deum decet, ad quid aliud te ſermo hortatur? niſi Deus fias, tamquam formatus, & inſignitus propria nota deitatis?*

Cum fames valida eſſet in terris Hebræorum, volens Deus prophetæ Heliæ prouidere, ne fame periret; dixit ei. *Surge, & vade in ſerepta ſydoniorum, & manebis ibi; præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt paſcat te*. Numquid Deus facere non poterat, vt Hælia abſque cibo viueret? vtiq; ſicut modo facit in Tereſtri Paradiſo, quare ergo Deus miſit Heliam ad viduam illam? reſpondet Oleaſter in cap 8. Geneſ. dicens. *Quia enim Dominus volebat viduam ſeraptanam ditare, Heliam ad eam miſit, quaſi ab ea panis eleemoſynam accepturus*, vt oſtenderetur facientem eleemoſynam fœnerari. Beatus Laurentius Iuſtin. in ſerm. in Dom. Palm. ait. *Vides ne quam ardenter Dominus tuus abs te cupiat recipere indumentum? non quod ſuos nequeat, aliundè nutrire egentes, ſed vt inueniat in te, vnde tibi bona ſua valeat præſtare.*

Et Diuus Paulus ad Philipp. 4. ait. *Gauiſus ſum tandem in Domino vehementer, quoniam refloruiſtis*, vnde Gloſſa ibidem ait. *Refloruiſtis, ideſt, miniſtrando mihi neceſſaria*, quaſi diceret quod vos refloruiſtis, prœmium eſt veſtrarum eleemoſynarum, quas mihi tribuiſtis, & Dauid Pſal. 101. loquens de eleemoſynam tribuentibus ait. *Gloria, & diuitiæ in domo eius*, & ſubdens cauſam harum diuitiarum, inquit, *diſperſit dedit pauperibus*, quod animaduertens Clemens Alexand. Pædag. lib. 3. cap 6. ait. *Quia non, qui habet, vt ſeruet, ſed qui impertit, eſt diues, & impertitio, & communicatio, non autem poſſeſſio Beatum reddit.*

Hieronymus Oleaſter attendens, quod Deus dixit Abrahæ gen. 32. *Multiplicabo ſemen tuum ſicut Stellas Cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris*. Conſiderans quod tam ingens promiſſum factum eſt Abrahæ, eo quia, ipſe libenter filium ſuum Iſaac obtulerit, ſic ait. *Ecce quid ſit pro Deo aliquid exponere, expoſuit vnicum, & eum, non amiſit, ſed pro eo habuit ſicut Stellas Cœli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris.*

Hugo Cardinalis in Eccl. 33. petit quare Spiritus Sanctus bona noſtra alijs tribuere prohibet dicens, Eccl. 33. *Ne dederis alijs poſſeſſionem tuam, ne fortè pœniteat te*, ſi Chriſtus dicit, *ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus?* ſed reſpondet Hugo dicens. *Dare alijs poſſeſſionem ſuam prohibet, non tamen vendere, qui enim propter Chriſtum omnia dat pauperibus, nihil dat, ſed cariſsimè vendit.*

Diuus Baſilius in Luc. de eleemoſyna loquens ait. *Panis in eſurientis manu ſeminatus, multiplex commodum in poſterum reddit.*

Vbi notandum eſt, quod non dicit in eſurientium manibus, ſed numero ſingulari, in eſurientis manu, ſed cuius eſurientis eſt manus hæc, tàm potens, quæ panem noſtrum multiplicatione valeat, niſi Chriſti?

Chryſoſt.

Chryſoſt. hom. 33. ad pop. loquens de eleemoſyna ait. *Eſt ars omnium artium quæſtuoſiſsima.* Quaſi diceret eſt quædam Alchimia, quæ ars ex vilibus rebus pretioſa eruit.

Fabulantur Poetæ Midam tales habuiſſe manus, quod, quicquid tangebat in aurum conuertebatur, vnde Paulus de Palacio in Matth. 20. attendens quod Chriſtus tetigit oculos cœcorum, & confeſtim viderunt, ait. *Tangit oculos Dominus, & ſanat, tangit Alchimicum aurum, alia metalla, & ea in aurum vertit.*

Ex quo colligitur Chriſti manus fuiſſe ſimiles lapidi philoſophorum, de quo dicitur, quod omne quod tangit in aurum conuertitur.

Introducitur à Diuo Cæſareo homil. 30. auarus obſtupens audiens verba illa Dauid Pſal. *Iucundus homo qui miſeretur, & commodat*, & petit quare lætus? cum potiùs flere, quàm lætari debeat, ſi ſeipſum bonis ſuis ſpoliat, & alijs tribuit? reſpondet Cæſarius dicens. *Quia parum dat, & accipit multum, porrigit nummum, & comparat Regnum.*

Lætitia eſt valdè neceſſaria eleemoſynam tribuentibus, & maximopere à Deo diligitur, audi Paulum Apoſtolum 2. Cor. 9. dicentem. *Hylarem datorem diligit Deus*, vnde Chryſoſt. ſerm. de eleemoſyna. & collec. ait. *Vera eleemoſyna eſt ſic dare, vt gaudeas te dare, puteſque te magis accipere quàm dare.*

Vnde Guglielmus Pariſienſis de mor. cap. 5. introducit eleemoſynarium ſic loquentem. *Semino veſtes, non tàm planto vites, aiit vineam, quàm etiam ipſum vinum*, quaſi diceret vnum ſemino, & centum colligo, iuxta illud, *vnum date, & centum recipietis.*

Hinc Abraham alloquens vnũ illorum trium Angelorum, qui ei apparuerunt, Geneſ. 18. dixit. *Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas à ſeruo tuo, ſed afferam pauxillum aquæ, ponamque buccellam panis, & confortate cor veſtrum.*

Hoc mirum valdè eſt, nam ſi Abraham cum Angelo opera pietatis, & eleemoſynæ exercebat; quare ergo dixit, ſi inueni gratiam in oculis tuis? reſpondet Oleaſter ibidem dicens. *Docet nos, non gratiam facere pauperi, eum hoſpitio recipiendo, ſed maiorem accipere, ſi ſe ille à nobis recipi permittat.*

Et D. Chryſoſt. ſerm. de eleemoſyna, & collec. dixit. *Deus eleemoſynam non ob hoc ſolùm inſtituit, vt indigi, ſed etiam, vt dantibus accreſcant beneficia, atque adeò magis propter dantes, quam accipientes.*

Bona Puthiphar multiplicata ſunt, quia per manus iuſti Ioſeph tractabantur, ſic dicitur Geneſ. 39. *Benedixit Dominus domui Aegyptij propter Ioſeph, & multiplicauit, tàm in ædibus, quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam*, quod aduertens Oleaſter ibidem ait. *Sunt manus iuſti, manus Dei, quæ Deus manibus tangit augentur, ita, & quæ iuſti tractant.*

Ruth. 2. ſcribitur quod cum primum Booz viderit mulierem Ruth. millies benedixit ei, tunc Ruth. interrogauit Booz dicens ei, vnde me cognoſcis? reſpondit Booz, nunciata ſunt mihi omnia, quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui, quaſi diceret, non ſolùm ex alijs cognoui acta tua, ſed mihi notiſſima ſunt pietatis, & eleemoſynæ, opera tua, quibus affeciſti ſocrum tuam Noemi, Paraphraſ. Chaldea aduertens ait. *Per Prophetiam nuntium eſt mihi fore, vt proueniant ex te Reges, & Prophetæ propter bonitatem, qua affluxiſti erga ſocrum tuam, quàm marito tuo demortuo aluiſti.*

Cum ergo, vt ex dictis conſtat Reges Hieruſalem, Patriarchæ, & Prophetæ, ex operibus pietatis, & eleemoſynæ ortum habuerint, quis non videt, quod rectè etiam eleemoſyna de ſeipſa poſſet dicere, per me reges regnant?

Immo Chryſoſt. homil. 47. in Matth. dicit, quod eleemoſynam pauperibus tribuens, ſacerdos efficitur, & ſic ait. *Cogita cui potum præbes, perhorreſcas, cogita, quia ſacerdos Chriſti tu fias, cum propria manu offeras, non carnem, ſed panem, non Sanguinem, ſed aquæ frigidæ Calicem.*

Et hoc maximopere ipſi eleemoſynæ conuenit, nam ſacerdotis eſt, animæ maculas purgare, & à peccatis abſoluere, idem dicitur de eleemoſyna. *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*, immo D. Ambr. ſerm. 2. in Eccl. eleemoſynæ liberalitatem, & excellentiam perpendens, ait, eam maiorem eſſe Baptiſmatê, & ſic dicit. *Salua fide dixerim, indulgentior eſt eleemoſyna, quam lauacrum, lauacrum enim ſemel datur, & ſemel veniam pollicetur, eleemoſynam autem quoties feceris toties veniam promereris.*

Diuus Petrus Chryſolog. conſiderans quod in die Iudicij Dominus dicet Matth. 25. *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, nudus eram, & cooperuiſtis me*, ait. *Quod Abel paſſus ſit, quod ſeruauit mundum Noë, quod Abraham fidem ſuſcepit, quod Moyſes legem tulit, quod Petrus Crucem reſupinus aſcendit, Deus tacet, & hoc clamat ſolùm, quod comedit pauper; in Cælo, prima eſt eſurientis Annona, prima ſtipendia pauperis tractantur in Cælo, erogatio pauperis prima diuinis ſcribitur diurnis.*

Diuus

Digitized by Google

Diuus Chryſoſt. ſerm. 15. in Epiſt. ad Roman. introducit Chriſtum, ſic alloquentem eleemoſynam tribuentes. *Te coram totius orbis theatro deprædicabo, cunctiſque audientibus nutritorem meum oſtendam.*

Diuus Paulus 2. Cor. 9. eleemoſynam vocat ſemen, dicens. *multiplicabo ſemen veſtrum*, quem locum aduertens D. Chryſoſt. ibid. homil. 20. ait. *Quemadmodum triticum, quod ſeminatur, prægnantes ariſtas oſtendis, ita eleemoſyna, ineffabiles prouentus profert.*

Hinc Dauid Pſal. 36. de homine iuſto ait. *Tota die miſeretur, & comodat, & ſemen eius in benedictione erit.* Verbum illud comodat aliquando fœnus, aliquando lucrum dicitur, vnde Theodoretus in Cathena ait. *Qui miſeretur pauperi ſœneratur Deo.* Totum hoc ſacra Scriptura, vt ſupradictum eſt, Prou. 15. *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperi*, hanc licitam piamq; vſuram D. Chryſol. ſerm. de ieiunio attendens ait. *Si vero pauperibus ſœneratur, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.*

Luc. 13. Chriſtus ait. *Vendite quæ poſsidetis, & date eleemoſynam facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt*, ad quid inſeruient ſacculi, cum Chriſtus iubeat omnia noſtra pauperibus dari? ſi nihil nos retinere oportet, quid in ſacculis ponemus? audite myſterium ait Diuus Chryſol. ſer. 25. *Tali modo Chriſtus te ditare voluit, non nudare: manere tibi voluit tua, non perire: perpetuari, non euacuari ſacculos impediuit.*

Cæſareus Arelatenſis homil. 15. de miſericordia ait. *Vt omnis homo peccata ſua redimeret, nobis militat inopia pauperum.*

S. Petrus Chryſolog. ſerm. 8. de Ieiunio, & eleemoſyna ait. *Qui de miſericordia patrocinio certus eſt, de venia ſit ſecurus, quia fruſtra peccata accuſant, quem pauper excuſat.*

D. Chryſoſt. homil. 5. de pœnit. tom. 5. aduertens quod Chriſtus dicet, Matth. 25. in die Iudicij. *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me, nudus, & aperuiſtis me*, & nullam facit mentionem de caſtitate, de humilitate, de patientia, &c. huius rei reddit rationem dicens. *Tacet hæc omnia, non quod memoria ſint indigna, ſed quod à clementia ſint ſecunda.*

D. Chryſolog. ſer. 8. de ieiunio, & eleemoſyna ait. *Da terram, & accipe Regnum, da micam, & accipe totum.*

Idem eodem loco, loquens de Regno Dei, ait. *Vt Regnum ſuum omnis homo emere poſsit, fragmentum panis ponit in pretium, quis excuſare poterit, non ementem? quem tanta vilitas venditionis excuſat?*

Greg. Nazianz. orat. 27. loquens de eleemoſyna ait. *Licet tibi nullo labore Deum fieri, noli diuinitatis conſequendæ occaſionem abijcere.*

Idem orat. 16. ait. *Fac calamitoſo, vt ſis Deus, Dei miſericordiam imitando.*

Clemens Alexandr. lib. 2. ſtrom. cap. 2. ait. *Imago Dei eſt benefaciens homo.*

Diuus Dorotheus Abbas de ædificio, & armonia virtutum cap. 10. Bibl. PP. loquens de eleemoſyna ait. *Propriè enim virtus iſta imitatur Deum, ipſum exprimit, & ſignificat.*

Nulla res magis ſimilis Chriſto Crucifixo, quàm eleemoſyna, eſt enim hominis redemptrix, imò ſi Chriſtus nos ſemel à peccatis redemit, eleemoſyna multoties, non ſolùm in lege Euangelica, ſed etiam in lege veteri. Daniel cap. 4. nudauerat Deus enſem diuinæ iuſtitiæ contra Nabucdonoſor: vnde Daniel dixit Regi. *Quamobrem, Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum*, quod animaduertens Diuus Hieronym. ait. *Fecit quidem Nabucdonoſor iuxta Danielis conſilium miſericordias in pauperes, & idcirco vſque ad menſem duodecimum, in eum eſt dilatata ſententia.*

Ex quo clarè videtur, quod eleemoſyna vocetur redemptrix, & Prou. 13. dicitur. *Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ.*

Quemadmodum non ſatis fuit Chriſto, ſemel nos redemiſſe, ſed ſemper nos redimit in ſacrificio Miſſæ, & eodem tempore, quo Deum homines offendunt, ipſe æternum Patrem placat, ita eleemoſyna audite Diuum Auguſt. lib. 50. homil. 29. ſic dicentem. *Eleemoſyna in pauperes, ſacrificium Chriſtianorum*, & D. Chryſoſt. homil. 33. ad Pop. Antioch. ait. *Eleemoſyna adſtat tribunali non tantum patrocinans, verum, & ipſi Iudici perſuadens, vt reo patrocinium præſtet, & pro eo ſententiam ferat.*

Diſcutiendum eſt, quod Auguſtinus vocat eleemoſynam (ſacrificium Chriſtianorum) Diuus Gaudentius ſerm. de Euchar. ſacrificium Miſſæ, vocat. *Exemplar Paſſionis Chriſti.* Vnde aduertendum eſt, quod magiſter ſententiarum dixit in Paſſione Chriſti duo eſſe. *Actionem, ſcilicet, & Paſſionem*, & ait. *Actio fuit odioſa, paſsio fuit grata.*

Paſſio fuit grata Aeterno Patri, ſed actio eorum militum, qui Chriſtum Crucifixerunt, & eorum

eorum, qui eum ad mortem damnarunt fuit odioſa, & ſi ex aliqua parte ſacrificium illud Æterno Patri diſplicere poterat, fuit propter peccata crucifigentium Chriſtum, dùm ergo Diuus Gaudentius ſacrificium Miſſæ vocat, *exemplar Paſſionis Chriſti*, voluit innuere ſacrificium Altaris fuiſſe exemplar, ſine peccatorum maculis, at ſacrificium Hieruſalem, licèt idem ſit, habebat tamen maculas peccatorum crucifigentium, ſcilicet Chriſtum, ergo ſacrificium Altaris, gratiùs eſt ſacrificio Hieruſalem, nam ſacrificium illud Hieruſalem, in altum fuit eleuatum per milites peccatores, hoc ſacrificium Altaris eleuatur per Sacerdotes, omnes, qui illud ſacrificium intuebantur, Chriſtum blaſphemabant, qui adſunt huic ſacrificio Altaris, dùm eleuatur, proſtrati adorant, & venerantur, dicendum, ergo erit, hoc ſacrificium Altaris, gratiùs eſſe Aeterno Patri.

Suppoſito igitur quod Auguſtinus vocet eleemoſyna, ſacrificium Chriſtianorum. Idem poteſt dici de eleemoſyna, nam ſi aliquis exiſtens in peccato tribuit eleemoſynam pauperi, & alter tribuit in gratia, licet actus vtriuſque eleemoſynæ, quoad ſubſtantiam, vt docet Doctor Angelicus idem ſit, non autem quoad modum, nam eleemoſyna tribuentis in gratia eſt meritoria, quæ eſt ſine maculis peccati, tribuentis verò in culpa læthali non eſt meritoria, diſponit nihilominus, vt inquiunt Venerabilis Beda, & Diuus Bonau. ad iuſtificationem peccatoris; quod innuere voluit Eccl. cap. 20. dicens. *Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hec pro te exorabit ab omni malo.*

Et Diuus Chryſoſt. hom. 7. de pœnit. ait. *Eleemoſyna pennata eſt, & leuis, aureas habens alas,* Sicut enim gallina ſub alas pullos à miluo defendit, ſic eleemoſyna aureis alis peccatores defendit.

Diuus Chryſolog. ſerm. 25. de terrena cura deſpic. ait. *Fac tibi ſacculos erogando, quia quidquid pauper acceperit, Pater Cæleſtis ſuſcepit. Et vbi recondit? in Cœlo, & ne fortè perdidiſſe te doleas, vel vſuram centuplum in Cæleſti ſinu recipies, quidquid in Cęlo paupere tranſmiſeris perferente.* Vſura mundi centum ad vnum, Deus vnum accipit ad centum.

Tanta eſt eleemoſynæ virtus, vt non ſolùm beatos facere ſoleat homines in Cœlo, ſed etiam beatos facit eos in terra, audite quæſo Dauidem Pſal. 40. dicentem. *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & Beatum faciat eum in terra.*

O mira eleemoſynæ virtus, quæ in Cęlis, & Terris beatitudine hominem afficit, hinc Paulus de Palacio ſuper Matth. cap. 5. ait: *Planè nullus in Cœlo ſimul, & in terra beatus legem hanc ſola violat miſericordia.*

Hinc Tobias 2. cum propter quamplures eleemoſynas, quas pauperi erogabat domum ſuam depauperaſſet, tùm mulier, cæterique parentes irridebant vitam eius dicentes. *Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas faciebas?* quaſi dicerent, nonne perſpicis vanas fuiſſe ſpes tuas? ſed pero numquid viri Sancti, & iuſti eleemoſynis, & pro bonis operibus in hac vita mercedem expectant? an potiùs in Cœlo, cum Spiritus Sanctus dixerit Sap. 3. *Spes electorum immortalitate plena eſt.*

Et Diuus Paulus Apoſtolus 2. ad Thim. 4. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die?* quare ergo Tobiæ ſpes pro eleemoſynis quas erogabat vanas appellant, quia dignam mercedem in hac vita non inueniunt? reſpondere poſſumus, licèt verùm ſit, iuſtos, & ſanctos viros pro bonis operibus in alia vita premium, & mercedem expectare, ea tamen eſt eleemoſynæ virtus, atque potentia, vt duplicem mereatur mercedem, atque præmium, non ſolùm ſcilicet in Cęlo, ſed etiam in hac vita; *& Beatum faciat eum in terra*, pręmium, & merces eleemoſynæ in hac vita incipiat, hinc Tobias paulo poſt mercedem eleemoſynarum ſuarum, etiam in hac vita recepit, nam Deus miſit Angelum ſuum; qui filio Tobiæ vxorem valdè diuitem, omnibuſque virtutibus ornatam dedit, quod magnus Theſaurus eſt, pecuniam à Gabelo recepit, viſum ipſi Tobiæ reddidit, & ita omnibus bonis, & diuitijs Tobiæ domus fuit repleta, quod, vt omnino in hac vita beatus dici potuiſſet, vnum tantum deerat, quod vidiſſet, ſcilicet nepotes, qui in Hieruſalem regredi potuiſſent, vnde ſic dicebat, Tobias 13. *Beatus ero, ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndum Hieruſalem*, & hoc etiam obtinuit, ipſe enim, vt dicitur Thob. 14. *Vocauit Thobiam filium ſuum, & ſeptem iuuenes filios ſuos nepotes ſuos.* Et ſic verùm erit quod eleemoſyna hominem beatum faciat, etiam in terra.

Quàm potens ſit eleemoſyna licèt parua, vt ipſa mediante à gehennalibus pęnis liberemur, & Paradiſi gloriam acquiramus ſatis conſtat, inquit D. Chryſolog. ex facto Epulonis, qui in Inferno maximè ſiti laborans, ſic clamabat. *Pater Abraham mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quid eſt hoc,* inquit D. Chryſolog. *Sitis extremi digiti guttam? tu qui lautè comedere ſolebas, nunc guttam vnam* Luc. 18.

aqua

ſer.122. *aquæ ſitis?* ſubdit Sanctus, *quam ſi vel ſolam dediſſes pauperi; non ſitires*. Quia parua eleemoſyna liberat ab incendio Inferni, hinc idem Chryſolog. inquit. *Miſericordiam neſcit diuinus ignis* *ſer.42.* *exurere faciat ergo miſericordiam, qui vult gehennæ incendium non timere*, & D. Chryſoſt. nos conſulit dicens, *da panem, & ſuſcipe Paradiſum, parua da & maxima ſuſcipe*. O magna eleemo- *Pſ.105.* moſynæ vis, & potentia, & Dauid clamat. *Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem*. D. Ber- *ſer.2. art. 2. cap. 2. de proſp.* nardin. *Pro nihilo gloriam ſempiternam adepti ſunt*. Quaſi diceret, parua eleemoſyna ampliſſimum Cœlorum Regnum acquirimus; quis ergo tàm paruo pretio Regnum hoc non emet? D. Chryſol. inquit. *Amore pauperis Deus Regnum ſuum vendit, & vt emere illud omnis homo poſſit fragmentum panis ponit in pretium, quia vult habere omnes, qui tantum vult pretij, quantum* *ſer.41.* *hominem ſcit habere*, & admirans ſubdit, *Deus Regnum ſuum fragmento panis vendit, quis excuſare poterit, non ementem, quem tanta vilitas venditionis accuſat?*

D. Auguſt. ait tantam eſſe vim eleemoſynæ, quod Deus propter illam nobis Paradiſum tri- *Matt.c.25* buere tenetur, dixerat enim Chriſtus. *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, percipite Regnum*. Hinc D. Auguſt. petijt à Deo tamquam ſibi debitum Regnum Cę- *in ſoliloq. cap. 15.* lorum dicens. *Domine, redde, quod promiſiſti, quia fecimus quod iuſſiſti*. Imò Ceſarius Arelat. loquens de magnitudine eleemoſynæ ait, quod ſi daretur per impoſſibile, quod Chriſtus nollet propter eleemoſynas nobis Paradiſum tribuere, vtique ipſum citare poſſemus, ante tribunal Diuinæ Iuſtitiæ, & coràm Angelis, quia ſcilicet, tamquam nobis competens Paradiſum volumus, & hæc ſunt verba Doctoris. *Da ergo in terra, vt accipias in vita æterna; vt cum veneris in conſpectu Angelorum ante Tribunal Aeterni Iudicis ſecura, & libera conſcientia dicere poſſis, da Domine, quia dedi, fac miſericordiam, quia feci: ego impleui quod iuſſiſti, tu redde quod promiſiſti.*

Audite quæſo quid tandem de eleemoſyna dicant: D. Aug. Chryſoſt. & Chryſolog.

ſer.149. de temp. D. Aug. *Si dares libram argenti, & acciperes libram auri, quanto capereris gaudio? quid ſimile argentum, & aurum, magis autem, quid ſimile Terra, & Cælum? aurum, & argentum tuum cras eras relicturus, tu autem hic, non perpetuò manſurus; & aliud dabo, & plùs dabo, & meliùs dabo, & in æternum dabo.*

in Pſ.147. Idem. *Quiſquis faciat ex eo, quod habet miſericordiam, cum eo qui non habet; vt ipſe accipiat quod non habet ab illo, qui omnia habet, ſecurus expectet diem nouiſſimum.*

Idem. Ponderans illud Pſalmi, dormierunt ſomnum ſuum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus ſuis, inquit; *Nihil inuenerunt in manibus ſuis, quia nihil poſuerunt in manu Chriſti.*

in cap.22. Luca. D. Chryſoſt. *Iudex noſter per pauperes corrumpitur, fac ergo per pauperis manum Iudicis poſticum pulſes, etenim ille munera tua per illum accipit, & leges adulterat, accipit inquam atque ex iuſto benignus efficitur; accipit inquam, ac veritati miſericordiam antepont.*

hom.19.in ep. ad Rō. Idem. In illa verba, exuriui, & dediſti mihi manducare, loquens in perſona Chriſti ait. *Te coràm totiùs mundi theatro de prædicabo cunctiſque audientibus nutritorem meum oſtendam.*

ſer.14. D. Chryſolog. *Quod Abel paſſus ſit, quod ſaluauerit mundum Noë, quod Moyſes Legem tulit, quod Petrus Crucem reſupinus aſcendit, Deus tacet: & hoc clamat ſolùm quod comedit pauper in Cælo prima eſt exurientis annona, prima ſtipendia pauperis tractantur in Cælo; erogatio pauperis prima diuinis ſcribitur in Diurnis.*

ſer. 31. Idem. *Da panem ſi Deum debitorem non iudicem vis habere, miſericordiam neſcit diuinus ignis exurere.*

DE DIVINISSIMA EVCHARISTIA.

de Corp. et Sang. Dō. cap. 11. 1 ALgerus. Quando Sacramentum Paſſionis illius, cum ore ad redemptionem ſumitur.

ibidem. 2 Idem. Igitur Corpus Chriſti ſumus, & Chriſtus ſumus, ita etiam, vt in Altari eodem Sacramento ſignemur.

l. de Sacr. c. 28. BB. 3 Idem. Corpus eius nobis viaticum eſt, ne moriamur, & deficiamus in via.

PP. to.6. ibid. c.19. 4 Idem. Si tanta vis eſt in cibo, qui non viuit, nec manet, vt labentem vitam huius temporis foueat, & retineat, quamdiù Deo placuerit, quanto magis Chriſtus cibus viuens immortaliter

taliter vitam æternam conferre credendus eſt, qui vitam in ſe habet, & vita eſt, quam qui
non habet moritur; cum enim ſit via, veritas, & vita, corpus eius viaticum eſt, ne moria-
mur, & deficiamus in via, ſed perducamur ad vitam; veritas eſt ne eius promiſſionibus fal-
lamur; vita eſt, vt ea in peruentione fęliciter fruamur.

5 Idem. Quæritur quare fides tantopere exigatur in hoc Sacramento? quia videlicet falſa *lib. 2. de*
fide mundus perijt, quando plus Diabolo, quàm Deo credere præſumpſit, dùm in ligno *Sacr. c. 4.*
ſcientiæ boni, & mali vetito p ùs ſperauit diuinitatem aſſequi, quæ ab hoſte promittebatur,
quam incurrere mortem, quam Deus minabatur.

6 D. Ambr. Accedite ad eum, & ſatiamini, quia panis; accedite ad eum, & potate, quia *ſuper B. Im*
fons eſt, accedite ad eum, & illuminamini, quia lux eſt. *maculati.*

7 Idem. *In capite eius diademata, &c.* Poſſumus per veſtem, Corpus Chriſti intelligere, per *Apoc. 19.*
ſanguinem peccata noſtra.

8 Idem. Iſte panis eſt vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulſit. *l. 5. de Sa-*

9 Idem. *Quam dulcia faucibus meis, &c.* Bona ebrietas, quæ ad meliora, atque inuida fa- *cram. c. 4.*
cit, quem iam mentis exceſſum, & immemor ſolicitudinum animus noſter, vino iucundi- *ſer. 13. in*
tatis hilaretur. *pſ. 118.*

10 Idem. Bona ebrietas ſpiritualis, quæ turbare neſcit corporis inceſſum, leuare mentis no- *ſer. 21.*
uit veſtigium; bona ebrietas poculi ſalutaris, quæ meſtitiam peccatricis abolet conſcientiæ,
iucunditatem vitæ infundit æternæ.

11 Idem. Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis? accipe quotidie, quod *lib. de Sa-*
quotidie tibi paſcit. *cram. c. 4.*

12 Idem. Debeo illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittantur; qui ſemper *lib. 4. c. 6.*
pecco, ſemper habere debeo medicinam.

13 Idem. *Super illud Matth. 27. Homo diues acceſsit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu.* Meritò *lib. 10. in*
diues hoc loco dicitur, vbi corpus ſuſcepit Chriſti, ſuſcipiendo enim diuitem neſciuit fidei *Luc. c. 23.*
paupertatem.

14 Idem. Manna illud de Cœlo: hoc ſupra illud Cœli, hoc Domini Cœlorum: illud cor- *l. de ijs qui*
ruptioni obnoxium, ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, quod *initiantur,*
quicumque religiosè guſtauerit, corruptionem ſentire non poterit. *cap. 9.*

15 Idem. *Dediſti lætitiam, &c.* Data eſt lætitia in corde noſtro ab illo tempore, quo accepi- *in pſ. 4.*
mus frumentum in corpore, vinum in ſanguinem, oleum in Chriſmate.

16 Idem. *Super illud Thren. 4. in vmbra tua viuemus in gentibus.* Vmbra tua caro fuit, quæ no- *ſer. 19. in*
ſtrarum æſtus refrigerauit cupiditatum: quæ compeſcuit inſolentiam vitiorum, quæ reſtrin- *pſ. 118.*
xit ignes libidinum, quæ auaritiæ, diuerſarumq; paſſionum incendia temperauit.

17 Idem. Inebriabuntur in hac Euchariſtiæ menſa affectus fidelium, vt curas ſęculi, me- *in Luc.*
tum mortis, ſolicitudinemque deponant.

18 Idem. Qui indignè Chriſtum ſumit, idem eſt, ac ſi Chriſtum interficeret. *ibidem.*

19 Idem. O quanta cordis contritione, & lachrymarum fonte, quanta riuerentia, & timo- *in pſ. 30.*
re, quanta corporis caſtitate, atque animi puritate illud diuinum, & cęleſte Myſterium eſt
celebrandum Domine Deus vbi caro tua in veritate ſumitur, vbi ſanguis tuus in veritate
bibitur, vbi ſummis ima, & humana diuinis iunguntur.

20 Idem. *In verba Matth. 24. Vbicumque fuerit corpus, illùc congregabuntur, & aquilæ.* Bonæ *lib. 4. de*
Aquilæ circa Altare, vbi enim Corpus Chriſti eſt in Altari, Aquilæ vos eius, renouati ablu- *Sacr. c. 2.*
tione delicti.

21 Idem. *Quicumque manducauerit panem, &c.* Reus erit Corporis, & Sanguinis Domini, *1. Cor. 11.*
quia ſic punietur indignè communicans, ac ſi proprijs manibus Chriſtum occidiſſet.

22 Idem. Reuera mirabile eſt, quod Manna Deus plueret patribus, & quod quotidiano *lib. de ijs,*
cęli paſcerentur alimento. At iſta eſca quàm tu accipis, eſt panis viuus qui de Cœlo deſcen- *qui initian*
dit, vitæ æternæ ſubſtantiam ſubminiſtrans, & Corpus Chriſti eſt. *tur c. 8.*

23 Idem. *In verba Matth. 10. Eſtote prudentes, &c.* Serpens cum venerit ad bibendam, aquam *ſer. fer. 2.*
priuſquam bibit, extra fontem euomit venenum ſuum, & poſtea bibit ita, & nos, quando *poſt 1. Dō.*
ad Altare Domini communicaturi accedimus, deponamus venenum peſſimum, hoc eſt *Quadr.*
iracundiam, odium, inuidiam, falſitatem, & ſic ad Altare Domini, corpore, & ſanguine
eius ſatiemur.

24 Idem. Veniſti ad Altare vocat te Dominus Ieſus, vel animam tuam, vel Eccleſiam, & ait *lib. 5. de*
oſculetur me oſculo oris ſui; vis ad Chriſtum aptare? nihil gratiùs, vis ad Animam tuam? *Sacr. c. 2.*
nihil iucundiùs, oſculetur me; vidit te mundum eſſe ab omni peccato; quia delicta deleta

ſunt, ideò te Sacramentis Cœleſtibus dignum iudicat, & ideò inuitat ad cœleſte Conuiuium, inquiens oſculetur me oſculo oris ſui, tùm Anima tua, vel humana conditio, vel Eccleſia videns ſe ab omnibus mundatam eſſe peccatis, & dignam quæ ad Altare Chriſti poſſit accedere, (quid eſt enim Altare niſi, forma Corporis Chriſti) vidit Sacramenta mirabilia, etiam ait oſculetur me oſculo oris ſui, hoc eſt, oſculum mihi Chriſtus infigat.

lib. 4. de Sacr. c. 2. 25 Idem. Depoſuiſti peccatorum ſenectutem ſumpſiſti gratiæ iuuentutem, hoc præſtitere tibi Sacramenta Cœleſtia.

in Luc. 5. quare Diſcip. Ioan. ie iu. &c. 26 Idem. Neque poſſumus ieiunare, quia Chriſtum habemus, & Chriſti Carnem epulamur, & Sanguinem, quomodo enim videtur ieiunare, qui non eſurit? quomodo autem ſitire poteſt qui bibit aquam? cum ipſe dixerit, qui biberit ex aqua quam ego dabo non ſitiet vnquam.

apud Paludanc. 12 Matth. 27 Idem. Dauid ſumpto cibo arma Goliath ſibi ſumit, & tu ſi Chriſtum acceperis Goliathem expugnabis.

28 Idem. Expendens verba Ioann. 6. *Ego ſum panis vitę ait*. Quomodo moritur cui Cibus vita eſt? accedite ad eum, & ſatiamini quia panis eſt.

ſer. 18. in pſ. 118. de morib. Manich. 29 D. Aug. Panis hominem alit, Accipitrem necat, ſi igitur panem hunc vis ſumere in alimentum, videas quod homo ſis, ideſt ratione viuens, non Accipiter, qui proximis inſidiatur, alioquin verificabitur de te illud Luc. 22. Manus tradentis me, mecum eſt in menſa.

de verbis Dō. hō. 28 30 Idem. Si quotidianus eſt panis, cur illum poſt annum ſumis? accipe quotidie tibi proſit, ſic viue, vt quotidie merearis accipere, qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere, qui vulnus habet, medicinam requirit, vulnus eſt, quod ſub peccato ſumus, medicina eſt cœleſtis, & venerabile Sacramentum.

ſer. 1. de Cœna Dō. 31 Idem. Oportebat vt menſa illa Angelorum lacteſceret, & ad paruulos perueniret.

32 Idem. *tract. 25. in Ioan. 6.* Qui manducat hunc panem, inuiſibiliter renaſcitur, intus infans eſt.

ſer. 107. 33 Idem. Modò Corpus Chriſti, quod iuſtis area eſt, poſtea erit horreum, tamen cum area eſt, non recuſat paleas ſuſtinere, cum tempus aduenerit reponat triticum, & à paleis ſegregabit.

ſer. de tēp. 34 Idem. Mutet vitam, qui vult accipere vitam, nam ſi non mutat vitam, ad iudicium accipiet vitam, & magis ex ipſa corrumpitur, quàm ſanatur, magis occiditur, quàm viuificatur.

tract. 26. in Ioan. 35+ Idem. Qui vult viuere, habet vbi viuat, habet vnde viuat, accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur, hæreat corpori, & Deo viuat de Deo.

de ſubſt. & dil. amor. cap. 3. 36 Idem. Suge ò apicula, ſuge, ſuge, & viue dulcoris tui inenarrabilem ſuauitatem immergere, & replere, quia ille deficere neſcit, ſi tu non incipias faſtidire; adhære ergo, & inhære, ſume, & fruere, ſi ſempiternus guſtus fuerit, ſempiterna quoque beatitudo erit.

lib. de Agon. Chriſti c. 9. to. 3 37 Idem. Deſideremus ipſum vitæ fontem, vbi ſobria ebrietate induemur; dicit enim Spiritus Sanctus, Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſuperabunt, inebriamini ab vbertate domus tuæ; talis ergo ebrietas non euertit mentem, ſed tantum rapit ſenſum, & obliuionem præſtat omnium terrenorum.

ſer. 185. de temp. 38 Idem. Hoc ſpirituali mero calcabant Martyres, quando abijcientes, & poſt ſe iactantes omnia ſœculi blandimenta; ibant ad paſſiones, obliuiſcentes facultates, & affectiones, patrimonia, ac matrimonia ſua, & vincentes armatam contra ſe paruulorum pignorum fletibus pietatem, vociferantes quidem parentes puluerem mittentes in capita ſua, & matres facies ſuas auulſis crinibus dilacerantes; ſed illi hæc omnia tamquam ebrij non videbant, nec cognoſcebant ſuos.

tract. 84. in Ioan. 39 Idem. Dicere audeo, quod Deus cum ſit omnipotens, plùs dare non potuit, cum ſit ſapientiſſimus, plùs dare neſciuit, cum ſit ditiſſimus, plùs dare non habuit.

ibidem. 40 Idem. Angelica reuerentia opus eſt, cum ad Altare accedis, Chriſtus enim immolatur, & ſumitur.

ibidem. 41 Idem. *In verba Prou. 23. Quando ſederis, vt comedas cum principe, &c.* Quæ menſa eſt potentis, niſi vndè ſumitur Corpus, & Sanguis eius, qui Animam poſuit pro nobis? Et quid eſt ad eam ſedere, niſi humiliter accedere? Et quid eſt conſiderare, & intelligere, quæ apponuntur tibi, niſi dignè tantam gratiam cogitare.

tract. 26. in Ioan. 43 Idem. Cum enim cibo, & potu id appetant homines, vt neque eſuriant, neque ſitiant; hoc veraciter non præſtat niſi iſte cibus, & potus, qui eos, à quibus ſumitur immortales, & incorruptibiles facit.

44 Idem.

Digitized by Google

44 Idem. *In verba Matth. 22. Amice quomodo hùc intraſti non habens veſtem nuptialem.* Rogo vos fratres, diligenter attendite: ſi ad menſam cuiuſque potentis hominis nemo præſumit cum veſtibus conſciſſis, & inquinatis accedere, quanto magis à conuiuio Aeterni Regis, ideſt ab Altari Domini, debet ſe vnúſquiſque inuidiæ, vel odij veneno percuſſus, vel iracundiæ furore repletus, cum reuerentia, & humilitate ſubtrahere, propter illud, quód ſcriptum eſt. Amicè, quomodo hùc intraſti, non habens veſtem nuptialem? de quo legitur, quód ligatis manibus, & pedibus, miſſus eſt in tenebras exteriores, vbi eſt fletus, & ſtridor dentium. Ecce qualem ſententiam merebitur audire, qui ad conuiuium nuptiale, ideſt ad Altare Domini, aùt ebrioſus, aùt adulter, aùt odium in corde retinens, præſumit accedere. *ſer. dedic. Eccl.*

45 Idem. Lactare, vt nutriaris, ſic nutrire, vt creſcas, ſic creſce, vt panem manduces: cum enim ceperis panem manducare, ablactaberis, quia iam tibi non opus erit lacte, ſed ſolido cibo. *in pſ. 130.*

46 Idem. Verbum illud, quo paſcuntur Angeli ſempiternum, quod eſt æquale Patri, manducauit homo; ſaginantur ergo illi Angeli, ſed ſemetipſum exinaniuit, vt manducaret panem Angelorum homo; quid autem homo poteſt ad illum cibum? vnde tàm Idoneus illi cibo? oportebat ergo, vt menſa illa lacteſceret, & ad paruulos perueniret. *in pſal. 33.*

47 Idem. Attendens illud panem noſtrum quotidianum da nobis hodie ait. Quando panem petimus norunt enim ſpiritualem alimoniam fideles, quam, & vos ſi puri eſtis, accepturi iam eſtis de Altari Dei, panis erit, & ipſe quotidianus huic menſæ neceſſarius, numquid non Euchariſtiam accepturi ſumus; cum ad Chriſtum venerimus? ergo Euchariſtia eſt noſter panis quotidianus. *ſer. ex varijs.*

48 Idem. Gaudete dilectiſſimi, & exultate in Domino, qui nobis in hoc die, ſalutiferæ conſolationis myſteria conſecrauit; vnde autem commendauit Dominus Corpus, & Sanguinem ſuum? vnde niſi de humilitate ſua? *ſer. 126. de temp.*

49 Idem. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in Corpore, & in Sanguine ſuo, voluit eſſe ſalutem noſtram: vnde autem commendauit Corpus, & Sanguinem ſuum? de humilitate ſua: niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur nec biberetur. *ſer. 1. in pſ. 33.*

50 Idem. Litigabant Iudæi, quia panem concordiæ, non intelligebant, neque ſumerè volebant. *tract. 26. in Ioan.*

51 Aponius. Sponſa effecta eſt Anima, Corpus, & Sanguinem Chriſti, ſuo corpori coniungendo. *lib. 1. in Cant.*

52 Idem. Deſponſationem annuli, & oſculi traditione Corporis, & Sanguinis ſui Sacramenium, ſub Paſſionis tempore, in Apoſtoli tradidiſſe probatur. *lib. 5. in Cant.*

53 Idem. Ille Bottus, qui à duobus iuuenibus de Terra Promiſſionis in Deſertum perlatus fuiſſe legitur, qui omnimodè figuram aſſumpti hominis Chriſti Redemptoris noſtri ſignabat qui vtique pro loco, vel tempore, vel cauſa eſca, & potus Eccleſiæ factus eſt, per Corporis, & Sanguinis ſui Sacramentum. *in Cāt. c. 1. verſ. 14.*

54 D. Antonius. Per cibum, homo augetur, cum eſt in ſtatu augmenti, & ideò pueri indigent frequenti cibo, vt augeantur, & quia ſumus inuia, in aptitudine augmenti ſpiritualis, ideó frequenter ſumerè debemus, vt augeamur in virtutibus. *3. p. tit. 14 c. 4. §. 2.*

55 Abbas Cellenſis. Hæc menſa plena viſceribus miſericordiæ, chariſmatibus referta gratiæ, edentium penetralia mirabiliter implendo, non explet appetitus reſidentium ſatiando acriùs, ſed ſacratiùs vrget. *de panib. cap. 2.*

56 Auerroes. Philoſophi Commentator ait. Mundum peragraui, varias ſectas reperi, ſed nullam adeò fatuam inueni, qualis eſt ſecta Chriſtianorum, nam Deum, quem adorant, dentibus deuorant.

57 Alimonacirius. Sponſus ergo, quando introduxit Sponſam in Cellam Vinariam præſtitit illi certiſſimum ſummi amoris monumentum, nempè Sacramentum Altaris, in quo Chriſtus ipſe continetur, & Corpore, ac Sanguine ſuo reficiens, Sponſam futuræ beatitudinis pignus illi largitur. *ī illud Cāt. 2. fulcite me floribus &c.*

58 Albertus Magnus. Fons delectationis eſt Corpus Chriſti, & riui deriuati à fonte ſunt, quæ ſingulis viribus, & virtutibus, & potentijs, & membris, diriguntur, & ad quemcumque, non venit hoc nutrimentum pietatis, hæc areſcunt, & marceſcunt, & deſtituuntur, & abijciuntur, iſte eſt fons de quo dicitur Geneſ. 2. fons aſcendebat de terra, hoc eſt de terreno Corpore Domini in Sacramento irrigans vniuerſam ſuperficiem Paradiſi, Paradiſus enim locus deliciarum eſt in nutrimentis Eccleſiæ, in quem locum iſte fons delectationis in- *diſt. 3. tra. 1. c. 7.*

fluit, & omnia irrigat interiora Animæ, & Corporis, ad quæ deriuatur.

in cæleſt h. 59 D. Anſelmus. Venit munduſſimus Sol vſque ad miſerum peccatorem, & ipſa ſua car-
alloquijs. ne, & ſanguine cibauit.

declarans 60 Arnoldus Carnorenſis. Animaduertens quod Dauid 1. Reg. 21. immutauit os ſuum,
illud ſitio. &c. ait. Hoc intimabant illæ per barbam Dauid fluentes ſaliuæ, quod contemnenda eſſent
à prophanis Sacramenta Dominica, & quaſi arreptitij, & furibundi reputandi eſſent ho-
rum dogmatum Diſcipuli, & intellectualium myſteriorum miniſtri.

tom. 2. 61 Baſilius. *In lib. cuius titulus eſt pænè contra Monecos.* Si quis in tempore Communionis
habens offenſam aduerſus fratrem, pacem ei non porrexerit, ſit excommunicatus.

ſer. de Cę- 62 Beda. Quemadmodum peregrè proficiſcens, pignus amoris ſui, quem diligit, derelin-
na Dom. quit, vt quotieſcumque illud viderit, eius beneficia, & amicitias memorare, quem ille per-
fectè diligit, ſine ingenti deſiderio, non poteſt videre, vel fletu, ita Dominus paſſurus, in
cordibus noſtris ſuæ paſſionis memoriam commendauit perſeuerantem.

in ſer. qui 63 D. Bern. Potes ne extimare quale, & quantum eſt hoc Sacramentum Sacramentorum,
incipit pa- & Sanctum Sanctorum, dulcedo omnium dulcedinum? hæc ſunt ſpirituales deliciæ San-
nem Ang. ctorum, hic bibunt in loco vberi torrentes lactis flumines mellis.

ibidem. 64 Idem. Cibus iſte non eſt ventris, ſed mentis, non enim datur ad ruinas ſubſtinendas hu-
ius vitæ, quæ vapor eſt ad modicum parens, ſed ad æternam vitam animæ conferendam.

in quodam 65 Idem. O ſtupenda Dei miſeratio, Verbum carnem, Deus cinerem, figulus lutum, vita
ſer. morticinium inducitur, vt iumenta manducarent panem Angelorum, quia panem Ange-
lorum manducauit homo, & homines iumenta erant.

in ſer. Cor- 66 Idem. Hic bibunt in loco vberi, torrentes lactis, flumina mellis, liquores Balſami Cœ-
pus Chriſti leſtis, hic efficitur vna caro, Sponſa cum Sponſo, anima cum Chriſto.

ſer. in Cę- 67 Idem. Hoc Sacramentum, & ſenſum minuit in minimis, & conſenſum tollit ingra-
na Dom. uioribus.

ſer. de Cir 68 Idem. Dominus panis eſt viuus, de quo viuere debuit homo, ſed quia homo iumentum
cumcſ. factus eſt, & panis factus eſt fœnum, vt vel ſic viuat de eo.

ſer. de Bap 69 Idem. *Loquens de Euchar.* Victoria vitiorum, & triumphum motuum appetitionis no-
tiſ. habito ſtræ, huic Sacramento tribuendum eſt.

in Cœn. Dō. 70 Idem. Sacramentum Dei Altiſſimi eſt ſuſcipiendum, non diſcutiendum, venerandum,
epiſt. 77. non dijudicandum; fide ſortitum, non innatum; traditione ſancitum, non adinuentum
ratione.

de modo be 71 Idem. Serm. de Communione. Corpus Domini ſine dubio eſt vita illis, quibus Chri-
nen. ad ſor. ſtus eſt vita, illis verò eſt mors, qui per culpam ſunt Diaboli membra.

ſer. de Cę- 72 Idem. Si quis non tàm acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aùt cætero-
na Dom. rum huiuſmodi, gratias agat Corpori, & Sanguini Chriſti: quoniam virtus Sacramenti
operatur in illo.

ibidem. 73 Idem. Qui vulnus habet, medicinam requirit; vulnus habemus, dùm ſub peccato ſu-
mus; medicina eſt Sacramentum, quotidie accipe, quotidie curaberis.

ſer. 31. in 74 Idem. Bonus Paſtor, qui animam ſuam dat pro ouibus ſuis, animam pro illis, carnem
Cant. illis, illam in pretium, iſtam in cibum, res mira, ipſe Paſtor, ipſe paſcua eſt, ipſe redemptio.

in illud pſ. 75 D. Baſil. Guſtate, & videte quoniam nunc ex parte cognoſcimus, & per ſpeculum, &
33. guſta- in ænigmate veritatem videmus, veniet autem quandoq; tempus, quando huiuſmodi ſua-
te, & vide uitatis prælibatio, & qualiſcumque guſtus ad perfectam pertinget fruitionem.
te, &c. 76 Beda. Relatus à D. Tho. in Caten. Duri Præſepis anguſtia continetur cui Cœlum ſe-
ī illud Luc. des eſt, vt nos per Cœleſtis Regni gaudia dilatet, qui panis eſt Angelorum in Præſepio recli-
2 & pepe natur, vt nos quaſi ſancta animalia carnis ſuæ frumento reficiat.
rit. 77 Diuus Clemens Alex. *In carminibus vocat Dominum Sacramentum.* Piſcator animarum
dulci vita ineſcans.

lib. 1. pe- 78 Idem. Ipſe, qui eſt dilectus, & alter noſter, effudit pro nobis ſuum ſanguinem per quem,
dag. c. 6. qui in Deum credimus ad mammillam Patris, quæ curarum obliuionem inducit, nempè
verbum confugimus. Verè Beati, qui hanc lactant mammillam.

79 Idem. *Conſiderans Botrum Terræ Promiſſionis ait.* Magnus Botrus nempè Dominus pro
nobis expreſſus cum ſanguine vuæ.

Cathech. 80 Diuus Cyrill. Hieroſol. Concorporei, & Conſanguinei efficimur Dei quotieſcumque
myſtag. c. 4 eius Sanguinem bibimus, Corpuſque in hoc Sacramento comedimus.

81 Idem.

81 Idem. Efficimur Chriſtipheri, ideſt Chriſtum in corporibus noſtris ferentes, cum corpus eius, & Sanguinem in membra noſtra recipimus; ſic ſecundum Beatum Petrum, diuinæ conſortes naturæ. *ibidem.*

82 Diuus Cyrill. Alex. Nam etiam Iudam cum poſt communionem omnino ſeparauit, tùm moram, tùm benedictionis virtutem timens; ne ſcintilla aliqua in animum eius aſcenderet, & ita illuminaret, ideirco feſtinat, & impellit. *in Ioan. c.6*

83 Idem. Non mortem ſolùm, verùm etiam morbos omnes depellit: ſedat ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, ægrotos curat, colliſos redintegrat, & ab omni nos erigit caſu. *li. 4. in Io. cap. 17.*

84 Idem. In illud Iſa. 49. *Non eſurient, neque ſitient.* Ait poſtquam conſequuti ſumus miſericordiam, habuimus cibum vitalem animæ comedimus enim Panem de Cœlo, & bibimus aquam viuam, de qua Dominus dixit Samaritanæ, qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo, non ſitiet in æternum. *de ſacra Sinaxi.*

85 Idem. Omnia, quomodo omnia, ſi tantum vnicum ferculum corporis. Domini exhibetur? quia Deus hæc nobis datur, & Deus omnia eſt. *in Luc. 11. parata ſũt omnia.*

86 Idem. Euchariſtia per Spiritum Sanctum, ſpiritum noſtrum viuificat, & corpus ipſum à corruptione liberat. *li. 3. in Io. cap. 34.*

87 Idem. Perpendens verba 2. Reg. 24. *Immiſit Dominus peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus, &c.* ait, à mane igitur hoc eſt à primis huius ſeculi temporibus mors depaſta eos, qui in terra erant, vſque ad horam prandij, hoc eſt vſq; ad menſæ tempus: vbi enim aduenit nobis ſanctæ menſæ tempus, nimirum illius in Chriſto, ac myſticæ, in qua pane veſcimur illo cælitus dato, quæ priùs terribilis erat, mors ceſſauit. *in collectaneis.*

88 Idem. Sicut enim ſi quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiſceat neceſſè eſt, ſic, qui Carnem, & Sanguinem Domini recipit, cum ipſo ita coniungitur, vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur. *li. 4. in Io. cap. 10.*

89 Idem. Attendens ad illud Exod. 12. *Comedetis Agnum cum pane azimo, &c.* inquit, quod cum Azimis comeditur, id vero per ænigma deſignare nos ipſos, quibus ad participandum Chriſtus proponitur à ſpiritali fermento, ideſt à malitia, & dolo alienos eſſe debere. *lib. 12. de Sanctis feſtiuit.*

90 Diuus Cyprian. Carnis eius edulium non eſt horrori, ſed honori, potuq; Sancti, & Sanctificantis Sanguinis ſpiritus delectatur; hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, ſed fide ſincera Panem Sanctum frangimus, & partimus. *ſer. de Cœna Dom.*

91 Idem. Vbi Sacramentum mens perfida tetigit, & ſceleratum os Panis ſanctificatus intrauit, parricidalis animus vim tanti Sacramenti non ſuſtinens, quaſi palea de area exufflatus eſt, & præceps cucurrit ad perditionem, ad deſperationem, & laqueum. *ibidem.*

92 Idem. Nos quidem cum caro eſſemus, & ſanguis corrupta, infirma corporis, animæq; natura reformari non poterámus, neque ad ſimilitudinem Dei reuerti, niſi morbo inueterato imponeretur, malagma conueniens, & in commotione deſperatæ infirmitatis contraria remouerentur contrarijs, & ſimilia ſimilibus conuenirent. *ibidem.*

93 Idem. Mens deficit cum ſuſcepta Euchariſtia erigitur. *ibidem.*

94 Idem. Ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit ſimul medicamentum, & holocauſtum ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates exiſtens. *ibidem.*

95 Idem. Panis iſte, quem Dominus Diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus omnipotentia Verbi, factus eſt caro, & ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latebat diuinitas; ita in Sacramento viſibili diuina ſe infudit eſſentia. *ſer. de Cœna Dom.*

96 Idem. Quemadmodum vino iſto communi mens ſoluitur, & anima relaxatur, & triſtitia omnis excluditur; ita, & potato Sanguine Domini, & poculo ſalutari, videmus expoliari memoriam veteris hominis, & fieri obliuionem conuerſationis ſecularis, & mæſtum pectus, ac triſte, quod priùs peccatis agentibus præmebatur, diuinæ indulgentiæ lætitia reſolui. *epiſt. 63.*

97 Idem. Hæc ebrietas non accendit, ſed extinguit peccatum, cum ſopiuit obliuio, cuncta carnis ludibria mira ſunt, quæ ſentit; magna, quæ videt; inaudita, quæ loquitur. *ſer. de Cœna Dom.*

98 Idem. Non cibum, ſed gladium ſibi ſumens, & velut quædam venena læthalia palpitans, & trepidans concidit. Et quæ fefellunt hominem, Deum ſentit vltorem. *ſer. 5. de lapſu.*

99 Idem. Nam quomodo docemus, aut prouocamus eos in confeſſione nominis Sanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Sanguinem Domini denegamus? *lib. 1. ep. 2.*

100 Idem. Idoneus eſſe, non poteſt ad martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad prælium, *ep. 54.*

Digitized by Google

lium, mens deficit, quam non recepta Euchariſtia recipit, & accendit.

ſer. de Cœna Dom. 102 Idem. Non habentes ſenſus huius mundi, vident hæc Sacramenta pauperes ſpiritu, & hoc vno contenti ferculo omnes mundi huius delicias aſpernantur, & poſſidêtes Chriſtum aliquam huius mundi ſupellectilem poſſidere dedignantur.

ibidem. 103 Idem. Panis iſte Angelorum omne delectamentum habens virtute mirifica omnibus, qui dignè, & deuotè ſumunt ſecundum ſuum deſiderium ſapit, & ampliùs qua manna illud eremi ſatiat, & implet edentium appetitus, & omnium carnalium ſaporum irritamenta, & omnium ſuperat dulcedinum voluptates.

ibidem. 104 Idem. Qui manducat ex hoc pane vltra non eſurit, qui bibit vltra non ſitit, quoniam myſterij huius, ſic ſufficit gratia, ſic reficit intelligentia, vt cuicunque tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis conſummationis fine inuento Chriſti baiulus ipſum ferat in pectore, ipſum gerat in mente, & omni tempore habitatori ſuo, dicta, & facta iubilatione conſona laudes reſonent, & gratiarum actiones decantent, hæc ebrietas non accendit, ſed extinguit peccatum, in hoc vino, non eſt luxuria, non mouetur ad ludum, poſt hunc potum laſciuia.

ibidem. 105 Idem. Quibus vnus eſt panis, vnum eſt corpus, & omnium vnum cor, & anima vna vni Chriſto adhærens.

ſeſſ. 13. c. 2 106 Concilium Trident. inquit. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tamquam ſpiritalem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit, qui manducat me, & ipſe viuet propter me, & tamquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruemur.

de pallio Heliæ 4. Reg. 2. 107 Concil. Canilonenſe ſub Leone III. anno Domini 813. cap. 6. ait. In perceptione Corporis, & Sanguinis Dominici, magna diſcretio adhibenda eſt, cauendum eſt enim ne ſi nimium in longum differatur ad perniciem animæ pertineat dicente Domino, niſi manducaueritis Carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

inflamm. diu. amoris 108 Dionyſ. Carthuſ. *Loquens de Euchar.* Gratiam ſuper gratiam cauſat, conſeruat, auget, & perficit.

ſerm. 4. de ſacr. Euch. 109 Idem. Mentem amantis, tàm validè, tàm prædominanter, & gratioſè in ſe, in diuitias gloriæ ſuæ taliter, vt anima impinguetur in Oceanum delitiarum beatitudinis ſuæ.

ibidem. 110 Idem. Abſorbetur anima, atque demergitur in ipſam deitatis abyſſum, præ cuius deguſtatione, & complacentia deficit prorſus à ſe.

de cœleſti Hierar. c. 3 111 Diuus Dionyſ. Areopag. Non poteſt aliquis peruenire ad perfectionem Hierarchicam, niſi per diuiniſſimam Euchariſtiam.

de Eccleſ. Hierar. c. 5 112 Idem. Accedentibus tribuit, vt ex communione diuina ad Dei ſimilitudinem, atque conſortium tranſeat.

ſer. de paſſ. 113 Drogus Hoſtienſis. *ſuper illud, & cognouerunt eum in fract. panis.* Verè non cognoſcetis Domine, niſi in fractione panis: caro tua eſt, fregiſti corpus, quod foris apparebat, & oſtendiſti medullam. quæ intus latebat; niſi enim non patiaris, non cognoſceris.

li. de paſch. to. 2. BB. PP. 114 Drogus Epiſc. Hoſtienſ. *Loquens de Sacramento.* Gradere nunc nobiſcum Domine ne deſolemur, & triſtemur in via hac, qua ambulamus, quoniam tu ipſe quondam præcedebas filios Iſrael in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem.

de pallio Heliæ 4. Reg. 2. 115 Drogus Cardinalis, ait. Ecce ſublatus es, ampliùs te tuus non videbit Heliſeus: remanſit tamen ei Pallium tuum in memoriam tui, vt præſentia abſentiæ tuæ dolorem eius ſemper, aùt augendo leniat, aùt leniendo augeat. Hoc ſumite ait in meam commemorationem, hoc eſt Sacramentum Corporis tui, pallium tuum caro tua eſt, qua veſtitus ad nos proceſſiſti.

de Sacrã. Dom. paſſ. 116 Drogontius, inquit. Colligite filij Iſrael, colligite manna, & frangite mola, & replebitur ſicut adipe, & pinguedine anima veſtra: moleſtus eſt labor, ſed fructuoſus, labores manuum tuarum manducabit, & iam beatus es, & bene tibi erit in futuro.

ibidem. 117 Idem. Et quid ampliùs dicam? vnus idemque cibus, & Api mel, & Ceruo fons aquæ, & Panis cor hominis confirmat. Hic eſt panis ſolans, ſanat ægrotum reuocat ſanatum, faciem exhilarat omne delectamentum, & omnem ſuauitatis ſaporem habet.

hom. 4. in Paſch. 118 Euſebius Emiſſ. Quia corpus aſſumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus ſyderibus, neceſſè erat, vt die Cenæ Sacramentum Corporis, & Sanguinis ſui conſecraret nobis, vt coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium.

ep. ad Damaſum de mort. Hier. 119 Idem. *Loquens de Euchariſt.* O eſca Sacratiſſima, quam verè comedens Deus efficitur, ò ſacrum peregrinationis noſtræ Viaticum, ò ſignum dilectionis inopinabilis.

120 D. Ephrem

120 Q. Ephrem Syrus. Quid ergo inſcrutabilia ſcrutaris? Si enim iſta curioſè rimaris, non iam fidelis nuncupaberis, ſed curioſus. Eſto itaque fidelis, atque innocens, participa immaculatum Corpus Domini tui, fide pleniſſima, certus quòd Agnum ipſum integrè comedas. *lib. de nat. Dei minimè perſcr.*

121 D. Eligius perpendens verba Exod. 12. *Et edent carnes nocte illa, aſſas igni, & azimos panes cum lactucis agreſtibus*, ait. Lactuca agreſtis valdè amara eſt, ſignificat autem hoc, vt quando ad Corpus Chriſti, qui verus Agnus eſt ſumendum accedimus, quamuis de redēptione lætemur, amaritudinem tamen, ex recordatione peccatorum habeamus, vt dulceſcat ex venia, quod amareſcit ex pęnitentia. *hom. 14.*

122 D. Eucherius. Expendens verba Geneſ. 49. *Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus*, inquit. Aſer igitur cuius nomen delitias, ſiuè diuitias ſignificat, Chriſtus eſt, cuius panis pinguis factus eſt, caro ſcilicet eius, quæ eſt eſca Sancta Sanctorum, quam quiſque manducat viuet in æternum, iſte etiam præbet delicias ſapientiæ, gratiæ, virtutum, & Verbi Dei Regibus, ideſt qui ſenſus proprios benè regunt, qui dominantur vitiorum ſuorum, qui caſtigant corpora ſua, & animæ ſuæ in ſeruitute ſubijciunt. *in Lipom. Caten.*

123. Fortunatus Pictauienſis. Omnes reuerenter ſumamus, quia cum ipſe vita noſtra ſit, à nutrimento noſtro peregrinos nos facimus, ſi ad Euchariſtiam tardi accedamus. *orat. Dominic.*

124 Franciſcus Turrianus. Expendens quod Greg. Nyſſ. in Cant. cap. 5. de coniugio Eccleſiæ cum Sponſo Chriſto vocat tale coniugium *Thalamum myſteriorum*, inquit Turrianus, Thalamum myſteriorum vocat Altare, ad cuius participationem, qui admittuntur, cum eis, tamquam cum Sponſa Chriſtus Sponſus nuptias per Communionem Corporis ſui in myſterio celebrat. *de Sacr. Eucha. tract. 2. cap. 7.*

125 Diuus Greg. Nyſſen. Quomodo enim vt paruum fermenti, (vt dicit Apoſtolus) ſibi aſſimilat totam conſperſionem, ita Corpus Chriſti adeò morte affectum cum fuerit intra noſtrum, totum ad ſe tranſmutat, & traſnfert. *orat. magna Cath. c. 37.*

126 Idem. Cum intra nos fuerit hoc ſalutare medicamentum, venæni damnum quod corpori fuerit inditum, per contrariam repellet affectionem. *ibidem.*

127 Idem. Noſtra ad hunc panem edendum præparanda ſunt corda, vt tali epulo refecti, ad altiora in fortitudine illius tranſeamus. *orat. in Cant.*

128 Idem. Propterea nobis ſeipſum comedendum proponit is, qui ſemper eſt, vt cum ipſum in nobis ipſis acceperimus, illud fiamus, quod ipſe eſt. *hom. 6. in Eccl.*

129 Idem. Lactucæ verò agreſtes valdè amaræ ſunt; carnes ergo Agni cum Lactucis agreſtibus ſunt edendæ, vt cum Corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis noſtris in fletibus affligamus, quatenus ipſa amaritudo pęnitentiæ, abſtergat à mentis ſtomacho peruerſæ humorem vitæ, *hom. 22. in Euang.*

130 Diuus Greg. Papa. Magnum quidem bonum eſt, vt Chriſto Domino incorporemur, quòd fit per hoc Sacramentum. *ſer. de Cęna Dom.*

131 Idem, in verba 1. Cor. 11. *Probet autem ſeipſum homo, &c.* Quid enim eſt hoc loco ſe probare, niſi euacuata peccatorum nequitia, ſe probatum ad Dominicam menſam, & purum exhibere? *in li. 2. Regum c. 1.*

132 Genebrardus, ait. Per cellam vinariam Hebræi Sanctuarium, vel Altare vbi libatur Domino accipiunt, eo quod in ſacrificiorum libaminibus effunderetur vinum, nos arcana Dei, quæ animos hominum inebriant, vel Sacramentum Calicis, quod læthificat Deum, & homines Iud. 12. nam continet Sanguinem Chriſti, prætium noſtræ redemptionis. *in Cant. 2. introduxit me Rex.*

133 Guarricus. *Plorans inſælicitatem hominum faſtidientium cibum Euchariſtiæ.* O faſtidium tinea cordium, rubigo mentium, languor peſſimus animarum, quod faſtidire facis manna propter ollas carnium. quæ enim lues tàm peſtifera, quis modus, tàm læthalis, qui ſic faciat hominem immemorem ſuæ ſalutis, ridentem, ac malè ſecurum appropinquare vſque ad portas mortis? de paſcuis mutantur in paſcua, & tàm iſta faſtidiunt, quàm illa iugiter verſantur inter fercula vitæ, & moriuntur fame. *ſer. in feſto Pentec.*

134 Gloſſa, in verba 1. Cor. 11. *Quicumque manducauerit Panem, & biberit Calicem Domini indignè, reus erus erit Corporis, & Sanguinis Domini.* Ideſt, ac ſi Chriſtum occideret punietur.

135 D. Hylarius, *ſuper illud Ioann. 17. Claritatem, quam dediſti mihi, &c.* Euchariſtiam dedi eis, vt ſint vnum, ſicut, & nos vnum ſumus. *de Trinit.*

136 D. Hieron. Dominus ac Saluator noſter nunc eſt pars in ſingulis, in Salomone ſapientia, in Dauid bonitas, in Iob pacientia, in Petro fides, in Paulo zelus, in Ioanne virginitas, in cæteris cætera, in Euchariſtia ipſe eſt omne. *ad Adam.*

137 Idem.

Digitized by Google

Yep. Euſeb. 137 Idem: *ad Damaſum tom.* 9. Signum dilectionis inopinabilis, vt idem ſit donum, quod donator.

in epiſt. 62 ad Teoph. 138 Idem. Si munera noſtra abſque pace offerre non poſſumus, quanto magis, & Chriſti Corpus accipere?

in verba Iſa. 22. 139 Idem. *Pone menſam contemplare in ſpecula, &c.* Dicitur per Prophetam ad omnes credentes, vt comedentes, & bibentes Corpus, & Sanguinem Chriſti, vertantur in Principes Eccleſiæ, & cum Apoſtolis audiant. Surgite, & arripite clypeum fidei de armatura Pauli Apoſtoli, in quo poſſitis ignita Diaboli iacula extinguere.

in cap. 9. Ezech. 140 Idem. Electorum frumentum Chriſtus Dominus eſt, de hoc tritico efficitur ille Panis, qui de Cœlo deſcendit, & qui confirmat cor hominis; hunc panem comedunt, qui in Chriſto robuſti ſunt.

in ep. 2. Euſeb. ad Damaſum. 141 Idem, in verba 3. Reg. 19. *In fortitudine cibi illius ambulauit Helias vſque ad montem Dei Oreb.* O ſacrum peregrinationis noſtræ viaticum, quo de hoc nequam ſæculo peruenitur ad celeſtis Hieruſalem conſortium Patres noſtri in deſerto manna comedentes, non peruenerunt ad Terram Promiſſionis, qui verò te comedit, in fortitudine tua ambulauit vſque ad Montem Dei Oreb.

in Io. 2. nõdum venit hora mea. 142 Idem. Non eſt hora mea, vſque dùm vinum ſpirituale ex meo ſanguine conficiam hora vltimæ cenæ.

143 Idem. in illud Oſeæ 11. *Declinaui ad eum veſceretur*, inquit. Et declinaui ad eos, deferens Regna Cœlorum, vt cum eis veſcerer, aſſumpta forma hominis; ſiuè dedi eis eſum Corporis mei, ipſe cibus, & conuiua.

144 Idem, in verba Ezech. 16. *Similam, & mel, & oleum comediſti, &c.* ait. Qui talem cocomederit cibum, & hoc dulciſſimo, & ſuauiſſimo Pane, oleique ſplendore fulgente paſtus fuerit, ac nutritus, vertetur in decorem, & fiet pulcherrimus: non ſemel; ſed repetitio nimis. Duplicatum enim aduerbium pondus facit orationis, quoad pulchritudinis magnitudinem, addi vltra nihil poſſit.

in epitaph. Paul. 145 Idem, inquit. Salue Bethleem domus Panis, in qua natus eſt ille Panis, qui de Cœlo deſcendit.

in cap. 17. Prouerb. 146 Hugo Carenſis, perpendens illud Ruth. 2. *Intinge bucellam tuam in aceto*, ait. De hac buccella Euchariſtiæ ſcilicet Ruth. 2. quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & intinge buccellam tuam in aceto ideſt in commemoratione Paſſionis Chriſti.

147 Idem. Exponens verba Luc. 24. quod Mulieres illæ, vna Sabbati valdè diluculo venerunt ad monumentum, ait. Myſticè per monumentum ſignificatur hic Corpus Dominicum, ad quod accedere nemo debet, niſi vna Sabbati ideſt habens pacem pectoris, & valdè diluculò ideſt diſcuſſis tenebris vitiorum.

148 Idem, in illa verba Cant. 1. *Indica mihi vbi paſcas, &c.* inquit. Paſcit etiam delicijs Corporis, & Sanguinis ſui, multiplici, & admiribili ſuauitate.

149 Idem, in verba Matth. 24 *Vbicumque fuerit corpus, &c.* ait. Aquilæ Sancti ſunt ſecundum vtrumq; ſtatum, nam in præſenti ſtatu carne Dominica reficiuntur ſicut Aquilæ carnibus veſcuntur.

150 Idem. Inuehens in eos, qui negligunt accidere ad Euchariſtiam, inquit. Tales à fonte plenitudinis gratiarum ſe diuidunt, & ideò non eſt mirum ſi areſcunt Iob. 8. numquid virere poteſt ſcirpus abſque humore?

in c. 6. Io. 151 Idem, in illud Matth. 25. *Hoſpes eram, & non collegiſtis me*, ait. Verè hoſpes eſt ſub ſpeciebus iſtis, quaſi ſub veſte peregrina.

+ 152 Idem, in verba Sap. 9. *Ven te comedite panem meum.* Venite pede amoris, comedite dente fidei panem meum in Sacramento Altaris.

l. 2. de laudib. Virg. 153 Heſiodus, ait. Libens reconditur in Præſepio, vt qui ſunt pecuini accurrant, & reperiant; ſermonem in Præſepio conſtitutum, vt ex eo retineant dignitatem rationalem, & qui currunt ad paleas frumentum nanciſcantur.

hom. 1. in pſal. 50. 154 D. Ioan. Chryſoſt. Mater cum generauit filium, ſtatim eum tradidit foris, & pietatis inſignia abſcondit ſuperbia erubeſcit fieri nutrix, quæ facta eſt Mater, Chriſtus autem non ita ipſe nutritor, & Mater eſt, ideò, & pro cibo propria nos carne paſcit, & pro potu, ſuum ſanguinem propinauit.

hom. 60. ad pop. 155 Idem. Quem Angeli videre horreſcunt, & liberi non audent intueri propter emicantem inde ſplendorem, hoc pane paſcimur, huic nos vnimur, & facti ſumus vnum corpus, & vna caro.

156 Idem.

156 Idem. *Poſuiſti in conſpectu meo, &c.* Qui ſunt iſti, qui nos tribulant? ſuggeſtiones inimici, *in pſ.22.*
& exagitationes, cupiditates, delectationes, ſeculi honores, iſti tribulant, qui huiuſmodi, *tom.1.*
qui ita viuunt tribulationes armis habent, ſed veniunt ad menſam potentis, & tribulationes
efficiuntur conſolationes auferuntur ea; quæ ſunt carnis, infunduntur ea, quæ ſunt ſpiri-
tus, & ex menſa præparata proficiunt contra eos, qui tribulant eos.

157 Idem. Nemo igitur accedat cum nauſea, nemo reſolutus, omnes accenſi, omnes *hom.60.*
excitati. *ad pop.*

158 Idem. Quoties ad ſacrum Calicem accedas, tamquam ab ipſo latere hauriens accedas. *in Ioa.19.*

159 Idem. Iob, vt ſeruorum amorem in ſe oſtenderet, dicebat illos ſæpenumero nimio *hom.25.in*
in ſe amore dixiſſe, quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? ita, & Chriſtus ſuam carnem *1.Cor.10.*
dedit nobis, quo nos in plurimum ſui amorem allexit.

160 Idem, *loquens de Apoſtolis poſt ſumptam Euchar.* Omnes habebant Chriſtiferas facies, *hom.4. in*
ſanguis facit, vt imago in nobis regia floreat. *Ioan.*

161 Idem. Multæ Matres poſt partum alijs nutricibus infantes dederunt, quod ipſe facere *hom.28.in*
noluit, ſed proprio corpore nos alit, & ſibi coniungit, atque conglutinat. *Matth.*

162 Idem. Ex hac menſa ſpiritualium fons emanat bonorum, & hanc tamen ſtatim relin- *hom.2. in*
quis, & curris ad Theatrum, vt illud aſpicias ſedentem iuxtà donorum cæleſtium, Chriſtum *Epiph.*
relinquis nam, & modò, & ſupra fontem ſedet, non vnam Samaritanam, ſed vniuerſam
alloquens Eccleſiam.

163 Idem. Tanquam Leones ignem ſpirantes ab Altari recedamus, Diabolo terribiles *hom.61.ad*
effecti. *pop.*

164 Idem. Panem vitæ ſe ipſum appellat Chriſtus, quoniam noſtram, & hanc futuram *hom.4. in*
corroborat. *Io.to.3.*

165 Idem. Cum amorem ſuum Deus indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, *ibidem.*
& in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniretur, hoc enim amantium ma-
ximè eſt.

166 Idem. Admirandi ſunt Eccleſiæ myſteria, admirabile ſacrarium, ex paradiſo fons ſca- *ibidem.*
turijt, à quo ſenſibiles fluuij emanarent; à menſa hac prodijt fons, qui fluuios ſpirituales
diffundit, iuxtà hunc fontem non ſteriles ſalices germinant, ſed quercus Cælum ipſum at-
tingentes, quæ fructus tempeſtiuos, & ſolidos ſemper producunt, ſi qui æſtuat ad hunc
fontem ſe conferat, & recreabitur, mundat ſqualorem, & ſordes, æſtus mitigat, non ſola-
res, ſed quos ignitæ ſagittæ imprimunt.

167 Idem. Quænam nobis erit excuſatio cum talibus paſti, talia peccemus? cum lupi fia- *hom.60.*
mus, Agnum comedentes, cum tamquam oues paſti more Leonum diripiamus? hoc *ad pop.*
enim myſterium non à rapina tantum, verùm, & ab omni, vel tenui inimicitia purum eſſe
penitus iubet; eſt enim pacis myſterium.

168 Idem. *Loquens de Euchariſt.* Vt itaque non tantum per charitatem hoc fiamus, verùm, *hom.61.*
& ipſa re in illam miſceamur carnem ardenter enim amantium hoc eſt. *ad pop.*

169 Idem. Matres multæ ſunt, quæ poſt partus dolores filios alijs tradunt nutricibus, hoc *hom.60.*
autem ipſe non eſt paſſus, ſed ipſe nos proprio ſanguine paſcit, & per omnia ſibi coagmen- *ad pop.*
tat, vt ſcilicet nobis impertiatur aliquid de moribus, & virtutibus, ac indole ſua.

170 Idem. Audiamus, & perhorreſcamus, carnes ſuas nobis tradidit, ſeipſum immolatum *hom.51.*
propoſuit, quàm igitur ſatisfactionem offeremus? cum tali pabulo nutriti taliter peccemus? *in Io.*
cum Agnum comedentes, in lupos conuertamur? cum ouinis carnibus ſaturati, vt Leo-
nes rapiamus.

171 Idem. Sicut cibus corporalis, cum corpus inuenit malis humoribus occupatum, am- *hom.27.*
plius lædit, & nocet, nec vllum præſtat auxilium, ſic ſpiritualis hic cibus, ſi aliquem inue- *in 1.ad Cor.*
nit malitiæ inquinatum, magis eum perdit, non natura ſua, ſed accipientis vitio. *tom.4.*

172 Idem. Cogita; qui veteris participes erant ſacrificij, quanta vtebantur frugalitate, & *hom.3. in*
abſtinentia, quid non agebant? quid non faciebant? vndique, & ſemper expurgabantur, *ep.ad Eph.*
& expiabantur, tu autem accedens ad ſacrificium quod ipſi ſtupent, & venerantur Angeli,
quomodo ſtabis ad Tribunal Chriſti, qui pollutis labijs, & manibus ad id audes accedere?
& Regem quidem ore malè olente deoſculari nolueris, Cœli autem Regem fœtenti, & ma-
lè olenti anima oſcularis, id planè eſt contumelia.

173 Idem. Chriſtiane, qui ſe tibi hic manducandum dedit, quid ſuum tibi denegare pote- *ſer.95.*
rit in futurum? Et qui tantum tibi viaticum parauit ad victum, quid in illa tibi manſione
perpetua non parabit?

hom.42.in 1.ad Cor. 173 Idem. Ad ipſum accedamus, & ardenti charitate, inde effecti Aquilæ, ad ipſum Cœlum euolemus.

hom.24.in 1.ad Cor. 174 Idem. Hæc menſa eſt neruus noſtræ ſalutis, mentis vinculum, fiduciæ fundamentum, ſpes, ſalus, lux, vita.

in pſ.22. paraſti,etc. 175 Idem. Qui tribulationis carnis habent, veniunt ad menſam potentis, & tribulationes fiunt conſolationes.

hom.83. in Matth. 176 Idem. Veniat in mentem tibi, quo ſis honoratus honore, qua menſa fruaris: Ea namque te nos alimur, quàm Angeli videntes tremunt, neque abſque pauore propter fulgorem, qui inde reſilit, ſuſpicere poſſunt: & nos in vnam cum illa maſſam reducimur, Chriſti Corpus vnum,& caro vna.

hom.4.de Paſch. 177 Idem. Qui ſacratæ huius Cęnæ indignè participat accubitu, non cum Petro peruenici ad ſalutis portum, ſed ſuſtinebit cum Iuda ſine reparatione naufragium: habebit debitam cum proditore pęnam, qui ad bonum malam attulit conſcientiam.

hom.6.ad pop. 178 Idem. Tamquam Leones ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus, facti Diabolo terribiles, iuxta illud Pſalmi. Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me.

homil.de prod.Iudę. 179 Idem. Sed iam ad terribilem menſam cum debita reuerentia, cum congrua vigilantia, opportunum tempus inuitat. Nullus ibi Iudas reperiatur, nullus malignus accedat, ✠ nec inſidiæ menti condantur. Nullus fictus accedat, nullus fucato animo, Pura igitur ſit mens, puta cognitio, quia ſacrificium purum eſt.

hom.24.in ep.ad Cor. 180 Idem, in verba Matth.24. *Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur,& Aquilæ.* Aquilas vocat, oſtendens, quod oportet eum, qui ad hoc corpus accedit eſſe ſublimem, & cum terra nihil habeat commune, neque deorſum trahi, & ſerpere, ſed aſſiduè ſurſum volare, & ad Solem Iuſtitiæ conſpicere, acutoſque, & perſpicaces habere mentis oculos. Aquilarum enim, non gracculorum hæc eſt menſa.

homil. ad Neoph. 181 Idem. Cum te egredientem poſt conuiuium Dominicum viderit inimicus, poſt cęleſtes epulas, tamquam ignem Leonis ore flammantem fugit, & deſerit omni vento velocior, nec approximare contendit: & cum cruentam linguam tuam de longè illę crudelis proſpexit, mihi crede, non ſtabit,& cum os tuum ſenſerit rutilare, egreſſum ſuum retro cum timore torquebit.

hom.46. in Io. 182 Idem in verba Ioan. *Si quis manducauerit ex hoc Pane, viuet in æternum. Et niſi manducaueritis Carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Vitæ vbique, meminit; namque eius trahimur cupiditate, & nihil ſuauiùs,quà non mori: etenim in veteri Teſtamento longa vita, & multi dies promittebantur; nunc verò non ſimpliciter vitæ longitudo, ſed vita ſine fine promittitur.

hom.69. in Io. 183 Idem, in verba Ioan. 13. *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Ad finem dilexit nos Chriſtus, hoc eſt ad finem amoris, quid ampliùs pro amore noſtro præſtare potuit, quàm vt ſeipſum veſcendum traderet nobis?

hom.60. ad pop. 184 Idem. Cogita quali ſis inſignitus honore, quali menſa fruaris, quod Angeli videntes horreſcunt, neque liberè audent intueri propter emicantem inde ſplendorem: hoc nos paſcimur, & facti ſumus vnum Chriſti Corpus.

hom.45. in Io. 185 Idem. Cum enim ſuum in nos amorem indicare vellet, per Corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt Corpus cum capite vniretur: hoc enim amantium maximè eſt. Hoc Iob, ſignificabat de ſeruis, à quibus maximè amabatur, qui ſuum amorem exprimentes, dicebant. Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur?

hom.46. in Io. 186 Idem. Si quis æſtuat, ad hunc fontem Euchariſtiæ,& recreabitur: mundat ſqualores, æſtus mitigat non ſolares, ſed quod ignitæ ſagittæ imprimunt: etenim ortum ſuum supernè habet, inde radicem vbi irrigatur.

l.6.de Sac. 187 Idem. Qui de vita hac migraturi ſunt, ſi Myſteriorum huiuſmodi cum pura, & munda conſcientia fuerint participes; ſpiritum efflaturi, ab Angelis illorum corpora ſatellitum more ſtipantibus, propter aſſumptum illud ſacrum, hinc recta in Cœlum adducuntur.

in pſ.22. paraſti,etc. 188 Idem. Igne ſpirituali plena eſt iſta menſa, & quemadmodum fontes naturaliter ſcaturiunt aquam, ita hæc menſa flammam quamdam ineffabilem fouet.

hom.83. in Matth. 189 Idem. Non vides quanta Infantes alacritate mammillas arripiunt, qua preſſione papillis infigunt labia? non minori cupiditate, nos quoque ad hanc menſam ad huius Calicis ſpiritualem accedamus papillam, immo verò deſiderio, quaſi lactentes pueri gratiæ ſugamus.

190 Idem.

190 Idem, in illud Iſa.6. *Et volauit ad me vnus de Seraphim, &c.* ait. Ne putetis, quod accipiatis diuinum Corpus ex homine, ſed ex ipſius Seraphini forcipe ignem.

191 Idem. Parcit Mulier, nec nutrix efficitur, pudet enim nutricem effici, quæ Mater effecta eſt, at non ita Chriſtus, vt nos progenuit, ita etiam aluit, ac propterea ciborum, quorum loco carne ſua nos paſcit, ac poculi vice, cruore ſuo nos potauit. *in pſ. 50.*

192 Idem. Hic myſticus Sanguis, Dęmones procul expellit, & Angelos ad nos allicit. *hom. 45.*

193 Idem. Ad hoc nos inducit ſacrificium illud formidandum, & admirabile, quod iubet nobis, vt Aquilæ in hac vita facti ad ipſum Cœlum euolemus, vel potiùs ſupra Cęlum, vbi enim cadauer inquit, illic, & Aquilæ. *in Io. hom. 24 in 1. ad Cor.*

194 Idem, attendens illud Luc. 15. *Adducite vitulum ſaginatum, &c.* ait. Quem vitulum nominat, propter Hoſtiam Corporis Immaculati: ſaginatum autem verè dixit, quia pinguis, & optimus in tantum eſt, vt pro totiùs mundi ſalute ſufficiens ſit ad odorem ſuauitatis. *hom. de Patre, & duob. filijs*

195 Idem, ait. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, magnus iſte panis, qui replet mentem, & non ventrem. *hom. de or. Dominic.*

196 Idem. Perpendens illud. *Et Calix meus inebrians quam præclarus eſt*, ait. De iſto Calice bibit Eccleſia, & inebriauit martyres, vt non agnoſcerent proximos carnis ſuæ, nimio amore Chriſti, neque Patres filios, neque filij parentes, inebriauit vino Sanctitatis, non vino erroris, non agnouerunt ſuos, & ſanguinem fuderunt. *in pſ. 22.*

197 Idem, ait. Euchariſtiam appellat menſam pacis.

198 D. Ioan. Damaſc. Hoc Sacramentum Chriſto nos copulat, atque eius carnis, deitatiſque participes efficit: noſque inter nos in eodem Chriſto conciliat, atque coniungit, & veluti vnum corpus coagmentat. *lib. 4. c. 14*

199 Idem. Eleuatur in manibus Sacerdotis in Crucem, & frangitur, & diſtribuitur, & in nobis ſepelitur, & facit nos ſecum à corruptione liberos. *in libello de Cor. Chriſti*

200 Idem. Cum omni timore, & conſcientia pura, & indubitabili fide accedamus, & veneremur ipſum omni puritate Animæ, & Corporis, accedamus ei deſiderio ardenti, & manus in Crucis modum formantes, Crucifixi Corpus ſuſcipiamus, & apponentes oculos, labia, & frontem, diuinum carbonem concipiamus, vt ignis in nobis deſiderij aſſumens ex eo carbone ignitionem comburat peccata noſtra, vt participatione diuini ignis igniamur, & deificemur. *lib. 6. q. fidei 14.*

201 Idem. Corpus, & Sanguis Chriſti eſt, ad Animæ, & Corporis noſtri incolumitatem tendens. *lib. 4. c. 14*

202 Idem. Qui Sacramentum illud per fidem dignè ſuſcipiunt, in peccatorum remiſſionem, & vitam æternam, animique, & corporis præſidium cedit. *ibidem.*

203 Innoc. Tertius Papa. Myſterium Crucis eripit nos à poteſtate peccati, Myſterium Euchariſtiæ, eripit nos à poteſtate peccandi. *li. de myſt. myſſæ c. 4.*

204 Ireneus. Corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia ſpem reſurrectionis habentia. *lib. 3. c. 33*

225 Idem. Quaſi infantibus ille, qui erat, Panis perfectus Patris, lac nobis ſeipſum præſtitit, quod erat ſecundum hominem eius aduentus, vt quaſi mammilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem aſſueti manducare, & bibere Verbum Dei, & eum, qui eſt immortalitatis Panis, qui eſt Spiritus Patris in nobis ipſis, iam continere poſſumus.

226 Ignatius Mart. Feſtinatè ergo frequenter accedere ad Euchariſtiam, & gloriam Dei. *ep. ad Eph.*

227 Idem. Date operam, vt crebriùs conueniatis ad Euchariſtiam. Cum enim aſſiduè ibidem conuenietis, deſtruuntur vires Sathanæ, & irritæ eius reuertuntur ignitæ ſagittæ ad peccatum. *ibidem.*

228 Idem. Panis iſte pharmacum immortalitatis eſt, mortis antidotum, vitamque in Deo concilians per Ieſum Chriſtum, medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala. *ibidem.*

229 Idem. Non gaudeo corporis nutrimento, neque voluptatibus huius vitæ Panem Dei volo, Panem Cęleſtem, qui eſt Corpus Chriſti. *ep. 15. ad Rom.*

230 Incognitus. *Qui poſuit fines tuos pacem, &c.* Hoc ideò dixit Pſalmiſta, quia ſicut adeps frumenti eſt vnitiuus, quia ex multis granis vnus panis conficitur, ſic iſtud Sacramentum eſt vnitiuum, quia omnes dignè ſumentes vnit, & pacificat, dùm eos vnum corpus facit in Chriſto. *in pſ. 147.*

231 Ioannes Gerſon. Chriſtus ignis eſt, etiam ſi frigidus ſis, dummodo in peccato mortali non ſis, accede nam ſæpè accedit homo ad Euchariſtiam frigidus, & indeuotus, & poſt illam feruidus, incaleſcens inuenitur. *li. de præp. miſſæ.*

ſuper magnif. tract. 9. par. 2. 232 Idem. Sed neque putandum eſt nos conſortes, & concives futuros Beatorum Spirituum ab ipſis deſeri, dùm ſedemus in Eccleſiæ conuiuio, facti ſunt quippè omnes administratorij Spiritus propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis cuius arrham accepimus hic, & pignus.

ibidem. 233 Idem. Biberat hanc ſobriam æbrietatem ſpiritus pia Mater Auguſtini Monaca dùm poſt ſuſceptionem Sacramenti, in publico raptu clamauit. *Volemus in Cælum fideles, volemus in Cælum.* Pulſata, & exquiſita, quid ita clamaret, demiſſa cum vultu voce dixit. *Cor meum, & caro mea exit in Deum viuum.*

ibidem. 234 Idem, ait. Vinum eſt viuaciſſimum Corporis, & Sanguinis tui Chriſte Ieſu, vnde talis comparatur effectus talis refectio, talis dormitio, quies talis in pace in idipſum.

ibidem. 235 Idem. Accedas, ò peccatrix Anima Chriſtiana, nulla te verecundia prohibeat, nullum in peccando modum tenuiſti, ſta, maneas retrò ſecus pedes recumbentis in hac Sacramentali Cena, laua lachrymis, terge capillis meditationum Sanctarum iunge oſcula charitatis, ſic age, vt tandem merearis audire. *Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.*

q. 44. orthod. 236 D. Iuſtinus Martyr, perpendens viſionem Iſa. 6. inquit. Per viſionem Iſaiæ Prophetæ declaratum eſt Chriſti myſterium ſedentis in Solio Gloriæ, & eſu ſuæ Sanctæ Carnis expiantis peccatum impiorum hominum.

237 D. Iſidorus, in illud Prou. 9. *Sapientia immolauit victimas, &c.* Dei ſapientia conſtituit Dominum Sanctam Eccleſiam, in qua mactauit ſui Corporis Hoſtias, in qua miſcuit vinum ſui Sanguinis in Calice Sacramenti diuini, & præparauit menſam, ideſt Altare Domini.

de diſcipl. & perfect. monaſt. 238 Laurent. Iuſtin. *Loquens de Euchar.* Eſt Sacramentum hoc tamquam cellarium quoddam omnium aromatum in ſe continens pretioſitatem, & virtutem, & in ipſum, qui ingrediuntur refocillantur ab omni fatigatione, neque deficiunt donec præſentis vitæ terminus finiatur.

ſer. de Euchar. 239 Idem, inquit de hoc ſpirituali connubio, Apoſt. loquens ait. *Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam,* qui tradidit ſemetipſum pro ea, vt exhiberet ſibi Sponſam Eccleſiam, non habentem maculam, neque rugam, huic caſtiſſimæ Sponſæ, nedùm in Virginali adhæſit Vtero, vt eſſent duo, in carne vna, verùm etiam in Corporis, & Sanguinis ſui Sacramento, quatenus ſint duo, in vno ſpiritu, ſi tamen ſpiritaliter manducetur.

de diſcipl. monaſt. cõuerſ. 240 Idem, inquit. Pia etenim mens tanti Sponſi læthificata præſentia venerando mediante hoc Sacramento, repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deijcitur, lumine irradiatur, pace ſatiatur, roboratur fide, deuotione ſaginatur, atque indiſſolubili amoris vinculo Redemptori interius copulatur, ex quo feruentior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere, in tentatione prudentior, ſollicitior in virtute, in admiratione alacrior, necnon, & in ipſius frequentatione efficitur ardentior.

de caſto cõnubio c. 14 241 Idem. Ad hoc quidem ordinatum eſt Myſterium tàm Sanctum, vt frequentaretur; non enim ex ſola indignitatis exiſtimatione, à Communione ſe quis ſubducere debet; nam peccato amoto, eo quiſque fit dignior, quo indigniorem ſe putat, nemo ad hoc ſuſcipiendum per ſe dignus eſt, quamuis multa ſit præditus ſanctitate, obedientia quemque dignum facit non vita.

de diſcipl. monaſt. cõuerſ. c. 19. 242 Idem, Chriſtum alloquens ait. Per illud venerabile Myſterium, tradis te ipſum fidelibus tuis, quatenus diſcant ex ipſius ſuauitate, amare te, tenere te, cognoſcere te, & laudare te.

ſer. de Euchar. 243 Idem, ait hoc Sacramentum frequentatur in Eccleſia, vt iuſtis gratiam, peccantibus veniam, debilibus robur, lætitiam mæſtis, diligentibus exultationem, nutantibus ſpem, credentibus pacem, victoriam certantibus, captiuis libertatem, atque defunctis conferat requiem.

de caſto cõnubio c. 22 244 Idem. Quomodo non exultet anima, quæ ſe ſenſit dignam effectam verbi præſentia? ſi præcurſor in Vtero poſitus exultauit ad aduentum Verbi, quare non magis Sponſa in amplexibus Sponſi? non ad inſipientiam libet exultat Sponſa in cordis Thalamo Sponſum adeſſe cognoſcens.

ſer. 7. de Paſch. 245 D. Leo Papa. Vt vmbræ cederent corpori antiqua obſeruantia nouo excluditur Sacramento, Hoſtia in Hoſtiam tranſit, ſanguine ſanguis aufertur, & legalis feſtiuitas dùm mutatur impletur.

ſer. 14. de paſſ. 246 Idem. Non enim aliud agit, participatio Corporis, & Sanguinis Chriſti, quam vt in id, quod ſumimus tranſeamus.

S. Tho. opuſc. 58. 247 Idem, expendens illud. *Vbicumque fuerit corpus, &c.* ait. Circa Corpus Domini Aqui-

læ ſunt

Digitized by Google

læ ſunt quæ ſpiritualibus alis circumuolant, videlicet Angeli Sancti, ſpiritus mundi, mun-
ditiam amantes, mundum Corpus Domini venerantes, ac fideles præſentes protegentes.

248 Martinus del Rio, in illud. *Introduxit me Rex in Cellam vinariam*, inquit. Ipſemet Rex *Cant. 2.*
Sponſus me introduxit in Apothecam vini, hoc eſt iuſſit introire ad Altare Dei, & illic ſu-
merè Calicem ſalutaris Domini, qui Deum læthificat, qui hominem viuificat.

249 Orig. Oportet accedentem ad Corpus, & Sanguinem Domini, non ſolùm purum eſſe, *hom. de*
ne ad iuditium edat, & bibat, ſed oſtendere in vita memoriam eius, qui pro nobis mortuus *Baptiſ.*
eſt in eo, quod mortificatus eſt peccato, & mundo, ac ſibi ipſi, & Deo viuit.

250 Olimpiodorus explicans illud Eccl. 5. *Cui dedit Deus diuitias atque ſubſtantias, &c.* inquit.
Qui manducat Carnem filij hominis, & bibit eius Sanguinem futuræ felicitatis partem hic
aliquam fruitionemque accipit.

251 D. Paſchaſius. Hoc ſanè nobis nutritur, quod ex Deo natum eſt, & non quod ex Car- *li. de Cor.*
ne, & Sanguine. *& Sang.*

252 Idem. Hoc Sacramentum numquam immutatur, quia æternum eſt, numquam vete- *Dom. c. 20*
raſcit, numquam irritum erit, hoc eſt teſtamentum hæreditatis noſtræ, per quod nobis di- *ibid. c. 15.*
uina, & cæleſtia traduntur.

253 Idem. Quis orabit pro eo, qui Deum totius creaturæ contemnens, in eius iniuriam *ibidem.*
ad ſanctificata, imò nunc ad Corpus, & Sanguinem ipſius indignus accedit?

254 Idem. Quatenus per hoc antequam ſe daret in pretium, nos in illo, & ille in nos vnum *in Mat. 26*
eſſemus corpus, & ideò in Cruce nos cum illo ſimul crucifixi ſumus. *Cenãt. etc.*

255 Idem. Facit Corpus, & Sanguis, quod ipſum feciſſe Chriſtum in Cruce legimus, dùm *ep. ad Fru*
vni eorum, qui erant cum eo in patibulo confitenti Paradiſi præſtitit Regnum, alteri vero *degard.*
blaſphemanti iudicium determinauit.

256 Idem. Generaliter homines cibum, & potum per maximè appetunt, vt non eſuriant, *de Sacr.*
neque ſitiant, & nè moriantur; hoc vtique communis iſte non præſtat cibus, nec potus, *Corp. Chri*
ſed caro Chriſti, & Sanguis, qui immortales, & incorruptibiles facit, ideò verè cibus, & *ſti c. 19.*
potus nominatur.

257 Idem. *Conferens illud Pauli ad Epheſ. 5. Nolite ebriari vino, in quo eſt luxuria, cum illo Zac-* *de Corp. et*
charia 9. Felix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur; nam in hoc noſtri germinis *Sang. Do.*
vino caſtitas corrumpitur, ab iſto vero virgines procreantur. *c. 21. to. 6*

258 Idem. Certus ſit homo, quia vltores Angeli nec ſemel indignè communicantibus par- *BB. PP.*
cerent, niſi bonitas Chriſti, in cuius iudicio pendent omnia, gladium ſuſpenderet, & remo- *ibidem.*
ueret momentaneam mortem.

259 Idem, perpendens illud. *Chriſti bonus odor ſumus*, ait. Nonniſi electorum eſt cibus, ex *cap. 21.*
quo bonum ſalutis Eccleſiæ, & pulchritudo decoris præſtatur bonum, quippè, vt ad vitam
æternam proficiamus, pulchrum verò, dùm immortalitatis gloria veſtimur, vt & interiùs
fruamur vitæ dulcedine, & exteriùs fulgeamus nitidius de tanti beneficij gratia.

260 Idem. Attendens verba Matth. 9. *Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur*, ait. *in Matth. 9.*
Audiat Chriſtianus quilibet Corpus Chriſti participans, quantam de eo poſſit ſumerè me-
dicinam, quando mulier tantam rapuit de ſola Chriſti fimbria ſanitatem.

261 Idem, perpendens illud Exod. 12. *Non comedetis ex eo cruuum quid, &c.* ait. Nec cru- *li. de Corp.*
dum quid ex iis, aut coctum aqua, ſed aſſatum tantum igni paſſionis comedamus. *& Sang.*
Chriſt. c. 22

262 Idem, in verba Zacch. 9. *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum, &c.* inquit pulchrum *ibid. c. 21.*
eſt eius Corpus, ex quo iam ſpecioſa per lauacrum, ampliùs pulchreſcit, vt candore lilij, &
rubore Sanguinis, in hoc Sacramento decoretur.

263 Idem. Animaduertens quod lignum vitæ Paradiſi voluptatis ſymbolum fuerit Eu- *ibid. c. 4.*
chariſtiæ, ait. Sicut fuit Arbor vitæ in Paradiſo, ita Sancta Dei Eccleſia, quæ Paradiſus
deliciarum in Canticis appellatur, habeat in ſe myſterium vitæ, quod in eodem ligno figu-
rabatur ex quo, qui edunt ſeruantes mandata vitæ, nequaquam poſſunt mori in æternum.

264 Petrus Damianus, *ſuper illud Paul. ad Hebr. 6. Rurſum Crucifigentes ſibimet ipſi filium Dei.* *lib. 4.*
Qui Dominicum corpus pollutis tractare manibus non veretur, crucifigentium Ieſum par-
ticeps eſſe conuincitur.

265 Idem. Chriſti Corpus, & Sanguinem crebriùs ſuſcipe, vt hanc eius vocem meritò poſ- *lib. 7 ep. 19*
ſis audire. Fauus diſtillans labia tua: mel, & lac ſub lingua tua.

266 Idem. Terretur aduerſarius, cum Chriſtianorum labia, Chriſti videt cruore rubentia; *ibidem.*
agnoſcit enim præſto ſuæ perditionis indicium, & diuinæ victoriæ, qua captiuatus eſt, &
deuictus, non ſoleta instrumenta.

Petrus

Digitized by Google

ſer. 103. 267 Petrus Chryſolog. Doleo; certè doleo quando lego Chriſti cunabula magos rigaſſe auro, & video Altare Corporis Chriſti vacuum reliquiſſe Chriſtianos; hoc præſertim tempore ſe pauperes fames vaſtat, quando ſe fundit turba lamentabilis captiuorum.

epiſt. 3. 268 D. Paulinus, inquit. Caro enim eius, vt ipſe ait verè cibus, & vita eſt, ipſa enim eſt ſecundum Hieremiam Olla vrens peccata, & illo igne conſumens, de quo ait. *Ignem veni mittere in terram*, quem, & in nobis optemus accendit, vt in Olla Dominici Corporis, ideſt Eccleſia concoquamur, peruſtiſque vitijs efficiamur argentum, igne examinatum purgatum ſeptuplum.

de educandis pueris. 269 Plutarchus ait. Sapientem fuiſſe naturæ prouidentiam, quod duplices mulieribus mammas addidit, vt ſi gemellos peperiſſe contigerit duplices ad alendos fontes haberent.

lib. 3. in Exod. c. 11 270 Rupertus Exod. 16. *Ego pluam vobis Panem de Cœlo: egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies.* Profectò, & nobis ſpiritualiter egrediendum eſt, vt colligamus quantum ſufficere poteſt. Vnde egrediemur? de priſtina conuerſatione, de vetuſtate vitæ: non dùm enim depoſito vetere homine, non eſt nobis hunc panem Dominicum manducare.

Gen. 49. 271 Idem, in illa verba. *Aſer pinguis Panis eius, &c.* ait. Præbebit ergo delicias Regibus Aſer, ideſt eis, qui ſemetipſos ſtudent regere, vt ſint digni menſa regalis Cęnæ: delicias prębebit regalis alimoniæ Euchariſtiam porrigendo.

lib. 3. côm. in Exod. c. 12. 272 Idem, inquit. Tentati ſunt primi homines à Diabolo dicente comedite, & eritis ſicut Dij, & crediderunt ei pluſquam Deo dicenti. *In quacunque die comederitis ex eo morte moriemini*, proindè tentetur à Dei Filio dicente de Pane, & Vino. *Hoc eſt Corpus meum, hic eſt Sanguis meus.* Comedite & eritis Filij Dei, & credamus verbo eius pluſquam oculis noſtris carnalibus, quibus nonniſi exteriorem panis, & vini, ſpeciem intuemur, & ita iniquam credulitatem parentum noſtrorum, pia credulitate in nobiſmetipſis euacuemus.

in 3. Reg. cap. 19. 273 Idem, loquens de Hælia ſub vmbra iuniperi excitato ab Angelo ait. Inde ſurgens inuitatur ab Angelo Domini ad prandium, ideſt percipit à Sacerdote Dominici Corporis, & Sanguinis Sacramentum, illud comedit, & bibit, & tamen ruſus obdormiuit.

lib. 4. in Exod. 274 Idem, attendens illud Exod. 25. *Facies & menſam de lignis ſetim, &c.* inquit, quæ eſt hęc menſa poſt propitiatorium parata in tabernaculum Domini, niſi menſa Corporis, & Sanguinis Domini initium habens à paſſione?

in cap. 5. Cant. 275 Idem, in illa verba Cant. 5. *Comedi fauum cum melle meo*, ait Corpus meum comedendum, & Sanguinem meum bibendum vobis appono, vt ſicut iam dixi, quo ordine mors introiuit, eodem foras mittatur de animabus, & corporibus veſtris. Primo quidem foras mittitur mors Animæ dùm comeditis, & bibitis Sacramentum mortis, & paſſionis meæ, quia ſicut quodam loco dixi. *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me*, poſt hoc foras mittetur mors corporis, ſcilicet, quando omnes reſurgetis; quod, & vos me primò reſurgente fideliter creditis; ſicut itidem, ego dixi de illo. *Qui manducat me, viuet propter me, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.*

in Cant. cap. 33. 267 Riccardus ait. Anima enim, quæ in nuptijs Agni vxor eſt, & Filia, vino ſpirituali inebriari nouit, quæ in hoc conuiuio lateribus Chriſti aſſidet, & circa menſam ſicut ſcriptum eſt. *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſę tuæ.*

268 Simeon Metaphr. de Santo Ioann. Calybita ait. Ea verò temperantiæ lege ſe obſtrinxit, vt nihil aliud eſculenti, præter Sacratiſſimum Euchariſtiæ ferculum deguſtaret.

3. p. q. 81. art. 1. 269 D. Thom. Aquin. Quamuis autem Chriſto gratia non fuit augmentata ex ſuſceptione huius Sacramenti, habuit tamen quamdam ſpiritualem dulcedinem.

3. p. q. 103. art. 5. in corp. 270 Idem. Quando ipſe Chriſtus in propria ſpecie à Diſcipulis diſceſſurus erat, in Sacramentali ſpecie ſeipſum eis reliquit, ſicut in abſentia Imperatoris exhibetur veneranda eius imago.

in opuſc. de Euch. 271 Idem, explicans illud Prou. 10. *Non affliget Dominus fame animam Iuſti.* Non affliget Deus famem animam iuſti; nam cibus iſte ſacer famem illam affligentem extinguit, quam eſca venti arboris accendit.

opuſc. 58. cap. 20. 272 Idem, in verba Ioan. 6. *Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Nam manducantem ſe Dominus ſui Corporis membrum facit, & ſibi incorporatus per charitatem vnit, & imagini ſuæ bonitati ſimilem efficit.

lib. de Reſurr. carn. c. 8. 273 Tertull. Caro abluitur, vt anima maculetur, caro vngitur, vt anima ſanctificetur, caro ſignatur, vt anima roboretur, caro Corpore, & Sanguine veſcitur, vt anima Deo ſaginetur.

Digitized by Google

275 Idem. *De Filio Prodigo.* Veſtem priſtinam recipit, annulum quoque accipit, atque *li. de pudi-*
ita exinde opimitate Corporis Chriſti veſcitur Euchariſtia ſcilicet. *cit. c. 9.*

276 Idem, *loquens de Euchar.* O menſa admiranda, quæ aduerſus ſuperbiam humilitatem, *lib. de Re-*
aduerſus inuidiam charitatem, aduerſus auaritiam eleemoſynam, aduerſus libidinem caſti- *ſurr. carn.*
tatem aduerſus vitia omnia virtutes ſubminiſtrat, aduerſus hoſtes arma præbet. *cap. 6.*

277 Idem, in illud. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, ait. Itaque petendo panem *lib. de or.*
noſtrum quotidianum, perpetuitatem poſtulamus, & indiuiduitatem à corpore eius. *Dom. c. 6.*

278 Theoph. Alexandr. Sicut antidoto fugatur vænenum, ita dato pane apparuit Satha- *l. 4. Alleg.*
nas in Iuda, in quo dùm furaretur, latebat.

279 Idem. Iudas autem accepit panem, & non occultauit, vt oſtenderet Iudæis, quod *in Mat. 26.*
panem corpus ſuum vocaret Ieſus. Poculum autem inuitus bibit, quia occultare non
potuit.

280 Idem, in verba Luc. 24. *Et cognouerunt eum in fractione panis.* Magnam viam habet Do-
mini caro, eamque ſumentibus aperiuntur oculi.

281 Idem. *Probet autem, &c.* Cum ad Altare accedis, nullum tibi commendo: iudica igi- *1. Cor. 11.*
tur, & explora conſcientiam tuam, & ſic accede ad Altare Dei.

282 Theodoretus, exponens verba Cant. 1. *Meliora ſunt vbera tua vino*, ait. Per vbera ad-
miranda, & vino, præſtantiora, cogita ineffabiles illos Altaris fontes, ex quibus, nos pie-
tatis alumni nutrimur.

283 Idem, attendens, quod Sponſa Cant. 2. vocat Sponſum. *Pomum*, dicens, *Sicut malus in-
ter ligna ſyluarum, &c.* inquit. Sponſum appellant pomum, quod quidem, & tactu molle
eſt, & guſtu dulce, & odoratu ſuaue, & aſpectu iucundum, ac venuſtum, & auditu ama-
biliſſimum, talis eſt Dominus noſter, & Saluator, & Sponſus qui conuiuio ſuo ſenſus om-
nes noſtros explet ſuauitate.

284 Titus Boſtrenſis, in illud Luc. 15. *Adducite vitulum ſaginatum*, ait. Adducite vitulum
ſaginatum, illum inquam vitulum adducite, qui pro terrarum orbe immolatus eiſque qui
vera reſipiſcentia ducuntur, donatus eſt, hoc eſt tremendorum myſteriorum participem
illum facite.

285 B. Thom. à Villanoua Archiep. Valent. Quid enim dulciùs, quid precioſiùs, quid pu- *ſer. 1. de*
riùs iſto cibo? qui non de terra eſt, ſed de Cœlo venit: non hominum opere, ſed Spiritus *Corp. Chri-*
Sancti virtute, in ſacro Virginis vtero formatus, omnem habet ſaporem, omnem continet *ſti.*
ſuauitatem.

286 Idem. Si quis eſurit, accedat ad illum, & omnem in eo reperiet ſatietatem. Si pecca- *ibidem.*
tor eſt, accedat, & inueniet indulgentiam, ſi iuſtus inueniet gratiam, ſi ægrotus inueniet
medicinam ſi mœſtus inueniet lætitiam, ſi famelicus inueniet abundantiam.

287 Idem. Hic panis edenti vitam præſtat; non centenariam, ſed æternam, vitam iucun- *ibidem.*
dam, vitam beatam, vitam omnium bonorum plenitudine fœliciſſimam.

288 Idem. Hic eſt fructus ligni vitę in medio Paradiſi poſiti, quo qui participat, non vide- *ibidem.*
bit mortem in æternum.

289 Idem, in verba 1. Cor. 11. *Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit Calicem Do-* *ſer. 3. de*
mini indignè, reus erit Corporis, & Sanguinis Domini. Reus erit Corporis, & Sanguinis Do- *Corp. Chri-*
mini, ac ſi Chriſtum occidiſſet, & effudiſſet eius Sanguinem: quaſcumque enim blaſphę- *ſti.*
mias, quaſcumque irriſiones, quæcumque opprobria impijſſimi Iudæi corporaliter in
Chriſtum exercuerunt; has omnes ſpiritualiter repetit, impius comeſtor Filium Dei rurſus
in ſemetipſo crucifigens, & oſtentui habens.

290 B. Thom. de Villanoua, ait. Neque Chriſti præſentiam in Euchariſtia naturali lumine *Conc. 2. de*
Angelus appræhendere valet: omnem facultatem excedit, omnem intellectum ſuperat hoc *die Corp.*
ſecretum. Mira res, quam non attingit Angelus intelligendo ruſticus pertingit credendo, *Dom.*
& plùs poteſt ſancta ſimplicitas credere, quàm Angeli viuacitas valeat compræhendere.
O miram fidei noſtræ virtutem? quid fide potentiùs? quid acutiùs? inquiſitus Angelus,
an ſub illis ſpeciebus lateat Chriſtus, niſi gratia ipſum doceat reſpondebit, ignoro interro-
gatus ruſticus fidelis, reſpondebit firmiter credo, ſicque penetrat fides ruſtica, quod non pe-
netrat naturalis viſus Angeli.

291 Idem, perpendens quod poſtque Sponſa in cellam vinariam fuerit introducta, de ea
ſubdit Sponſus. *Adiuro vos Hieruſalem ne ſuſcitetis, &c.* ait, quid expectari poterat niſi ſom-
nus de quo Propheta in Pſ. 4. in pace in idipſum dormiam, & requieſcam? ò in pace, ò in
idipſum, ò dulciſſimum ſoporem.

292 D. Tho-

opuſc. 58. cap.21. de Euch. 292 D. Thomas exponens illud Eccl. 49. *Memoria Ioſiæ, &c.* inquit, Ioſias, qui interpretatur fortitudo Domini, ſignificat Chriſtum, dicit Gloſſ. memoria Chriſti, ideſt Sacramentum Corporis eius, quod in memoriam ſui iuſſit conſecrari opus eſt odoriferum veri pigmentarij, ideſt Spiritus Sancti, qui illud compoſuit de precioſiſſimis ſpeciebus ſcilicet de carne Virginali, & ſapientia Dei, hic quaſi mel in ore cordis indulcatur ſi virtus eius in ſalutem humani generis piè cogitatur.

de Sacrã. Altar. c.6 293 Idem inquit, ad conſeruationem autem ſanitatis animæ, & incorruptionis bonæ vitæ, valet cibus iſte, Cant. 1. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, ſicut enim myrrha incorrupta ſeruat corpora, ſic Corpus Domini, piè ſumptum corda.

opuſc. 58. cap.1. 294 Idem. Comede fili mel, quod bonum eſt, mel inquit, eſt Corpus Chriſti dulce ſignificat, hoc bonum eſt, quia tenebras mentis illuminat.

ibid. c.6. 295 Idem. Panis Cœleſtis in ſimilitudinem pruinæ, roriſque apparebat, quia Corpus Domini à feruore prauæ concupiſcentiæ refrigerat.

ibidem ſer. 30. 296 Idem exponens illud Cant. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, &c.* ait. Cella vinaria eſt Eccleſia, vbi propinatur calidum vinum Sanguinis Chriſti ad accendendum corda dilectione Dei, & proximi.

in Catena cap. 6. Io. 297 Idem inquit. Litigabant ergo Iudæi, quia panem concordiæ, non intelligebant, adinuicem litigabant, qui autem manducant talem panem, non litigant ad inuicem, ſed per hunc Deus facit vnanimes in domo.

opuſc. 58. cap. 26. 298 Idem ait. Habet Corpus Domini triplicem effectum, operatur enim, morum honeſtatem cordis ſuauitatem, proximi pietatem.

299 Victor Antioch. ſuper illud Marc. 14. *Vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.* Iudas tamen ſi diuinorum particeps effectus fuit, ſemper ſimilis manſit, hoc eſt tremendæ illius menſæ refectus cibo, nihil prorſus mutatus, aut emendatus eſt.

Chorda 7. cap. 40. 300 Vigerius conſiderans rubum Moyſis Exod. 3. ait. Hic eſt verè rubus, quem viderat Moyſes ardere, neque comburi, ardet namque caro, Sanguis, & Anima Chriſti, ardet totus Chriſtus charitate, ardet maieſtate, ardet Deitatis potentia, neque comburuntur in illo hęc, ſed integra manent.

In Clem. de reliq. & venerat. SS. 301 Vrbanus IV. perpendens damna orta à commextione Pomi prohibiti, reſarciri vult per Euchariſtiam, & ait. Illius eſus meruit lęſionem, huius guſtus intulit ſanitatem, guſtus ſauciauit guſtus ſanauit.

MANTISSA
AD DIVINISSIMAM
Euchariſtiam.

QVoties Regium Prophetam de Aeterno Dei Verbo in terris viſo, & cum hominibus conuerſatio loquentem contemplor, clarè conſpicio Deum ipſum, per os eius de ſe loqui, mirabilia opera ſua in terris enarrare, ſed attendite inter alia opera, quid nam explicet diuiniſſimum certè opus Euchariſtiam, *paraſti*, inquit, *in dulcedine tua pauperi Deus*. Pſal. 67. Deum ipſum ſpecialiter operantem inducit, dùm ipſum paraſſe conſtanter docet, pauperi, non diuiti paraſſe ait, quid parauerit, non exprimit, ſilet, modum explicat, dicens. *In dulcedine*, ecce quomodo myſterijs refertiſſima ſunt verba hæc Dei loquentis per os Dauidis Regis; explicat illa Deus ipſe per ora aliorum Prophetarum, ſiluit Dauid, & ſilentio expreſſit reuerentiam, quæ debetur tanto Sacramento; magnitudinem etiam, excellentiam, celſitudinem tanti myſterij, quam pertingere naturæ viribus, homini impoſſibile erat; perquirebat itaque Iſaias cap. 63. vbi nam diuina viſcera inuenire potuiſſet dicens. *Vbi eſt multitudo viſcerum tuorum*, ſed, ò Propheta perge quæſo ad hoc diuiniſſimum Sacramentum; nam hic eſt multitudo viſcerum Dei, quia Chriſtus hoc Sacramentum inſtituens, ſe euiſcerauit: audite Regium Prophetam Pſal. 110. dicentem. *Miſericors, & miſerator Dominus eſcam dedit timentibus ſe*, quod Textus Hebræus legit. *Euiſcerans ſe Dominus eſcam dedit timentibus ſe*.

Admiranda fuit quidem ciſrarum inuentio, quibus ita amico tuo ſcribes, vt à nemine legi

poſſit

poſſit Epiſtola niſi ab amico contra cifram habente. Deus in veteri lege ſcribebat quidem, ſed res non magni momenti, & talibus characteribus, quod omnes legere potuiſſent, hinc dixit Iſaiæ cap. 8. *Scribe ſtylo hominis, ſcilicet ſcribes abſque cifris, at in nouo teſtamento, quia myſteria magni momenti, & quæ multum referebant ſcribere debebat; ideò cifris vti neceſſè iudicauit*, vnde dixit Iſaias cap. 10. *Faciet Dominus abbreuiationem*, ideſt cifram admirandam, quem locum Iſaiæ explicans D. Paulus ait. *Verbum abbreuiatum faciet Dominus*, quaſi diceret, admirandam ſcripturam Deus facere voluit, ſed cifris, & abbreuiatione, conſiderate quæſo breuiationem illam in altiſſimo Incarnationis Myſterio, *nam quem Cęli capere non poterant, tuo gremio contuliſti*, at in hoc diuiniſſimo Sacramento, cifram ſupra cifram addit, cum ſub illis paruulis ſpeciebus, panis ſcilicet, & vini, & altiſſimum Incarnationis Myſterium, & omnia ferè diuina Myſteria, & Sacramenta continentur.

Nobilis quidem cifræ inuentio fuit ſcribere in charta alba, ita vt, qui illam intuetur, non characteres, neque literas, ſed tantum albedinem videat, ſed cum Epiſtola ſic ſcripta ad manus amici peruenerit, quia contra cifram habet, quæ ſtat in hoc, quod charta illa igni appropinquet, & illicò characteres apparent omnes, quaſi tunc impreſſæ fuiſſent, vnde hoc? quia Epiſtola illa mali maſſilici ſucco fuit ſcripta, talem habens proprietatem, quod niſi charta illa ſic ſcripta igni appropinquemus, nequaquam legi poteſt; huiuſmodi cifra Deus viſus eſt in hoc diuiniſſimo Sacramento, vt more, & modo noſtro concipiamus admirabilia Dei opera excedentia captum cuiuſque creaturæ; dicito mihi quæſo, quid in illis Sacramentalibus ſpeciebus niſi albedinem cernis? non characteres, non literas, ſed tantum illorum accidentium candorem intueris, & tamen ſi anima diuini amoris ignem in ſuo pectore nutriens, horum accidentium candorem huic igni inhærebit, illicò diuinas amatorias literas, & altiſſima myſteria diuina, quaſi manu conſcripta perſpiciet.

Hugo Card. conſiderans verba illa Apocal. cap. 2. *Vincenti dabo calculum candidum*. Diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum per illum intelligit, vultis ne videre cifram? legite in Textu, quæ ſubduntur, *& in calculo nomen nouum*, at ſi calculus candidus eſt, quomodo ergo ſcriptus? & ſi ſcriptus quomodo candidus? vnde hoc? nimirum, quia cifra eſt, & vt meliùs hoc intelligere valeatis, legite quæſo verba Textus, quæ ſubſequuntur, & ſunt iſta. *Quod nemo intelligit, niſi qui accipit*. Cum Chriſtus Diuiniſſimæ Euchariſtiæ Sacramenti doctrinam doceret Hebræos, ipſorum multi ſcandalo repleti dixerunt, *durus eſt hic ſermo*, obſcura ſcilicet, & implexa eſt hæc cifra, & eam percipere minimè valuerunt, vnde hoc? quia contra cifra fidei carebant, hanc cifram, non intellexit Neſtorius Hæreticus dicens, Chriſtum in hoc Sacramento, humana tantum natura, & non etiam diuina contineri. Ecolampadius Hæreticus, non intellexit hanc cifram, dùm veram, & realem Chriſti præſentiam in hoc Sacramento negat. Caluinus Hæreticus hanc cifram, non intellexit, dùm in hoc Sacramento non recipi verè Chriſtum, niſi per fidem affirmat, quare ergo hi Hæretici hanc diuinam cifram, non intellexerunt? quia fidei contra cifram, non habebant.

Volens Deus Iſaiæ labia purificare, miſit Seraphim, qui forcipe de Altari accenſum carbonem caperet, vt eo Prophetæ labia purificarentur. D. Baſilius ait, hunc carbonem eſſe diuiniſſimam Euchariſtiam, vbi animaduertendum eſt, Seraphim eſſe eum, qui carbonem hunc capit, vt edoceremur Seraphim diuino amore accenſum debere eſſe Sacerdotem, vt aliquo modò dignus tanti Sacramenti poſſit eſſe miniſter; præterea notanter dicit ſacra Scriptura, quod Seraphim, non manu, ſed forcipe carbonem tulit, non ſolùm, vt quanta reuerentia Sacerdotes hunc diuinum carbonem tangere deberent, indicaret, ſed etiam, vt nonniſi Paſſionis memoria ad eum accedere auderemus, fit enim forceps, ex duobus ferris ad modum Crucis, quod idem Chriſtus docuit dicens. *Hæc quotieſcumque feceritis in mei memoriam facietis*, & Diuus Paulus ait. *Quoties manducabitis Panem hunc, vel Calicem bibetis in mei memoriam facietis*, & Eccleſia de hoc Sacramento canit, *Recolitur memoria Paſſionis eius*.

Qui manducat viuet in æternum. Sicut Beati in Paradiſo facie ad faciem increato illo, & immenſo bono perfruentur, beatam, & perennem vitam ducentes, ita diuiniſſimam Euchariſtiam ſumentes ferè eamdem gratiam, beneficia, & fauorem in præſenti vita potiuntur.

D. Auguſt. ponderans verba illa Eccleſiæ. *Panem Angelorum manducauit homo*, perquirit quomodo cibus ille, quo veſcuntur Angeli in Patria poſſit eſſe viatorum Panis in terra, & poſt longam diſcuſſionem concludit tandem dicens. *Oportuit vt menſa illa Angelorum lacteſceret, & ſic ad homines perueniret*, admiranda quidem ſententia, quæ nequit intelligi, niſi hac ſimilitudine; erit aliquis vir nobilis, qui nutricem habebit, cui ſuum paruulum infantem alendi, & lactandi curæ erit; peto modo ab eo, quomodo nutrici illi de cibis prouidere inui-

gilabit? equidem reſpondebit mihi, quod ſemper meliores, & pretioſiores cibi, qui inueniri poterunt illius nutricis erunt, quare hoc? quia eodem cibo alitur infans, quem nutrix comedet, licèt aliter, nam nutrix in ſuamet ſubſtantia, talis enim cibus calori ſtomaci eius erit accommodatus, at infantis paruo calori in lacte conuerſus, & hoc innuere voluit Auguſt. dicens. *Oportuit, vt menſa illa Angelorum lacteſceret, & ſic ad homines perueniret.* Quaſi diceret, idem cibus eſt Angelorum, ac viatorum, licèt aliter, nam Angeli tamquam fortiorem, & robuſtiorem ſtomachum habentes in propria ſubſtantia veſcuntur, illo diuinæ eſſentiæ cibo, nos verò, tamq; infantes, & imbecilliores, veſcimur eodem cibo, at ſub ſpeciebus Panis, & Vini, & ne hoc inauditum videatur attendite, quomodo Chriſtus Luc. 22. loquens de beata gloria, eadem vſus eſt Metaphora dicens. *Ego diſpono vobis Regnum, vt edatis, & bibatis*, at nos in terra, eodem diuinitatis veſcimur cibo, licèt abdito, primò, ſub humanitate, ſecundò, ſub ſpeciebus Panis, & Vini; qui cibus, tranſubſtantiato Pane in Corpus Chriſti, & Vino in Sanguinem ſub lactis metaphora nobis à diuina Scriptura exponitur; tamquam aptior cibus nobis infantibus, audi D. Petrum Apoſtolum dicentem. *Quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite*, & D. Aug. in Pſal. 119. *Quomodo cibum Mater comedit, vt per carnem traijciat ad infantem lactentem lac factum, ſic cibus Angelorum Dominus Verbum caro factum eſt, factus etiam eſt lac.* Hoc innuere voluit Celeſtis Sponſa dicens Cant. *Bibite vinum cum lacte meo*, nam quid vinum cum lacte? lac eſt cibus tenerum infantium vinum vero eſt robuſtiorum, & ſtrenuorum virorum potus, itaque de hoc Sacramento loquebatur Sponſa, & dicere volebat, diuiniſſimam Euchariſtiam eſſe vinum, & lac; eſt vinum quia Angelorum cibus eſt, eſt lac, quia cibus eſt hominum; lac quia teneros infantes alit, eſt vinum confirmans, & confortans vires, eſt lac, in quo ſumma dulcedo delibatur, eſt vinum, in quo magna fortitudo acquiritur, eo enim anima roboratur.

Refert Saluſtius, quod impius ſceleratus ille Cathelina ſuæ Patriæ Romæ proditor, vt ſuos milites ad bellum fortiores redderet, & ſtrenuè dimicarent, præcepit, vt vnuſquiſque eorum humanum ſanguinem, quem in patera inſtruxerat biberet, putans temerarius Cathelina, quod ex tali contemni poculo, magis ſtrenui milites redderentur ad bellum, at nobilior, & magis ingenioſa fuit inuentio illa noſtri magni Ducis Chriſti, qui, vt nos contra Diabolum, mundum, & carnem armaret, mandat, vt omnes in eadem patera bibamus, non irrationabilium Sanguinem, ſed immaculati Agni Chriſti. *Communione Calicis, quo Deus ipſe ſumitur.*

Florus Hyſtoricus lib. 3. cap. 8. refert apud Inſolarum Balearum habitatores, talem fuiſſe conſuetudinem, vt eſurientibus filijs à matribus ientaculum, in ſublimi trabe proponeretur, quod illi contingere, non poterant, niſi priùs funda deijciſſent illud, & ſic fami prouidebant, vnde fames, & eo ientaculo perfruendi auiditas in fundæ iaculatione peritiſſimos faciebat infantes; ita Sancta Mater Eccleſia veluti amantiſſima Mater, cupiens filios ſuos in ſpiritualibus bonis proficere, diuiniſſimum ientaculum Corporis ſcilicet, & Sanguinis ſuis Celeſtis Sponſi inſtruit, & in iàm ſublimi collocat, vbi nulli intellectui naturalibus viribus peruenire liceat, & in eo ipſo facto fideles filios ſuos ſic alloquitur, nemo ſe poſſe credat, ò filij eo Celeſti Pane perfrui, niſi ignitas orationum ſagittas iaculabitur, nam precibus Deus ſe inclinat, & animabus noſtris ſe coniungit, hoc ipſum per Oſeam 11. Deus teſtatur. *Declinaui ad eum*, inquit, *vt veſceretur*, quem locum Ioannes Euangeliſta ad literã de diuiniſſima Euchariſtia exponit dicens in perſona Chriſti. *Caro mea verè eſt cibus*, & animaduertendum eſt Deum per Prophetam dixiſſe. *Declinaui*, ſignificat enim de ſublimi loco ad ima deſcendiſſe, ſed quomodo deducitur Deus? precibus, & orationibus; hinc per Regium Prophetam dicebat. *Aperi os tuum, & implebo illud*, eſt enim modus loquendi ſcripturæ; nam os aperire, eſt orare; vnde Eccl. 39. *aperiet os ſuum in oratione*, quaſi diceret, niſi ergo oraueris celeſti, & diuina ambrotia Euchariſtiæ ſcilicet non repleberis.

Refert Hellanus apud quoſdam populos in India, qui vocantur Praſij, mane pluere ſolere quoddam manna, valdè dulce; quo, cum illarum regionum herbæ implerentur, & paſtores ducerent oues ad earum herbarum pabulum, hinc fit, vt talium ouium lac, ita ſit ſuaue, vt non ſolùm lactis dulcedinem ſapiat, ſed etiam mellis; ſimili manna paſcimur à Chriſto, quod eſt diuiniſſima Euchariſtia, ita vt de comedentibus eam, verè dicere poſſimus, *mel, & lac ſub lingua eorum.*

Cum Iacob filium ſuum Ioſeph præ cunctis filijs diligeret, vt talem effectum oſtenderet, antequam obiret, vocauit eum ad ſe dicens ei. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, &c.* inquiunt Rabini hanc partem fuiſſe quemdam fontem, qui vocabatur fons ſolis, quem Iacob oratione acquiſiuit; nam Textus Chaldæus legit. *Quàm acquiſiui in oratione, & deprecatione,*

ſed quis

Digitized by Google

ſed quis eſt hic fons ſolis, niſi diuiniſſima Euchariſtia, de qua dicitur. *Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen?* ſed quibus armis fons hic Euchariſticus acquiritur niſi precibus, & orationibus? hinc vbi legimus. *Panem Angelorum manducauit homo*, Textus Hebræus habet, *Panem fortium*, legimus in Canticis Canticorum. *Introduxit me Rex in cellam vinariam*, quod alia lectio habet, *in cellam amorum*, & de Sanctiſſima Euchariſtia intelligitur, quæ omnium Chriſti amorum compendium eſt, hinc videtur teſtari Ioannes Euangeliſta dùm ait, *in finem dilexit eos*, in quæ verba Chryſoſt. *Nihil omiſit ait, quod vehementer amantem deceret, maiora in finem reſeruans*, vnde quod Sponſa ait. *Introduxit me Rex in cellam vinariam*, Septuaginta legunt, *in domum vini*; & Theodoretus, *in domum panis*; illius ſcilicet panis, qui in Chriſti Corpus tranſubſtantiatur, & Origenes legit hom.7. *in cellam ſapientiæ* illius ſcilicet ſapientiæ, quæ ædificauit domum ſuam, miſcuit vinum, & poſuit menſam, & D. Aug. hoc Sacramentum vocauit. *Triumphum Amoris*, & Ambroſio. *Triumphum Charitatis*.

Dionyſ. Areopag. explicans ſupracitata Ioannis Euangeliſtæ verba, *in finem dilexit eos*, verbum illud, *in finem*, ait, *ad ſummum*, Diuus Chryſoſt. *Ad finem vſque dilexit eos*. Quaſi diceret plùs vltra in ſuo amore Deus progredi non poteſt, vnde D. Auguſt. exclamauit, & dixit. *Audeo dicere, cum omnipotens ſit plùs dare, non potuit, cum ſapientiſſimus ſit, plùs dare neſciuit, cum ditiſſimus ſit, plùs dare, non habuit*. In cuius figura dixit Iſaac alloquens filium ſuum Eſaù. *Frumento, & vino ſtabiliui eum, & tibi fili mi, vltra quid faciam.*

Omnia in ſapientia condita à Deo fuiſſe ſacra Scriptura è Spiritu Sancto edocta explicare aptis notis, ſeù verbis volens ait. *Omnia fecit Deus in pondere, numero, & menſura*, at cum agitur de Amore, quem Deus oſtendit in hoc diuiniſſimo Sacramento, nullus eſt numerus, nec pondus, nec menſura, miracula in numero fuerunt, tot mortuis vitam reddidit, tot cæcis lumen reſtituit, tot infirmos ſanauit, tot à Diabolo oppreſſos liberauit; ieiunia fuerunt in numero, ieiunauit, tot diebus, totidemque noctibus, ſimiliter flagella, ſpinæ, claui, & reliqua tormenta fuerunt in numero, ſcilicet tot flagella, tot ſpinas, tot clauos, tormenta ſuſtinuit, at cum agitur de amore, quem in hoc diuiniſſimo Sacramento oſtendit, nullus eſt numerus, nec pondus, nec menſura, in finem dilexit, ait Ioannes, ideſt nulla ſeruata meta. Videtur accidiſſe Euangeliſtæ Ioanni, veluti accidit celeberrimo Pictori Timanti, qui cum rogatus fuiſſet, vt pulchræ Iphigeniæ Regis Agamennonis ſacrificium pingeret, depinxit mira arte contignationem, ornans eam pretioſis tapetis, depinxit Altare aureis candelabris, ardentibuſque facibus condecoratum, depinxit aſtantes, & ſpectatores, omnes triſtes, & conlacrymantes, depinxit carnificem enſem in manu tenentem ad cuius pedes, proſtratam Iphigeniam ſemimortuam depinxit, cum autem Pictor triſtem Agamennonem Iphigeniæ Patrem, & maximo dolore affectum, qui ante proprios oculos morientem filiam intuebatur, depingere voluiſſet, hac mira inuentione, & arte vſus eſt, in patre ita triſti, ac planè vehementiſſimo dolore affecto vultum velo coopertum depinxit. Ita ferè Euangeliſtæ Ioanni accidit, qui non veluti pictor, ſed vt accuratiſſimus ſcriptor, mirabilia opera æterni Dei Verbi Incarnati deſcribere volens, quamplurima eorum diſtinctiſſimè ſuis quaſi coloribus expreſſit. Incipiens ab æterna ipſius diuini Verbi generatione ait. *In principio erat Verbum, &c.* deinde in tempore admirabilem hypoſtaticam vnionem, paulò infra ait, *& Verbum caro factum, &c.* eadem ratione varia enarrauit miracula, aliaque mirabilia opera, ſed eximium eius amorem erga ſuos electos miro artificio, nec ſine myſterio, quaſi velo cooperuit, & ſic mirum in modum enucleatiſſimè illum explicauit, dicens. *Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*, veriſſimæ ſunt expoſitiones Euthy- hom.69.
mij in hæc verba, & Chryſoſt. ſic exponentium dicta verba, *in finem dilexit eos*, in finem, ideſt vehementer. *Nihil enim omiſit Chriſtus Dominus quod vehementer Amantem deceret*, veriſſima eſt expoſitio Cyrilli licèt aliter exponentis, *in finem, quia mortem ſubire propter eos, non prætermiſit*, veriſsimus eſt ſenſus literæ, *in finem*, ideſt, *quos antea amauit, etiam vſque ad mortem ipſam amore non deſtitit, imò argumenta maiora dilectionis erga ſuos demonſtrauit*. Sed non eſt ſpernenda imò amplectenda noſtra expoſitio, quod dicens Euangeliſta, *in finem dilexit eos*, velo quaſi cooperuit, eximium diuinum amorem, non dixit in fine, ſed in finem, ideſt vſque in finem, vt amoris eius, non ſolum admirabilis magnitudo, ſed etiam perpetuitas in tanto Sacramento oſtenderetur abſque termino, abſque limitatione intenſiſsimus, fuit eius Amor. Ingratitudo hominis inter cæteras omnes creaturas ingratiſſimi non extinxit flammam eius, imò *liceat more noſtro ſic loqui*, creuit maximè, idque clariſſimè demonſtrauit multis, & miris modis, ſed duobus præ cæteris, primò Auguſtiſſimum, Diuiniſſimum Sacramentum Euchariſtiæ inſtituens, quod contemplatus ſimulque teſtatus eſt Apoſtolus his verbis. *Dominus Ieſus in* I.Cor.II.
qua nocte tradebatur accepit panem, &c. ſecundò, ſcribens ad Rom. cap. 15. dùm Chriſtum

Dominum prædicauit mortuum pro nobis, cum ad huc peccatores eſſemus, hoc ipſum certè credendum eſt, quod innuere voluit Sponſa in Canticis dicens. *Botrus Cypri dilectus meus mihi*, quod Textus Hebræus legit. *Racemus camphoræ dilectus meus mihi*, de camphora dicunt naturales, quod ſi accenſa ponatur in aqua, eò ampliùs accenditur, & quanto magis creſcunt aquæ, eò magis creſcunt flammæ, ita quanto magis noſtrarum ingratitudinum aquæ creſcebant, eò magis Chriſti amoris flamma creſcebat; mecum quæſo conſiderate, dum Iudas Chriſto necem machinabatur, Chriſtus Iudæ pedes lauabat, dùm Iudas oſculo Chriſti proditor erat, Chriſtus Iudam amicum appellabat. *Amice ad quid veniſti*, dùm Malcus vnus ex ſatellitibus violentas manus in Chriſtum injiciebat, abſciſſam eius auriculam à Petro, ſanam loco ſuo reſtituebat, dùm Apoſtoli Chriſtum derelinquebant, ipſe ſatellitibus præcipiebat ne illos tangerent; *Si me quæritis, ſinite hos abire*, dùm crucifixores clauis Chriſti manus, & pedes perfodiebant, ipſe patrem pro eis rogabat dicens, *Pater ignoſce illis, &c.* & quid ampliùs? etiam mortuus amore exardeſcebat, dùm enim Longinus lancea Chriſti pectus vulnerauit, aquam, & ſanguinem exire permiſit, & ſic cęco Longino lucem reſtitueret, vnde mirum non eſt ſi in qua nocte tradebatur, hoc inſtituit Sacramentum ſignum ſui infiniti amoris; in finem dilexit eos.

Mementote quæſo, quod de celeberrimo Pictore Protogene narratur in varijs tabulis, & telis, nonnullas egregias, & pulchras imagines depingebat, ipſe ſimulque credebat humiliter de ſe ſentiens eodem tempore ab alijs eiuſdem ætatis pictoribus facilè ſuperari poſſe, vnicuiq; imagini hanc ponebat ſubſcriptionem. *Protogenes pingebat*. In tempore imperfecto, vt imperfectam imaginem denotaret, at cum depinxiſſet cupidinis imaginem, & intuens eam ex omni parte eſſe perfectiſſimam, & quod nullus impoſterum ſuperare potuiſſet, celebri ſubſcriptione, eam condecorare voluit, dicens. *Protogenes pinxit*, in tempore perfecto, vt perfectiſſimam eſſe oſtenderet, nec ab alio ſuperari poſſe, ita ſumma ſapientia in Chriſto, vbi creaturas omnes in ſuas ſpecies diſtinxit, quaſi varijs coloribus depictum vniuerſum orbem oſtendit, ſed vbi ſui infiniti amoris formam prætetulit, ſubſcriptionem addidit dicens, *in finem dilexit*, pulchros Cęlos pingebat, & ecce ſubſcriptio, *quando præparabat Cælos aderam*, formabat Solem, & tot innumera ferè ſydera, dicebatque, *quando æthera firmabat ſurſum*, diuidebat aquas, & ecce ſubſcriptio, *librabat fontes aquarum*, mari fines ponebat, *& legem ponebat aquis*, dicit ſacra Scriptura, & ſic proſequitur ſummi opificis Dei opera, *appendebat*, ait, *fundamenta terræ*, at cum in candidâ tela accidentium panis, Deum amoris depinxit, intuens, quod hæc diuina imago nullatenus ſuperari poterat, & quod hæc cunctis ſuperat imagines, cuius pulchritudo, & magnitudo tanta eſt, vt à nullo intellectu percipi valeat, ſileat propterea, ait, Propheta à facie eius omnis terra, noua etiam ſubſcriptione in tempore perfecto eius perfectionem indicauit, dicens per os Dauidis Regis. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, quando eſcam dedit timentibus ſe*, & per Euangeliſtam Ioannem dicit, *in finem dilexit*, quid hoc? Amor Chriſti, infinitatis ſuæ demonſtrationem facit, dùm tantum Sacramentum inſtituens, ſeipſum in cibum nobis tradere dignatur, hoc admirans Chryſoſt. ait. *Cum amorem ſuum Deus in-*
hom. 45. *dicare vellet per corpus ſuum, ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capi-*
in Io. *te vniretur, hoc enim maximè amantium eſt*. Et D. Laurent. Iuſtinian. clamat. *O ineffabilis dignatio conditoris, ò ſtupor indecibilis charitatis, quis non contremiſcat, quis non cum exultatione miretur, ſub modicis accidentibus Panis, & Vini, fideles Deum, & hominem manducare, & ſumere*, & D. Hieron. admirans tantum amorem, ait. *O ſignum dilectionis inopinabilis, vt idem ſit donum, quod dator*. Totum hoc fit à Chriſto, vt in eo per hoc Sacramentum transformemur, audite
hom. 60. D. Aug. *Accedat, credat, & incorporetur*, & D. Chryſoſt. ait. *Huic nos vnimur, & facti ſumus*
ad popul. *vnum Chriſti Corpus, & vna caro*, vnde Cyrill. Hieroſol. inquit. *Sic etiam efficimur Chriſti feri*.
Antioch. Quam mirabilem inuentionem admirans, D. Laurent. Iuſt. exclamat. *O amor, qui lutum transfiguras in Deum*, & D. Dionyſ. Areopag. ait. *Accedentibus tribuit, vt ex communione diuina ad Dei ſimilitudinem, atque conſortium tranſeant*, & D. Aug. in perſona Chriſti inquit. *Cibus ſum grandium creſce, & manducabis me, nec me mutaueris in te, ſed tu mutaberis in me*, & ſic Chriſtiferi efficimur, vnde Algerus de Corpore, & Sanguine ait. *Igitur Corpus Chriſti ſumus, & Chriſtus ſumus, ita etiam, vt in Altari eodem Sacramento ſignemur, & Chriſtiferi appareamus*, vt accidit D. Catharinæ Senenſi, & alijs Sanctis, hinc Exod. 25. de panibus propoſitionis, qui hoc diuinum Sacramentum figurabant, dicitur. *Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper*, quod Pagninus legit. *Et pones ſuper menſam panem facierum*. Quia vt aſſerit Theophilatus, qui dignè hoc Sacramentum recipiunt Chriſtiferi apparent; vnde pergens Iudas cum miniſtris ad comprehendendum Chriſtum, dedit eis ſignum dicens. *Quem-*

cumque

cumque obſculatus fuero, &c. quare hoc ſigno indiguerunt ſatellites, ſi quotidie proprijs oculis viderant, & audierant eum concionantem in templo, & publicè docentem? reſpondet Chryſoſt. *Quia omnes Apoſtoli habebant facies præſeferentes Chriſtum ex antecedenti communione, & quis eorum eſſet Chriſtus non facilè cognoſci poterat, ideò, quemcumque obſculatus fuero, &c.* hinc Victorius Antiochenus loquens de Iuda, qui indignè Chriſti Corpus ſuſceperat ait. *Iudas tamen, & ſi diuinorum particeps effectus ſuit ſemper, ſimilis manſit, hoc eſt, tremendæ illius menſæ refectus cibo, nihil prorſus mutatus eſt.* Extollitur Hæliæ amor. 4. Reg. 2. erga Hæliſęum, nam antequam ab oculis Diſcipuli raperetur, dixit ei, poſtula à me, quod vis, vt faciam tibi, antequam tollar à te. & aſcendens igneum currum reliquit Diſcipulo Hæliſęo, non ſolùm pallium ſuum, quo Hæliſęus mirabilia operatus eſt, ſed etiam duplicatum ſpiritum: ita myſticus Hælias Chriſtus, vt nobis amorem ſuum oſtenderet, non ſatis iudicanit Cęlum, Solem, Lunam, Stellas, Terram, Herbas, Plantas, Flores, Fructus, Mare, &c. nobis tradere, vt omnia homini inſeruirent; ſed cum ad finem vitæ perueniſſet volens Crucis igneum currum aſcendere, vt ſigna maioris dilectionis oſtenderet, non pallium ſuum, ſed ſe ipſum, ſub ſpeciebus Panis, & Vini nobis relinquere voluit, cum duplici ſpiritu, ideſt reliquit nobis hoc admirabile Sacramentum, in quo duplicem veneramur, & adoramus Chriſti Domini naturam, diuinam ſcilicet, & humanam.

Pſal. 17. dixit Dauid, *Deus meus fortitudo mea,* alia lectio habet, *Deus meus vmbra mea.* Vmbra enim, veluti famula perſonam ſequitur, & quamuis aſpernetur, offendatur, & conculcetur, &c. ipſa magis, ac magis, & aſpernantem, & offendentem, & conculcantem amplectitur, ita Chriſti amor, dum eum peccator abhorret, aſpernatur, & offendit, ſemper maiora amoris inſignia, erga eum ſum impertitur, dum ligant, & flagellant Chriſtum, & ſpinis coronant, & Cruci affigunt, & morti tradunt, tunc, hunc diuiniſſimum cibum eis relinquere cogitat, admirabatur Dauid, & dicebat. *Numquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua?* & quod Dauidi impoſſibile videbatur, nos iam adimpletum videmus, Dauid enim impoſſibile putabat in huius mundi tenebris Dei mirabilia cognoſci poſſe, ſed quæ ſunt Dei mirabilia, niſi Diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, audite ipſumet Dauidem dicentem. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, quando eſcam dedit timentibus ſe,* & Pſalm. 71. *qui facit mirabilia magna ſolus,* & D. Hieron. cap. 8. loquens de hoc Sacramento, ait. *Stupor, ſtupor, mirabilia facta ſunt in terra,* & Pſal. 70. *Tamquam prodigium factus ſum multis,* D. Aug. ait. *Quid hoc Sacramento mirabilius? Chriſtus Deus, & Homo, ſub modicis panis ſpeciebus continetur,* & D. Thom. *Miraculorum ab ipſo factorum maximum,* & D. Clemens Alex. *Stupendum ſuper omnia miraculum.* pſal. 87. pſal. 110.

Dauid contemplans cęleſtia dixit. *Multa feciſti tu Domine mirabilia tua, & cogitationibus tuis, non eſt, qui ſimilis ſit tibi,* & Pſal. 97. *Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit,* ſed quæ maiora mirabilia, & prodigia ijs, quæ videntur in tota vita Chriſti? nam Dei Filius cum ſit Beatorum requies, propter hominis amorem, defeſſum cernimus, qui torrentes egurgitare, & flumina fluitare facit, ſitire videmus, qui vniuerſum orbem ſatiat, fame laborare, & ignis Creatorem algere intuemur, qui nebulis Solem, & viridi amictu terram cooperit, in Cruce nudum pendere, qui Paradiſi gloria electos afficit, flagellatum cernimus, qui vitam omnibus tribuit, ad mortem damnatum inſpicimus, & quæ maiora prodigia, quàm magnitudinem humiliatam, gloriam caliginoſam, lucem tenebricoſam intueri? & quæ maiora prodigia, quàm videre æternitatem breue fieri, infinitum commetiri, bonitatem accuſari, ſapientiam prodi omnipotentiam cędi, innocentiam pati, & vita mori? & tandem cum Chriſtus ad vitæ finem perueniſſet veluti accenſa fax, maius lumen emittit, cum ex hoc mundo diſcedere decreuiſſet, voluit, vt omnia ſua prodigia, & mirabilia in vno ſcilicet in diuiniſsimo Euchariſtiæ Sacramento redacta viderentur, quod D. Laurent. Iuſtin. admirans ait. *O ineffabilis dignatio conditoris, ò ſtupor indecibilis charitatis, quis non contremiſcat? quis non cum exultatione miretur? ſub modicis accidentibus Panis, & Vini fideles Deum, & hominem manducare, & ſumere.* Fuit quidam, qui cupidinem paruulum infantem, magno lapide oneratum, & quaſi oppreſſum depinxit, ita, vt videretur paruulus Atlas, & decliuis, & celeriter gradiebatur, cuius ſubſcriptio, talis erat, *mirabilia amoris,* res quidem ſunt, quæ impoſsibiles videntur, ſed poſsibiles facit amor, ita quod Chriſtus ſeipſum nobis peccatoribus tradat, *ſunt mirabilia amoris.*

Plinius refert inueniri in Armenia quemdam fontem, qui vocatur fons Solis, qui in die lib.2.c.13
modicas, & gelidas aquas continet, at in nocte in magna copia creſcunt aquæ, & ſunt calidæ, & referuent, ita fons Solis eſt Chriſtus in hoc diuiniſsimo Euchariſtiæ Sacramento, ad quem ſi quis curioſitate accedit, ſcrutans quomodo poſsibile fiat, vt ille, quem Cęli capere, non poſſunt, contineatur ſub candidis illis accidentibus, hic ſpirituales dulcedine, quæ in hoc Cęleſti

Pane

Digitized by Google

Pane continetur non deguſtat, ſed gelidus, & omnibus ſpiritualibus conſolationibus vacuus diſcedit: at, qui ad Sacramentum accedit in nocte fidei quæ eſt argumentum, non apparentium, accenditur, & totus inflammatur diuino igne; imò ſi in peccatorum tenebris viuebat, vnde Ioannes dixit. *Dilexerunt potiùs tenebras, quam lucem:* accedens ad hunc fontem Solis, ſtatim tenebræ diſcedunt, & mens illius illuminatur, quia hoc Sacramentum fons luminis eſt, audite Chryſoſt. *Fons luminis eſt Verbum Dei, cum enim plenum ſit lumine, & lumen effundat, fidelium mentes illuminat, ſplendore circumdat*, hunc fontem venturum ſignificare voluit Ioſue 15. cum dixit, tranſitque per aquas, quæ vocantur fons ſolis, & Diuus Aug. ait. *Fons Chriſtus appellatur, quia in eo ſitientia corda, Cæleſtis aquæ gratia irrigantur*, & idem ait: *Quis fons vitæ, & luminis, niſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui fons, & lumen eſt, fons quia ſatiat ſitientes, lumen quia illuminat cęcos?* & Ambr. ait. *Omnia igitur in Chriſto habemus, ſi cibum quæris, alimentum eſt, ſi vulnus habes, medicus eſt, ſi tenebras, fugis, lux eſt, ſi febribus æſtuas, fons eſt.*

(Margin: tract. 3. in Ioan. — ſup. pſ. 35. — l. 6. exam.)

Fons ille in Epyro, vt ſcribit Diuus Aug. Mirus fuit, quia ſi accenſæ faces in eo ponebantur, ſtatim extinguebantur, & extinctæ accendebantur, ita anima pia, quæ flammarum concupiſcentiæ, & tentationum fornacem habeat, ſi accedat ad hunc fontem Sanctiſſimi Sacramenti, ſtatim extinguuntur, & ſi in ea extinctus ſit ignis diuini amoris, illicò accenditur, imò, ſi veluti cęca in noctis peccatorum tenebris incedat, ſtatim lumine afficitur.

(Margin: lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 5.)

Si mirus fuit fons ille Macedonię, ad quem ſi nigræ oues accedebant illicò candidæ euadebant, nigra eſt anima propter culpam, vnde Hierem. *Denigrata facies tuas, &c.* at ſi accedet ad hunc Diuiniſſimum Euchariſtiæ Fontem, ſtatim candida euadet, de hoc fonte loquens Diuus Auguſt. ait. *Bonus fons, qui nos de huius vitæ refrigerauit incendio, & inundatione ſua ariditatem noſtri pectoris ſuperauit*; & D. Laurent. Iuſtin. inquit. *Da Domine, vt anima mea te ſemper ſitiat fontem vitæ, fontem aquæ viuæ, fontem ſcientiæ, fontem ſapientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, & vbertatis domus Dei, ò bone Ieſu fons omnis gratiæ, & pulchritudinis, ignoſce mihi miſero, quod tàm serò te amaui, tàm tardè te cognoui.*

(Margin: c. 4. Thren.)

Greg. Nazian. ait. *Et purus fons eſt Pater, & genita lux Filius Verbum Patris*, & Dionyſius Areopag. vocat eſſentiam diuinam. *Fontaneam quamdam Deitatem.*

Sicut Iſaac ad contactum non cognouit Filium ſuum Iacob, quia erat inductus veſtibus Eſaù, ſed tantum ad vocem, ex auditu cognouit eum, vnde dixit. *Vox quidem, vox Iacob eſt*, ita, & hoc Diuiniſſimum Sacramentum ex auditu, ideſt, fide, aptè cognoſcitur, & tunc præſertim cum viua fides eſt coniuncta, ſcilicet; cum operibus ab habitu ſupranaturaliter infuſo charitatis præcedentibus, ſine quibus mortua eſt, audi D. Bernard. *Sacramentum Dei altiſſimi ſuſcipiendum eſt, non diſcutiendum, venerendum, non indiſcutiendum, fide ſortitum, non innatum, traditione ſanctum, non ratione inuentum*; & D. Thom. loquens, quod Chriſtus receperit ſuum Sacratiſſimum Corpus Sacramentatum ait. *Quamuis autem Chriſto gratia non fuit augmentata ex ſuſceptione huius Sacramenti, habuit tamen quamdam ſpiritualem dulcedinem.*

(Margin: in quadam epiſt. — 3. p. q. 81. art. 1.)

Chriſtus antequam pateretur inſtituit hoc Sacramentum, cur hoc? quia Aeternus Pater antequam nos aliquod gratum ei exhibeamus vult nos pręmio afficere, & quia gratiſſima ei erat, *ita poſcente infinita eius miſericordia*; hominis reconciliatio, quæ conuenientiſsimè fieri debebat per Chriſti mortem: ita etiam poſcente in Chriſto infinita ipſius ſapientia; ideò veluti ſignum, ſimulque pręmium factæ reconciliationis diuiniſsimum inſtituit Sacramentum, de qua inſtitutione loquens Euangeliſta Matth. ait. *Accepit Ieſus Panem, &c.* in quæ verba D. Paſchaſius quærit à quo Chriſtus acceperit Panem hunc, cuius verba ſunt hæc. *Veruntamen à multis quæritur, à quo accepit Ieſus Panem, & hunc Calicem, quia dicitur accepiſſe?* & reſpondet, *à Deo Patre, à quo habet omnia, quæ ante accepit.* Pater poſuit in manu Chriſti Panem, vt conſecraretur, quod probatur ex 6. Ioannis vbi dicitur. *Non Moyſes dedit vobis Panem, ſed Pater meus dat vobis Panem de Cælo verum*, quia Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, per filij propitiationem ante labores pręmia tribuit; audi Dauid. *Dominus pars hæreditatis meæ, & Calicis mei*, non ait priùs Calicis mei, ſed priùs dicit, hæreditatis meæ.

(Margin: Pſal. 15.)

Dicunt naturales auium Sanguinem habere proprietatem; quod ſi aues rapaces eum biberint, omnem foras mittunt timorem, & audaces euadunt ad prædam; ita dicere poſſumus de Sancto illo Ioſeph Abarimatthia, qui antea timens latebat, nec audebat palam fateri, ſe Chriſti Diſcipulum eſſe, at diuini Auis, Chriſti ſcilicet Sanguine corroboratus. *Audacter introiuit ad Pilatum, & petijt Corpus Ieſu.* Imperfectus Auctor Pſal. 109. circa illa verba Iſa. 49. vocans ab oriente auem virum voluntatis meæ, &c. ſic ait. *Auis iſta verò in Euchariſtia ſumitur, & ideò Sanguis eius magnam audaciam ſtrenuè ſuam prædam capiendi confert*, & de hoc Sanguine ait D. Auguſt. *Ille Sanguis quem effudiſti Dęmon te vicit, me redemit, denique illum bibo, & veneni tui per-*

(Margin: ſer. 121.)

Digitized by Google

tui perniciem ſaluatus vltra non timeo, & D. Paulinus admirans fortitudinem Mariæ Magdale- epiſt. 4.
næ quomodo confractis peccatorum vinculis intrepida, & magna cum audacia ad Chriſti
pedes currit: ſic ait. *Ipſum viuificum Panem, manibus, & ore præſumpſit, Sanguinem quoque Ca-
licis antequam fieret Calix Sanguinis oſculis ſugentibus prælibauit.*

Ioſeph dùm dominabatur Aegypto veniebant ad eum Aegyptij, vt Panem acciperent, &
cum non haberent pecunias dixit eis Ioſeph. *Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos*; Gen. 47.
ita ſi nos Cæleſtem, & Diuinum Euchariſtiæ Panem deſideramus opus eſt, vt oues noſtras
demus, & offeramus, corpus ſcilicet animale, audite Abbatem Celleſenſem. *Quid dabo, vt ad* de panibus
te veniam, & me reficiam? argentum, & aurum, non eſt mihi; quod autem habeo hoc tibi pro te do, cap. 13.
*quod è palatum apertum, fauces eſurientes, oculos præ inopia languentes, manus patentes, pedes velo-
ces: tandiù paſce, & ſint tua iſta pecora mea.*

Manna illud, de quo ſermo eſt num. 11. lectio vulgata, ait, eſſe ſimile Bdellio, Bdellio, vt
ait Abulenſis. *Eſt lapis, qui vocatur Berillus*. Plinius loquens de Berillis ait. *Cryſtallis ferè ſi-* lib. 2. c. 5.
*miles hi capillamenta habent, ſordeſque aliquo tuendi; quæ ſunt omnium vitia, inde mirè gaudent lon-
gitudine eorum, ſolaſque gemmarum eſſe prædicant, qui auro carere malint.*

Ita vt manna ſub Berilli ſpecie auri, & omnium terrenorum bonorum contemptum ſua-
det, ſic, qui hanc Euchariſtiæ gemmam pretioſam deſiderat neceſſè eſt, vt omnia terrena ſper-
net, de qua forſan loquutus eſt Iſaac Gen. 27. cum dixit. *Ecce odor filij mei, ſicut agri pleni*,
quod nam viridarium eſſet iſtud de quo loquebatur Iſaac? erat ſcilicet ſacrum Chriſti Cor-
pus; in hoc viridario reperitur hæc pretioſa gemma, quam, vt acquiramus neceſſè eſt omnia
noſtra vendi, audite D. Paſchaſ. *In iſto agro Corporis Chriſti theſaurus abſconditus vernat floribus* lib. de Cor
immarceſcibilibus, & redolet ſuauitate odoris, quem, qui inuenit homo, vadit, & vendit omnia quæ por. & San
habet, & emit agrum illum, & D. Cyprian. inquit. *Videm hæc Sacramenta pauperes ſpiritu, &* guin. Dom.
hoc vno contenti ferculo, omnes mundi huius delicias aſpernantur, & poſſidentes ſpiritum, aliquam hu- ſer. de Cœ-
ius mundi poſſidere ſupellectilem dedignantur. na Dom.

Plinius ait, Berillum eſſe quaſi ſimilem chryſtallo, Euchariſtia verò, vt conſtat, fidelibus ex-
ponitur ſub operimento chryſtalli, D. Chryſoſt. inquit. *Hodie proceſſit Panis in veritate, qui* ſer. 4. de
ſicut chryſtallum mittebatur de nubibus Prophetæ, clamat enim Dauid in voce Pſalmi dicens, *qui* Chriſto Do
mittit chryſtallum ſuam, ſicut fruſtra panis. Ex quo habetur Cœleſtem Panem veluti chryſtal- mino reſur
lum nobis tribui, ſed quare ſicut chryſtallum? reſpondet Baezza. *Vt homines vitam habeant,* gente.
& abundantiùs habeant, quia qui manducat hunc panem, viuet in æternum. In eâ parte chryſtalli, tom. 1. lib.
quæ à ſolaribus radijs percutitur, omnis chryſtalli virtus vnitur, ita in hoc Cœleſti Pane, lux 3. cap. 8.
æternæ vitæ, quaſi in limpidiſsimo chryſtallo collecta maiori efficacia ſuam virtutem homi-
nibus communicat, hinc Diuus Ireneus reddens rationem cur Deus humanam aſſumpſerit
carnem, ait. *Verbum caro factum eſt, vt in Carne Domini occurrat paterna lux, & à carne eius ru-* lib. 6. c. 27
tila veniat in nos, & ſic homo deueniat in incorruptelam, circumdatus paterno lumine.

Refert Baezza, nonnullos dicere, quod poſt mundi finem terra noſtra futura erit, vt Para- tom. 1. l. 3
diſus ob florida; & flores immarceſcibiles, & hoc quia olim fuit Chriſti Sanguine irrigata, c. 9. §. 42.
audite D. Anſelmum in elucidat, dicentem. *Terra quæ in gremio ſuo Corpus Domini confouit,
tota erit, vt Paradiſus, & quia Sanctorum Sanguine irrigata odoriferis floribus, roſis, violis immar-
ceſcibiliter erit perpetuò decorata*, vnde Baezza cit. ait. *Quis id audeat negare humanis corporibus,
dùm illa toties de Euchariſtico Sanguine videat rigari.*

Legimus Gen. quod apparuit Abrahæ Dominus in conualle Mambre ſedentium in oſtio
tabernaculi ſui in ipſo feruore diei, cum eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri, ſtantes pro- cap. 18.
pè eum, quos cum vidiſſet cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit
in terra, &c.

Greg. moral. explicans hæc verba. *Abraham*, inquit, *tribus Angelis occurrit, quia vir, &
Dominus domus ſcilicet ſpiritualis intellectus debet in cognitione Trinitatis clauſtra carnis excedere,
& quaſi habitationis infimæ ianuam exire.* Hoc ipſum quis non intelliget de accedente ad San-
ctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum? quod certè, D. Leo, ſenſit, & omnes docuit his verbis: in ſer. Cœ-
Nullus igitur fictus accedat, nullus fuſcato animo audeat proximare myſterijs, ne condamnentur, & næ Dom.
ſententiam mereatur, & quod Iudas ſuſtinuit patiatur.

Euchariſtia in afflictionibus, & perſecutionibus vires confert, vtpotè Typus Paſſionis
Chriſti ob rationem ſacrificij incruenti, hinc in primitiua Eccleſia, vt fideles in Tyranno-
rum perſecutionibus corroborarentur, quotidie Sacramentum Euchariſtiæ ſumebant, quo
antidoto volebat, D. Cyprian. vt fidei profeſſores parati, & hylares eſſent ad effundendum
Sanguinem pro Chriſto, & ſic ait. *Cum ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipientibus eſſe tutela,* lib 1. ep. 2.

ques tutos eſſe contra aduerſarium volumus munimento Dominicæ ſaturitatis armemur, num quomodo doceamus, aut prouocamus eos in confeſſione nominis, Sanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti Sanguinem denegamus? & infra addit. *Idoneus eſſe non poteſt ad martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad prælium, & mens deficit, quàm non recepta Euchariſtia erigit, & accendit.* Volunt Sancti Patres, quod non ſolùm Chriſtus per diuinam Euchariſtiam ingreditur in animas fidelium per gratiam, & dona ſuæ diuinæ præſentiæ; ſed etiam quodammodo vnitur noſtro

lib. 4. c. 14 in Ioan. – in ſer. de Cena Dom.

corpori, infirmans, & proſternens concupiſcentiæ carnis vires, audite D. Cyprian. *Sedat cum in nobis manet Chriſtus ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit,* & D. Bern. ait. *Duo illud Sacramentum operatur in nobis, vt videlicet, & ſenſum minuat in minimis, & in grauibus peccatis tollat omninò conſenſum, ſi quis veſtrum, non tam ſæpè modò tàm acerbos ſentiat iracundiæ motus inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiuſmodi gratias agat Corpori, & Sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo,* & D. Chryſoſt. ait. *Proptereà Dominus in Euchariſtia ſemetipſum nobis immiſcuit, & corpus ſuum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur, tamquam corpus capiti coaptatum, ardenter enim amantium hoc eſt tamquam Leones igitur ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus, facti Diabolo terribiles.* Dionyſ. Areopag. ait. *Vult Chriſtus Dominus, vt nos illi, tamquam membra corpori congruamus, & per vitæ ſinceræ, ac diuinæ ſimilitudinem compaginemur: ne corrumpentibus mortificati vitijs, ad diuina, & Sanctiſſima membra incongrui efficiamur.*

hom. 61. ad pop. Ant.

li. de Eccl. Hyerar. cap. 3.

tom. 1. de Emin. Dei pare c. 7. queſt. 40. ſupsr pſ. 21

Pater Nouatus, D. Ambr. ſequutus eique innixus, docet Beatam Virginem concurriſſe ad inſtitutionem huius Sacramenti, ſcribens enim D. Ambr. ait. *Maria manna dixerim, quia eſt ſubtilis, & ſplendida, ſuauis, & Virgo, quæ velut cælitus veniens, cunctis Eccleſiarum populis, cibum dulciorem melle defluxit,* quod licèt de Aeterni Verbi Incarnatione opera Sancti Spiritus in Vtero Virginis de puriſſimis eius Sanguinibus, credendum eſt, Ambroſium crediſſe, piè credendum eſt item eamdem ſententiam de Sanctiſsimi Sacramenti Euchariſtiæ, (quo veluti Cœleſti Cibo veſcimur) inſtitutione eundem Ambroſ. & ſenſiſſe, & docuiſſe, quærenti autem, qui nam ſe habuerit iſte concurſus Glorioſiſsimæ Virginis Deiparæ in Euchariſtiæ inſtitutione, propter ea, quæ dicta ſunt, reſpondet Nouatus, dicens certè concurrere viſa eſt, cum conſenſit, vt ex ſuis viſceribus Carnem, & Sanguinem Filius Dei aſſumeret; ſimul enim videtur conſenſiſſe, & eadem caro, & Sanguis in Cibum, & potum vſque ad conſumationem ſeculi fidelibus datur, quod Nouatus probat authoritatibus Sanctorum Patruum, quia Beata Virgo, ante Filij Dei Incarnationem, optimè nouerat ſacratum paginarum arcana; vnde D. Aug. ait. *Reuolue Maria profeticam lectionem, neque enim te ſcientia diuinorum poteſt præterire librorum,* & Epiph. orat. de laudibus Virginis. *Erat in ſapientia, & intelligentia, ſuper omnes illius ſeculi adoleſcentulas, cunctis admirationi,* & Orig. *Habebat Maria legis ſcientiam, & erat Sancta, & Prophetarum vaticinia quotidiana cogitatione cognouerat,* & Andreas Cretenſis. *Conſentaneum eſt, vtpotè nobilem, & Dauidis filiam, diuinarum ſcripturarum non fuiſſe ignaram:* Gerſon etiam ſuper Magnificat. *Maria,* inquit, *dùm ſtans, vel orans in templo, aſpiebat, credebat, & intelligebat omnes oblationes, victimas, & holocauſta, ſacrificia inſuper matutina, & veſpertina; manducans implebatur bonis huius benedicti Sacramenti; etiam ante conceptum benedicti fructus ventris ſui,* & poſtea ſubdit, *Maria ſicut intellexit Filium ſuum fuiſſe Agnum, qui occiſus eſt ab origine mundi,* prout Ioan. Apoc. loquitur, *ſic recolens ſacrificium Abel, & eius martyrium fruebatur Chriſto Agno, qui fuit figuraliter occiſus in eo, primitiæ martyrum, & Virginitatis conſecrator.*

ſer. 9. de temp. hom. 6. in Luc. in orat. de Annunc. tract. 9. partit. 1.

Tot, ac tantis auctoritatibus innixus noſter Nouatus ait. *Si ergo Beata Virgo, ante Verbi Incarnationem optimè verſata erat in intelligendis ſacris oraculis, conſequenter ſciebat Sacramentum Euchariſticum à venturo Meſsia inſtituendum, præfiguratum eſſe in multis, & præcipuè in Agno Paſchali, in Pane præpoſitionis, in Pane ſubcineritio, in Manna, quod ad populum Iſraeliticum enutriendum è Cœlo demiſſum fuerat, ergo hoc ipſo quod Beata Virgo conſenſit, vt in ſuis viſceribus Verbum Incarnaretur, ſimul conſenſit inſtitutioni futuræ Euchariſtici Sacramenti.*

to. 1. ſer. 61

Et eo magis, quia caro Chriſti, quæ reperitur in hoc Sacramento, eſt caro Mariæ, vt adnotat Diuus Bernardinus Senenſ. dicens. *Omnis inſtitutio Sacramentorum ad Euchariſtiam ordinatur: quatenus enim per concomitantiam in Chriſti Corpore ſit diuina ſubſtantia, & anima ſola; tamen ſubſtantia panis tranſubſtantiatur in ſolam ſubſtantiam carnis, non in diuinitatem, neque in animam, & vt expreſsius magnificem illam digniſſimam, & Beatiſsimam Carnem, de Virgine glorioſa deciſam, dico quod tanta infinitate nobilitatis eam dignificauit altiſſimus.*

in pſ. 98.

Et Diuus Auguſtinus ait. *De Carne Mariæ, carnem accepit, & ipſam carnem Mariæ nobis manducandam ad ſalutem dedit.*

Ergo omninò credibile videtur (ait Nouatus) *quod ſicut Verbum in aſſumenda carne, quàm in*

cibum

Digitized by Google

cibum fidelibus daturus erat, à Virginis conſenſu pendere voluit; ita ex tunc, ab eodem conſenſu voluerit pendere non ſolùm in aſſumenda, ſed etiam in danda carne in Euchariſticum cibum, & confirmatur, quia Virgo modo peculiari, atque eminenti facta eſt humanæ ſalutis cooperatrix, quando conſenſit dictis Angeli, vt docent Sancti Patres; ergo conueniens videbatur etiam, vt tunc conſentiret inſtitutioni futuræ omnium Sacramentorum.

Diuus Epiphanius, vult, hunc Cœleſtem Panem in Vtero Virginis, amotis igne fuiſſe coctum, & ait. *Aue clibanus intellectualis, qui ignem, & panem vitæ calidum mundo in eſum attulit, de quo Saluator Mundi Chriſtus ait, accipite, & comedite hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum.* Quibus verbis ignem ſcilicet, & panem vitæ ait Nouatus. *Innuitur ardentiſſima charitas B. V. in præbendo nobis hoc Euchariſtico Pane.*

ſumma de laud. Deip.

D. Bern. ait. *Hæc ſunt Euangelica illa ſata farina, quæ pariter fermentantur, vt ſit panis Angelorum, quem manducet homo, cor hominis confirmans, felix Mulier benedicta in mulieribus, in cuius caſtis viſceribus, ſuperueniente igne Sancti Spiritus coctus eſt panis iſte.*

ſer. de Natali.

Et Petrus Damian, ait. *Impar eſt Maria omne humanę lingue preconium, quę de intemeratę carnis ſuę viſceribus, cibum nobis protulit animarum, eum videlicet, qui de ſemetipſo perhibet, ego ſum panis viuus.*

ſer. de Natiu. Virg.

Eſurientes impleuit bonis ait, Maria, & intelligit de eſurientibus cibum Euchariſticum; vnde Eccleſia canit, ò quàm ſuauis eſt Domine Spiritus tuus, qui, vt dulcedinem tuam in filios demonſtrares, eſurientes imples bonis, faſtidioſos diuites dimittis inanes, & Gerſon ſuper Magnificat ait. *Contemplabatur mens Mariæ Sacramentum Euchariſtiæ, tamquam cibum refectionis, ſub ſpecie panis, & vini, vt ſignum ſignato reſponderet, vt ſimilitudo curreret pedibus ſuis, dùm dicitur eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes: contemplabatur in Euchariſtiæ Sacramento Filium ſuum, qui factus eſt cibus hominum, qui ſemper eſt cibus Angelorum: contemplabatur, quod eſurientes, qui ſunt pauperes ſpiritu impleuit bonis per hunc cibum, dùm faſtidioſi diuites dimittuntur inanes; eſurientes ſiquidem impleuit bonis.*

tract. 9. partit. 4.

Sancti Patres færè omnes affirmant, Mariam non interfuiſſe Dominicæ Cœnæ, vbi Euchariſtiæ Sacramentum fuit inſtitutum, & ratio, quæ à nonnullis aſſignatur, eſt, quia ſi Maria Diuiniſſimam Euchariſtiam accepiſſet, cibus ille cęleſtis ingrediens Virginis viſcera, & in eis conquieſcens, dulcoraſſet vtique quodammodo omnes paſſionis dolores, quas paſſura erat in morte Filij ſui. Non adfuit inſtitutioni Euchariſtiæ ait, noſter Nouatus. *Vt tolleretur omnis erroris occaſio, fuiſſent enim fortaſſè, qui illam cum Apoſtolis Sacerdotali dignitate inſignitam opinati fuiſſent, atque adeò poſſe fœminis conferri Sacerdotium, aliqua Eccleſiaſtica officia, & dignitates, quod Eccleſiæ fuiſſet maximè pernicioſum.*

to. 1. c. 17. q. 9.

Sumpſit tamen Beata Virgo diuinam Euchariſtiam per manus Apoſtoli Petri, ſic ait Barradius. *Veriſimile eſt, in eadem domo cum Chriſto Deiparam comediſſe Agnum cum fœminis, & Euchariſtiam Auguſtiſſimam, per Petrum Miſſam ſuſcepiſſe.*

to. 4. lib. 1 cap. 17.

Nec obſtat, quod à nonnullis Sanctis Patribus, præcipuè à Diuo Epiphanio, Sacerdotis nomen Mariæ tribuatur. *Mariam dixerim Cruciformem Sacerdotem pariter, & Altare,* ait Epiphan. quia reſpondet noſter Nouatus. *Ideò Sacerdotis nomine illam nuncupari, quia obtulit Filium ſuum pro victima in redemptionem humani generis;* vnde Gerſon ſuper Magnificat ait. *Maria eodem veſpere quinta Feria maioris hebdomadæ, & ſi non fuit inſignita charactere Sacerdotalis officij, nihilominus, & tunc, & antea, & poſtmodum fuit in regale Sacerdotium, pre ſodalibus ſuis iniuncta, non quidem ad conſecrandum, ſed ad offerendum hanc Hoſtiam puram, plenam, & perfectam in Altare cordis ſui, in quo ſemper ignis ardebat holocauſti, fuit enim rubus ardens incombuſtus.*

ſer. 1. de laud. Sanctę Deip.

tract. 9. partit. 1.

Diuiniſſima Euchariſtia, magis fuit inſtituta pro ſola Virgine, quàm pro reliquis fidelibus ſimul ſumptis, vt videri poteſt apud noſtrum Nouatum tom. 1. cap. 17. quæſt. 10. & Salazarus num. 155. explicans illud Prouerb. 9. *Venite comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis,* ſic ait. *Addo etiam ad ſolatium iſtud capiendum Chriſtum Euchariſtiam conſecraſſe, illud enim mihi exploratum eſt, quod licet Euchariſtiam, (vt tradunt communiter Patres ad illa verba Matth. cap. vlt. egò autem vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſeculi) ideò Chriſtus inſtituerit, vt ſui abſentis deſiderium, in animis fidelium leniret: ſed tamen, ante omnes alios, & præ omnibus propter Mariam inſtitutum fuit, vt ſcilicet, illa poſt Chriſti Paſſionem moras ſuæ beatitudinis hac eſca confirmata faciliùs ferre poſſet, & vti Chriſtus illa quę olim adeò complacuerant, viſcera, ſępè ac ſępius repeteret, ac reuiſeret.* Et licèt poſſet aliquis reſpondere, dicens, hoc Sacramentum fuiſſe inſtitutum, vt tradit Concil. Trident. ad animas à culpis quotidianis liberandas, & quod per hoc Sacramentum deleantur venialia, omnes Theologi cum Diuo Thoma concedunt, & habetur

ſeſſ. 13. c. 2

in Catheciſmo Pij V. vbi dicitur. *Remitti verò per Euchariſtiam, & condonari leuiora peccata, quæ venialia dici ſolent, non eſt quod dubitari debeat.*

.4. de myſter. myſſæ c.44. Et quod proſit ad præſeruationem à mortalibus habetur in Concil. Trident. cit. & Innoc. Tertius ait. *Myſterium Crucis eripit nos à poteſtate peccati, Myſterium Euchariſtiæ eripit nos à voluntate peccandi.*

Sed Beata Virgo ab inſtanti ſuæ Conceptionis, fuit confirmata in gratia, & immunis ſemper fuit à quacunque actuali culpa, ergo hoc Sacramentum Euchariſtiæ in Maria, non potuit hos operari effectus, quomodo ergo Euchariſtia fuit præcipuè pro ea inſtituta? reſpondeo cum noſtro Nouato, licèt verùm ſit Beatam Virginem ſic in gratia confirmatam fuiſſe ab inſtanti Conceptionis, vt non eſſet vnquam lapſura in aliquod peccatum, non tamen ex hoc impeditur, quominus Sacroſanta Euchariſtia conferret Virgini gratiam, per quam magis, ac magis ſanctificaretur, quæ gratia vim habebat delendi venialia, ſi adfuiſſent, & præſeruandi a mortalibus ſi fuiſſet neceſſarium.

Inter innumeros effectus quos Sacroſancta Euchariſtia operatur in nobis valdè probabile puto eſſe corroborationem virium corporis in ordine ad finem ſpiritualem, ſic ait noſter
tom. 2. c. 7 q. 16. Nouatus, vnde Laurentius Iuſtin. inquit. *Porrò dùm Euchariſtiam accipis, accidentia vides,*
ſer. de Euchar. *Panis, ac Vini ſaporem ſentis, vnde oro ſi panis, & vini ſubſtantia eſt, & non Corpus Chriſti, ex hac cibi modicitate, & potus tanta in anima, & corpore prouenit fortitudo? Helias ambulauit in fortitudine cibi illius, &c.* vnde D. Thom. quærit cur hoc Sacramentum ſub ſpeciebus Panis, & Vini
opuſc. 58. de Sacr. Alt. c. 9. à Chriſto Domino inſtitutum ſit, & reſpondet ſic, quia hæc ſunt præcipua corporalis vitæ conſeruandæ alimenta, nam panis præſertim triticeus cor hominis confirmat, vinum lætificat cor hominis Prou. 9. igitur ait Nouatus ſub ſpeciebus panis, & vini, quibus robur vitæ corporalis præſtatur ſacra Euchariſtia inſtituitur, vt hac etiam in re, ſignum ſignificato reſpondeat, & virtus huius Sacramenti ad corroborandas vitæ corporalis vires ſignificetur.

Et ſicut indignè ſumentibus infirmitatem, & imbecillitatem afferre ſolebat iuxtà illud Pauli. *Propter quod inter vos multi infirmi, & imbecilles,* ita, & dignè ſumentibus cauſat corporalem effectum roboris, & virium ordinatum ad finem ſpiritualem; hinc Cyrill. Alexand. ait. *Caro Chriſti viuificatiuam vim habet, hac de cauſa,* inquit, *in excitandis mortuis, non ſolùm verbo, atque*
li. 4. in Io. c. 14. *imperio, vt Deus vtebatur, verùm etiam carnem ſuam cooperatricem aliquando adhibebat, vt reipſa oſtenderet carnem quoque ſuam viuificam eſſe.* Et pauló poſt idem Cyrillus ex dictis infert. *Quod ſi ſolo tactu ſuo corrupta redintegrantur, quomodo non viuemus, qui carnem illam guſtamus, & manducamus?*

l. 4. c. 14. Diuus Damaſcenus, loquens de effectibus Euchariſtiæ ait. *Cedit in animæ præſidium,* & infra ait. *Corpus, & Sanguis Chriſti eſt ad animæ, & Corporis incolumitatem tendens.* Euchariſtia illuminat intellectum; hinc illi duo Diſcipuli, qui ibant in Caſtellum Emaus, cognouerunt eum in fractione panis, & aperti ſunt oculi Diſcipulorum, quod multi Patres Euchariſtiam
1. Reg. 14 intelligunt, hinc Ionatas guſtato melle, illuminati ſunt oculi eius.

Euchariſtia fomitem minuit, vnde Prou. 17. de ea dicitur. *Melior eſt buccella ſicca,* velut
lib. 2. de offic. alij legunt. *Melior eſt buccella exiccans,* quia exiccat fomitem, quem locum Ambr. intellexit de Sacramento Altaris, ita etiam ſenſit Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioan.

2. de gen. cap. Ariſt. ait. *Ex iiſdem conſtamus ex quibus nutrimur.* Chriſtus eſt lux, ego ſum lux mundi, ergo dignè comedentes Chriſtum in Euchariſtia per ſe mirum in modum, ſupernaturaliter illuminamur, per hoc Sacramentum etiam acquirimus gloriam, qui manducat hunc panem vi-
ſent. 339. uet in æternum, Diuus Proſp. Aquitan. ait. *Qui manducat hunc panem, eſcam ſalutis accipit, & æternitatis poculum bibit,* & Eccleſia canit. *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur,* & Pater Nouatus
to. 1. c. 8. q. 25. ait. *Sicut cibus naturalis ordinatur vt perducat hominem ad ſtatum perfectum, ita cibus ſpiritualis ordinatur ad augmentum gratiæ, vt ex ſe perducat illum ad ſtatum perfectum, & conſumatum per gloriam.*

partit. 1. tract. 9. ſuper magnificat. Gerſon ait. *Maria dùm legebat David Patrem ſuum dicentem de Chriſto Filio ſuo, tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech; qui ſcilicet panem, & vinum obtulit, ex tunc intelligebat, & manducabat ſpiritualiter hoc Sacramentum benedictum; vnde cecinit magnificat,* & poſtea addit. *Maria pſallens illud Dauidicum memoriam, fecit mirabilium ſuorum, miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe, memor erit in ſeculum teſtamenti ſui, credebat, & intelligebat hanc eſcam Sacramentalem figurari, & in figura comedebat eam, & teſtamentum ſperabat hereditatis æternæ.*

Chriſtus magis debebat Mariæ, quam omnibus alijs creaturis, vt adnotauit Diuus Methodius

dius dicens. *Euge, quæ debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur, Deo enim vniuerſi debemus, tibi vero, etiam ille debet*, & in eadem oratione ait. *Tu enim admirabilem Incarnationem; quàm aliquando non habuit, Deo mutuam dediſti.* *in Hypopante.*

Ex quibus noſter Nouatus, ita concludit. *Ergo magis pro Virgine, quàm pro alijs inſtituit Chriſtus Sacramentum Eucbariſticum*, & confirmat dicens. *Proprium eſt Dei tribuere hominibus beneficia, ergo magis proprium erit retribuere, cum igitur Beata Virgo dederit Chriſto de ſubſtantia ſua, tùm Sanguinis, ex quo diuinum corpuſculum formaretur, tùm lactis, ex quo aleretur: ne Chriſtus à Virgine vinci videretur, in hoc beneficio, reddere debebat eidem in Sacramento Eucbariſtico, omnem ſubſtantiam, quàm ipſe ex ſanguine, & lacte, alijſque alimentis ab illa habuerat, & quidem, pro vt infinita Dei liberalitas poſtulabat, cum fenore reddidit, tùm quia prædictam ſubſtantiam in melius commutatam, per dictum Sacramentum ipſi Virgini largitus eſt, ideſt in ſubſtantiam viuentem, animam Chriſti informatam; cum etiam, quia præter totam ſui ſubſtantiam diuinitatem concomitanter donauit.* Et pro confirmatione adducit, quod refert Seneca de Socrate, nam Socrates eſchini paupertati laboranti partem ſuarum facultatum offerens, at eſchines ſe pauperem agnoſcens, cum non haberet, vnde pro accepto beneficio benefactorem remuneraretur, ſubjecit quod cum ſui ipſius tantum eſſet Dominus, ſe illi donabat, dicens: *Alij enim cum multum ſibi darent, multum ſibi reliquerunt*, ac ſi diceret; parum illi dederunt, cum ſe ſibi retinuerunt, at Socrates reſpondit eſchini ſubdens. *Cura igitur mihi erit, vt te tibi meliorem reddam, quam accepi.* *to. I. c. 17. q. 10.* *lib. de benefic.*

Sic ait Pater Nouatus. *Chriſtus cum ſibi Virgo diuinum Corpus purioribus ſuis efformatum ſanguinibus dederit, tanto ab ipſa Virgine affectus beneficio, eſto, ait, ò Virgo, meum mihi ipſi corpus tribuiſti, meum nunc erit hoc idem corpus ſuperaddito anima, & concomitanter diuinitatis fenore, melius tibi in Eucbariſtico Sacramento reddere.*

Nouatus cum Suarez, ait. *Facilè credi poſſe illam carnis ſubſtantiam, quàm Chriſtus aſſumpſit ex Virgine, nunquam fuiſſe omnino dimiſſam, aùt continua caloris actione reſolutam, ſed eamdem ſemper fuiſſe in Chriſto conſeruatam, verbo Dei vnitum.* Petrus Bleſſenſis tract. de Euchariſtia cap. 1. ſi habet. *to. 2. in 3. par. diſp. ſect. 2.*

Et tamen eſt eadem caro, tunc de Virgine nata. *tom. 1. ſer. 61.*

Et caro nunc verbo vitæ, de pane ſacrata propter nos homines.

Nunc priùs ille ſuo nos optat ſanguine naſci.

Et Diuus Bern. ait. *Quoniam de carne Virginis Benedictæ, & in parte corporis eius excisa conſiſtit, perficitur, & terminatur totum decus, & pondus Sacramentorum Eccleſiæ, centum enim eſt, quod omnis inſtitutio Sacramentorum, & omnia alia Sacramenta tamquam in vltimum finem, ad illud Sacramentum omnium Sacramentorum excellentiſſimum, quod eſt Euchariſtia, ordinantur, quæ quidem conficitur, & conſecratur, dùm panis in Corpus Chriſti conuertitur.*

Et Auguſt. ait. *Caro Chriſti, quamuis gloria reſurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen manſit, quæ ſuſcepta eſt.* *ſer. de aſſump. Virg. cap. 5.*

Admirationis quidem magnæ fuit Hebræis illud Manna, quod è Cœlo deſcendit, at maioris admirationis eſt Sacramentum hoc, cuius figura fuit manna, quod Dauid admirans ait. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum.* Manna Angelorum Panis vocatur, quia Angeli componebánt illud, & Euchariſtia Panis Angelorum vocatur quia ſuſcipientes Angelos facit ſic ait, Dionyſ. Areopag. *Nemo poteſt venire ad perfectionem hierarchicam, niſi per diuiniſſimam Euchariſtiam.* Si manna gloriam figurabat, & in hoc Sacramento ait Doctor Matth. Vumarcens. *Eccleſiæ militantis, cum triumphante Eucbariſtia ſuaue glutinum, nam ſi illa cœleſtis Hieruſalem, poſſidet eum iucundiùs, iſta poſſidet eum mirabiliùs.*

Diuus Thom. ponderans illa verba. *Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit accipite, & manducate hoc eſt Corpus meum*, ſic ait. *Commendat dignitatem Sacramenti huius. Primò ponit inſtitutionem Sacramenti, ſecundo tempus inſtitutionis, dicens, in qua nocte tradebatur.* *in Paul. 1. Cor. 11.*

Ait quidam Doctor. *Quod vnus ex primarijs finibus, quem Dei Filius in inſtitutione huius Sacramenti ante oculos ſuos poſuit, fuit, vt ſe totum daret homini, vt ſic homo totum ſe daret Deo*, vnde Seneca ait. *Qui totum dat, totum petit, vel commodat ſibi.* *de benef.*

Ita Dei Filius ex vi verborum conſecrationis dat homini Sacratiſſimam Carnem, & Sanguinem, ac pretioſiſſimam Animam ſuam, & per concomitantiam, etiam diuinam ipſam eſſentiam, ſimulque duas alias diuinas perſonas Patrem, ſcilicet, & Spiritum Sanctũ conſtat enim quod tres Diuinæ Perſonæ ſunt vnum in eſſentia ſe totum Chriſtus dat (vt more noſtro loquamur de Chriſto) vnicuique noſtrum in Sanctiſſimo hoc Sacramento; vt vnuſquiſque

Digitized by Google

noſtrum ſe totum Chriſto, & in Chriſto toti Sanctiſſimæ Trinitati det, addicat. Hoc certè
ſer. 147. voluit exprimere Petrus Chryſol. dùm ait. *Quicquid eſt cordis, quicquid mentis, quicquid virtutis humanę, ita Dei amore voluit poſſideri, vt hominis mundanus non haberet quid violaret affectus.*

In qua nocte tradebatur. Diuinus Amor, ait quidam Doctor, eſt veluti pictura oleo efformata, quàm tribulationum aquæ delere non poſſunt. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere*
2.10. Bibl. *charitatem.*

PP. hom. 10. in Cęna Dom. Diuus Eligius vocauit hoc Sacramentum, *Myſterium maioris Chriſti amoris*, vocauit etiam, *natalem Calicis*, & ratio, qua ſuaſus, ita locutus eſt, erat certè, quia hoc Sacramentum ortum habuit ex intenſiſſimo amore, cuius oſtenſio fuit acerbiſſima Paſſio, & denique mors in Cruce, in medio Latronum. Hoc ipſum certè innuit Apoſtolus, dùm ait; *in qua nocte tradebatur*, hinc eſt, quod rectè dici poteſt, amor Chriſti veluti Fęnix ex proprijs cineribus naſcens, ſcilicet ex doloribus, & opprobrijs. Adoleſcat, proficiat diuinus Amor, qui augeri nequit, quia infinitus eſt, varijs oſtenſionibus coràm Deo, & hominibus, præſertim inimicis continuò, & inceſſanter proficiat diuinus iſte Amor. Et hoc eſt, quod intellexit D. Eligius per natalem Calicis. Huius amoris etiam figura fuit ignis ille, qui prout legimus cecidit ſuper Holo-
3. Reg. 18 cauſtum Hæliæ; nam cum præcepiſſet Hælias, vt ſuper illud holocauſtum duodecim hydrias aquæ funderent (illis procul omni dubio extingui debebat ignis) ſed dicit Scriptura, quod ignis multò magis inualeſcebat, ac ſurſum eleuabatur maioribus flammarum globiss hæc ſunt verba Textus. *Cecidit autem ignis de Cœlo, & vorauit holocauſtum, ligna, lapides, puluerem quoque, & aquam, quæ erat in aquæductu lambens.* Vbi notandum eſt verbum illud, lambens, mirum quidem, quod ignis aquam lamberet, quæ potiùs ignem extinguere debebat, ſed mirum non eſt, quia eſt ignis de Cœlo, quem figuraſſe, rectè dici poteſt, ignem amoris Filij Dei: nam cum tormenta hunc ignem extinguere deberent; tamen magis creſcebat, & maiori virtute flammæ eleuabantur; & omnia tormenta, dolores, & opprobria, quæ eum extinguere debebant, in quo lambebat, fouebat diuinus Amor, intrepidus in tormentis, & in improperij. Imò maiora pati opprobria deſiderans. Hoc voluit Saluator innuere, inquit Bernardus. *Vnico illo Verbo (ſitio) piè credendum, quod in eo tunc ſenſus verbi illius fuit, adhùc multa, & maiora tormenta pati ſitio.*

in Io. c. 19 Euthymius attendens ad aquam, & ſanguinem, qui emanarunt de latere Chriſti, dicit, fuiſſe miraculum; nam de corpore mortuo non potuit exire ſanguis viuus, qui lucem redderet cęco militi. Idem Affirmat Abulenſ. dùm ait. *Dicendum eſt, illam aquam à Deo miraculosè factam fuiſſe in latere Redemptoris, quæ poſtea per additum lanceæ proſiluit*, & Greg. Nazian. ait. *Sanguis, & aqua ex latere Chriſti fundebantur, ille, tanquam homo, hæc, ſupera hominem.*
parad. 2. cap. 32.

hom. 6. de Paſch. lib. de Reſurr. carnis c. 6. Euſebius Emyſſ. dicit magnum fuiſſe, Deum ſuo proprio habitu in Terreſtri Paradiſo vitam homini tribuiſſe. Et Tertull. adnotat, habitum illum fuiſſe egreſſum ex præcordijs Dei, hinc ergo, dicit Euſebius, deſunt verba ad enarrandum magnum Saluatoris noſtri amorem, cum non ſolùm Deus habitu ſuo homini tribuerit eſſe, verùm in hoc Sacramento totum ſeipſum, Corpus, Animam, & Diuinitatem dederit eis, audite verba Euſebij, ſic dicentis. *Grandi dignatione primo homini ſpiraculum vitæ de ſua priùs formator infundit: ſed nunc penè maiori charitate pro eodem homine, non iam ſua dedit, ſed ſeipſum impendit, & tradidit.*

In hoc Sacramento oſtendit Chriſtus ſuam magnam liberalitatem, quod adnotauit Apo-
1. Cor. 12. ſtolus, dicens. *Dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur accepit Panem, &c.* Tertull. adnotauit, quod Deus in ſacra Scriptura, non eſt vocatus Dominus, niſi poſtquam creauit hominem;
lib. aduerſus hæreſ. cap. 3. & ſic Gen. cap. 1. dicitur, in principio creauit Deus Cœlum, & Terram, & dixit Deus, & vidit Deus, & nuſquam adhùc Dominus, & dicit Tertull. cit. *Vbi vniuerſa perfecit, ipſum quoque, vel maximè hominem, qui propriè Dominum intellecturus erat: Dominus etiam cognominatur, ac exinde Dominus, qui retro Deus tantum*, & huius rei reddens cauſam ait. *Ex quo habuit cuius eſſet Dominus.* Quaſi diceret Tertull. quod Deus dicebatur, antequam homines conderet, quibus ſuam exhibiturus erat miſericordiam, & liberalitatem. Hoc eſt autem diſcrimen inter terræ Principes, & Reges, & ipſum Deum, quod illi à ſubditis vectigalibus ſubſtentantur, ſolus Deus eſt abſolutiſſimus Dominus, qui etiam bonorum hominum non eget, iuxta illud. *Deus*
pſal. 15. *qui bonorum meorum non eges, &c.* Ideo nihil ab eis accipit, ſed ſua illis tribuit. Et hinc eſt, quod poſtquam homines creauit, Dominus dictus eſt in ſacra Scriptura, quia iam exiſtere cęperunt hi, quibus ſua impertiri cępit dona ſpecialia, præter ea, quæ communia fuerunt eum alijs omnibus creaturis: nam conſtat quicquid extra Deum in tempore fuit, communicationem diuinæ bonitatis ad extra fuiſſe. In propoſito, Dominum vocat Chriſtum Apoſtolus inſtituentem Auguſtiſſimum hoc Sacramentum. *Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur*, ait, quia

ſpeciale,

Digitized by Google

ſpeciale, & quidem maximum homini donum elargitus eſt, dùm ſemetipſum ei tribuit in cibum. Donum certè ſpecioſiſſimum ob id maximè, quia præter Carnem, & Sanguinem, ſuamq; Beatiſſimam Animam, ipſam etiam diuinitatem tribuit, totamq; Trinitatem per concomitantiam. Hoc certè teſtatus eſt ipſemet Chriſtus Dominus de ſe loquens Ioan. cap. 6. *Ego ſum panis viuus, qui de Cœlo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.*

Quæ verba examinans Dionyſ. ſic ait. *Cum quilibet communicans recipiat panem iſtum totum, ac integrum, non partem (dumtaxat) cur ait, ſi quis manducauerit ex hoc pane, & non potiùs, ſi quis manducauerit hunc panem?* ſic reſpondet Dionyſ. dicendum. *Quod ad inſinuandum, quod panis iſte inconſumptibilis ſit, nunquam deficiens, ſic locutus eſt Chriſtus Dominus, cum ſæpiſſimè Diſcipuli à Chriſto audierint, quod antequam ex hac vita diſcederet, eis ſuum ſacratum Corpus in Cibum, & pretioſum Sanguinem in potum tradere volebat.* Cum iam perueniſſet ad Montem Oliuarum, dixerunt ei Diſcipuli Matth. 6. *Magiſter vbi vis paremus tibi comedere Paſcha?* quibus reſpondit Chriſtus, *ite in Ciuitatem, & occurreret vobis homo amphoram aquæ baiulans, ſequimini eum.* Peto modo, cum Chriſtus illius domus, in qua Sacramentum hoc erat inſtituendum, ſignum dare voluiſſet, cur amphoræ aquæ ſignum dare voluit? Reſpondeo, quia antequam ad hanc diuiniſſimam Euchariſtiam, accedamus, opus eſt, vt aqua lachrymarum, & pœnitentiæ animam peccatis maculatam lauemus, ac purgemus. Hoc innuere viſus eſt, hunc locum explicans D. Ambr. dicens. *Hoc fecit Deus, vt ſummam innocentiam ad ſacram Euchariſtiam ſuſcipiendam, requiſitam eſſe demonſtraret*, hinc Ioann. Euang. cap. 5. loquens de magno Chriſti amore, dixit. *Hic eſt Ieſus, qui venit per aquam, & ſanguinem, non in aqua ſolùm, ſed in aqua, & ſanguine*, quæ verba diſcutiens Tertull. dicit, animaduertendum eſſe, Ioannem primum nominare aquam, poſteà ſanguinem, cum primo loco debuiſſet nominare ſanguinem; nam ſecundum Phyloſophum, denominatio fit à nobiliori: at licèt ſit ſanguis nobilior aqua; tamen quia agitur de Sanguine Filij Dei recipiendo, priùs habuit aqua lachrymarum, & pœnitentiæ nominari, velut ea, quæ neceſſariò præire debet, lauans, & purgans animam à peccatis. Tertulliani verba hæc ſunt. *Vt qui in ſanguine eius crederent, aqua lauarentur, & qui aqua lauiſſent ſanguinem potarent.*

in c. 6. Io. orat. 8. — *de Bapt.*

Peto quare Chriſtus de Virgine natus opere Sancti Spiritus cum hominibus conuerſatus, ſemel Deo Patri voluntariè oblatus in Cruce, velut in Altari, voluerit cum hominibus eſſe vſque ad conſumationem ſæculi, & hoc impleuerit Sacramentum, illud inſtituens, in quo centies, & millies ſingulis diebus miniſterio Sacerdotum in terris Aeterno Patri ſemetipſum pro ſalute hominum, ſacrificium incruentum offert, reſpondet Bernardin. dicens. *Quaſi non ſufficeret amoroſo Ieſu ad inebriati amoris ſui oſtenſionem, quod ſemel ſanguinem ſuum ſacrum pro nobis realiter effudit in ligno, niſi in nobis, quotidie effundat ſub Sacramento.*

tom. 2. ſer. 54. art. 1. cap. 2.

Ezechiel 17. loquens de Aeterni Verbi Incarnatione, ait, *hæc dicit Dominus Deus, & ſummam ego de medulla cedri ſublimis, & ponam, & de vertice ramorum eius tenerum diſtringam, & plantabo ſuper montem excelſum, & eminentem*, ſecundum Diuum Bernardinum, per cedrum intelligitur Deus Pater; per verticem ramorum Beata Virgo à Sanctis Patriarchis generata, qui ſunt veluti rami; per medullam æterna ſapientia, Diuus Bernardinus, ſic explicat. *Tenerum autem dicitur à teneo per contrarium, quod vix ſe teneat, vt ſignificet Sacramentum Euchariſtiæ; eò quod vix Chriſtus ſe tenet in Cælo, ſed tractus amore noſtri, deſcendit ad terram. Quod millies in die videre eſt in hoc Sacramento.*

ſer. 56. ar. 2. cap 4.

Hinc idem Chriſtus per Dauid Pſal. 68. vocat hoc Sacramentum, opus diuinæ Zelotypiæ, *zelus domus tuæ comedit me*, idem ait, Diuus Bernardinus, nempè. *Hoc exigebat imbecillitas noſtra, quia charitatem Dominici Corporis nullus vtique poſſet ſuſtinere: ideò vt velaretur, neceſſarium fuit.*

tom. 2 ſer. 54. art. 2. cap. 2.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus non ſolùm ſuum ſacratum corpus vocauit, Panem viuum, ſed etiam, Panem vitæ, & hoc, quia non ſolùm in ſe vitam habet, ſed etiam quia, & vitam ſumentibus tribuit. Hinc vt refert Baronius editionis Romæ ex Auguſt. olim Chriſtiani hoc nomine vocabant Euchariſtiam, & ſic cum ad eam accedebant, *eamus*, dicebant, *ad recipiendam vitam*, vnde Iob 36. vnus amicorum Iob à longè aſpiciens hoc diuinum Sacramentum, dicebat. *Requies menſæ tuæ erit plena pinguedine*, cui Patres Catenæ Græcè addunt ſic. *Pinguedine vitæ æternæ.*

to. 1. p. 170 l. 1. contra Pelagian. c. 24.

Hinc Moyſes Geneſ. 5. veterum Patriarcharum ante, & poſt diluuium, vitas deſcribens, hunc ordinem obſeruauit: deſcripſit, quot annis vixerit, & poſteà mortem, dicens. *Adam vixit nongentis triginta annis, & mortuus eſt, Seth filius Adæ vixit nongentis duodecim annis, & mortuus eſt*, & ſic de reliquis Patriarchis ante Diluuium; at de Patriarchis poſt Diluuium, ait.

Sem

Digitized by Google

Sem vixit ſexcentis annis, & non additur, mortuus eſt, & ſic de reliquis. Quare hoc? legite quæſo Epiſtolam D. Hieronymi ad Euagrium vbi dicit, ſecundum Hebræorum Doctrinam, Sem fuiſſe illum Altiſſimi Dei Sacerdotem Melchiſedech, qui panis, & vini ſacrificium obtulit. Quod fuit vera imago huius diuiniſſimi Sacramenti. Quod etiam affirmat Lyranus, ergo dicere poſſumus, quod homo, qui in manibus habuit Euchariſtiæ imaginem mortis imperium euaſit, quod etiam affirmauit Diuus Paulus dicens. *Neque initium dierum, neque finem vitæ habens*. Ex hoc licèt nobis argumentari, & dicere, ſi ſola diuini Corporis vmbra antiquitus vitam tribuere valuit, quanto magis verùm, & reale Chriſti Corpus.

Ep. 120.

ad Hebr. 7

Mementote quæſo, quod Patriarcha Iacob dilectum filium ſuum, Beniamin vocauit, non ſolùm *filium dexteræ*, ſed etiam *filium dierum*, Geneſ. 33. *Erat Beniamin filius multorum annorum vitæ*, vnde hoc? quia ſolo Beniamin datus eſt à Ioſeph ſaccus Frumenti, & crater vini, vt in ipſo repræſentaretur Sacerdos nouæ legis, qui offert in ſacrificio Corpus, & Sanguinem Chriſti, hinc D. Ambroſ. *Solus Beniamin Sacerdotali donatur munere, meritò ergo Beniamin vocatur filius dierum*.

de Ioſeph cap. 11.

Diuus Auguſtinus admirabatur illam Sanctam Saram, quæ, cum nonaginta haberet annos, in qua ætate vires deficere, vultus palleſcere, & omnis pulchritudo, & venuſtas euaneſcere ſolent. Sara autem in ea ætate tali, ac tanto ſplendore, & pulchritudine pollebat, vt eius vir in ea verba proruperit, *noui quod pulchra ſis*, eamdem admirabantur Aegyptij omnes, nec ſolùm vulgares homines, ſed optimates, Principes omnes, Rex ipſe Pharao. Abimalech etiam contendebat, vt Saram in vxorem acciperet, & D. Auguſt. ibidem, loquens de Saræ pulchritudine ait. *Formę illius vis miranda erat, quæ adhùc amari poterat*. Huius rei cauſam ignorauit Auguſtinus, ſed Procopius ibidem, eam adducens ait. *Gratia diuina, quę illi ſupra nouum ordinem fęcunditate pręualuit, pulchritudinem illius velut Aquilæ iuuentutem renouauit*. Iſta diuina gratia eſt Euchariſtia, quæ dicitur bona gratia, ad quam ſi accedamus, numquam moriemur, nunquam ſeneſcemus, ſolent ſacræ paginæ vocare Sacerdotes ſenes, ac maiores, & tamen Exod. 24. ſic habetur. *Moyſes miſit Iuuenes Iſrael, & obtulerunt holocauſta*, ſed ſi erant ſenes, quomodo Iuuenes? quia holocauſtum illud hoc Sacramentum figurabat; ideò eius Sacerdotes, quamuis ſenes, virtute illius holocauſti Iuuenes euadunt. Ergo ſi ſacrificia illa, quæ mortua erant vitam afferebant, quantò magis hoc viuum, & diuinum Sacramentum? hinc Dauid Pſal. 77. manna illud cęleſte vocauit, Panem Angelorum, quod Textus Hebræus legit. *Panem Iuuenum*, quia ſenes iuueneſcere facit, & pęnitus ſenectutem excludere habet, vnde Caleb, cum octoginta quinque haberet annos, hoc tamen Cęleſti Pane ſuſtentatus, iuuentutis vigorem conſeruabat: vnde dicebat. *Illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat tàm ad bellandum, quam ad gradiendum*, & de Moyſi, quamuis centum viginti annos haberet, dicitur. *Non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt*, & hoc quia Cœleſti Cibo, eiuſmodi manna erat, nutriebatur. Et Iſraelitæ cum eſſent in tàm magna multitudine, ita vt bellatores tantum eſſent ſexcentum millia, & quadraginta annis morati fuerint in Deſerto, ait Scriptura de eis Pſal. 104. *Non erat in tribus eorum infirmus*. O magnum prodigium; vnde factum eſt hoc? reſpondet Diuus Ambroſius hoc euenire ex illa aqua, quæ fluxit è petra, & ex Cœleſti Manna, quod iuueneſcere faciebat, & vires, & robur conferebat, audite verba Ambroſij ibidem. *Omnes illę tribus patrum cum de petra biberent aquam, manna manducarent, non erat in ijs vllus infirmus*. Et Tertullianus addit. *In Eremo manna cibatus ad inſtar ęternitatis redactus quanto magis hoc conferet diuiniſſimum Euchariſtię Sacramentum*.

Gen. c. 12.

queſt. 16.

Ioſuè 24.

Deut. 34.

Legimus Daniel cap. 1. quod dixit Daniel ad Malaſſar. *Tenta nos, obſecro ſeruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum, & contemplare vultus noſtros, & vultus puerorum, qui veſcuntur cibo regio*. Tentauit eos Malaſſar, prout dixit Daniel, & apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui veſcebantur cibo regio. Theodoretus explicans hunc locum ſacræ Scripturæ, ait. *Diuina gratia roborati pueri illi longè præſtantiores viſi ſunt ijs, qui veſcebantur cibo regio*. Hinc rectiſſimè licèt cuique noſtrum ſic argumentari, quantò ergo magis, quanto perfectiùs, quanto excellentiùs fiet hoc in vno quoque noſtrum refectione diuiniſſimi cibi Sacratiſſimæ Euchariſtiæ, quæ meritò, per antonomaſiam dicta eſt, *bona gratia*.

2. Reg. 24. cum tria punitionum genera propoſita fuiſſent Dauid, vt vnum ex illis eligeret, bellum, ſcilicet, mors, & fames, mortem elegit, ita ait ſacer Textus. *Elegit ſibi Dauid mortem*, ſed quare elegit potiùs mortem? quia erat dies meſſis tritici; erat tempus Panis, tempus Frumenti, & quid ex hoc euenit? audite. *Dedit Dominus mortem in Iſrael à mane vſque ad horam prandij*; quaſi diceret, ſtatim ac peruenerit hora comedendi, ceſſauit punitio, quia menſa illa hoc figu-

Digitized by Google

hoc figurabat Sacramentum, ad cuius aſpectum deſtruitur mortis imperium, audite Cyrillum Alex. ſic dicentem. *Vbi enim aduenit nobis ſanctæ menſæ tempus, in qua pane veſcimur illo cælitus dato, qua prius terribilis erat mors, ceſſauit.* (lib. de in- ſtit.)

Mira quidem fuit Iacob diligentia, qua filium ſuum Ioſeph rogauit, vt poſt mortem ſepeliretur in Hieruſalem, vnde dixit ei, ne ſepelias me in Aegypto; ſed dormiam cum Patribus meis; quare hoc? Quia terram illam Hieruſalem irrigandam precioſo Chriſti Sanguine præuidebat; vnde ſic irrigata panem illum datura erat, quæ mortuis vitam daret: hinc Iacob vita immortali viuere deſiderabat, audite D. Petrum Damianum, ait. *Illis igitur terræ finibus Beati viri tam medullitus aggliſcebant, quam per ſpiritum iam cernebant Saluatoris veſtigijs atteri, quàm in interioribus oculis iam videbant precioſo Dominici Corporis Sanguine purpurari.*

Iſa. 21. hæc habetur. *Pone menſam contemplare in ſpecula comedentes, & bibentes ſurgite Principes arripite clypeum.* Quæ verba explicans D. Hieronymus ibidem ait. *Vt comedentes, & bibentes Corpus, & Sanguinem Chriſti vertantur in Principes Eccleſiæ, arripiantq; clypeum fidei, in quo poſſint ignita Diaboli iacula extinguere.*

Dauid Pſal. 11. ait. *Secundum multitudinem tuam multiplicaſti filios hominum*, Hebræus legit *ſecundum altitudinem tuam epulatio filijs hominum.* Innuitur his verbis, quod hæc menſa, hoc conuiuium Sanctiſſimi Sacramenti eſt opus ſolius Dei.

D. Thom. exponens illa verba Leuitici cap. 6. *Ignis in Altari meo ſemper ardebit*, quem nutriet Sacerdos, ſic ait, *ignis iſte numquam deficiet in Altari.* Rectè D. Thom. Auguſtiſſimum hoc Sacramentum igni aſſimilat, non cuicumque, ſed illi, quem Sacerdos ſingulis diebus in Altari conſecrando nutrit, ſemper enim idem Corpus Chriſti Sacratiſſimum eſt; quod manducatur quotidie à fidelibus, & numquam manducatione deficit. Quod autem Sacratiſſimi Chriſti Corpus optima ratione aſſimiletur igni indeficienti, præter D. Thomam, clarè videtur docere Euſebius præsbyter his verbis. *Ignis, diuinus Corpus Domini Ieſu eſt ſub ſpeciebus panis in Sacramento Altaris. Faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi.* D. Thomas per Myrrham hanc intelligit Euchariſtiam, & ſic ait. *Myrrha ſeruat corpora à vermibus incorrupta, ſic Corpus Chriſti corda fidelium à prauis cogitationibus.* (q. 58. c. 14) (centur. prima n. 100) (opuſc. 58. cap. 24.)

Oſeæ 11. *Ego quaſi nutritius Ephraim, & declinaui ad eum, vt veſceretur*, quod D. Tho. intelligit de Euchariſtia, & Clemens Alex. ait. *ô vere ſunt Beati, qui hanc lactant mammillam*, & D. Germanus Archiep. Coſtantinop. vocat Euchariſtiam animarum nutricem, & ait. *Ad nutricem menſam accedite. Et accedimus nos quoque cum tanta alacritate ad hanc menſam, & ad vbera poculi ſpiritualis.* (opuſc. 58. cap. 5.) (1. pedag. cap. 6.) (de Eccleſ. Theoria.)

Veni in hortum meum meſſui myrrham meam cum aromatibus meis, quod exponens Matthæus Cantacuzenus, ait. *Intraui in hortum ideſt meum ante factus eſt deſcenſus: vindemiaui myrrham cum aromatibus meis, videlicet; copulaui carni meæ diuinitatem meam. Comedi panem meum cum melle meo.* Idem Matthæus ſubdit, quod intelligi debet de Euchariſtia, & ait. *Comedi panem meum cum melle meo, videlicet, quando opus perfeci cum dedi corpus meum in cibum; bibi vinum meum cum lacte meo: meum nimirum ſanguinem in potum: mel autem, & lac eximium illud indicant ſacrificium*, & D. Thom. ait. *Bibi vinum cum lacte meo, ideſt dulcedinem Sanguinis Chriſti, cum dulcedine ſpiritualis conſolationis.* (opuſc. 58. cap. 24.)

Olim apud Romanos quoddam ſacrificium offerebatur, quod viſceratio vocare ſolebant, de quo ſic ſcribit Alexander ab Alex. Romanos Conſules Ioui latiali in Monte Albano ſacra facere, quod latiar dixero, perſpicuum eſt vbi carnem latinis populis dare mos erat, quæ viſceratio dicta. Quæ feſtiuitas, vel ob magnam lætitiam, vel ob funus illuſtrium virorum celebrabatur, de quibus meminit Iacobus Gutherius, vbi ſic ait. *Viſceratio veteribus gloſſis, eſt carnis, & panis diſtributio, quæ cum latinis ferijs fieri ſoleret; tranſijt quoque ad honorem mortuorum.* Et in hoc caſu propriè vocatur epulum ideſt ſolemne conuiuium, de quo Tullius ſic ait. *mos doctorum virorum eſt, velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis.* (Dier. Genial. lib. 5. cap. 7.) (l. 2. de iure man. c. 6.) (lib. 2. de finib.)

Simile conuiuium videtur Chriſtus voluiſſe renouare cum hoc diuiniſſimum Sacramentum inſtitueret, nam ſub ſpecie panis, & vini, ſua propria viſcera Apoſtolis diſtribuit, & hoc in die maximè iucunditatis, lætitiæ, & vt ait Philo Carpatius Cant. 3. *in die lętitiæ cordis eius*, præter quam quod etiam vocari potuit funus ob propinquam mortem; vnde Ioannes Euangeliſta ait. *Sciens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos, & cœna facta, &c. hoc facite in meam commemorationem*, vnde meritò vocari poteſt viſceratio, & Diuus Paſchaſius loquens de Euchariſtia ait. *Per hunc cibum Chriſti reinſerimur viſceribus.* Vnde Dauid ait, miſericors velut alij volunt viſcerator Dominus eſcam dedit timentibus ſe. (l. de Corp. & Sang. Dom. c. 7.)

Queri

Digitized by Google

to.6. Bibl. li.2. de Sacram. c.4. li. de Corp. & Sang. Dom. c.13

Quæri ſolet, quare hoc Sacramentum ſub ſpeciebus panis, & vini velatum dari ſolet, Pater Algerus reſpondet, dicens, *Ideo Chriſtus noluit ſic apparere, vt eſſet deſiderabilior*. Quia res, quæ latent maiori cum auiditate ſolent perquiri. Etiam rationem Diuus Paſchaſius aſſignauit eamdem tractans quæſtionem, quærenti enim, quare Chriſtus latere voluit in hoc Sacramento. Reſpondit, vt magis, ac magis deſideraretur: auidiùs enim requiritur quod latet, & pretioſiùs eſt quod dum fide quæritur. Hac inuentione vſus eſt Sponſus, vt Animam ſuam dilectam amoris funiculis ad ſe traheret, audite quæſo verba Sponſæ Cant. 2. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos, en dilectus meus loquitur mihi, ſurge propera amica mea, columba mea, formoſa mea,* at in Hebræo. *Proſpiciens per cancellos*, quia eſt participium, מציץ, ſignificat proſpiciendum ſe exhibens. At quis eſt iſte Sponſus velatus, qui proſpicitur, niſi Chriſtus velatus ſub accidentibus in hoc Sacramento? audite Ghiſlerium ibidem. *Illum ipſum ſtantem poſt parietem carnis noſtræ reſpicientem per feneſtras, proſpicientem, cancellos: per externas videlicet panis, ac vini ſpecies ſeſe nobis exhibentem videndum.*

expoſit. 1. lib. 3. in Ezec. c. 12 l. 3. comm. in Oſeam.

Diuus Hieronymus legit. *Apparens per retia, quaſi venator, vt caperet animos*; vnde per Oſeam 11. ait, in funiculis charitatis; ſed qui ſunt iſti funiculi, audite quomodo ſequitur, declinaui ad eum, vt veſceretur; quæ verba Diuus Hieronymus, intelligit de Euchariſtia, & ait. *Declinaui ad eum deſerens Cœlum, vt cum eis habitarem, & aſſumpta hominis forma dedi eſcam corporis mei.* Iſa. vidit Dominum ſedentem, &c. duabus velabant faciem eius, &c. & licèt Diuus Chryſoſt. & alij dicant, quod Seraphim ſeipſos ob ingentem riuerentiam velabant; & Interlinearis, & alij dicant, quod velabant non ſe, ſed Deum, hoc poſito. Dico quod pallium, quo Chriſti Diuinitas celabatur, fuit humana caro, at quod humanitatem, & diuinitatem ſimul velat, ſunt ſacra accidentia; vnde Diuus Thom. ait. *In Cruce latebat ſola Deitas, at hic latet ſimul, & humanitas.*

de arte amandi l. 2 l. 1. eleg. 9

Ouidius ait: *Militiæ ſpecies amor eſt diſcedite ſegnes*, & alibi ait. *Militat omnis amans, & habet ſua caſtra cupido.* Id ipſum videtur docere, & quidem maiori authoritate Ioannes Euangeliſta cap. 13. de Chriſto loquens, dum ait. *Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* Agellius, attendens hæc verba ex Hebræo. *In finem*, ait, *idem ſibi vult atque in certamen.* Ecce amorem Chriſti militiam deſcriptum; ſed quibus armis? certè Euchariſticis, quibus deuicto iam, ac planè debellato communi, atque acerrimo animarum noſtrarum hoſte Diabolo, vſque ad conſumationem ſeculi Chriſtus Dominus plenè poſſidens ipſaſmet animas noſtras, eſſe voluit inceſſanter amans.

in Iouin. & aduerſus Heluid. lib. 6. c. 22 de moribus German.

Diuus Hieron. ait, quod Andabatæ, & Arij pugnabant noctu velatis oculis, quod etiam refert ab Alex. ſic dicens: *Andabatæ niſi obſcuro cœlo nouo, & inuſitato genere clauſis oculis pugnant*, idem apud Arios. *Niſi atra nocte præliari licet nigro ſcuto, & oculis vinctis.*

Supradicta exempla ſunt veluti noctu regnantes vmbræ, inter quas emicat aliquando adeo ſydus aliquod, vel cometa, vel quid ſimile, vt videantur quicumque ſub Cœlo noctu deguntur, taliter operari, ac ſi interdiù operarentur. Arguunt itaque ſupradicta exempla Chriſtum Dominum debellatorem malorum Angelorum, expugnatorem inferni, eodem quaſi modo pugnaſſe, dum in qua nocte tradebatur accepit panem benedixit, ac fregit, &c.

in Cant. Cant. c. 2. hom. 2.

Præliatorem deſcribit Chriſtum Dominum Ghiſlerius, explicans illa verba. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum*, intelligit Chriſtum in hoc Sacramento velut bellatorem ad bellum paratum; & ait. *Dum in Sanctiſſimo Sacramento præſens indicatur Chriſtus, haud ſimpliciter ibi eſſe poſt parietem dicitur, ſed ſtare accinctus, nimirum ad prælium.* Hoc etiam intelligit S. Eligius Epiſcopus cum ait. *Euchariſtiæ Sacramento totus mundus ſubiugatus eſt.*

ſeſſ. 13. c. 5

Et de hoc tàm ingenti beneficio loquens Concil. Trid. ait. *Sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæreſi triumphum agere, vt eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant, vel pudore affecti, & confuſi aliquando reſipiſcant.*

Oleaſter contemplabatur, nec ſine admiratione ſacram Hiſtoriam de creatione hominis relatam cap. 2. Geneſ. & præſertim modum illius his verbis expreſſum. *Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*, præſetuliſſe modum hunc (dicebat Oleaſter) inexplicabilem Dei amorem erga hominem, verba ipſius hæc ſunt. *Aduerte qualiter Dominus Deus tuus ex intimo ſuo ſtatu vitam tibi communicauit, potuit enim dicere, fiat homo in animam viuentem; ſed hoc illi ſatis non fuit, quaſi contentus non eſſet, quod homo ſicut alia creatura fieret, de quibus dicitur, dixit, & facta ſunt. ſed hominis creatio aliter expreſſa eſt. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, quod eſt; quaſi* [illegible] *præcordijs vitam eius eduxit.* Hæc de creatione Oleaſter, quid nobis ſentiendum [illegible] de recreatione, & regeneratione eiuſdem hominis, quæ maximè effluxe[illegible]

Digitized by Google

tioſiſſimi cibi huius in Auguſtiſſimo hoc Sacramento, qui modus? certè admirabilis ſupra captum cuiuſq; intellectus creati, modus iſte dandi vitam, peculiaris effectus fuit diuini Amoris; nam vt vitam nobis tribueret, ſe totum nobis dedit; Animam ſuam prætioſiſſimam, Corpus ſuum ſacratiſſimum, Diuinitatem, & Animæ, & Corpori hypoſtaticè vnitam; effectus autem talis manducationis ſupranaturalis, vita eſt, dicit enim Scriptura: *Qui manducat me viuet propter me.* Alibi etiam ipſemet Chriſtus Dominus. *Venite*, ait, *comedite Panem meum, bibite vinum, quod miſcui vobis.* Gaetanus explicans hæc verba, ait. *Bibite vinum quod colaui vobis.* Verſiculi huius traductio, quam amplectitur Gaetanus, non mediocrem parit difficultatem: nam anſam præbet cuique inquirendi, cum vinum hoc, Sanguis ipſe Chriſti Domini ſit, numquid colandum ipſum eſt? continet fortè fecem? vnde ſit; quod purificatione indigeat, abſit hoc; nam de rebus impuris hoc ſentiebant veteres prout refert Plinius, & Plutarchus de vino in ſpecie loquens, ait. *Vini fecem ſellis nomine ſignificatam eſſe.* Si Dei Agnus cuius eſt Sanguis iſte, ipſa puritas eſt, vnde habet fecem? pro reſolutione difficultatis huius *l. 1. c. vlt.* aduertendum eſt more noſtro concipiendi, ac loquendi de ijs, quæ Dei ſunt, duo inter alia in *l. 6. cõuiu.* Deo concurrere iuſtitiam, & miſericordiam, indignationem, & amorem, quæ per vinum ſignificantur, *99. q. 7.* de prima meminit, Hierem. 25. *Sume Calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quam ego mittam te*, de ſecunda dicitur Cant. 2. *Introduxit me in cellam vinariam*, & vt alij legunt. *In domum vini*, & alij, *in domum amoris*, hæc duo vini genera habet Deus, quæ ſæpè miſcere ſolet. *Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt*, & clariùs Pſal. 74. *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto*; quem locum Genebrardus, ſic explicat. *In manibus habet poculum, miſericordia, & iudicio temperato.* At *in cõment.* vinum Euchariſticum ſolùm continet ſuauitatem, & dulcedinem, miſericordiæ, & amoris abſque fece indignationis, & iræ, audite Iſaiam 25. *Faciet Dominus in monte hoc conuiuium quinquium, pinguium medullatorum; vindemia defecatæ*, velut legit Pagninus: *Vini defecati fecibus*, quæ verba omnes ferè Patres intelligunt de hoc Sacramento, vnde Leo de Caſtro, ſic ait. *De vino illa intelligunt omnes Patres, quod eſt Chriſti Sanguis.*

Itaque benè dicitur. *Bibite vinum, quod colaui vobis*, abſque indignationis fæce, ſed totum amorem, & miſericordiam, hinc ſupradictum locum Iſa. ita explicant Diuus Cyprianus, Diuus Cyrillus, & Euſebius Cæſarien. & legunt. *Bibent lætitiam*, vel vt alij legunt. *Bibent amorem.* Iſa. 6. ait: *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius, &c.*

Et Ezech. 1. *Extendit Cherubim manum de medio Cherubim ad ignem, &c. & impleuit manum ſuam.* Quare ergo Seraphim forcipe tulit ignem, de Altari, & Cherubim manibus nudis tulit ignem, eo magis, cum Seraphim ſit ſpiritus ardens, & igneus, propter ſimilitudinem cum igne minus offendi poterat? audite Diuum Chryſoſt. hom. de verbis Iſa. vidi Dominum, dicentem; quamobrem vnus è Seraphim carbonem accepit forcipe? ſiquidem incorporea virtus nullam à carbonibus ſenſura erat exuſtionem. At Cherubim nimis audax fuit implens manum igne. Diuus Cyrill. & Procopius exponens horum ambotum ignium diſſimilitu- *comm. in* dinem, dicunt carbonem illum Iſaiæ ſignificare Dei Verbum Incarnatum, de quo Diuus Io- *c. 6. Iſa.* annes Damaſcenus ait. *Sic carbonem vidit Iſaias; carbo autem ſimplex non eſt, ſed vnitus igni,* *lib. 4. fidei* *ſic Panis Communionis, non panis ſimplex eſt, ſed vnitus diuinitati.* Eo magis quia Seraphim acce- *orthod. c.* pit carbonem de Altari, quem forcipe tulerat de Altari. *14.*

Et Spiritus Sanctus Apoc. 2. vnit manna cum carbone dicens. *Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi carbunculum ignitum.* Fortaſsè, vt his duobus ſymbolis vnitis, hoc Sacramentum exprimeret: at ignis Ezechielis indignationem, & vltionem contra Ciuitatem Hieruſalem ſignificabat; vnde dicitur accepit, & effudit ſuper Hieruſalem, neque Cherubim ignem hunc de Altari, ſed de medio rotarum accepit, & quod mirũ eſt ignis ille amoris Iſaiæ, tàm ingens eſt, vt neque Seraphica manus, quamuis igneam naturam habeat ſuſtinere valuerit: vnde forcipe tulit. At ignis Ezechielis, ideſt indignationis, & vindictæ, quamuis Cherubim non ſit ſpiritus ardens, vt Seraphim, valuit tamen ſuſtinere: at quare Cherubim indignationis miniſter eſt, & Seraphim amoris, hoc ex diuina dilectione erga hominem procedit, nam Cherubim cum ſit Spiritus Sapientiæ, punitionis miniſter conſtituitur, vt ante quam homo puniatur, omnia magna cum ſolertia perpendantur, vt punitiones culpis ita correſpondeant, vt ſint citra condignum. At amoris ardens, & Sacramenti huius miniſter Seraphim eſſe debebat, qui oculos velatos habens, amorem repræſentat duabus velabant facies ſuas.

Ignis hic diui[illegible] amoris in inſtitutione huius Sacramenti ita creauit, vt ad eum extinguen[illegible] odij, [illegible] Iudæ glacies non fuerit ſufficiens, hinc affirmant Sancti Patres, quod *Luc. c. 22.* Chri[illegible] poſtolis in actu communionis. *Verumtamen ecce manus tradentis me,*

 mecum

to. 6. Bibl. li. 2. de Sacram. c. 4. li. de Corp. & Sang. Dom. c. 13

Queri ſolet, quare hoc Sacramentum ſub ſpeciebus panis, & vini velatum dari ſolet, Pater Algerus reſpondet, dicens, *Ideo Chriſtus noluit ſic apparere, vt eſſet deſiderabilior*. Quia res, quæ latent maiori cum auiditate ſolent perquiri. Etiam rationem Diuus Paſchaſius aſſignauit eamdem tractans quæſtionem, quærenti enim, quare Chriſtus latere voluit in hoc Sacramento. Reſpondit, vt magis, ac magis deſideraretur; auidiùs enim requiritur quod latet, & pretioſiùs eſt quod cum fide quæritur. Hac inuentione vſus eſt Sponſus, vt Animam ſuam dilectam amoris funiculis ad ſe traheret, audite quæſo verba Sponſæ Cant. 2. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos, en dilectus meus loquitur mihi, ſurge propera amica mea, columba mea, formoſa mea*, at in Hebræo. *Proſpiciens per cancellos*, quia eſt participium, *meziz*, ſignificat proſpiciendum ſe exhibens. At quis eſt iſte Sponſus velatus, qui proſpicitur, niſi Chriſtus velatus ſub accidentibus in hoc Sacramento? audite Ghiſlerium ibidem. *Illum ipſum ſtantem poſt parietem carnis noſtræ reſpicientem per feneſtras, proſpicientem, cancellos: per externas videlicet panis, ac vini ſpecies ſeſe nobis exhibentem videndum*.

expoſit. 1. lib. 3. in Ezec. c. 12 l. 3. comm. in Oſeam.

Diuus Hieronymus legit. *Apparens per retia, quaſi venator, vt caperet animos*, vnde per Oleam ?? ait, in funiculis charitatis; ſed qui ſunt iſti funiculi, audite quomodo ſequitur, declinaui ad eum, vt veſceretur; quæ verba Diuus Hieronymus, intelligit de Euchariſtia, & ait. *Declinaui ad eum deferens Cælum, vt cum eis habitarem, & aſſumpta hominis forma dedi eſcam corporis mei*. Iſa. vidit Dominum ſedentem, &c. duabus velabant faciem eius, &c. & licèt Diuus Chryſoſt. & alij dicant, quod Seraphim ſeipſos ob ingentem reuerentiam velabant; & Interlinearis, & alij dicant, quod velabant non ſe, ſed Deum, hoc poſito. Dico quod pallium, quo Chriſti Diuinitas celabatur, fuit humana caro, at quod humanitatem, & diuinitatem ſimul velat, ſunt ſacra accidentia; vnde Diuus Thom. ait. *In Cruce latebat ſola Deitas, at hic latet ſimul, & humanitas*.

de arte amandi l. 2. l. 1. eleg. 9

Ouidius ait: *Militiæ ſpecies amor eſt diſcedite ſegnes*, & alibi ait. *Militat omnis amans, & habet ſua caſtra cupido*. Id ipſum videtur docere, & quidem maiori authoritate Ioannes Euangeliſtà cap. 13. de Chriſto loquens, dum ait. *Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*. Agellius, attendens hæc verba ex Hebræo. *In finem, ait, idem ſibi vult atque in certamen*. Ecce amorem Chriſti militiam deſcriptum; ſed quibus armis? certè Euchariſticis, quibus deuicto iam, ac planè debellato communi, atque acerrimo animarum noſtrarum hoſte Diabolo, vſque ad conſummationem ſeculi Chriſtus Dominus plenè poſſidens ipſaſmet animas noſtras, eſſe voluit inceſſanter amans.

in Iouin. & aduerſus Heluid. lib. 6. c. 22 de moribus German.

Diuus Hieron. ait, quod Andabatæ, & Arij pugnabant noctu velatis oculis, quod etiam refert ab Alex. ſic dicens: *Andabatæ vſi obſcuro cælo nouo, & inuſitato genere clauſis oculis pugnant*, idem apud Arrios. *Niſi atra nocte præliari licet nigro ſcuto, & oculis vinctis*.

Supradicta exempla ſunt veluti noctu regnantes vmbræ, inter quas emicat aliquando adeo ſydus aliquod, vel cometa, vel quid ſimile, vt videantur quicumque ſub Cœlo noctu degunt, taliter operari, ac ſi interdiù operarentur. Arguunt itaque ſupradicta exempla Chriſtum Dominum debellatorem malorum Angelorum, expugnatorem inferni, eodem quaſi modo pugnaſſe, dùm in qua nocte tradebatur accepit panem benedixit, ac fregit, &c.

in Cant. Cãtic. c. 2. hõm. 2.

Præliatorem deſcribit Chriſtum Dominum Ghiſlerius, explicans illa verba. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum*, intelligit Chriſtum in hoc Sacramento velut bellatorem ad bellum paratum; & ait. *Dùm in Sanctiſſimo Sacramento præſens indicatur Chriſtus, haud ſimpliciter ibi eſſe poſt parietem dicitur, ſed ſtare accinctus, nimirum ad prælium*. Hoc etiam intelligit S. Eligius Epiſcopus clamat. *Euchariſtiæ Sacramento totus mundus ſubiugatus eſt*.

ſeſſ. 13. c. 5

Et de hoc tàm ingenti beneficio loquens Concil. Trid. ait. *Sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæreſi triumphum agere, vt eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant, vel pudore affecti, & confuſi aliquando reſipiſcant*.

Oleaſter contemplabatur, nec ſine admiratione ſacram Hiſtoriam de creatione hominis relatam cap. 2. Geneſ. & præſertim modum illius his verbis expreſſum. *Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*, prætulit modum hunc (dicebat Oleaſter) inexplicabilem Dei amorem erga hominem, verba ipſius hæc ſunt. *Aduerte qualiter Dominus Deus tuus ex intimo ſuo ſtatu vitam tibi communicauit; potuit enim dicere, fiat homo in animam viuentem; ſed hoc illi ſatis non fuit, quaſi contentus non eſſet, quòd homo ſicut alia creatura fieret, de quibus dicitur, dixit, & facta ſunt, ſed hominis creatio aliter expreſſa eſt; inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, quod eſt, quaſi ex ſuis præcordijs vitam eius eduxit*. Hæc de creatione Oleaſter, quid nobis ſentiendum, quid dicendum de recreatione, & regeneratione eiuſdem hominis, quæ maximè effluxere in inſtitutione pre-

tioſiſſimi

Digitized by Google

tioſiſſimi cibi huius in Auguſtiſſimo hoc Sacramento, qui modus? certè admirabilis ſupra captum cuiuſq; intellectus creati, modus iſte dandi vitam, peculiaris effectus fuit diuini Amoris; nam vt vitam nobis tribueret, ſe totum nobis dedit, Animam ſuam prætioſiſſimam, Corpus ſuum ſacratiſſimum, Diuinitatem, & Animæ, & Corpori hypoſtaricè vnitam; effectus autem talis manducationis ſupranaturalis, vita eſt, dicit enim Scriptura: *Qui manducat me viuet propter me.* Alibi etiam ipſemet Chriſtus Dominus. *Venite*, ait, *comedite Panem meum, bibite vinum, quod miſcui vobis.* Gaetanus explicans hæc verba, ait. *Bibite vinum quod colaui vobis.* Verſiculi huius traductio, quam amplectitur Gaetanus, non mediocrem parit difficultatem: nam anſam præbet cuique inquirendi, cum vinum hoc, Sanguis ipſe Chriſti Domini ſit, numquid colandum ipſum eſt? continet fortè fecem? vnde ſit; quod purificatione indigeat, abſit hoc; nam de rebus impuris hoc ſentiebant veteres prout refert Plinius, & Plutarchus de vino in ſpecie loquens, ait. *Vini fecem ſi illis nomine ſignificantiam eſſe.* Si Dei Agnus cuius eſt Sanguis iſte, ipſa puritas eſt, vnde habet fecem? pro reſolutione difficultatis huius aduertendum eſt more noſtro concipiendi, ac loquendi de ijs, quæ Dei ſunt, duo inter alia in Deo concurrere iuſtitiam, & miſericordiam, indignationem, & amorem, quæ per vinum ſignificantur, de prima meminit, Hierem. 25. *Sume Calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quam ego mittam te*, de ſecunda dicitur Cant. 2. *Introduxit me in cellam vinariam*, & vt alij legunt. *In domum vini*, & alij, *in domum amoris*, hæc duo vini genera habet Deus, quæ ſæpè miſcere ſolet. *Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt*, & clariùs Pſal. 74. *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto*; quem locum Genebrardus, ſic explicat. *In manibus habet poculum, miſericordia, & iudicio temperato.* At vinum Euchariſticum ſolùm continet ſuauitatem, & dulcedinem, miſericordiæ, & amoris abſque fece indignationis, & iræ, audite Iſaiam 25. *Faciet Dominus in monte hoc conuiuium quinquium, pinguium medullatorum; vindemia defecata*, velut legit Pagninus. *Vini defecati fecibus*, quæ verba omnes ferè Patres intelligunt de hoc Sacramento, vnde Leo de Caſtro, ſic ait. *De vino illa intelligunt omnes Patres, quod eſt Chriſti Sanguis.*

l. 1. c. vlt. l. 6. conuiu. 99. q. 7.

in coment.

Itaque benè dicitur. *Bibite vinum, quod colaui vobis*, abſque indignationis fæce, ſed totum amorem, & miſericordiam, hinc ſupradictum locum Iſa. ita explicant Diuus Cyprianus, Diuus Cyrillus, & Euſebius Ceſarien. & legunt. *Bibent lætitiam*, vel vt alij legunt. *Bibent amorem.* Iſa. 6. ait: *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius, &c.*

Et Ezech. 11 *Extendit Cherubim manum de medio Cherubim ad ignem, &c. & impleuit manum ſuam.* Quare ergo Seraphim forcipe tulit ignem, de Altari, & Cherubim manibus nudis tulit ignem, eo magis, cum Seraphim ſit ſpiritus ardens, & igneus, propter ſimilitudinem cum igne minus offendi poterat? audite Diuum Chryſoſt. hom. de verbis Iſa. vidi Dominum, dicentem, quamobrem vnus è Seraphim carbonem accepit forcipe? ſiquidem incorporea virtus nullam à carbonibus ſenſura erat exuſtionem. At Cherubim nimis audax fuit implens manum igne. Diuus Cyrill. & Procopius exponens horum amborum ignium diſſimilitudinem, dicunt carbonem illum Iſaiæ ſignificare Dei Verbum Incarnatum, de quo Diuus Ioannes Damaſcenus ait. *Sic carbonem vidit Iſaias; carbo autem ſimplex non eſt, ſed vnitus igni, ſic Panis Communionis, non panis ſimplex eſt, ſed vnitus diuinitati.* Eo magis quia Seraphim accepit carbonem de Altari, quem forcipe tulerat de Altari.

comm. in c. 6. Iſa. lib. 4. fidei orthod. c. 14.

Et Spiritus Sanctus Apoc. 2. vnit manna cum carbone dicens. *Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi carbunculum igneum.* Fortaſsè, vt his duobus ſymbolis vnitis, hoc Sacramentum exprimeret: at ignis Ezechielis indignationem, & vltionem contra Ciuitatem Hieruſalem ſignificabat; vnde dicitur accepit, & effudit ſuper Hieruſalem, neque Cherubim ignem hunc de Altari, ſed de medio rotarum accepit, & quod mirū eſt ignis ille amoris Iſaiæ, tàm ingens eſt, vt neque Seraphica manus, quamuis igneam naturam habeat ſuſtinere valuerit; vnde forcipe tulit. At ignis Ezechielis, ideſt indignationis, & vindictæ, quamuis Cherubim non ſit ſpiritus ardens, vt Seraphim, valuit tamen ſuſtinere: at quare Cherubim indignationis miniſter eſt, & Seraphim amoris, hoc ex diuina dilectione erga hominem procedit, nam Cherubim cum ſit Spiritus Sapientiæ, punitionis miniſter conſtituitur, vt ante quam homo puniatur, omnia magna cum ſolertia perpendantur, vt punitiones culpis ita correſpondeant, vt ſint citra condignum. At amoris ardens, & Sacramenti huius miniſter Seraphim eſſe debebat, qui oculos velatos habens, amorem repræſentat duabus velabant facies ſuas.

Ignis hic diuini amoris in inſtitutione huius Sacramenti ita creauit, vt ad eum extinguendum odij, & perfidiæ Iudæ glacies non fuerit ſufficiens, hinc affirmant Sancti Patres, quod cum Chriſtus dixerit Apoſtolis in actu communionis. *Verumtamen ecce manus tradentis me,*

Luc. c. 22.

mecum eſt in menſa. Hoc dixit, vt Iudas de ſuo peſſimo errore, quem machinabatur monete-tur, & ſe corrigeret, at quia, quanto viciniora ſunt contraria, eò magis eluceſcunt; ideò Chriſti amor poſitus iuxta Iudæ odium, magis eluceſcit, ita Theoph. ſuper illa verba. *Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa*, & ſic ait. *Dominus hæc dicit, vt nobis ſuam bonitatem, & proditoris malitiam oſtendat*.

In cap. 22. Luca.

Quaſi diceret voluit Iudas Euchariſtiæ beneficium impedire, ſed aqua ſuarum iniquitatum, non valuit extinguere charitatis meæ ignem, quin me ipſum tanto proditori, & offenſori traderem, audite Suarez, ſic dicentem. *Illa particula verumtamen, apertè indicat hoc eſſe dictum in illa Communicatione Sacramenti: nam ſenſus perſpicuus eſt, trado vobis Corpus, & Sanguinem, quamuis non ignorem inter vos etiam eſſe qui me traditurus eſt; vnde ſancti aduertunt, illa verba dicta eſſe à Chriſto tùm ad commendandam charitatem ſuam: tùm vt molliret cor Iudæ*.

3. p. D. Th. to. 3. q. 73. ar. 5. diſp. 41. ſect. 3.

D. Laurent. Iuſtin. de Corpore Chriſti conſiderans Chriſti amorem erga hominem in inſtitutione huius Sacramenti, ſic ait. *Zelo tui captus eſt, & abs te ſe abſentare non patitur*.

pag. 516. col. 1. v. 23

Alexander ab Alexand. refert, quod gentiles tanti faciebant ſuorum Deorum præſentiam, & ita neceſſariam eſſe putabant, vt catenis. Deos detinendos eſſe iudicarent, ad hoc, vt propitios illos haberent, Alexandri verba inter alia hæc ſunt. *Vincula, & catenas annectabant Dijs*.

lib. 6. c. 4. dier. genia.

Populi Tyrij cum obſiderentur ab Alexandro Magno, aurea catena herculis ſimulacrum vinxerunt, vt ſemper cum ipſis permaneret, ita refert Alexander ab Alexand. ibidem ſic dicens. *Tyrij obſidione preſſi herculis ſimulacrum, quod magna religione colebant aurea catena vinxere*.

Et Tiraquellius idem dicit de lacedemonijs, vt refert Pauſania. *Lacedamonios ſimulachrum Martis, quem enyalium vocant, compedibus vinxiſſe*. Hæc veterum geſta, quis non videt dementias fuiſſe? ſed noſtrum omnium Amantiſſimus Deus Chriſtus Dominus, vt fidelium deſideria adimpleret, ſponte, amoris catenis, ſe vinxit in hoc Diuiniſſimo Sacramento, vnde de eo dicitur Cant. 7. *Rex ligatus in canalibus*. Ita Septuaginta inter Patres legunt verba illa. *Sicut purpura Regis iuncta canalibus*, & per canales intelligunt expoſitores, loca illa, in quibus in ſanguine vermis purpura tingitur, hinc illis verbis alludit Spiritus Sanctus ad Chriſtum de quo ſcriptum eſt, *ego ſum vermis, & non homo*, qui non ſolùm in ſua Paſſione pro hominum redemptione proprium Sanguinem fudit, ſed etiam illum in ſacris vaſis reliquit, quaſi in tot canalibus, ſe ſponte, & amoris catenis, ſub Sacramentalibus ſpeciebus vinxit, vt perpetuò nobiſcum moraretur. *Ero vobiſcum vſque ad conſumationem ſæculi*.

Hugo Cardinalis in verba Apoc. 5. Agnum ſtantem tamquam occiſum, & accepit de dextera ſedentis in Throno librum, ſic ait. *Corpus Chriſti quod in Sacramento Altaris quotidie ſumimus liber dici poteſt hic ſcriptus eſt intus, conſolationibus, & ſuauitatibus plenus: & ſcriptus foris, quia latens ſub ſpeciebus, non eſt nobis viſibilis, hic eſt ſignatus ſigillis ſeptem, ideſt ſeptem mirabilibus, quæ accidunt ibi, hæc Hugo*.

opuſc. 58. cap. 5. D. Tho. poſtquam numerauit quinque gradus diuini amoris, vt ſextum illis omnibus eminentiorem nanciſceretur, ad Diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum recurrit, ſic dicens. *Sextus gradus eſt, & ſummus, quod dat homini Corpus ſuum in cibum*.

ſer. 5. in Cœna Dô. ſer. 54. ar. 2. c. 1. to. 2 D. Bernardinus ait. *In illo feruoris exceſſu, quando paratus erat pro nobis in mortem tradere vitam ſuam, ab exceſſu amoris, opus agere coactus eſt, quam vnquam operatus fuit ab origine mundi*, & hoc fuit, *dare nobis Corpus in cibum, & Sanguinem ſuum in potum*.

Tertull. ait. *Caro Corpore, & Sanguine Chriſti paſcitur, vt Anima Deo ſaginetur*.

de Reſurr. carnis c. 8. D. Bernardinus inquit. *Amoris crapula nuncupatur, cum humanus ſpiritus fit, tamquam potens crapulatus à vino, ſcilicet diuini amoris*.

ſer. 4. in proem. t. 2 ſeſſ. 13. c. 2 Concil. Trid. loquens de Euchariſtia ait. *Sumi voluit Sacramentum hoc, tamquam ſpiritualem Animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit, qui manducat me ipſe viuet propter me*.

Dauid, vt Diuini Verbi dilectionem erga hominem oſtenderet, ait zelus domus tuæ comedit me, quod exponens Agellius inquit. *Zelus domus tuæ uelut ignis in uiſceribus meis incluſus, comedit me, ideſt accendit me*.

Dicunt Philoſophi, quod alimentum ea ratione ſumitur, vt in ſubſtantiam eius, quod alendum eſt tranſeat.

opuſc. 53. cap. 8. At Euchariſtia nutrit hominem eminentiori modo, nec in hominis ſubſtantiam conuertitur, ſed hominem in ſe tranſmutat, & purum, ac Deo ſimilem facit, hinc D. Tho. ait. *In hoc Sacramento, dignè ſuſcipiens, efficitur Deiformis, ideſt per gratiam bonitatis, ſiue per imaginationem imita-*

imitationis, Deo quodammodo ſimilis, in hoc ergo alimento diuinæ ſubſtantiæ participare, eſt aſſimilari per gratiam diuinæ bonitati.

D. Tho. *Differt*, inquit, *iſte cibus ab alijs, quia alij cibi conuertuntur in corpus noſtrum, vnde ſi Chriſtus ita conuerteretur, irreuerentia eſſet, ſed non eſt ſic, imo è conuerſo*, quod rectiſſimè docet Auguſt. ijs verbis. *Non tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me.*

comm. in c. 26. Mat.

Quod amans aliquo modo amato ſimilis efficiatur, hoc, & ipſi Philoſophi cognouerunt, vnde Marſilius Ficinus ait. *Nemo miretur, ſi quem amantem audiuerit amati ſui ſimilitudinem aliquam, aùt figuram ſuo in corpore contraxiſſe.*

in conuiu. Plat. or. 7

At in hoc Sacramento, non ſic euenit; nam homo amatus in amantis Dei ſimilitudinem transformatur, hinc D. Bernardin. aſſerit. *Quando tu comedis panem, vel carnes, cauſa, quæ conuertitur in tuam carnem eſt, quia virtus potentia tui ſtomachi naturaliter conuertit minus potens, ſcilicet cibum in eius carnem; ſed in transformatione animæ in Deum, potentior eſt Deus, quam homo, & ideo homo comedendo ipſum, conuertitur in Deum, tamquam in potentiorem.*

tom. 3. in ſer. 43. in 1. p. princ.

D. Tho. exponens illud Cant. 1. *Botrus cipri dilectus meus mihi*, ait. *Duo ſumo in botro, vuam, ſcilicet Corpus Domini in cibum, & ex vua ſugo dulcem ſanguinem in potum.*

opuſc. 58. cap. 8.

D. Hieron. in ea verba declinaui ad eum vt veſceretur, loquens in perſona Chriſti, ſic inquit. *In tantum dilexi eos, vt qui amator ſum hominum, traherem eos ad credendum in vinculis charitatis, iuxtà illud, quod in Euangelio ſcriptum eſt, nemo venit ad me, niſi pater, qui diligit me, traxerit eum, & declinaui ad eos; deſerens Regna Cœlorum, dedi eis eſcam corporis mei; ipſe cibus, & conuiuiæ.*

in ep. 1. ad Cor. c. 14. lect. 1.

D. Thom. ait. *Contigit quod res amata, ita feruenter diligatur ab aliquo, vt non patiatur ibi conſortem; ſed ipſe vult eſſe ſolus, & ſingulariter: & iſte eſt zelus, qui ſecundum quoſdam eſt amor intenſus nec patiens conſortium in amato.* In propoſito Chriſtus Dominus, ſub ſpeciebus panis, & vini vnicus Animæ cibus vult eſſe, vnde dicere poſſumus, ſumpto ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento Deus meus, & omnia.

Nicolaus de Lyra, in verba Matth. 22. ſimile eſt Regnum Cœlorum homini Regi, &c. *Iſtud nuptiale conuiuium, eſt Euchariſtia Sacramentum, ad quod Chriſtus inuitauit Iudæos.* Ioannis 6. dicens. *Non Moyſes dedit vobis Panem de Cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem verùm de Cœlo: & iſtud conuiuium in Cœna fuit paratum.*

D. Ireneus, D. Greg. Theoph. & Euthymius, affirmant illud Lucæ 14. *Homo quidam fecit Cœnam magnam*, & illud Matth. 22. *Simile factum eſt Regnum homini Regi, qui fecit nuptias filio*, vnam eamdemque parabolam continere, & licèt conuiuium hoc Matthæus vocet prandium; dicens, prandium meum paraui, & Lucas cęnam vocet, homo quidam fecit cęnam magnam, idem tamen eſt, nam ita ſerò ſolebant antiqui comedere, vt & prandium, & cęnam meritò Euangeliſtæ conuiuium illud vocare potuerint; vnde D. Greg. ſic ait. *Quod per illum cęnæ, per hunc autem prandium dicitur, ne quicquam noſtræ intelligentiæ obſiſtit; quia cum ad horam nonam, quotidie, apud antiquos prandium fieret, ipſum quoque prandium cęna vocabitur.*

li. 4. c. 70. & 76.

hom. 38. in Euang.

Conuiuium ergo illud Saluatoris, & Sacramentalis Cœna, & nuptialis fuit inter Chriſtum, & Eccleſiam Sponſam dilectam, per diuiniſſimum Chriſti Corpus in hoc Sacramento, ita vt quoties Anima fidelis Diuiniſſimam Euchariſtiam ſumit, toties fęlix hoc matrimonium cum Deo ineat; vnde Diuus Laurentius Iuſtin. dicebat. *O quam beata ab amantibus hora illa cenſetur, in qua perſonaliter Sponſus Chriſtus cordis ingreditur thalamum.*

D. Hieron. alludens ad has fęlices nuptias ait. *Clauſa erit porta nemo enim poteſt paſſionis Domini, Corporiſque eius, & Sanguinis pro maieſtate rei Sacramenta cognoſcere, tantaque bonitatis, & clementiæ eſt Princeps noſter, vt cum ſolus ſedeat in porta, quæ clauſa eſt, & panem coràm Domino comedat, velut menſæ ſuæ, atque conuiuij plures habere conſortes, & dicat, ecce ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis aperuerit mihi ingrediar ad eum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.*

in verba Ezech. 46 porta hæc clauſa erit

Geneſ. 2. dicitur. *Erunt duo in carne vna*, & D. Paulus, *Vnum corpus ſumus qui de vno pane participamus*, & ad Epheſ. *Nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam.*

2. Cor. 10.

Diuus Thom. Euchariſtiam vocat. *Spirituale alimentum, & nutrimentum animarum.*

3. p. q. 73. art. 1.

Diuus Paſchaſius, locum illum Diui Pauli. *Qui adhæret Domino vnus Spiritus eſt*, intelligit de vnione Sacramentali, dicit enim. *Vtique hoc Sacramentum velint nolint inimici magnum eſt in Chriſto, & in Eccleſia, quod erunt duo in carne vna, & ſi vna caro Chriſtus, & Eccleſia, iam vnitas naturæ amborum pleniùs commendatur in Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.* Quid enim prohibet eadem paritate rationis vti loquendo de vnione Animæ cuiuſque Chriſti fidelis cum ipſo Chriſto in ſumptione Auguſtiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti? & Diuus Laurent. Iuſtin. lib. de Corpore Chriſti, ait. *Caſtiſſima Sponſę ne dùm in Virginali adhęſit vtero, vt eſſent duo in carne*

l. de Corp. & Sang. Dom. c. 7.

1. Cor. 6.

 vna,

Digitized by Google

una, uerùm in Corporis, & Sanguinis ſui Sacramento quatenus ſint in uno ſpiritu.

Philo Carpatius exponens verba illa Cant. 3. *Egredimini, & uidete filię Sion, &c.* affirmat hic loqui de Paſchali celebritate Chriſti in vltima Cęna præcipuè ob inſtitutionem Sanctiſs. Euchar. Sacramenti, celeberrima, & ait. *Dies Paſchatis in quo Ieſus lætitię effectus dixit Diſcipulis, deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare uobiſcum fuit dies deſponſationis illius.*

Alexander ab Alexandro refert, apud veteres morem fuiſſe, vt in nuptiarum celebritate Sponſus, & Sponſa panem diuiderent, de quo comedebant, & ex eodem poculo bibebant, & ſic ait. *Apud Gręcos diuiſum panem, Sponſum, & Sponſam cum ineunt ſponſalia, guſtare ſolemne fuit, apud Galatas, ut ex eodem poculo uir, & uxor bibant.*

lib. 2. c. 6. dier. gen. Hoc videtur Chriſtus obſeruaſſe in ſua nuptiali Cęna, cęnantibus autem illis, accepit Ieſus Panem, benedixit, ac fregit, deditque Diſcipulis ſuis, &c.

Quod innuere voluit Theodoretus exponens illud Cant. 3. *Egredimini filię Sion*, ſic dicens. *Deſponſationis diem illam vocauit, & diem lętitię cordis eius, poſt cęnam, inquit, accipiens panem, & gratias agens, fregit, &c. edentes igitur Sponſi membra, & bibentes eius Sanguinem, nuptiale ipſius communicationem aſſequuntur.*

lib. 1. de Sacr. c. 22 Algerus ait. *Ne cęleſti alimonia indignè reficiamur, ſumus ſpe, & conuerſatione cęleſtes, quia panis Angelorum nonniſi Angelicę vitę eſt ſtipendium.*

ep. ſua Canon. 1. c. 1. Diuus Petrus Apoſtolus de clara Dei viſione loquens, eiuſdemque fruitione, volens innuere, quòd non ita ſe res habet, ſicut in creatis, quod abſentia deſideramus, præſentibus fruimur, eaque plerumque faſtidium, vel nauſeam generant, ſaltem, vt plurimum paruipenduntur, ſed viſio illa ſatiat quidem, ſed non faſtidit; immo inceſſanter in illam inhiant, idcircò ait. *In quem deſiderant Angeli proſpicere*, eadem verba applicat Genebrardus Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, in quo Angeli Deum ipſum clarè vident, eoque perfruuntur, taliter, vt in ipſum deſiderent ſemper proſpicere, concludit. *Certè Angeli niſi vacarent corporibus, eo eſſent libenter vſuri.*

comm. in pſ. 77.

hom. 45. in Ioan. Chryſoſt. ait. *Hic myſticus ſanguis Dęmones procul pellit, Angelos, & Angelorum Dominum ad nos allicit; Dęmones enim cum Dominicum ſanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur, Angeli autem procurrunt*, & ſubdit Chryſoſt. *Qui huius ſanguinis ſunt participes, cum Angelis, & Archangelis, & ſupernis virtutibus commorantur.*

Geneſ. 18. cum Abraham tres Angelos ad deſtruendam Sodomam pergentes videret, inuitauit eos, vt in domo ſua diuerſarentur, & cibum ſumerè dignarentur, audite quæſo quibus verbis Abraham inuitauit Angelos, *Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis; ne tranſeas ſeruum tuum, ponam buccellas panis, & confortate cor veſtrum, idcircò enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum.*

Non benè videatur Abraham locutus fuiſſe, dicens, idcirco declinaſtis, quaſi Angeli data opera veniſſent, vt famem explerent, ſed audite myſterium, Eucherius apud Lyppom. in Caten. ait. *Tabernaculum illud Abrahę, typum habuit terrenæ Hieruſalem.*

opuſc. 58. cap. 24. Quod confirmatur ab Origene homil. 4. in Geneſ. dicens. *Ideò Sara latuit in tabernaculo, quia Eccleſijs mulieri non permittitur docere*, & D. Th. exponens illa verba ponamque buccellam panis, & confortate cor veſtrum, dicit, quod Abraham intellexit de pane Euchariſtico, & ait. *Sacroſanctum Chriſti corpus tres habet virtutes principales*, & duobus primis aſſignatis, de tertia ait. *Eſt animarum confortatio*, de quo dicitur Gen. 18. *ponamque buccellam panis, & confortate cor veſtrum.*

Vnde etiam 1. Reg. 2. dicitur, vt comedam buccellam panis, & Gloſſ. ait. *Buccellam panis eſt ſacrificium Chriſtianorum, & pabulum animarum*, & Rupertus Abbas inquit. *Petit, vt in vnitate corporis Eccleſiæ comedat buccellam panis vini, qui de Cælo deſcendit: buccellam Corporis Chriſti Filij Dei, in quo ſolo vita, & ſine quo nemo viuit, mirum non eſt, quod cęleſtes aulici quamuis in Cælo præſtantiſſimam Regiam habeant, ad noſtras humiles ædes contemplandas deſcenderint, in hoc enim terrenos principes, & magnates imitati ſunt, qui aliquando vt animum relaxarent relictis ſuperbis vrbium palatijs ruſticas domus propè mare habitare ſolent, tale erat domicilium Abrahæ, quod noſtras figurabat Eccleſias talia ſunt ſacra Templa, & Altaria, in quibus incruentum offertur ſacrificium, quæ cęleſtes principes ob ſolatium, & relaxationem ſæpè ſolent inuiſere, eaque contemplari.* Quod innuere videtur Diuus Chryſoſt. qui loquens de Euchariſtia ait. *Hinc fons huic ſuperna adſtant virtutes fluctuum eius pulchritudinem aſpicientes.*

l. 1. comm. in lib. Reg. c. 10.

hom. 44. in Ioan.

opuſc. 58. cap. 58. Ex quo videmus Angelos in Eccleſijs coràm Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento maximis perfrui delitijs, hinc D. Tho. perpendens illud Leuit. 10. *Pectuſculum ſacrificij quod oblatum eſt edetis in loco mundiſſimo tu, & filij tui, & filiæ tuæ tecum*, ſic ait. *Pectuſculum ſacrificij, quod optimum, & dulciſſimum eſt de animali ſignat effectum dulcedinis Corporis Chriſti.*

Et per-

Digitized by Google

Et perpendens Diuus Thomas illa verba. *Edetis in loco mundiſſimo*, dicit, locum hunc eſſe Cœlum vbi Cęleſtes Spiritus Sacramentalibus Corporis Chriſti delitijs perfruuntur, & ſic ait. *Comeditur in loco mundiſſimo, in quantum delectat Beatos in Cœlo; quia plurimum gaudent, & congratulantur in hoc Sacrificio.*

Diuus Gregorius Magnus citatus à Diuo Thoma ibidem, loquens de Sacroſancta Euchariſtia, ſic ait. *Eodem momento rapitur in Cœlum miniſterio Angelorum ſociandum Corpori Chriſti, & ante oculos Sacerdotis in Altari videtur.*

Et perpendens D. Tho. quare tot miracula quotidie efficiuntur à Deo, ſic reſpondet. *Rapitur ſcilicet Corpori Chriſti ſociandum, id eſt ad beatos lætificandum.*

Scribitur Geneſ. 28. quod Iacob viderit in ſomnis Dei Maieſtatem ſcalæ innixam, & magnam Angelorum multitudinem aſcendentem, & deſcendentem per eam, hæc ſunt verba Textus. *Scalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens Cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam.*

Pero modo ad quid Angeli deſcendebant in terram? à quo nam obiecto trahebantur in terram? attendite quæſo ad verba, quæ dixit Iacob poſtquam experrectus eſt, lapis, hic ait, quem erexi, in titulum vocabitur domus Dei, quaſi diceret in eo loco Eccleſiam erexiſſe, ita Cornelius à lapide concludit, poſtquam varia ſignificata illius verbi *Titulus* explicaſſet, & ait. *Titulus hic, non ſolum monumentum, ſed etiam Altare ſignificat, atque hinc primi Chriſtiani exemplo Iacobi, Eccleſias vocabant Titulos.* in cap. 28. Gen.

Vt etiam legi poteſt apud Greſerum. *Ideò ergo Angeli deſcendebant, & aſcendebant, vt ſcilicet intuerentur; & obſeruarent cęremonias, & ſacrificia, quę in Eccleſia offerebantur, & incruentum ſacrificium Corporis Chriſti, è terra ad Cœlum transferrent*, audite Carthuſianum ſic dicentem. *Angelos aſcendentes, & deſcendentes per eam; per quod ſignificatum eſt quod omnia Angelorum miniſtrantium ſacra obſequia, ad inſinuanda Chriſti myſteria principaliter ordinantur.* lib. de Cruce c. 7. in cap. 28. Gen.

Diuiniſſimum Sacramentum medicina vocatur, vnde Eccl. 38. altiſſimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam, quæ verba Diuus Bernardus intelligit de Euchariſtia, & Diuus Auguſtinus citatus à Diuo Thoma opuſc. 58. cap. 28. idem affirmat, & ſic ait. *Suſcepit Chriſtus de terra terram; de carne Mariæ carnem accepit, & ipſam nobis ad ſalutem manducandam dedit.* tom. 2. ſer. 54. art. 1.

Hinc Ambr. apud D. Tho. dicebat. *Corpus Chriſti medicina ſpiritualis eſt.* cap. 3.

Chryſoſt. homil. 45. in Ioan. *Si quis ęſtuat, ad hunc fontem ſe conferat, & recreabitur, ęſtus mitigat, non ſolares, ſed quod ignitę ſagittę imprimunt.* opuſc. 58. cap. 1.

Paſchaſius Abbas de Corpore, & Sanguine Domini cap. 5. *Bibebant illi de conſequente eos Petra, bibimus quoque, & nos ſpiritualiter, ac comedimus ſpiritualem Chriſti carnem, in qua vita æterna eſſe creditur.*

D. Tho. aduertens illud Daniel 2. abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus ejus ferreis, & fictilibus, & comminuit eos, ait. *Lapis abſciſſus de monte, qui percuſſit ſtatuam eſt Sacroſanctum Corpus Domini, quod deſtruit figmenta peccatorum.* opuſc. 58. cap. 24.

Cum Pharaonis exercitus Hebræos perſequeretur in deſerto, putans eos exterminare, & cum perueniſſent, vſque ad maris, & deſerti confines, ita vt aut mergi in mare, aut pugnare neceſsè eſſet Hebræis, dixit eis Moyſes. *Nolite timere, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitur*, quod Lyranus exponit, *ita quod nec pugnare, nec etiam loqui neceſsè erit vobis*; non poſt multum tempus Amalech exercitus perſequens eoſdem Hebræos, præcepit Dominus Duci Ioſuè, vt congregaret Hebræorum exercitum, & ſumeret arma ad bellandum contra Amalech, & ſic ait Textus Exod. 17. *Venit Amalech, & pugnabat contra Iſrael*, dixit Moyſes ad Ioſuè, *elige viros, & egreſſus pugna contra Amalech*, quod perpendens Origines quare contra Pharaonem noluerit Deus, vt Hebræi pugnarent, at contra Amalech præceperit, vt Hebræi arma ſumerent, & ſtrenuè belligerarent, & reſpondet Origenes, quia cum Pharaonis exercitus Hebræos inuaderet, non adhuc Hebræi manna comederant, nec aquam de petra biberant, audite verba Origenis, ſic dicentis. *Antequam manducaret Panem de Cœlo, & biberet aquam de petra, non dicitur pugnaſſe populus, ſed dicitur ad eum Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Colligitur clarè ex his, quàm admirabilis ſit virtus ad pugnandum contra hoſtes humani generis, infeſtiſſimos ſpiritus, ac planè nequiſſimos, ſumpto in hoc Euchariſtiæ Sacramento diuiniſsimo animæ noſtræ cibo, & hoc ipſum clarè videtur docuiſſe Theodoret. quæſt. ſua 27. his verbis. *Manna diuinæ illius alimoniæ; aqua è petra, ſalutaris Sanguinis, & nouum cibum, & admirabilem liquorem conſequuti ſunt.*

Quaſi diceret, antequam Populus Hebræus venerabilis Sacramenti manna comederet, in-

ualidus

Digitized by Google

ualidus erat, vt quaſi imperitus ad bellandum, quia cibum illum, qui Panis Angelorum ideſt panis fortium, & robuſtorum dicitur, non comederat, ideò Deus Hebræis, non præceperat pugnare, quia hoſtis facilè eorum vires ſuperaſſet, at poſtquam manna comedit, Cœleſtem Panem, quo cibo fortis, & ſtrenuus iam euaſerat, iuſſit, vt ad præliandum contra Amalech exirent, audite Origenem citatum à Gola Doctorum Duacenſium, ſic dicentem. *Eſt ergo quando Dominus pugnat pro nobis, nec permittit tentari ſupra id, quod poſſumus, nec impares viribus ſinit ad fortem venire congreſſum.*

Et hoc accidit antequam populus manna ſuſciperet, at poſtquam manna comedit, idem Origenes cit. ſubdit ſic dicens. *Tu ergo cum cęperis manducare manna, Panem Cœleſtem, expecta pugnam, præpara te adbellum.*

Diuus Cyprianus dicta epiſt. 54. loquens etiam de prælijs temporalibus ait. *Quos hortamur ad prælium, non inermes, & nudos relinquamus, ſed protectione Corporis, & Sanguinis Chriſti muniamus*, & ſubdit dicens. *Quos tutos eſſe contra aduerſarium volumus Sacramento Dominicæ ſecuritatis armemus.* Et Iſichius præsbyter Hieroſolymitanus ait. *Corpus Chriſti ſtatim, vt ingreditur in nos, peccata in nobis abortu condonat, & relinquitur animus prauarum perturbationum cogitatione vacuus.*

in ſer. cō-pend. Centur. 1. nu. 100.

Deus in Euchariſtia eſt fęcundiſſimus ros, ita inquit Iſaac benedicens filio ſuo Iacob, det tibi Deus de rore Cęli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini Gen. 27. quem locum Euchariſt. D. Paſchaſ. interpretatur de Sacramenti diuinitate, & ſic ait. *In hoc myſterio benedixit Iſaac Iacobum filium dicens, det tibi Deus de rore Cęli, quia hæc myſteria opera diuinitatis conficiuntur; quę fęlix, & cęleſtis pluuia in animam deſcendens influit donorum, & virtutum omnium abundantiam*, vnde D. Thom. inquit. *Sanguis Chriſti qui potatur, operatur in anima roſas charitatis, lilia caſtitatis, violas humilitatis.*

l. de Corp. & Sang. Dō. c. 21.

opuſc. 58. cap. 31.

Diuus Paſchaſius ſupra cit. exponens illud Matt. 14. ſimile eſt Regnum Cœlorum theſauro abſcondito in agro quem qui inuenit homo vendit omnia quę habet, & emit agrum illum, ſic ait. *In agro Corporis Chriſti theſaurus abſconditus vernat floribus immarceſcibilibus, & redolet ſuauitate odoris, quem qui inuenit homo, vadit, & vendit omnia quæ habet, & agrum iſtum, de quo ſanè agro panis vitę, ideſt carnis, & potus ſanguinis credentibus, quotidie exuberat, & à fidelibus meſſuitur.*

aphor. 11. ſect. 1.

Hypocrates ait. *In acceſsionibus abſtinere oportet, nam cibum dare, nociuum eſt.* Ambroſ. ait febris noſtra auaritia eſt, &c. quaſi diceret caueant medici ſpirituales animæ, Cibum Cœleſtem præbere in talibus vitiorum acceſſibus.

lib. 4. in Luc. c. 4.

Hinc idem Ambr. ait. *Vide quod agas, Sacerdos, ne febrienti manu Chriſti Corpus attingas, priùs curare, vt poſſis miniſtrare.*

lib. 1. de Viduis.

D. Tho. ait. *Carbunculus ſic dictus, quia ignitus, vt carbo, ſignificat Corpus Chriſti de Altari ſumptum.*

opuſc. 58. cap. 22.

Hugo Card. exponens illud pſal. 106. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*, ait. *Chriſtum ſcilicet, in Eccleſia, in quo omnis eſcę ſapor eſt.*

l. 2. de Sacram. c. 1. to. 6. Bibl. PP.

Algerus inquit. *Aliquos de Sanctis Patribus legimus, nullum aliud edulium ſumentes, ſola Communione Dominica, diebus Dominicis veſcitos, multis annis vixiſſe: ſicut Hęliam in fortitudine cibi illius, quem Angelus miniſtrauerat quadraginta diebus ieiunaſſe legimus.*

Diuus Chryſoſt. ait. *Pacis enim Sacramentum, eſt hoc Sacramentum.*

hom. 51. in Matth.

Diuina Gloria vocatur viſio pacis ergo, &c. volens Chriſtus nobis veram Gloriæ Paradiſi imaginem relinquere, reliquit Euchariſtiam, hinc volens Cęnam facere, dixit Diſcipulis, ite in Ciuitatē, quare in Ciuitate Hieruſalē præparatur hæc Cęna? quia Ciuitas hæc Cęleſtem ſignificat Hieruſalē, quæ ſurſum eſt. Cupiens Chriſtus, vt nos in hac vita aliquantulū æternæ Gloriæ delibaremus transfiguratus eſt Monte Tabor inter Moyſem, & Hæliam, in qua quidem transfiguratione, fuit quædam Gloriæ Paradiſi adumbratio, vt doctè obſeruauit Drogo: Eccleſiæ Sacramentum repræſentabatur de quo loquens Drogo ait. *Relucet vobis in hac luce, legis, & prophetiæ gloria. quoniam Moyſes, & Hęlias tecum apparuerunt in Monte, ſed nubes lucida obumbrauit eos.*

lib. de Sacram. Dō. Paſſ.

Glorioſum Chriſti Corpus transfiguratum perlucida nube coopertum denotat Chriſti Corpus Sacramentatum, ſub candida nube accidentium, de quo ſubdit Drogo dicens. *Verumtamen Sacramenti tui nubes erat perlucida.* Et vt ſciamus Chriſtum in nube transfiguratum, eſſe Chriſtum Sacramentum, ſub accidentibus, idem Drogo concludit ſic dicens. *Quoniam ſub nube tua nutris, & perficis, & deducis velut ouem Ioſeph.*

Si ergo Chriſti transfiguratio fuit Paradiſi imago, erit etiam Chriſtus Sacramentatus, vnde

in hoc

in hoc Sacramento quædam glorioſæ claritatis Beatorum figura in nobis tribuitur, vt rectè adnotauit Algerus, ſic dicens. *In hoc Sacramento reformat Corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*; quod confirmatur, ex facto Beati Dionyſij, vt idem Algerus ibidem narrat, qui Beatus Dionyſius cum eſſet detruſus in carcerem, apparuit ei Rex Gloriæ, qui propria manu Diuiniſſimam Euchariſtiam adminiſtrauit, & vt refert Algerus dulciter Beato Dionyſio alloquutus, audite Algerum ſic dicentem ibidem. *Legitur in Paſſione Beati Dionyſij, quod dùm ſacrum myſterium celebraret in carcere, apparuit ei Dominus, danſque ſancta, dixit; accipe hoc chare meus, quod mox compleb o, tibi vna cum patre meo*, & ſubdit. *Ac ſi diceret, quod tibi do modo in viatico, non mutabo in præmio, vt dùm aliud: ſed ipſum complebo, me ipſum manifeſtans.*

l. de Sacr. cap. 3.

D. Tho. ait. *Dominici Corporis Sacramentum dicitur vmbra*, & idem ibidem cap. 31. ait. *Euchariſtia facit animam, quaſi Paradiſum Dei*, & cap. 24. *Fideles virtute Corporis Chriſti incomparabiliter, à macula peccatorum emundantur.* Eccl. 15. ait. *Cibauit illum pane vitæ, & intellectus,* ideſt inquit Gloſa Interlinearis. *Corpore Chriſti*, in quæ verba Dionyſius Charuſ. ait. *Sapientia increata cibabit animam hominis, pane vitæ, ideſt ipſamet Chriſto,* qui ait Ioannis 6. *Ego ſum Panis vitæ.*

opuſc. 58. cap. 14.

Idem Carthuſ. ſubdit dicens, *Cibauit illum pane intellectus ideſt illuminatione interna, quæ reficit intellectum.*

Chryſoſt. loquens de Euchariſtia ait. *Hinc fons lucis diffundens radios veritatis.*

hom. 45. in Ioan.

Mirum quidem eſt, ex hoc cibo lucem procedere, quaſi lux eſſet effectus huius cibi, ſed ceſſet omnis admiratio, his enim verbis Chryſoſt. innuere vult, hoc Sacramentum parere in anima fidei lucem, vt veritatem agnoſcamus quod confirmare videtur Eſichius Hieroſolymit. dicens. *Panem verùm manducent, cœnam lucis*, hinc Bonau. ait. *Tolle hoc Sacramentum ab Eccleſia, & quid erit in mundo, niſi error, & infidelitas? & populus Chriſtianus erit, quaſi grex porcorum diſperſus, & idolatriæ deditus, ſed per hoc ſtat Eccleſia, roboratur fides, viret, & vel viget Chriſtiana Religio, & diuinus cultus*; vnde inquit Chriſtus. *Ego vobiſcum ſum ad conſummationem ſeculi.*

ſer. 2. de laud. Virg. Mariæ to. 2. Bibl. de præpar. Miſſ. c. 2.

Et D. Auguſt. in Pſal. 75. *Iudæi de Chriſto obtenebrati ſunt, Chriſtiani verò comedendo Crucifixum, illuminantur.*

tract. 44. in Ioan.

Auguſt. ait. *Cæcitas eſt infidelitas, & illuminatio fides.* Diuus autem Ephrem tract. de die Iud. cap. 3. attendens quod Chriſtus Ioan. 9. miſerit cæcum illum ad fontem Siloè, vt lumen reciperet corporale, ait. *Qui ſpiritualis lumen recipere deſiderat, ad Euchariſticum fontem hunc accedere debet,* & ſubdit. *Si procul eſt à nobis Siloè, quo miſſus eſt cæcus; ſed pretioſiùs Calix Sanguinis tui plenus vitæ, & lumine, nobis in proximo eſt; tanto propinquior, quanto qui acceſſerit fuerit purior.*

D. Thom. attendens quomodo primus homo deſiderauerat ſimilem eſſe Deo in ſapientia, vnde vetitum cibum comedet oblatum à Diabolo dicente: *eritis ſicut dij ſcientes, &c.* & ſic deluſus fuit Adam, & ita cæcus euaſit, & ignorans vt meritò à Dauide irrationabilibus aſſimilaretur. *Homo cum in honore eſſet, &c.* Aeternum Dei Verbum Incarnatum veluti ſapientiſſimus medicus attendens quod per illum cibum à Diabolo oblatum Adam lumen amiſit, & tenebricoſus euaſit aliud ideſt diuinum hunc Euchariſticum cibum inuenit, vt Adæ intellectus illuminaretur, & ſic ait. *Quia Diabolus per cibum vetitum infudit homini venenum, locutus eſt de ſuo, guſtate, & eritis ſicut Dij, & illi appetentes, quod non erant, amiſerunt, quod acceperant, ſcilicet vim intellectiuam, neceſſe fuit, vt medicus ſcilicet Saluator noſter contra hoc, cibum medicinalem daret, & hoc eſt* Corpus *ſuum, quod piè recipientibus ignorantiæ tenebras expellit, mentem illuminat,* in Pſal. 26. *Dominus illuminatio mea hoc certè intellexit*, Dauid vnde ait Pſal. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini.*

opuſc. 58. cap. 6.

Beatus Thomas de Villanoua ait. *Iſte cibus viaticum meritò nuncupatur, quia viatorum cibus eſt, non ciuium.*

D. Bernardin. *Ideò viaticum appellatur, quia præbet nobis viam perueniendi ad Cælum.*

in die Corpor. Chriſti Conc. 1

Chryſoſt. loquens de magnitudinibus Euhariſtiæ dicit, Euchariſtiam hoc præſtare, vt terra hæc, Cœlum euadat, & ſic ait. *Dùm in hac vita ſumus, vt terra nobis Cœlum ſit, facit hoc myſterium.*

hom. 45. in Ioan.

Geneſ. 28. Iacob, cum perueniſſet in ſolitudinem quamdam attendens, quod ibi Abraham filium ſuum Iſaac obtulerat Deo, quod ſacrificium figurabat ſacrificium incruentum Dei filij, vt inquit, Diuus Bernardin. dicens ſic. *Hoc Sacramentum præfiguratum fuit in oblatione fideliſſimi Abrahæ, quam fecit de filio ſuo Iſaac*, Gen. 22. vnde Eccl. canit, *in figuris præſignatur cum Iſaac immolatur.* Volens Iacob erigere ibi Altare Deo, typus gratiæ diuinæ Euchariſtiæ, quæ

tom. 2. ſer 54. ſer. 5, in cœna Dom.

Digitized by Google

quæ largiter in ea cunctis tribuitur, vt conueniens nomen loco illi daret, dicens. *Hæc domus Dei, & porta Cæli*, vbi Interlinearis inquit. *Domus Dei, & porta Cæli, ſignificat templum, & cultum Dei futurum*, & meritò quia Iacob locum illum Cęli portam vocat, in quo diuiniſſima Euchariſtia figurata fuit cum fuerit in Paradiſum tranſmutatus, quòd Oleaſter in cap. 28. Gen. attendens ait. *Vocauit nomen loci illius Bethel, idest domus Dei, quoniam dixerat, non eſt hic aliud, niſi domus Dei, quia domus alicuius dicitur, vbi eſt oſtium domus eius.*

l. 7. in Gen. cap. 24. Qui ergo ad Euchariſtiam accedit, ad Paradiſi portam accedit, quod conſiderans Rupertus ait. *Vbi enim Sacroſanctum Corporis, & Sanguinis Domini conficitur Sacramentum, quid niſi porta Cęli, & Infernalibus portis terribilis locus eſt?*

tom. 4. ſer. 12. de Euchar. ar. 3 Diuus Bernardin. Senenſ. ait. *Quartus fructus Euchariſtiæ glorificatio dictus eſt, cauſat enim apertionem ianuæ, & conſecutionem Gloriæ Paradiſi.*

Lippom. inquit. *Sanguis Chriſti eſt nobis ianua vitæ.*

c. 6. in cap. 12. Exod. ſect. 4. opuſc. 59. cap. 24. & 26. Diuus Zenon. ſer. 6. de Daniel ait. *Ecce pueri Sacramento muniti, tres numero, ſed vna virtute, anhelantibus flammis, camino rugiente, non læduntur.* D. Thò. inquirit quod nam ſit hoc Sacramentum, quo muniti fuerunt illi tres pueri, & dicit fuiſſe illum panem, quem conſiderant qui Euchariſtiam figurabat, & pulchros reddebat illos pueros, & ſic ait. *Apparuerunt vultus eorum meliores, quos panis ſatiauit, qui de Cęlo deſcendit.*

apud s. Th. in Caten. Matt. c. 22. Diuus Greg. attendens ad illam parabolam Matth. 22. vbi de regalibus nuptijs agitur, & cum noluerint inuitati venire, dixit Rex ſeruis. *Ite ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis, vocate ad nuptias, & videns ibi non veſtitutum veſte nuptiali ait, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* ſic aſſerit. *Per cęnam, æternum, & vltimum conuiuium deſignatur.*

Quod conuiuium fit in Patria, & quàmuis multi venire negligant; non tamen deſinit clementiſſimus Deus iterum mittere ſeruos, & nuncios ideſt inſpirationes, & monita, vt vocarent inuitatos, ſed inquirendum eſt, qui nam ſint, qui nuptiali veſte carentes, indigni fuerunt hac menſa? reſpondet Diuus Paſchaſius, quòd illa veſtis fuit Euchariſtia, quæ fuit figurata in illa veſte, quæ erat ex Agni pelle, & ſic ait. *Veſtis illa contexta deſuper ex vellere Agni, quæ nuptialis alibi appellatur, Corpus, & Sang. Domini eſt.*

de Corp. & Sang. Dom. c. 21. Veſtis hæc regia eſt, quam vnuſquiſque habere debet, ſi ad cęnam gloriæ peruenire deſiderat, hinc D. Thò. in Caten. Luc. 22. exponens verba illa, bibite ex hoc omnes, hic eſt enim Calix Sanguinis mei, ait. *Huius participes Sanguinis amicti ſunt regio pallio: magis autem ipſo rege induti.*

Eleuans Moyſes oculos in Monte Oreb vidit magnam flammam, & dixit Exod. 3. vadam, & videbo viſionem hanc magnam, magna quidem fuit talis viſio, quia quantum Deus videri poteſt ab homine videbatur per modum tranſeuntis, vnde Philo de vita Moyſis ait. *Quantum quis ſuſpicari poteſt erat ea viſio, atque præſentia eius, qui eſt.* Diuus Thomas opuſc. 58. c. 22. Montem illum Oreb, in quo Deus reuelatur menſam interpretari, ergo gloria illa, quàm tunc Moyſes per ſimilitudinem vidit in Monte Oreb ideſt in hac Sacroſancta menſa fruimur, & ſic ait Diuus Tho. *Oreb interpretatur menſa: mons ergo iſte, eſt mons gloriæ Dei.*

ſer. in cęna Dom. Promittitur nobis gloria ſub titulo Regni, ita inquit idem Rex Chriſtus per Matt. 25. tunc dicet Rex. *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi*, ſed antequam quiſque ad Regni alicuius dominium perueniat, debet priùs inueſtituram obtinere, ſed quæ nam eſt inueſtitura Cęleſtis Gloriæ, quæ nobis priùs conceditur? reſpondet Diuus Bern. & fideles alloquens ait. *Confidite, quia, & hoc gratia ſubuenit, & vt ſecuri ſitis Sacramenti Dominici Corporis, & Sanguinis pretioſi inueſtituram habetis.*

hom. 45. in Ioan. Diuus Chryſoſt. aduertens quod dixit Chriſtus Ioan. 6. *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum, & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita*, quaſi diceret ſine hoc pane deceſſet mundo vita, & anima ſua vita, quæ conſiſtit in æternis delicijs, eſſet orbata; & ſic ait. Chryſoſt. *Panem vitæ ſeipſum appellat, quoniam vitam noſtram, & hanc, & futuram corroborat.*

epiſt. 86. Petrus Bleſenſis ait, *Hoſtia enim indignè accepta ſuſcipientem damnat, non ſaluat, inquinat, non emundat.*

ſer. 3. in Cant. D. Bern. ait. *Tuta habitatio Paradiſus, dulce pabulum verbum, habeo ego verbum, ſed in carne; & mihi apponitur veritas, ſed in Sacramento.*

ſer. de Annunt. Guerricus Abb. aduertens verba illa Chriſti per Ioannem Apoc. 3. prolata. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo, & ſi quis mihi aperuerit intrabo, & cęnabo cum illo*, ſic ait. *Idem eſt qui cęnat, & qui cęnatur; qui comedit, ipſe eſt panis, qui ab eo comeditur res mira, ſed res vera: quia Chriſtus non alio pane, quam ſeipſo paſcitur.*

Cant. primo dilecta Sponſa, Sponſum Chriſtum alloquens eum vbera habere affirmat

2. dicens.

Digitized by Google

dicens. *Meliora ſunt vbera tua vino*, Oſeas vero de Chriſto loquens cap. 15. ait. *Ego quaſi nutriciùs Ephraim*, ecce quomodo Sponſa dilecta filia eſſe etiam dicitur filia eſt, & quidem vnica ita Nycænum Symbolum fatetur ijs verbis. *Vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam*, ad quam lactandam, & enutriendam ſufficiens erat vnum vber, quare duo vbera? Animaduertendum eſt quod Plutarchus ſic ait. *Sapientem fuiſſe naturæ prouidentiam, conſtat, qua duplices mulieribus mammas addidit, vt ſi gemellos peperiſſet contigerit, duplices ad calendum fontes haberent.* de educat. liber.

At quia Chriſtus gemellos filios habet homines ſcilicet, & Angelos, Beatos, & viatores, hinc ad eos lactandos, & enutriendos duplices dicitur habere mammas, vt oſtenderet, quod eodem cibo enutriuntur Beati, & viatores, licet aliter.

Hugo de S. Victore ait. *Eundem panem manducat homo, & Angelus, ſed homo adhùc in medicina Angeli in delicijs.* in ſpecul. Theol. 1.

D. Ambr. in illa verba Luc. 21. *Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, dicet illi, amicè accomoda tres panes*, ait. *Quis eſt nobis magis amicus quamqui pro nobis corpus ſuum tradidit?* Pſal. 110. *Eſcam dedit timentibus ſe*, alij legunt. *Prædam dedit timentibus ſe.* D. Tho. in Catena.

Cum totus penè orbis in idolatriæ tenebris eſſet inuolutus; muta ſimulacra, & falſorum Deorum imagines adorans, vt à tàm pernicioſo errore mundus liberaretur, de Cęlis Dei Filium, qui eſt vera, & perfecta Aeterni Patris imago, deſcendere carnemque humanam aſſumere neceſsè fuit, vt optimè aſſeruit D. Cyrillus Alex. dicens. *Relinquentes homines Deum, fabricauerunt Idola: Deo itaque in humana figura falsò adorato, Deus verè homo factus eſt, vt ſolueret falſum*, & cupiens homo proprijs oculis aliquam ſummi Dei imaginem videre, complacuit Deo veram, viuam, ſubſtantialem, & diuinam; ſaltem tranſlucidam per eſternum aſſumptæ carnis velum imaginem nobis oſtendere, nec de Deo conqueri poſſumus; eo quia, hac pulcherrima humanæ carnis imagine orbati ſumus, & in Cęlum Aeternus Pater eam tranſtuliſſet; nam Deus ob immenſam ſuam pietatem, abſque quod exemplar extraxerit, idem originale in Diuiniſſima Euchariſtia nobis reliquit. Catec. 12.

Lacrymabatur olim Dauid, eo quia gentium nationes, eorum falſorum Deorum imaginem oſtendentes, petebant ab eo, vt ſui inuiſibilis Dei exēplar oſtenderet eis, quod cum Propheta, hoc facere, non poſſet lachrymabatur, vt ipſe claris verbis teſtatur. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dùm dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?* Pſal. 41.

In quem locum dixit D. Aug. *Potuit paganus, oculis corporis oſtendere Deum ſuum, lapidem, vel Solem: ſed ego quibus oculis oſtendam Solis Creatorem?* ſed ò fęlix immò fęliciſſimum Euangelicæ Legis tempus, in quo ſi ſuperuixiſſet Dauid, vtique, & magna ſui cordis lætitia petentibus, *vbi eſt Deus tuus?* Deum ſub ſacris accidentibus in Altari velatum indicans, cum Iſaia reſpondere potuiſſet. *Ecce Deus Saluator meus fiducialiter agam, & non timebo.* hom. in pſ. 41. cap. 12.

DE FIDE

1 Diuus Ambr. ſuper illud, *& ecce motus magnus factus eſt in mare, &c.* Hæc eſt cauſa periculi. erat ibi Simon Petrus, ſed erat pariter, & proditor, quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamen eam perfidia conturbabat. ſer. 31. de mirabilib.

2 Idem. Non ſufficit fides, ſed, & debet addi vita fidei condigna; opus eſt quippè omni volenti Cœlum poſſidere, fidem operibus comitari. in c. 4. ad Hebr.

3 Diuus Auguſt. ſuper illud Ioan. 14. *Dęmones credunt, & contremiſcunt.* Credunt, & contremiſcunt. ſic qui credunt, & opera bona non faciunt, fidem Dęmonum, videntur habere. ſer. 38. to. 10.

4 Idem. Nullæ diuitiæ maiores, nulli theſauri, nulla huius mundi maior eſt ſubſtantia, quam fides Catholica, quæ peccatores homines ſaluat, iuſtos augmentat, in æterna hæreditate cum Sanctis Angelis collocat. de Verbis Dom.

5 Idem. Credimus, vt cognoſcamus; non cognoſcimus, vt credamus, quid eſt enim fides, niſi credere quod non vides? tract. 40. in Ioan.

6 Idem. Fides quidem poteſt ſola eſſe, ſed non prodeſſe. 15. de Trin.

7 Idem. Nemo ſe falſa ſpe circumueniat, quia Chriſtiani nominis non facit ſola dignitas Chriſtianorum: nihil enim prodeſt, quod aliquis Chriſtianus vocetur in nomine, ſi hoc non oſtendat in opere. ſer. 38. de temp.

8 Idem, in verba Iacob 2. *Dęmones credunt, & contremiſcunt.* Sic qui credunt, & opera bona non faciunt, fidem Dęmonum videntur habere. ibidem.

Digitized by Google

lib. de Do 9 Ille verè Chriſtianus eſt, qui omnibus miſericordiam facit, qui nulla omnino mouetur
ctr. Chriſt. iniuria, qui alienum dolorem tanquam proprium ſentit, qui terrena contemnit, vt poſſit habere cæleſtia.

ibidem. 10 Idem. Chriſtiani nomen ille fruſtra ſortitur, qui Chriſtum minimè imitatur. Quid enim tibi prodeſt vocari quod non es, & nomen vſurpare alienum? ſed ſi Chriſtianum te eſſe de-
tract. 10. lectat, quæ Chriſtianitatis ſunt gere, & meritò tibi nomen Chriſtiani aſſume.

in ep. Io. 11 Idem. Multi dicunt credo; ſed fides ſine operibus mortua eſt.

ibidem. 12 Idem. Quomodo Chriſtianus dicitur ille, in quo actus Chriſtiani non apparent?

tract. 79. 13 Idem. Hæc eſt laus fidei, ſi quòd creditur non videtur, nam quid magnum eſt, ſi id cre-
in Io. datur quod videtur, ſecundum illam Domini ſententiam, quando dicit. Quia vidiſti me, credidiſti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

lib. de vera 14 Idem. Fides ſemper præuenit viſionem. Credimus enim, vt cognoſcamus, non cogno-
innoc. ſcimus, vt credamus.

ſer. 38. de 15 Idem. Fides eſt bonorum operum fundamentum, ac humanæ ſalutis initium: ſine hac
temp. nemo ad conſortium filiorum Dei peruenire poteſt, quia ſine ipſa, nec in hoc ſæculo, neque in futuro vitam poſſidebit æternam.

in ep. 1. Io. 16 Idem. Quid prodeſt nomen, vbi res non eſt? quia multi vocantur medici, qui curare
tract. 4. non norunt? ſic multi vocantur vigiles, qui tota nocte dormiunt? ſic multi vocantur
cap. 3. Chriſtiani, & in rebus non inueniuntur, quia hoc, quod vocantur non ſunt: ideſt in vita,
ſer. 5. in vi in moribus, in fide, in ſpe, in charitate.

gil. Nat. 17 D. Bern. Neque hominibus ſine lenitate pluſquam Deo ſine fide placere poſsibile eſt.

ſer. 2. de 18 Idem, in verba Iacob cap. 4. *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mor-*
reſurr. *tua eſt.* Vitam opera teſtantur. Sicut enim corporis huius vitam ex motu ſuo dignoſcimus, ita, & fidei vitam ex operibus bonis.

ſer. 51. in 19 Idem. Fides ſine operibus mortua eſt; ſicut in illis quoque flos apparet, vbi non ſe-
Cant. quitur fructus.

to. 1. ſer. 46 20 D. Bernardin. Senen. *Referens Sanctum Auguſtinum ait:* Quomodo tu Chriſtianus dice-
poſt Dom. ris, in quo nullus Chriſtiani actus apparet? Chriſtianus iuſtitiæ, bonitatis, integritatis, pa-
paſſ. art. 3 tientiæ, caſtitatis, prudentiæ, humilitatis, innocentiæ; & pietatis eſt nomen. Ergo tu quo-
c. 2. modo hoc nomē tibi defendis, & vendicas, cui de tam pluribus rebus, nec pauca ſubiliunt.

ſeſſ. 6. c. 8. 21 Concil. Trid. Fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, & radix omnis iuſtificationis, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire.

lib. 4. in 22 D. Cyrill. Alexandr. Fides eſt ſemita, & via, in vitam reductio à corruptione ad im-
Io. c. 9. mortalitatem.

l. 10. in Io. 23 Idem. Tu credis, quia vnus Deus eſt? Dæmones etiam credunt, & horreſcunt; ſi ergo
cap. 18 fides ſola ſufficeret, multitudo Dæmonum peccare non poſſet; quare oportet ad fidem per opera charitatis accedere.

hom. 2. de 24 D. Euſeb. Emiſſ. Fides Religionis Catholicæ limen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamen-
ſymb. tum ſalutis æternæ.

l. 3. 31 mor. 25 D. Greg. Mira potentia fidei, per piſcatores ſubiecit Oratores.

cap. 22. 26 Idem. Vera fides eſt, quæ in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc eſt
hom. 29. quod de quibuſdam falſis fidelibus Paulus dicit. Qui confitetur ſe noſſe Deum, & manda-
in Euang. ta eius non cuſtodit, mendax eſt. Quod cum ita ſit, fidei noſtræ veritatem, in vitæ noſtræ conſideratione debemus agnoſcere. Tunc enim veraciter fideles ſumus, ſi quod verbis promittimus, operibus complemus.

l. 23. mor. 27 Idem. Non ſatis eſt habere fidem niſi vita ſit fidelis: nonnulli fidem medullitus tenent,
cap. 10. ſed viuere fideliter nullatenus curant, quibus diuina prouidentia ſæpè contingit, vt propter hoc nequiter viuere, & illud perdunt, quod ſalubriter credunt.

hom. 38. 28 Idem, in verba Marc. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Tu forſitan di-
in Euang. cis; baptizatus ſum, & credo, ergo ſaluus ero; verùm dicis, ſi fidem operibus tenes. Quid enim prodeſt, ſi Deo per fidem iungimur, & moribus verò diſiungimur? ille enim veraciter credit, qui exercet operando quod credit.

ep. ad. eph. 29 Ignatius. Initium vitæ fides, finis autem charitas, quæ duo in vnum coaleſcentia perficiunt hominem.

in Mat. 25 30 D. Ioann. Chryſoſt. Fides lampas eſt, quia ſicut lampas illuminat domum, ita fides animam.

hom. 5. ad 31 Idem. Si Chriſtianus es, Chriſto crede, ſi Chriſto credis per opera, mihi fidem demon-
pop. ſtra, dic

ſtra, dic mihi vnde potero comprehendere te Chriſtianum eſſe? à loco, à veſte, à ſermone, à cibo, à negotijs.

32 Idem. Glorificemus Deum non fide tantum, ſed, & vita, aliter non eſſet gloria, ſed blaſphemia. *hom. 56. in Ioan.*

33 Idem. Si Chriſtianus es, Chriſto crede, ſi Chriſto credis, per opera mihi fidem demõſtra. *hom. 4. in Matth.*

34 Saluianus, in verba Iacob 2. *Dæmones credunt, & contremiſcunt*. Sicut Dæmones cum Deum credunt, tamen in peruerſitate perdurant, ita homines, quaſi credulitatem Dæmoniacam habent, quia cum ſe Deum credere aſſerant, tamen à malo opere non ceſſant. *lib. 4. de Prouid.*

35 B. Thomas à Villanoua Archiep. Valent. Quid ergo dicturus es in iudicio ſolo nomine, & profeſſione Chriſtianus, vita, & moribus pluſquam paganus? *ſer. 3. de Adu.*

MANTISSA
AD FIDEM.

EA eſt fidei eminentia, vis, atque magnitudo, vt quicquid Deus Opt. Max. gratiarum fidelibus conceſſerit, fidei merito, atque virtute conceſſum fuiſſe, nemo eſt, qui dubitet; nam ſi peccata Magdalenæ remittuntur dicitur. *Fides tua te ſaluam fecit*, idem legitur de Cananea: cum enim aliquis peccat diuinam amittens gratiam, ab omnibus virtutibus deſeritur, ſola fides, vt inquit D. Thom. numquam deſerit, ſed ſemper comitatur hominem: hoc etiam affirmat Sancta Tridentina Synodus dicens. *Si quis dixerit amiſſa per peccatum gratia, ſimul, & fidem ſemper amitti; aut fidem, quæ remanet, non eſſe veram fidem, licèt non ſit viua, anathema ſit.* *de iuſtific. ſeſs. 6. Canon. 28.*

Fides vitæ præbet alimentum, miles ſtipendium habens, quamuis cuncta, quæ poſſidebat ludens amiſerit, dummodò ſtipendium habeat, ad priſtinum redire ſtatum non deſperat. Ludit nobiſcum Diabolus, & aliquando cunctis nos virtutibus, & gratijs ſpoliat, & ſolùm nobis fidei ſtipendium remanet, quo cunctas amiſſas virtutes, & gratias recuperamus, vnde Sapiens inquit. *Iuſtus autem ex fide viuit*, in quem locum D. Chryſoſt. ait. *Fides caput noſtrum eſt, qua recuperata, etiam ſi omnia amittantur recuperantur.*

Cum nobis iugiter pugnandum ſit, ſicut inquit Iob. *Militia eſt vita, &c.* vt nos à telis, & ictibus inimici cauere, & defendere valeamus; Fidei ſcuto indigemus, dicente Apoſtolo. *Sumentes in omnibus ſcutum Fidei, vt poſſitis omnia tela inimici extinguere.*

Et ſicut Clypeus cunctis armis ſuperinducitur, ita Fides virtutibus cunctis ſuper eminet, protegens eas; hinc D. Anſelmus, dicebat. *Fide rerum inuiſibilium armamur, & inuiſibilem aduerſarium ſternimus.* Etſi clypei ferro reſiſtunt, Fidei clypeus talem habet cœleſtem virtutem, vt ignem ipſum inferorum extinguat, vt inquit Apoſtolus. *In qua poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere*, pondus eſt clypeus in brachio in bello, at corona in capite in bello, angor eſt in duello, at glorioſus in triumpho, talis eſt clypeus noſtræ fidei, & quod in terris nobis pondus eſt, erit in Cœlis corona; vndè cum Dauid nobis dicere licebit. *Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos*; & Fides, quæ nobis hic clypeus eſt, erit in Cœlis triumphalis corona, dummodo in ipſis clypeis; vt olim facere ſolebant milites. Noſtræ victoriæ cælatæ inſpiciantur, vnde dixit Apoſtolus. *Sed etiam, vt pro ipſo patiamini*, hinc tamquam victoriam conſequuti, lætanter canere poſſumus. *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra.*

Quas diuerſas Animæ Fidelis victorias, cœleſtis Sponſus admirans, in varijs clypeis, varia emblemata proſpiciens dicebat. *Collum tuum ſicut Turris Dauid: mille clypei pendent, ex ea, &c.*

Collum inquam laudat, vocis, & fidelis confeſsionis Sponſæ inſtrumentum, vultis ne cum Doctore gentium varia emblemata, nomina, atque lemmata, quæ ex hac magna Turri pendent videre? aſpicite quæſo pulchram Fenicem in tumulo, cuius lemma eſt, *per fidem defunctus, adhùc loquitur*, cuius nomen eſt, *innocens*, aſpicite igneum currum, qui ab igneis equis protrahitur cuius lemma eſt, *tranſtulit illum Deus*, cuius nomen eſt, *purus*, aſpicite etiam, quemdam inter vndas, pluuias, atque nimbos, in ligno incluſum, cuius lemma eſt: *confidit paruo ligno animam ſuam*; cuius nomen eſt, *longanimis*, aſpicite tandem eum, qui ſupra lignorum faſciculum proprium filium ligauit, cuius lemma eſt: *vnigenitum offerebat in quo ſuſceperat promiſſionem*; cuius nomen eſt, *excelſus*.

Cum aliqua Ciuitas acriter, obſidetur, & defenſores inimico reſiſtere non valeant, ne tan-

dem cum vrbe, ſimul, & vitam ipſam deperdant, ſupremo exercitus Duci dare manus, eique tamquam expugnatori Ciuitatis, claues deferre ſolent: hinc de Cæſare legitur, quod cū victus fuiſſet, non niſi ſibi pari dare manus voluit; & Christus Dei Filius in illo Crucis duello cum à Diabolo, Mundo, & Carne impugnaretur, ſolo Aeterno Patri, tamquam ſibi pari, voluit dare manus dicens. *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum.*

Hinc idem Christus, vt narrat Matth. Euang. cap. 8. cum à pluribus centurionis virtutibus pugnaretur, ſcilicet ab obedientia: *Domine puer meus*, à charitate. *Domine puer meus iacet in domo Paralyticus*, ab humilitate: *Domine non ſum dignus*, & tamen Christus, non dixit, non inueni tantam charitatem, tantam humilitatem, *ſed non inueni tantam fidem*, à ſola Fide vinci fatetur, ſoli fidei dat manus, eique Regni Cœlorum claues traduntur. Mementote quæſo Matth. 8. quod olim Chriſtus interrogauit Diſcipulos dicens. *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* reſponderuntque Apoſtoli, *alij Heliam, alij Hieremiam, alij Ioannem Baptiſtam aut vnum ex Prophetis*, tunc dixit eis Chriſtus, *vos autem, quem me eſſe dicitis*, reſpondit Petrus, *tu es Chriſtus Filius Dei viui*, audiens Chriſtus hanc diuinam Petri confeſſionem, tamquam ab eius fide victus, & debellatus, illicò tradidit ei claues Regni Cœlorum, dicens. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & Sanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c. & tibi dabo claues Regni Cœlorum, &c.* vnde dixit D. Chryſoſt. *Tunc Petrus violenter rapuit, quando fide Filium Dei profeſſus eſt, & Regni Cœlorum poſſeſſum non haberet, niſi fide clamaret, tu es Chriſtus Filius Dei viui.*

Imò Apoſtolus Petrus hac ſua diuina fidei confeſſione, Spiritus Sancti Filius factus eſt, vt
in cap. 10. Matth. D. Hieron. benè aduertit ex illis verbis Chriſti. *Beatus es Simon Bariona*, Bariona enim ſonat filius columbæ, & quis ignorat in ſcripturis per columbam ſignificari Spiritum Sanctum? audite quæſo in diuinis Perſonis fit communicatio ad intra, idest Pater ſuam diuinam eſſentiam intelligendo generat Filium, & ex Patre, & Filio, ſe mutuam diligentibus procedit Spiritus Sanctus: ſed dices, quomodo Petrus eſt Filius Spiritus Sancti? reſpondeo, quod dùm Spiritus Sanctus ad intra non poteſt ſe communicare, communicat ſe ad extra, & ſic ſe communicauit Petro, & licèt in diuinis Filius, in tantum eſt Filius, in quantum procedit per actum intellectus, dico tamen Petrum non procedere per actum intellectus ad intra, ſed per actum intellectus ad extra, actus enim Fidei, eſt actus intellectus captiuantes intellectum ad votum fidei, Petrus ergo illa fidei confeſſione, factus eſt Filius Spiritus Sancti, audite quæſo verba D. Hieron. ſic dicentis. *Quod non habebat Petrus ex natura ſua, cum Spiritu Sancto hac confeſſione habuit, & Spiritus Sanctus cuius merita nouerat eum, ſibi in filium recepit.*

Et tanta eſt fidei vis, atque potentia, vt Deus ſe eſſe Deum fidelium fatetur; legitote quæſo caput 25. Exod. vbi inuenietis, quod Deus affirmans Populo Hebræo ne inimicorum potentiam, & malitiam timerent dixit: *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob*, peto modo, quare non dixit: *Ego ſum Deus Dauid, Deus Moyſis, Deus Ioſuè, vel aliorum Sanctorum?* reſpondetur, quia ſtatim, ac dixit. *Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, Iacob*, addidit, *& nomen meum Adonai, non manifeſtaui eis.* Adonai ſignificat Deum fortitudinis, Deum potentiæ, Deum magnitudinis, Deum infallibilem, & dicere volebat Deus, quod Moyſes, Dauid Ioſuè, &c. me ipſorum Deum eſſe faſſi fuerint, non eſt mirum, aliquod enim lumen propter quod meritò in me credere debuerint habuerunt, cum non pauca prodigia, à me patrata viderint, vt mare diuiſum, populos diſperſos, Solem ſtantem, & ignem de Cœlo deſcenſum, &c. quæ non viderunt Abraham, Iſaac, & Iacob, manentes in illa confuſione, ſeù in illis tenebris legis naturalis, in qua nulla adhuc miracula effecerim. *Nomen meum Adonai, non manifeſtaui eis*, & tamen me faſſi ſunt, & crediderunt in me, hoc magnum quidem fuit, & magna fuit iſtorum fides, quæ
lib. de Abrahā c.7 me coegit, vt faterer eorum eſſe Deum, audite D. Ambr. *Cur Deus Abraham, Iſaac, & Iacob dicatur hic eorum quare dico? quia antequam diuinorum prodigiorum potentiam palam faceret, iam fideles habebantur.*

Imò tanta eſt fidei potentia, vt Beatum faciat hominem fidelem, audite D. Eucherium in illa verba Chriſti. Beatus qui non fuit ſcandalizatus in me, dicentem. *Beatus qui fideliter,*
l.1.in Luc. *firmiterque crediderit, quæcumque ſcripta ſunt, & prophetata de me.*

Et Sancta Eliſabeth Luc. 1. loquens de Maria Vergine ait. *Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino*, ex fide eam Beatam appellat; quia priùs in mente, & in corde, Dei Filium, quàm in corpore geſtabat, audite D. Ambr. *Quæcumque crediderit anima, & concipit, & generat Dei Verbum.*

in ligno vitæ c. 4. Et Beatus Laurent. Iuſtin. beatiorem predicat Mariam ex fide, quàm ex Dei Filij conceptione.

Digitized by Google

tione, & ſic inquit. *Beatior quidem fuit Virgo Maria percipiendo Fidem Christi, quam concipiendo Carnem Christi, nihil enim materna propinquitas Mariæ profuiſſet, niſi fœlicius Ieſum corde, quam carne geſtaſſet.*

Matth. 26. narrat, quod pergens Chriſtus in Hortum, vt Paſſioni initium daret, ſequebantur eum Diſcipuli, quibus inquit Chriſtus. *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte*, audiens Petrus hoc verbum, ægrè tulit, & audacter reſpondit; *& ſi omnes ſcandalizati fuerint, ego numquam ſcandalizabor*, & cum Turba Iudæorum veniſſet in Hortum, vt Ieſum caperet, & manum in eum iniecisſet, tunc Petrus exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum Principis Sacerdotum, cui nomen erat Malcus, amputauit auriculam eius, at Ieſus videns hoc dixit Petro. *Mitte gladium tuum in vaginam*, quaſi diceret Chriſtus, ſi alius Diſcipulus hoc feciſſet, ſufferri potuiſſet, ſed tibi Petre, hoc non licet, cum futurus ſis lapis fundamentalis totius meæ Eccleſiæ, vbi fundanda eſt fides, non licet tibi abſcindere auriculam, per quam fides recipitur, quomodo crediderint ſi non audierint, *mitte ergo gladium in vaginam*, audite Chryſoſt. hunc locum expendens. *Quare ergo vulnus infligis in auriculam, ſi per eam fides recipitur? igitur mitte gladium tuum in vaginam.*

D. Eucherius inquit Chriſtum in tota ſua Paſſione, aliud miraculum, non feciſſe, niſi reſtituere Malco auriculam abſciſſam, & ſic dicit. *Nullum aliud miraculum fuiſſe patratum, niſi reddere auriculam ſeruo.*

Sed petes quare hoc? reſpondetur propter fidei neceſſitatem, nam licèt Chriſti Paſſio ſufficientiſſima fuiſſet ad ſaluandos plures mundos, ſi tot fuiſſent, hoc tamen, non ſine fide, audite Chryſoſt. ſic dicentem. *Non fides ex auditu? ſanetur igitur prius auricula, quia per illam fides ingreßum habet.*

Nec vacat Myſterio, inquit Auguſt. quod Malco, & non alio miniſtro auricula fuiſſet abſciſſa, quia Malcus interpretatur regnaturus, ſed nemo poteſt regnare in Cęlo, niſi habeat auditum, per quem fides ingreditur, audite verba D. Auguſt. *Malcus regnaturus interpretatur, quod autem auriculam ſanatam, & à Petro amputatam legitur, inſinuatur, quod fides ex auditu percipiatur.*

Hinc animaduertendum eſt, tunc fidem dici perfectam, cum aure deducitur, in Chriſti Paſſione adfuit quidam Centurio, qui Chriſti fortitudinem intuens, & admirans, quod iniurijs affectus, non reſpondebat, percuſſus, non conquerebatur, non ideò concludit Chriſtum eſſe Dei Filium, at vt auribus audiuit clamantem, *audiens, &c.* infallibiliter concludit, & actum fidei eliciens ait. *Verè Filius Dei erat iſte*, vnde hoc? quia cum eſſet Chriſti ouis, perfectam habebat fidem ex auditu, de quo Centurione loquens, D. Bern. ſic ait. *Verè ex Chriſti ouibus erat, quia vocem Dei audierat auditu credidit, quæ oculus non videt.* Intuebatur in Cruce omnium miſeriarum effigiem, & tamen Dei Filium fatetur.

Iſaac cunctos ſenſus deprauatos habebat, oculi eius calligauerant, errore afficiebatur tactus, *manus ſunt Eſaù*, guſtum ita deprauatum habebat, vt cibus, quem comedebat venaticus videretur, fallitur odoratus. *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni*, dùm ſenex Iſaac, Iacob cogitat eſſe Eſaù, ſed fallitur, at auditus numquam fallitur. *Vox quidem, vox Iacob eſt*, vnde Bern. ait. *Solus auditus non fallitur.*

In ſolo auditu fundatur fides, vt bene adnotauit D. Bernard. aduertens illa verba, quibus Cęleſtis Sponſus dilectam Sponſam, eſt alloquutus dicens. *Murenulas aureas, &c. Mirus quidem loquendi modus Sponſa enim Sponſi faciem palam videre cupiebat*, vnde dicebat, *indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, cui Sponſus reſpondit Murenulas aureas, &c. & dicere volebat, vt me videre poßis oportet priùs aures exornare, ex quibus ingreditur fides, quia fides ex auditu*, vnde Aug. ait. *Credimus, vt cognoſcamus, non cognoſcimus, vt credamus, quid eſt enim fides, niſi credere quod non vides?* hinc Iob 40. dicebat auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. *ſer. 4. in Cant.* *tract. 40. in Io.*

Auguſt. *Hæc eſt laus fidei, ſi quod creditur, non videtur; nam quid magnum eſt, ſi id credatur, quod videtur, ſecundum illam Domini ſententiam quando Diſcipulo dicit quia vidiſti me Thoma credidiſti, beati qui non viderunt, & crediderunt.* *tract. 79. in Ioan.*

Vndè cum nonnulli cæci acceſſiſſent ad Ieſum, vt lumen reciperent, dixit eis Ieſus. *Creditis quia poſſum facere?* vtique Domine reſponderunt, illicò ſubdidit Chriſtus magna eſt fides veſtra, fiat vobis ſicut vultis, & lumen receperunt, quem locum aduertens Diuus Hylarius, ait. *Qui crediderunt, viderunt, non quia viderunt, crediderunt, cumque intelligendam fidem interpretandum eſſe quod volumus.*

Huc ſpectare videtur, quod legitur de Hugone de S. Victore, qui cum multo tempore oraſſet Deum, deprecans, vt viſibiliter eum in Sacroſancta Hoſtia videre potuiſſet, accidit quadam die, dùm Miſſam celebraret, poſtquam dixit. *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, &c.* ex ea

Sacroſan-

Sacroſancta Hoſtia exiuit, & apparuit quidam pulcherrimus puerulus, ſupra patenam ſedens; diuino ſplendore circumdatus, quem cum intueretur Pius Hugo, maxima conſolatione, & diuina dulcedine fuit affectus, cui dixit Cęleſtis Puer. *Hugo comede me*, reſpondit Hugo, *quo auſu amantiſſime Domine audeam te comedere, & dentibus meis dilaniare?* tunc ſubdit puerulus, *niſi manducaueris non habebis vitam in te*, quod audiens Hugo inquit, *ſi ſic fieri eſt neceſſarium, oro te, vt abſcondas vultum tuum amantiſſimum à me*, tunc ſtatim abſcondens ſe diuinus Puer ſub forma panis, dixit Hugo. *Quia me videre nudum voluiſti, ex tunc meritum fidei de illo Sacramento in te euacuiſti.*

Non ſic legimus de Chriſtianiſſimo Rege Ludouico, vt magni Patriarchæ Sancti Dominici narrat Hyſtoria, nam, cum Lutetiæ in quodam delubro iuxta Regiam; quidam Sacerdos ſacroſanctam conſecratam in Miſſa eleuaret Hoſtiam, in manibus ejus viſus à cunctis fuit quidam diuinus, & pulcherrimus Puer incredibili circumdatus lumine, quod cum Regi Ludouico relatum fuiſſet, & vt ad videndum iret exoratus fuiſſet, noluit ex ſuo cubile exire, imò ſic narrantibus reſpondit, *eat, qui non credit, ego enim quotidie per fidem, huiuſmodi diuinum puerum video*. O digna tanti Regis reſponſio.

Sed magnopere animaduertendum, ne nos ipſos decipiamus ſequentes forſan, quod abſit impij Lutheri Sectatorum veſtigia putantes, & docentes ſolam fidem ſufficere ad ſalutem, quod eſt contra Catholicam Fidem, concilia, & Patres, audite D. Iacobum Apoſtolum 1. *Quid prodeſt fratres mei ſi fidem dicat, quis ſe habere, opera autem, non habeat? numquid*
in epiſt. ad ephes. 6. *poterit Fides ſaluare eum?* in quæ verba Theodoret. ait. *Quicumque Chriſti fidelis, ſi ſcuto fidei tantum tectus ex hoc bello ad cęleſtem triumphum tranſire ſperat, decipitur, laua enim cordis ſcutum fidei amplectens dextera Chriſtianas operationes exercere debet.*

Seſſ. 6. Can. 8. Audite ſacram Tridentinam Synodum. *Si quis dixerit ſola fide impium iuſtificari ita, vt intelligat nihil aliud requiri anathema ſit*, ad ſalutem enim opera cum fide requiruntur, Chriſtum ſequi, & imitari debemus, ſi verè Chriſtiani nomine frui velimus, vnde Paulus dicebat. *Imita-*
1. Cor. 10 *tores mei eſtote, ſicut ego Chriſti ſum*, D. Aug. ait. *Chriſtiani nomen ille fruſtra ſortitur qui Chriſtum*
lib. de Doctr. Chriſt. *minimè imitatur quid enim tibi prodeſt vocari, quod non es, & nomen vſurpare alienum: ſed ſi Chriſtianum te eſſe delectat; quæ Chriſtianitatis ſunt gere, & meritò tibi nomen Chriſtiani aſſume.* Huic poſſumus dicere, quod, vt refert Plutarch. in vita Alex. Ducem quemdam dixiſſe cuidam vulgari militi cui nomen erat Alex. *Aùt nomen mutas, aùt gere te, vt Alexander*, audite Patres D.
in c. 4. ad Hebr. Aug. D. Ambr. ait. *Non ſufficit fides, ſed, & debet addita vita fidei condigna, opus eſt quippè omni volenti Cęlum poſſidere fidem operibus comitari.*

D. Aug. *Fides quidem poteſt ſola eſſe, ſed non prodeſſe.*

15. de Trin. Greg. attendens illud Marci 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit*, ait. *Tu forſi-*
hom. 38. in Euang. *tan dicis baptizatus ſum, & credo, ergo ſaluus ero; verùm dicis ſi fidem operibus tenes, quid enim prodeſt ſi Deo per fidem iungimur? moribus diſiungimur, ille enim veraciter credit, qui exercet operando quod credit.*

D. Chryſoſt. *Si Chriſtianus es, Chriſto credis, per opera fidem demonſtra.*

hom. 4. in Matth. Bernard. attendens illud Iacobi 2. ſicut corpus ſine Spiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt, ait. *Vitam opera teſtantur, ſicut enim Corporis huius vitam, ex motu ſuo digno-*
ſer 2. de Reſurr. *ſcimus, ita, & fidei vitam ex operibus bonis.*

Beatus Thomas à Villanoua Archiep. Valent. *Quid ergo dicturus eo in iudicio ſolo nomine, &*
ſer. 3. de Adu. *profeſſione Chriſtianus, vita, & moribus plusquam paganus?*

Homines qui in ſola fide confidunt, & ab operibus malis non ſe abſtinent ſimiles Dęmonibus ſunt, ita aſſerit Saluianus in illa verba Iacob 2. Dęmones credunt, & contremiſcunt.
lib. 4. de Prou. *Sicut Dęmones cum Deum credant, tamen in peruerſitate perdurant, ita homines, quaſi credulitatem Dęmoniacam habent, quia cum ſe Deum credere aſſerunt, tamen à malo opere non ceſſunt.*

Imò Dęmonibus peiores ſunt, vt benè idem Doctor eodem adiungit dicens. *Tu vnam rem habes, Dęmones duas; tu crudelitatem habes timorem illi credulitatem habent pariter, & timorem.*

ſer. 38. de temp. D. Aug. in ſupradicta verba Iacobi 2. ait. *Sic qui credunt, & opera bona non faciunt, fidem Dęmonum videntur habere.*

lib. 10. in Io. c. 18. D. Cyrill. Alex. *Tu credis, quia vnus Deus eſt, Dęmones etiam credunt, & horreſcunt: ſi ergo fides ſola ſufficeret, multitudo Dęmonum peccare non poſſet; quare oportet ad fidem, per opera charitatis accedere.*

Qui Fidei opera bona non adiungunt, habent fidem in capite, & non in manibus, & mortis æternæ inditium eſt, recordamini quæſo ſomnij illius Pincernæ, & Piſtoris Regis Pharaonis dixit enim Pincerna Patriarchæ Ioſeph Gen. 40. *Videbam coràm me vitem, in qua erant tres*

Digitized by Google

propagines creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores, vuas matureſcere, petijt Ioſeph vbi nam fuiſſet vna, reſpondit Pincerna, *in manibus, & in ore*, tunc dixit Ioſeph Pincernæ, *reſtituet te Dominus in gradum priſtinum*, at narrans Piſtor ſomnium ſuum, dixit, *ego vidi, quod tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum*, hoc intelligens Ioſeph, quod ſcilicet Piſtor caniſtra farinæ haberet in capite, ait. *Tres adhùc dies ſunt, poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in Cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas*, ambobus accidit, ſicut prædixerat Ioſeph, modò peto, ex quo Sanctus Patriarcha Ioſeph cognouit horum ſomniorum euentum? reſpondere poſſumus ex eo, quod Pincerna vuas, ideſt opera in manibus habebat, benè operabatur, at Piſtor tria farinæ caniſtra in capite habebat, ideſt in actu ſpeculatiuo, non exercebat operibus, quod in capite habebat, ideò ad mortem damnatur, ex quo clarè patet, non ſufficere cognoſcere, & credere, ſed opus eſt fidem in manibus habere, & operari.

Mementote quæſo quod de quodam milite Romanorum narrant Hyſtoriæ, qui antequam ad bellum progrederetur, Mineruæ oraculum de belli exitu conſuluit, verum ſcilicet victoriam de inimico fuerit conſequuturus, & tale audiuit reſponſum. *Hylari animo eas, victoriam conſequeris*. Tunc miles huiuſmodi fide armatus ad bellum lætanter pergit, omni færè armorum genere ornatus, & prouocans inimicum, à quo cum offenderetur, & vulneribus afficeretur, nullatenus ſe defendebat, indubitanter ſperans ſicut oraculum prædixerat ſe victoriam reportaturum, & cum ſe non defenderet, tandem victus, & debellatus fuit ab inimico, & conquærens miles de oraculi promiſſione dicebat. *Vbi eſt Deorum fides? nonnè Minerua mihi victoriam promiſit?* reſponſum fuit ei. *Tu quoque cum Minerua manum admoue, Dij enim facientes adiuuant*. Talis debet eſſe fides noſtra operibus ſcilicet coniuncta, ſi de inimico infernali victoriam reportare deſideramus, vnde Apoſt. Paulus dicebat. *Sumentes in omnibus ſcutum fidei*, quod dictum Pauli admirans Origen. cur perit potiùs Apoſtolus ſcutum, quam Galeam, enſem, aut Thoracem? fidem appellat? & Diuo Paulo alloquens ait. *Siſte Paule metum: cur fidem in ſcuto collocas?* & idem Orig. reſpondet. *Qui ſcuto totum corpus defendere cupit, brachiorum conatu, illud in circuitu ducere oportet, ſicut imminens inimici gladiùs, vel ſagitta poſtulat.* in epiſt. ad Rom.

Itaque numquam victoriam de inimico, & de Deo gratias conſequemur, niſi fidei noſtræ opera adiungamus, audite Apoſtolum Epheſ. 6. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, requirentibus ſe remunerator erit*; hinc Plutarch. in Apoth. de quodam iuuene cuiuſdam inuicti militis filio narrat, quod cum poſt mortem patris magna pauperie detineretur, ad Antiochum Regem perrexit, ad cuius pedes proſtratus propriam miſeriam, & Patris antiquum erga Regem obſequium narrans, poſtulabat, vt ob merita Patris ſuæ indigentiæ Rex ſubueniret, hoc Rex audiens ita reſpondit. *At ego Adoleſcentule, non ob Patris, ſed ob proprias cuiuſque viri virtutes mercedem, & munera dare ſoleo.*

Eodem modo D. Hieron. reſpondet Chriſtiano ſola fide, abſque operibus, ſe ſaluare ſperanti, & ait. *Vnuſquiſque pro operibus ſuis mercedem accipiet, nec poſſent in die iudicij aliorum virtutes, aliorum vitia ſublenare.* epiſt. 71.

D. Greg. inquit. *Ille veraciter credit qui exercet, operando quod credit.* hom. 26. in Euang.

Chryſoſt. *Non quia ſacrati fontis aquas ingreſſus fidelis quiſpiam eſſe agnoſcitur, ſed à moribus, ſed ab aſpectu, ſed ab inceſſu à ſermone à comitibus.* hom. 4. in c. 1. Matt.

D. Aug. ait. *Quomodo Chriſtianus dicitur ille, in quo actus Chriſtiani non apparent? Chriſtianus caſtitatis, & integritatis eſt nomen.* Chryſoſt. *Si quis dixerit ſine operibus charitatis, ſe Chriſtianum eſſe mentitur.* Ex quo clarè patet, quod ſi ad Celeſtem Patriam peruenire deſideramus, opera debemus fidei adiungere, hinc poſtquam Salamon perquiſiuit mulierem fortem, quę illa eſſet, ſubdit. *Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius appræhenderunt fuſum*, quare non dicit appræhenderunt colum? mulieres enim priùs appræhendunt colum, deinde fuſum, ſed mulier, quæ ſtamen appræhendere vult, priùs appræhendit fuſum, in fuſo enim eſt ſtamen in facto eſſe, in colo autem linum, quod eſt tamen in fieri, inuenitur, quaſi diceret Spiritus Sanctus per Salamonem, vt pulcherrima veſtis gloriæ efficiatur, opus eſt, non ſolùs fidei colum appræhendere, ſed operum fuſum; audite Diuum Anſelmum ibidem. *In colo eſt, quod facturus es, in fuſo quod feciſti, vide ergo ſi aliquid habes in fuſo, ibi firmentur digiti tui, ibi ſit fortis conſcientia.* tract. 10 in Ioan. ſer. 19.

Vnde D. Ephrem Syrus attendens illud Gen. 28. quod ſcilicet Iacob dormiens vidit ſcalam illam, quæ Cęlum tangebat, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes, & expergefactus, dixit terribilis eſt locus iſte at Gen. 32. luctans Iacob cum Angelo à quo cum percuſſus fuiſſet in fęmore tunc Iacob lætanter cecinit, dicens. *Nunc ſalua facta eſt anima mea*, hoc mirum videtur, nam cum Iacob Cęlum apertum, & Angelos vidiſſet, tunc clamare debebat. *Nunc ſalua facta eſt anima mea*, & non cum percuſſus fuerit ab Angelo, ſed contrarium accidit, & ratio

eſt, quia

eſt, quia Iacob cùm Gen. 28. vidiſſet ſcalam illam dormiebat, & non operabatur, at Cęlum laborantibus datur, vt fecit Iacob Gen. 32. luctans cum illo Angelo, dùm manibus, & pedibus eum ſuperare conaretur, audite verba D. Ephrem ibidem. *Ante luctam terribilis erat locus, quem poſt certamen ſuauem appellat, vt ſcias Paradiſum per ſolam Fidem nobis exulem eſſe, quem opera concìuem nobis faciunt.*

Hoc videtur voluiſſe innuere Cęleſtis Sponſus Cant. 4. dilectam Sponſam alloquens, & dicens. *Vulneraſti me in vno crine tui colli*, cur ab vno crine colli Sponſæ vulneratum fatetur, cum aptiùs fuiſſet dicere à capillis in numero plurali? reſpondet Diuus Bern. dicens collum eſſe fidei ſymbolum, & ſic ait. *Fides enim collum eſt, ſecundum ſuam ſignificationem, capillus ex cogitatio.*

Quaſi diceret Sponſus vna tantummodo fidei ex cogitatione vulnerat, & rapit, & hæc fidei ex cogitatio debet eſſe coniuncta operibus, ideò dicit in vno crine colli tui, & non capitis, quia capilli capitis, & ſi vitam habeant ſenſu tamen carent, & à capite auulſi, nullam habent operationem, at crines colli, non reciduntur, ſed ſemper collo inhærent, & ad eiuſdem colli motum operantur, quaſi diceret Sponſus, à fide coniuncta operibus vulneratus ſum, audite Carthagenam, ſic dicentem. *Crinis, & ſi habet vitam, omni tamen ſenſu caret, ideò reciſo nullam habet vegetationem, ſed crinis inhærens collo, non reciditur, ſed habet operationem cum ipſo, vnde cogitatio fidei operoſa exprimitur.*

Audite Ambr. ſup. dicentem. *Non ſufficit fides, ſed habet addi vita fidei condigna, opus eſt quippè omni volenti Cęlum poſſidere fidem operibus comitari.*

Ad cuius rei maiorem dilucidationem attendite quod narrat Euangeliſta Luc. 19. de Zacchæo, qui cupiens videre Ieſum inde tranſiturum, aſcendit in arborem quem videns Ieſus dixit, *Zacchae feſtina deſcende*, quod aduertens D. Chryſoſt. Chriſtum alloquens ait. *Si benè aſcendit, quare dicis deſcende?* & reſpondet idem Chryſoſt. & dicit arborem illam ſymbolum fuiſſe Crucis Chriſti, & quia Chriſtus noluit, vt alter ipſo priùs Crucem aſcenderet, ideò dixit, *Zacchae deſcende*, audite verba Chryſoſt. *Quia nondùm ipſe aſcenderat ad Crucis arborem, ideò benè dictum eſt ei deſcende.*

At ego Chriſtum alloquens dicam, piiſſimè Domine, quare iubes Zacchæum deſcendere de Cruce, dùm per Euangeliſtam clamas: *Qui vult venire poſt me, tollat Crucem ſuam?* ſi iubes tollere Crucem, quomodo deſcende de Cruce? reſpondetur, quod Zacchæus Crucifixus appellari cupiebat, & vſuris incumbere volebat, ideò dixit ei Chriſtus, *deſcende de Cruce*, quaſi diceret relinque vſuras, operationes fidei adiunge, ſi benè Crucem aſcendere, & in ea commorari, & Crucifixus appellari deſideras, audite Chryſoſt. *Depone priùs vſuram, & fraudis molem, conſidera mortem, & poſtea aſcende, & latus inter Crucis arborem commorari.*

ſerm. 25. Hinc Diuus Vincentius Ferr. aduertens illa Chriſti verba Matth. 7. *Non omnis, qui dicit Domine, Domine, &c.* aſſerit, vt nos ad Paradiſum venire poſſimus, opus eſt, ter dicere. *Domine, Domine, Domine*, primum ore, ſecundum corde, tertium operibus, memento quæſo illarum quinque fatuarum Virginum, quæ cum clauſam ianuam inueniſſent, dixerunt. *Domine, Domine aperi nobis*, quibus fuit reſponſum, neſcio vos; de quibus Virginibus, ſic reſpondit Diuus Vincent. *Si dixerint tertium Domine, forſitan non periiſſent.*

Vnde refertur eumdem Diuum Vincentium fuiſſe in ſpiritu in Inferno, & inter alios vidiſſet quemdam damnatum ab ipſo Diuo Vincentio auxilium poſtulantem, cui dixit Diuus Vincentius, vt ter diceret. *Domine, Domine, Domine*; ores miranda refert D. Vincent. quod damnatus ille, bis dixit, *Domine, Domine*, & non potuit dicere tertium, *Domine*, ſcilicet benè operando, & ſatisfaciendo.

Ex dictis clariſſimè patet fidem operibus deſtitutam nullatenus proficere ad æternæ Beatitudinis mercedem conſequendam, non proficit militi, vt pręmijs dignus efficiatur ſub vexillo
hom. 4. in 2. Thim. tantum Ducis ſcribi, ſed ſtrenuè certare debet, vnde Paulus dicebat 2 Thym. 2. *Non coronabitur niſi, qui legitimè certauerit*, quæ verba exponens D. Chryſoſt. ait. *Qui certat, non coronabitur, niſi legitimè certauerit quid eſt legitimè? non ſufficit*, inquit, *ſi quis in certamen tantummodo deſcendat, ſi ſolùm vngatur, aùt congrediatur tantum. ſed niſi per omnia certaminis ſeruauerit legem, vt ſobriùs, grauis, conſtanſque ſit, omnia prorsùs obſeruet, quæ certantibus congruunt, numquam profectò coronabitur.*

Vnde Petrus Apoſtolus nos admonens dicit. *Fratres ſobrij eſtote, &c.* fidei armis debemus nos munire operibus coniunctis, vt æterno pręmio digni efficiamur, vnde Neem. 4. legitur. *quod dùm Iſraelitæ Hieruſalem reædificabant in vna manu arma habebant, altera autem laborabant*, ita nos cupiens Cęleſtem Hieruſalem nobis ipſis ædificare, & illic peruenire, quod Sathanas

cunctis

cunctis viribus, & omnium vitiorum armis impedire conatur, in manu enſem fidei oportet habere, captiuantes intellectum proprium in obſequium fidei, & ne fidei arma deſidioſa videantur, altera manu operibus charitatis, & miſericordiæ nos ipſos exercere debemus, ſecùs tamquam ad bellum inexperti, à Sathanæ telis nos defendere, non valebimus, audite D. Ambroſ. ſuper Beat. Immaculati, ſic dicentem. *Cùm fides in exercitata langueſcit, & crebris otioſa tentatur incommodis, remiſſam callidis inſidiator irrumpit; aſſuetum vero bello virum, æterna ſalus inſtruit, & glorioſa præuenit palma victoriæ.*

DE GRATIA.

1 DIuus Bern. Nil credentibus impoſſibile, nil amantibus difficilè, nil aſperum mitibus, nil humilibus arduum reperitur, quibus, & gratia fert auxilium, & obediendi Domino præbet imperium. *lib. de cõuerſat. ad Cler.*

2 Idem. Virtus ex alto Andream fecit amplecti Crucem; Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad occaſionem; Laurentium irridere carnificem. *lib. de contemp. mundi.*

3 Idem. Cibus Animæ eſt gratia Dei dulciſſimus, ſuauis, & omnem habens in ſe ſuauitatem, & delectamentum ſaporis. *in verba Cãt. 2. qui paſcit. &c.*

4 D. Hieron. Magnitudo gratiæ, ibi magnitudo diſcriminis, ne tenearis, ſi poſt victoriam venias ad amaritudinem, quia verùm Paſchas facientes azyma, cum amaritudinibus comedunt. *ad Fabiol. ep. 127.*

5 D. Ioan. Chryſoſt. Quantum maiora erunt mandata, quàm virtus humana eſt, tranſmittit ad Deum, cuius gratiæ nihil impoſſibile eſt, vt quod ex hominibus conſumari non poteſt, per gratiam Dei impleatur. *hom. 18.*

6 Idem. Gratia eſt adiutorium infirmitatis humanæ, adiutorium autem non dormientibus, ſed vigilantibus datur, & non præualentibus. *ibidem.*

7 Idem. Maxima ſecuritas, & inexpugnabilis murus eſt gratia Dei. *hom. 46. in Gen.*

8 Idem. Nihil infirmiùs eo, qui hac priuatus eſt, etiam ſi innumeris circumdetur exercitibus. *ibidem.*

9 Idem. Gratia eſt noſtra armatura ſolida, & inexpugnabilis, & hæc noſtræ maximæ diuitiæ. *ibidem.*

10 Lyppomanus, ſuper illud Geneſ. *Vt operaretur, & cuſtodiret illud.* Poſuit Dominus hominem in Paradiſo, vt operaretur, vt negligentia ſua non amitteret, quod ex gratia tantæ ſuſceperat, nec aliquid admitteret, vnde expelli mereretur. *in ſua Cathedr.*

11 D. Thom. Nomina diuinitus imponuntur quibuſdam à principio natiuitatis, ad deſignandam gratiam, quàm à principio conſequuntur. *ſup. ep. ad Rõ. lect. 2*

12 Idem. Vnicuique datur gratia à Deo, ſecundum hoc, ad quod eligitur. *3. p. q. 2. ar. 5. ad populum.*

MANTISSA
AD GRATIAM.

DIuina nobis imploranda eſt Gratia, vt aliquid de Gratia dignè loqui valeamus. Tripliciter à ſacris Theologicis ſolet gratia diſtingui. Prima dicitur præueniens operatur enim peccatoris conuerſionem. Secunda dicitur ſubſequens, quæ hominem ad perficiendum opus, quo iuſtificari poſſit, adiuuat. Tertia dicitur conſumata, qua mediante ſemper bene operando, vſque ad mortem homo perſeuerat, & de hac triplici gratia loquens Diuus Bernardus ſuper illud Ioann. qui de plenitudine eius omnes accepimus. *Gratiam pro gratia*, inquit, *ex quibus verbis intueor, quod triplicem gratiam diuinitus accepimus, prima nos initiat per quam vocamur; ſecunda prouehit, qua iuſtificamur, tertia conſumat, qua glorificamur.*

Loquens ergo de prima gratia dico initium noſtræ conuerſionis ex Deo eſſe, ſua miſericordia nos excitante ad pœnitentiam, vt bene adnotauit D. Chryſoſt. aduertens illa verba Matth. vidit hominem ſedentem in Telonio, vbi ſic inquit. *Sed cur dixit in Telonio ſediſſe? virtutem vocantis voluit oſtendere, qui non impoſito adhùc fine praua conuerſationis, è medio malorum pelago* *hom. 31. in Matth.*

Digitized by Google

ipſum abſtraxit, ſicut Beatum Paulum quoque furentem, ac omni rabie ardentem; & ignem Eccleſiæ ferentem reduxit. Hoc etiam innuere voluit Lucas Euang. 19. ſcribens verba Zacchæi. *Quæ protulit in initio ſuæ conuerſionis; ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum*; cui Ieſus reſpondit, *Hodie huic domui ſalus à Deo facta eſt; venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat*, quod aduertens Diuus Proſper contra collocatorem cap. 15. inquit. *Dominus ait, hodie huic domui ſalus à Deo facta eſt, & ne lateret, cauſa huius ſalutis, adiecit venit enim filius hominis, ſaluum facere, & quærere quod perierat, vt quem agnoſcebamus ſaluum factum, ſciremus à quærente præuentum.*

lib. 54. c. 2. Et Cant. 8. alloquens Deus peccatorem ait, *ſub arbore mali ſuſcitaui te*. Pierius dicit malum eſſe deliciarum hieroglificum, & ſic ait. *Qui amorum argumenta pingere delectantur uſitare eos malis, & inter arbores huiuſmodi laſciuire, poma accepere, abrodere, iactareque confingunt.* Quem locum Cant. 8. tres Patres Græci ita exponunt. *Sub rebus iſtis caducis, quæ ſuaui ... ſenſus omnes obiectant, te deſidia ad bonum amplectendum mortem, & rerum caducarum ſtudio conſopitam excitaui, prouidentiæ indiciiſque rationibus, ac ſermonibus impellens ad deſiderium.*

D. Chryſoſt. exponens verba illa Geneſ. 21. cum loquatur de Agar, cui Dominus aperuit oculos, vt videret puteum, de cuius aqua tribueret puero ad bibendum, ſic ait. *Aperuit oculos eius non quia antea, non viderit, ſed quia nihil proderant, et aperti oculi, ... ſitationem, propterea cum vellet ſuam prouidentiam declarare,* inquit, *aperuit oculos eius, ... ignoranti, & mentem excitauit, vt videret locum in quo fontes aquæ ſcaturiebant.*

Hoc idem videtur, quod dicitur Gen. 1. *Terra erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & dixit Deus fiat lux, & facta eſt lux, & germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum ſecundum genus ſuum.*

Terra hæc eſt anima noſtra, quæ ſi diuina gratia orbabitur, erit vacua, & tunc ſupra cordis faciem peccatorum tenebræ regnabunt, cor enim noſtrum, cum ſit inſcrutabile, abyſſus dicitur, & tunc Deus iubet lucem apparere, cum diuinæ gratiæ radios mittit, iter ſalutis nobis oſtendens; vnde Pſalmographus inquit. *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.*

in ſoliloq. Et D. Auguſt. *Erat nubes magna, & tenebroſa ante oculos vanitatis meæ, ita vt, non poſſem videre Solem Iuſtitiæ, & lumen veritatis inuoluebat tenebris filius tenebrarum tenebras amabam, quia lumen non cognoſcebam, cæcus eram, & cæcitatem amabam, quis inde me eduxit? quis accepit manum meam, vt inde educeret me, quis illuminator meus, quem non quærebam fuit, & ipſe me quæſiuit, non vocabam, & ipſe vocauit me, quis eſt ille? tu Domine Deus miſericors, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis.*

Piſces maris numquam, aquas dulces ingrediuntur, ne earum dulcedinem deguſtent, ſemel enim delibata, numquam ab his aquis diſcedunt, hi piſces, qui in mari morantur, ſunt peccatores in peccatorum ſolo degentes, qui diuinam dulcedinem non dum deguſtarunt, vnde Pſalmographus ab amaritudine peccatorum ad egrediendum nos inuitans, ait, *Guſtate, & videte quam ſuauis ſit Dominus*, & quod peccatum ſit hoc mare amarum, audi Iſaiam dicentem, *cor impij quaſi mare feruens, in quo, dùm peccator ſemel immerſus inuenitur, à ſemetipſo egredi minimè valet, niſi vi diuinæ gratiæ*, vnde Iſidorus de ſummo bono dicebat. *Poſtquam peccato obligauimus nos in operibus Diaboli, iam noſtra virtute ſurgere, non valemus, ſed ſicut nauis fracto gubernaculo, illuc ducitur, vbi venti tempeſtas eam deuoluerit ſic homo diuinæ gratiæ auxilio perdito non quod vult agit, ſed quod Diabolus perſuadet, & niſi valida manus Chriſti, ipſum, inde extraxerit, vſque ad mortem in peccatorum ſuorum ſordibus, & vinculis permanebit, ſed Chriſtus, qui non vult mortem peccatorum, neque delectatur in perditione viuentium præſto eſt ad infundendam huius gratiæ dulcedinem, vt peccatorem extrahat à peccatorum ſuorum profundo, ſi recta facie verſus ipſum clamat.*

Hinc Ezech. 47. a 1. *Et ecce aquæ egrediebantur ſubtus limen domus ad Orientem, & deſcendebant in latus dextrum templi, ſiue domus, faciem habens ad Orientem*: hic oriens eſt Chriſtus, de quo canit Eccleſia, *ò oriens, & ſplendor lucis æternæ*, Templum eſt cor noſtrum, ſi faciem conuertemus erga Chriſtum, cum Propheta clamantes. *Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*, ipſe liberabit nos de profundis aquarum per limen domus, cordis noſtri meditatio intelligitur, per quam diuinæ gratiæ dulcedo ingreditur ad dexteram, ideſt ad partem ſpiritualem, non ad ſiniſtram, ideſt, non ad partem corporalem, quia Chriſti gratia dulceſcit anima, & peccatorum amaritudinem depellit, vnde Iſa. 36. *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima*, nam ſtatim ac diuina gratia animæ noſtræ domum ingreditur, cum ea omnia bona veniunt, & homo infelix, per eam feliciſſimus euadit.

Actor. 12. *Erat Petrus dormiens in carcere Herodis, vinctus catenis duabus, volens poſt Paſcha producere*

producere eum populo, in ipſa autem nocte, Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in carcere, percuſſoque latere Petri excitauit eum, dicens, ſurge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus eius, &c. & Petrus in ſe reuerſus ait. *Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & liberauit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.* Petrus in carcere, peccatorem in carcere Sathanæ denotat, illæ duæ catenæ, malum culpæ, & benè non operari ſignificant, Paſchæ tranſitus expectatur, ideſt conſumatio præſentis vitæ, vt à Dæmonibus pœna æterna puniatur, & dùm peccator hoc non cogitat, in tenebris viuit, at diuinæ gratiæ luce adueniente, ita intellectus colluſtratur, vt catenas deponat, & vinctus à porta ferrea educatur, per rectam viam gradiatur, & propriam miſeriam, & calamitatem intuens, cum Diuo Petro clamet. *Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & liberauit me de manu Herodis, &c.* Angelus hic, fuit diuina gratia, audite Diuum Auguſtinum, ſic dicentem. *Conuerſus, & vidi tenebras meas, in quibus fueram, & abyſſum tenebroſam, in qua latueram,* & dixi, *vhe, vhe tenebris meis, in* in ſoliloq.
quibus iacui, vhe, vhe cæcitati illi, in qua verùm lumen Cœli videre, non poteram, vhe, vhe præteritæ ignorantiæ, in qua, non cognoſcebam te Domine.

Idem Auguſt. cit. *Gratia, & miſericordia Dei præuenit me, reduxit errantem, docuit ignorantem corripuit peccantem, conſolatus eſt afflictum, redemit captiuum, confortauit deſperantem, ſuſcepit reuertentem, erexit cadentem.*

Sed primam hanc gratiam, qua ad bonum vocamur, nihil perficere, abſque ſecunda gratia, 1.Cor.15.
nullum latet, vnde Paulus Apoſtolus inquit. *Gratia Dei ſum, id, quod ſum, & gratia Dei in me vacua non fuit, duplicis gratiæ mentionem facit; prima gratia eſt,* qua Apoſtolus vocatus, *& præuentus fuit ſecunda eſt, qua ad benè operandum fuit adiutus,* quæ verba aduertens Anſelmus dicebat. *Quia diuina nos bonitas, vt innocentes faciat, præuenit, aptè Apoſtolus ait, Gratia Dei ſum id, quod ſum, & quia eadem gratia noſtrum liberum arbitrium ſequitur, adiungit, & gratia eius in me vacua non fuit.*

Ob cuius rei confirmationem, audite Cœleſtem Sponſam Cant. 1. dicentem. *Dilectus meus mihi, & ego illi, vbi apertè mentionem facit gratiæ, qua Sponſa fuit præuenta,* quæ verba Sponſæ ſer. 67. in
aduertens D. Bern. ſic inquit. *Rectè loquuta eſt, non prætendens meritum, ſed præmittens beneficium, & ſe præuentam dilecti gratia confitens.* Cant.

Et quia Sponſa non ſolùm prima gratia locupletata fuit, qua excitatam, & præuentam fuiſſe fatetur, ſed etiam fuit illi conceſſa ſecunda gratia ad cooperandum, ideò cap. 6. dixit. *Ego Dilecto meo, & Dilectus meus mihi,* quæ verba expendens D. Bern. ait. *Pulchrè Sponſa poſteriùs hæc eadem verba, non eodem ordine ponit, loquens hoc modo, ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, cur ita? nempè, vt tunc magis gratia plenam ſe probet, cum totum gratiæ dederit, & primas ſcilicet illi partes adſcribens, & vltimas.*

Sed ad perſeuerandum tandem in bono incepto, tertia conſumata requiritur gratia, qua à Deo regimur, ne in malum labamur, vnde Pſalmographus rogabat Dominum dicens. *Miſe-* pſal. 22.
ricordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ, ipſa enim gubernamur, & tamquam quodam fræno, ne labamur, regimur, & conſtringimur, vnde Deus per Iſa. 48. dicebat. *Laude mea infrænabo te, ne intereas;* Deus enim peccatorem tamquam indomitum equum, ne labatur, & corruat, fræno gratiæ ſuæ regit, ac gubernat, hinc Paulus Apoſtolus dicebat. *Quicumque Filij Dei ſunt, Spiritu Dei aguntur,* quæ verba expendens D. Hieron. ait. *Filij Dei ſunt, quicumque Spiritu Dei gubernantur,* & D. Chryſoſt. eadem D. Pauli verba aduertens, ait. *Neque ſimpliciter enim dixit quicumque Spiritu Dei viuunt, ſed quicumque Spiritu Dei ducuntur, oſtendens quod ſic vult illum vitæ noſtræ Dominum eſſe, vt gubernatorem Nauigij, & aurigam currus æquorum.*

Vnde Iſa. 63. loquens de Deo, quaſi de Auriga dixit. *Eduxit eos per abyſſos quaſi equum per Deſertum, non impingentem, Spiritus Domini ductor eius fuit,* quæ verba Arias Montanus, ſic explicat. *Eduxit eos per abyſſos, quaſi equum per deſertum non impingentem, non ſecus, atque vento aliquo à tergo ſpirante, & motum etiam adiuuante.*

Et talis eſt hæc gratia, vt D. Paulus ad Rom. 6. dicat. *Gratia Dei vita æterna,* quaſi diceret eſt via ad æternam vitam, eſt certa ſpes illius vitæ, qua fruemur in Cœlo, & talis eſt hæc gratia, quod minima huius gratiæ gutta ſufficiens ſit, vt Infernus, in Paradiſum, & ignis ille, quo damnati puniuntur in rorem cœleſtem ſuauiſſimum conuertatur, vnde refrigerari poſſint, patet hoc exemplo illius diuitis Epulonis, qui poſtquam ſepultus eſt in Inferno, vt ſuorum delictorum lueret pœnam, eleuans oculos, vidit Lazarum ſinu Abrahæ de torrente diuinarum dulcedinum abundè potantem, vndè rogauit Abraham, vt mitteret Lazarum, & intingeret extremum digiti ſui in aquam illarum diuinarum dulcedinum, & refrigeraret linguam ſuam; ſed heù infelix damnate, dic mihi quæſo, quàm refrigerationem ex minima aquæ gutta ſpera-

Digitized by Google

re poteris? ignoras forſan, quod magnus ignis, vt eſt ille infernalis à modica aqua extingui, non poſſit? hoc nonnulli Doctores aduertentes, dixere infęlicem Epulonem, vt mentis impotem fuiſſe loquutum, & veluti Princeps Apoſtolorum in Monte Tabor, ob exceſſum gloriæ neſciebat, quid diceret; ita, & hic infęlix Epulo, ob magnitudinem pęnarum, ſed hoc dictum non placet; nam maior pęna quàm patiantur damnati, eſt cognitio, & appræhenſio propriarum miſeriarum, & hoc magis, ac magis damnatorum dolorem auget, erat ergo mentis compos, ſed dicere volebat, talem, ac tantam huius gratiæ efficaciam cognoſco, quod ſi minima gutta in labia mea deflueret, pœnæ Inferni, non amplius pęnæ, ſed delitiæ mihi eſſent, mens
ſer. 8. de Transfig. eſt D. Auguſt. *Tanta eſt dulcedo futuræ glorię, quod ſi vna gutta in Infernum deflueret, totam damnatorum amaritudinem dulcem efficeret.*

Tanta eſt diuinæ gratiæ efficacia, vt is, in quo habitat actiones contrarias propriæ naturali inclinationi ſæpè ſæpiùs operetur, hoc innuere voluit Iſa. dicens. *Erit præparatus mons domus Domini in verticem montium, & fluent ad eum omnes gentes*, quaſi diceret, Spiritus Sanctus per Prophetam, licèt hominis proni ſint, & veluti aqua defluant ad ima, & aſcendere ad Cęlum, non valeant, diuina tamen gratia mediante, magna cum omnium admiratione, ita ſurſum ſe eleuabunt, vt vſque ad Dei Thronum peruolare audeant, & ſic licebit Prophetæ dicere. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*, vt accidit D. Paulo qui dicebat, *noſtra conuerſatio in Cęlis eſt.*

Imò diuina Gratia, ita hominem extollit, vt homo per eam propriæ naturæ limites tranſcendat, ita, vt non amplius homo, ſed Angelus, & quaſi Deus videatur, innuit D. Chryſoſt.
in pſ. 38. exponens illa verba. *Verumtamen in imagine pertranſit homo, ſed, & fruſtra conturbatur*, ita ipſe legit. *Vane conturbatur omnis homo*, & ait. *Cum enim dixit omnem hominem, tamen iuſtum, non comprehendit, quoniam is, ſupra hominem vitam agit.*

Hinc num. 2. iuſſit Deus Moyſem cunctum populum numerare, hic obediuit, ſolùm noluit numerare tribum Leui, ſic ex Textu. *Leuitę autem in tribu familiarum ſuarum, non ſunt numerati cum eis*, quare hoc cum Dominus cunctum populum numerari iuſſerit? reſpondit Oleaſter ibidem, & ait. *Non veniunt in numerum ſancti cum alijs.*

Quia homines ſancti, in quibus diuina gratia inhabitat, tranſcendunt hominum naturam, & non ſunt numerandi veluti cæteri homines, quia homines non ſunt putandi, ſed Angeli, quod Dauid Pſal. 114. videtur innuiſſe, cum dixit. *Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax*, nam aliter, & ipſe Dauid, cum ſit homo, erit, & ipſe mendax, & quæ ipſe dixit, *non eſſent credenda, quod nefas eſt dicere*; ſequor Ducem D. Baſilium ibidem, ſic dicentem. *Si enim omnis homo mendax, Dauid eſt homo, mendax ergo, & ipſe eſt; ſi mendax, non ſunt credenda quę dixit.*

Sed quia in Dauid diuina gratia inhabitabat, ideò non eſt numerandus inter alios homines, ſed potiùs inter Angelos, his tandem verbis ſuam claudit ſententiam. *Homines enim dicuntur ij, qui humanis perturbationibus, & affectibus retinemur, qui autem his fuerit exemptus, at liber, & ob mentem perfectam ad Angelorum naturam accedat, inter homines cenſebitur, extra aliorum ſortem ſe conſtituens.*

ſer. in vig. SS. Petri, & Pauli. Et D. Bern. loquens de hominibus, qui Dei gratia adiuti talia effecere opera, quę cunctorum opera vicerunt, ſic ait. *Homines iſti fuerunt, qui nos præceſſerunt, qui tàm mirabiliterproceſſerunt per vias vitæ, vt vix homines eos eſſe credamus.*

Huiuſmodi ergo homines Angelos eſſe cenſeo, & ſunt illi Angeli, quos Iacob per ſcalam ad Cęlum aſcendentes vidit; nam quos deſcendentes vidit fuerunt Angeli Apoſtatæ ita ſentit
in pſ. 121. D. Bruno, & ait. *Nam per deſcendentes, Angeli maligni ſignificantur, qui per ſuperbiam deſcenderunt, per aſcendentes Sancti, qui fuerunt ſpirituales, vt Angeli.*

Et idem Bruno cit. attendens quod ſcribitur 3. Reg. cap. 5. fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum, ſic ait. *Tu quoque ſi vis Cherubim fieri, potes, meliùs enim ex hominibus, quàm ex lignis fiunt Cherubim, & multi quidem Cherubim ex hominibus facti ſunt, vis videre Cherubim, reſpice Paulum.*

Immò homines per diuinam gratiam Dij appellantur, perpendite illud Matt. 16. vbi Chriſtus interrogauit Diſcipulos dicens. *Quem dicunt homines eſſe filium hominis*, & poſtquam Diſcipuli reſponderunt, ſubdit Chriſtus, *vos autem, quem me eſſe dicitis*, quæ verba attendens Diuus Hieron. apud S. Tho. in Cat. ibi ait. *Attende quod ex hoc Textu ſermonis, Apoſtoli nequaquam homines, ſed Dij appellantur cum enim dixiſſet, quem dicunt homines eſſe filium hominis? ſubiecit vos quem me eſſe dicitis, ac ſi dicat, illi, quia homines ſunt humana opinantur, vos qui Dij eſtis, quem me eſſe exiſtimatis?*

Et D. Thom. ibidem librans illa verba Ioannis Apoc. 14. *Habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus eorum*, ait. *Nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis, ſcilicet*

Digitized by Google

licet nomen Dei Patris, quod eſt Deus; quia à Deo poſſunt dici Dij.

D. Bern. conſiderans illud commune dictum, *amicorum omnia ſunt communia*, inquit: *Omnia, quę Dei ſunt, dici poſſunt animę exiſtentis in gratia per charitatem; vnde ſi amicus eſt alter ego, anima per participationem, eſt alter Deus.* to. 2. ſer. 24.

D. Cyprian. teſtatur Chriſtum ad hunc finem veniſſe in mundum. *Vt qui ait ſine Deo fuerant; dum dominaretur in eis peccatum, reducti ad iuſtitiam, conformes Chriſti, & Chriſti efficerentur, & Dij.* ſer. de paſſ.

Hoc ipſum ſentire videtur Diuus Petrus ſecunda 1. dicens. *Maxima, & pretioſa nobis donauit, vt per hęc efficiamini diuinę conſortes naturę.* Gratia eleuat hominem ad Dei filiationem, vnde Ioannes dixit: *Dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri*, ſed audi quomodo ſit hæc Dei Filiatio, *non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.*

Et ex hac Dei Filiatione oritur, quod ſumus Dei Patris hæredes, hoc argumentum elicit D. Paul. ad Rom. 8. dicens. *Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quod ſumus Filij Dei, ſi Filij, & hęredes, hęredes; quidem Dei, & cohęredes Chriſti*, nos Filij per adoptionem, Chriſtus ex natura, ergo fęliciſſimum illud gloriæ Regnum nobis, tanquam Filijs diuiditur.

Cum ergo tanti valoris ſit diuina gratia, quid ſoluere deberet homo, vt eam conſequi poſſit? ſed quid non ſolueret? ſi mentis compos eſt, omnia, quæcumque poſſidet, & vitam ipſam ſoluere deberet, vt diuinam hanc conſequeretur gratiam, hæc eſt ille Theſaurus, de quo loquutus eſt Chriſtus Matth. *Simile eſt Regnum Cælorum Theſauro abſcondito in agro*, quo infęlix peccator, & pauperrimus diteſcit, ſed quo pretio emi debet? quem, cum inuenit homo præ gaudio vadit, & vendit omnia, quę habet, & emit illum, omnia debet tradere, vt eum habeat, vt multi Nobiles Principes, Reges, & Imperatores præſtitere.

Sed vis ſcire, quanti Theſaurus diuinæ gratiæ valeat? audi rem admirandam, ad hunc diuinum Theſaurum obtinendum, ſi illum ſitis, ſufficit eum velle, ſufficit petere illum, audi Dominum per Iſa. dicentem. *Sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, venite, & emite, abſque vlla commutatione:* loquitur theſauros ſitientibus, ſed quomodo abſque argento, & pecunia, theſaurus hic emi poteſt? audi D. Greg. Nazianz. *Hoc bonum ſolo voluntatis pretio tibi emendum proponitur, appetitionem ipſam, Deus ingentis pretij loco habet.* orat. 40.

Sufficit velle, ſufficit petere, ita dixit Chriſtus Samariæ Ioann. 4. *Si ſcires donum Dei, forſan petiſſes, & dediſſet tibi.*

Sed, vt magis, ac magis animetur homo ad hoc petendum, & conſequendum, animaduertas quæſo quàm celer ſit Deus, quotieſcumque agitur de ſuis gratijs nobis tribuendis, Origen. perpendens illud Luc. 2. exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione in Ciuitatem Iudæ, &c. ſic ait. *Ieſus qui in vtero eius erat, feſtinabat adhùc in ventre matris Ioannem poſitum ſanctificare.* hom. 7. in Luc.

Quaſi diceret cauſa, cur Virgo Maria perrexit magna cum feſtinatione in montana, in Ciuitatem Iudæ nulla alia fuiſſe dicitur niſi, vt gratia Ioannes impleretur, quia Deus magno flagrat deſiderio, vt nobis ſuarum ſit largitor gratiarum; audite illud Geneſ. 28. vbi apparet Dominus ſcalæ innixus; quem locum perpendens D. Bernardin. *Dominus inquit innixus deſcribitur ſcalę, quaſi deſiderio flagrans, vt noſtra bona opera acceptaret, & propter illa nouas gratias nobis multiplicaret.* to. 2. ſer. 63.

Et quod magis mirum eſt inſtat Chriſtus, vt ſuam nobis gratiam conferat, veniat vobis in mentem, quod ait, D. Paulus loquens de Petra Oreb, quæ à Moyſe percuſſa copioſas emiſit aquas, *bibebant*, ait Textus, *de ſpiritali conſequente eos petra*: quæ verba exponens Haymon aſſerit nonnullos rabinos dixiſſe, quod petra illa miraculosè, ſequebatur Hebræos quocumque pergebant, hæc eius verba. *Vbicumque figebant tentoria, voluebatur in medium caſtrorum, nullo hominum impellente, emittens largiſſimos riuolos ad ſatietatem populi, & iumentorum.* 1. Cor. 10.

Sed hoc quia fabuloſum eſt, illicò Apoſtolus Paulus de qua petra intelligendum ſit ſubdit. *Petra autem erat Chriſtus*, quia Chriſtus illum tunc populum, & nos ſequitur, vt ſuam diuinam gratiam nobis conferat, ſuamque oſtendat celeritatem prodeat, D. Ambr. ibidem. *Sequens Petra dicta eſt, quę intelligitur Chriſtus, vbi enim deficiebat eis humanum ſuffragium, aderat Chriſtus ideò ſequebatur, vt vbi defeciſſet, ille ſubueniret.*

Et hæc celeritas Chriſti in nobis adiuuandis fuit cauſa cur in ſua paſſione, non aperuerit os ſuum, vt propriam innocentiam oſtenderet, oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum, ait Iſa. 53. Hugo Card. ibidem, ita hæc verba expendit: *Non aperuit os ſuum coram Pilato, & Herode parua enim reſpondit, ne differretur ſalus humani generis.*

In quo

Digitized by Google

In quo oſtendit quanto deſiderio flagraret, vt nobis ſuam conferret gratiam, & feſtinum ſe eſſe oſtenderet in nobis ſubueniendis.

in cap. 23 Exod. Hinc iuſſit Exod. 26. *Pones propitiatorium ſuper Arcam Teſtimonij, in Sancta Sanctorum*, & huius iuſſionis cauſam oſtendens Oleaſter ait. *Vt ſi contingat in lege peccare, ad manum eſſet propitiatorium*.

Et tàm anxiè Deus conferre ſuam nobis exoptat gratiam, vt nullus detur in creaturis cumulus peccatorum, propter quem, vt nonnulli dixere earum deſperetur ſalus, ſed ſemper Deus promptus, atque paratus eſt, ſuam nobis tribuere gratiam, licèt creatura innumerabilibus ſit irretita culpis; teſtetur hoc Hieremias Thren. 1. de Hieruſalem deplorans eius infeliciſſimum ſtatum, eam demolitam, atque ab omnibus deſtitutam intuens, ait. *Quomodo ſedet ſola Ciuitas plena populo, facta eſt quaſi vidua domina gentium*, quaſi diceret Hebræos alloquens, cur Hieruſalem deſtructam conſiderantes, & cauſam huius deſtructionis eſſe culpas cognoſcentes, vitam veſtram non corrigitis? dicebatur de Hieruſalem muri tui ex lapide pretioſo portæ eius duodecim margaritæ, Ciuitas Regum Terræ, plena populo, ſed heu modo, quaſi vidua facta eſt domina gentium receſſit omnis decor à filia Sion, viæ Sion lugent, &c. Ciuitas hæc Anima noſtra eſt à Chriſto Sponſo propter culpas derelicta, & tamen Propheta non inquit facta eſt vidua, nam illa dicitur vidua, quæ propter mortem Sponſo ſuo orbata eſt, ſed dicitur quaſi vidua, quia propter Sponſi abſentiam, per aliquod temporis ſpatium Sponſo caret, ita, & animæ peccatrici contingit, cum ſuo Sponſo Deo; mens eſt D. Paſchaſij. *Quaſi vidua, & non vere*
lib. 1. in Thren. *vidua, dicitur quoniam ſi à Sponſo deſpicitur, ſponſalitatis tamen iura manent, vt ſi redierit ſponſus, ſaltem per pœnitentiam reſipiſcat*.

Itaque ſemper poſſumus diuinam conſequi gratiam ſi reſipiſcamus; & Sponſus Chriſtus non ſolùm ſemper eſt promptus illā nobis ita largiri, vt per eam ad Cęlum peruenire valeamus, ſed tanta eſt diuinæ gratiæ vbertas, vt pro noſtræ modulo capacitatis ſemper nos vberiori replere gratia ſtudeat.

Hinc eſt quod quamuis Ioannes Apoc. 7. affirmet vidiſſe turbam magnā, quàm dinumerare nemo poterat ad Cęlum pergentem, Chriſtus tamen Matth. 7. viam quæ ducit ad vitam arctam eſſe conceptis verbis prædicat, numquid dilectus Diſcipulus aduerſatur magiſtro? abſit hoc dicere, ſed Chriſtus hoc affirmauit ob magnum deſiderium, quo tenetur nobis ſemper vberiorem gratiam conferendi, Amanti enim numquam videtur ſatis pro re amata feciſſe, audite D. Greg. Nazianz. ibidem. *Non ſatiantur oculi eius diuitys gratiæ ſuæ, quia ſemper noſtram deſiderat ſalutem*.

DE HVMILITATE

lib. 7. ep. 44. 1 Diuus Ambr. Multi habent humilitatis ſpeciem, ſed virtutem non habent; multi eam foris prætendunt, & intus impugnant.

ſer. 21. 2 Idem humilitate peruenitur ad Regnum, ſimplicitate penetratur ad Cęlum; quiſquis cupit diuinitatis tenere faſtigia, humilitatis ima ſectetur.

lib. 1. Luc. 3 Idem. Quanto quis eſt abiectior in hoc ſęculo, tanto magis exaltabitur in futuro; nam per quot gradus humilitatis hic quis deſcendit, per tot gradus exaltabitur in Cœlo.

ſer. 39. de verb. Dñ. 4 D. Aug. Attendite, arborem petit prius deorſum, vt ſurſum, excreſcat, figit radicem in humili, vt verticem tendat ad Cęlum, tu autem ſine humilitate, ſine charitate vis alta conſcendere? ſine radice auras petis? ruina eſt, non incrementum.

ſer. de Aſc. 5 Idem. Altus eſt Deus, humilis te, & veniet ad te, erigis te, & fugit à te, & humilia de proximo reſpicit, vt attollat alta à longè cognoſcit, vt deprimat.

in pſ. 131. 6 Idem. Dauid tantam humilitatem ſeruauit erga Saulem; vt eum Regem fateretur, ſe autem canem.

tract. 7. ſuper Io. 7 Idem. Dominus noſter Ieſus Chriſtus volens ſuperborum frangere ceruices, non quæſiuit per Oratorem Piſcatorem, ſed è Piſcatore lucratus eſt Imperatorem.

li. ſer. exhor. de ſalut. monit. 8 Idem. *Ad quemdam comitem cap.* 18. Humilitas homines Sanctis Angelis ſimiles facit, & ſuperbia Dęmones ex Angelis fecit.

ep. ad probam. 9 Idem. Perfacilè eſt veſtem contemptam habere, inclinato capite incedere, velum ſuper capillos dimittere, ſed verùm humilem patientia oſtendit iniuriæ.

l. de S. Virgin. c. 41. 10 Idem. Omnia bona, quæ in nobis reperiuntur, eſſe Deo referenda, quo maiorem induamus

Digitized by Google

duamus humilitatem; inde enim quis ſe magis in vilem ſeruum, & humiliorem hominem
confitebitur, quo plus cognouerit, nihil boni in ſe, ſed omnia à Deo emendicata habere.
11 Idem. Holocauſtum medullatum eſt peccatoris humiliatum cor. *ad fratres*
12 Idem. Videte fratres magnum miraculum. Altus eſt Deus, erigis te, & fugit à te, hu- *in eremo*
milias te, & deſcendit ad te, quare hoc? quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & *ſer. de A-*
alta à longè cognoſcit. *ſcenſ. Dñ.*
13 Idem, in verba Matth. 11. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Diſcite, inquit *ſer. 10. de*
Dominus à me non mundum fabricare, non cuncta viſibilia creare, non in ipſo mundo *verb. Dñ.*
miracula facere, & mortuos ſuſcitare, ſed quòd mitis ſum, & humilis corde.
14 Idem. Magnus eſſe vis? à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam conſtruere cel- *ibidem.*
ſitudinis? de fundamento priùs cogita humilitatis.
15 Idem. Excelſa eſt patria, humilis eſt via; ergo qui quærit patriam, quid recuſat viam? *ad Dioſc.*
16 Idem. O Sancta Humilitas quàm diſſimilis es ſuperbiæ? ipſa ſuperbia fratres mei, Luci- *ſer. 22. ad*
ferum de Cœlo eiecit, ſed humilitas Dei Filium incarnauit; ipſa ſuperbia Adam de Para- *fratres in*
diſo expulit, ſed humilitas Latronem in Paradiſum introduxit; ſuperbia Gigantum linguas *heremo.*
diuiſit, & confundit, ſed humilitas cunctis congregauit diſperſas; ſuperbia Nabuchodono-
ſor in beſtiam tranſmutauit, ſed humilitas Ioſeph Principem Iſrael conſtituit; ſuperbia Pha-
raonem ſummerſit, ſed humilitas Moyſen exaltauit.
17 Idem. Ipſa humilitas eſt ſeſſio, & delectabile cubile Domine noſtri Ieſu Chriſti, qui ait. *lib. de ſa-*
Super quem requieſcam, niſi ſuper humilem, & quietum, & pauentem ſermones meos? *lut. Doč.*
18 Idem, in verba Pſal. 126. *Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere, &c.* Vis eſſe excelſus? eſto
humilis. Quando ſurgimus? cum fuerimus humiliati. Surgite poſtquam ſederitis. Surre-
ctio exaltationem ſignificat, ſeſſio humilitatem. Vnde alibi dicitur. Domine, tu cogno-
uiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Humiliauit ſemetipſum Dominus noſter;
hæc eſt ſeſſio; propter quod, & Deus exaltauit illum, ecce reſurrectio. *lib. 3. de*
19 Idem. Ambula per humilitatem, vt peruenias ad æternitatem. *verb. Dñ.*
20 Idem. Pia humilitas facit ſubditum ſuperiori; nihil eſt autem ſuperiùs Deo, & in eo exal- *lib. 14. de*
tat humilitas, quæ facit ſubditum Deo, eleuatio autem, quæ inultio eſt, eo ipſo quo reſpuit, *Ciu. c. 13.*
ſubiectionem cadit ab illo, quod non eſt, quid ſuperiùs.
21 D. Baſil. Humilitas tutiſſimus eſt virtutum omnium theſaurus. *in conſtit.*
22 Idem. Vir humilis Deo eſt ſimilis, & in Templo pectoris ſui geſtat eum; ſuperbus autem *Mon. c. 17*
cum ſit Deo odibilis, Diabolo ſimilis eſt. *in pſ. 21.*
23 Idem. Non magnum eſt eſſe humilem in abiectione, magna prorsùs, & rara virtus, hu *hom. 4. ſu*
militas honorata. *per miſſus*
24 Idem. Decor animæ eſt humilitas. *eſt.*
25 Idem. Dico vobis Chriſtiani; vtile magis eſt abſcondere, quam oſtentare, vel oſtende- *ſer. 45.*
re; ſi quid habemus boni, ſicut, & mendici cum eleemoſynas petunt non pretioſas veſtes *Cant.*
oſtendunt, ſed ſemi nuda membra, ac vlcera, ſi habuerint, vt citiùs ad miſericordiam viden- *in quodam*
tis animus inclinetur. *ſer. de Ad*
26 Idem. Vim faciebat Regno Cœlorum Publicanus ille, qui dùm non auderet oculos ad *uent.*
Cœlum leuare, ipſum Cœlum potuit ad ſe inclinare. *in ſer. de*
27 Idem. Et eſt humilitas, quam nobis veritas parit, & hæc non habet calorem, & eſt hu- *verb. Ap.*
militas, quàm charitas format, & inflammat, atque hæc in affectu, illa in cogitatione exiſtit. *ſer. 42. ſu-*
28 Idem, *hom. 1. de laudib. Virg. Matris.* Quod ſi Virgo, & humilis es, quiſquis es, magnus es *per Cant.*
29 Idem. Fode in te fundamentum humilitatis, & peruenies ad faſtigium charitatis. *ſer. 45. in*
30 Idem. Humilitas eſt fundamentum, cuſtoſque virtutum. *Cant.*
31 Idem. Appetere de humilitate laudem, humilitatis non eſt virtus, ſed ſubuerſio, quod *ſer. 1. de*
peruerſiùs, quidue indignus, vt inde velis videri melior, vndè videris deterior. *Natiu.*
32 Idem. *De grad. hom. cap. 9.* Glorioſa res humilitas, qua ipſa quoque ſuperbia paliare ſe *ſer. 16. in*
appetit, ne vileſcat. *Cant.*
33 Idem. Hæc eſt via, & non eſt præter ipſam, qui aliter vadit, cadit potiùs, quàm aſcendit, *ſerm. de*
quia ſola eſt humilitas; quæ exaltat, quæ ducit ad vitam. *Aſcenſ.*
34 Idem. Vt quid audes oculos leuare ad Cœlum qui peccaſti in Cœlum? terram intuere, *de grad.*
vt cognoſcas te ipſum. *humilit.*
35 Idem. Quanti humiliantur, & humiles non ſunt; alij cum rancore humiliantur, alij pa- *ſer. 34. in*
tienter, alij libenter; primi rei, ſequentes innoxij, vltimi iuſti. *Cant.*
36 Idem. Humilitas eſt contemptus propriæ excellentiæ. *epiſt. 27.*

37 Idem.

Digitized by Google

ſer.2. de Aſcenſ. 37 Idem. Magna virtus humilitas, cui facilè ſe inclinat Diuina Maeſtas, ſola humilitas eſt quæ exaltat, ſola quæ ducit ad vitam.

ſer. 1. in Epiphan. 38 Idem. O humilitas virtus Chriſti, quantum confundis ſuperbiam noſtræ vanitatis.

ſer. 15. in Cant. 39 Idem. Verùs humilis vilis vult reputari, non humilis prædicari, & gaudet de contemptu ſui.

ſer.4. in vig. Nat. Dom. 40 Idem. Quid enim humilitate ditiùs, quid precioſiùs inuenitur, qua nimirum Regnum Cœlorum emitur, & diuina gratia acquiritur, ſicut ſcriptum eſt. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum.

ſer.2. de Aſcenſ. 41 Idem. Hec eſt via, & non eſt alia; ſola eſt humilitas, quæ exaltat, Chriſtus enim, cum per naturam diuinitatis non haberet quo creſceret, vel aſcenderet, quia vltra Deum nihil eſt, per deſcenſum, quomodo creſceret, inuenit, veniens incarnari, pati, & mori: propter quod Deus exaltauit illum.

de modo bene. c.39. 42 Idem. Quanto humilior fueris, tanto te maior ſequetur gloriæ altitudo. Deſcende, vt aſcendas, humiliare, vt exalteris, ne exaltata humilieris. Humilitas caſum neſcit; ſcit aſcenſum.

de gradib. humilit. 43 Idem. Humilitas eſt virtus qua homo veriſſima ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit.

44 D. Bonau. *in Alphab. Religioſ.* Ama neſciri, & pro nihilo reputari.

lib.12. de ſpir. ſuperbie. 45 Caſſiod. Nullo modo poterit in anima noſtra virtutum ſtructura conſurgere, niſi priùs iacta fuerint veræ humilitatis in corde noſtro fundamenta, quę firmiſſimè collocata, perfectionis, & charitatis culmen valeant ſuſtinere.

ſer. de Natiu. Dom. 46 D. Cypaian. Humilitas eſt ſanctitatis fundamentum.

ibidem. 47 Idem. Fundamentum ſanctitatis ſemper fuit humilitas; nec in Cęlo ſtare potuit ſuperbæ ſublimitas.

48 Fulg. *Epiſt.6. ad Theodorum de conuerſione cap. 9.* Creſcat in te humilitas animi, quæ vera eſt, & integra ſublimitas Chriſtiani, & tanto magis in te cognoſces Dei gratiam creſcere, quanto magis tibi humilitatem cordis videris abundare.

lib. de prædeſt. ſanct. 49 Idem. Eſt hoc proprium humilitatis, vt per eam fiat animus ſublimis, ſicut homo elatione humilis.

in fin. l.27 Moral. 50 D. Greg. Ego Dauidem plùs ſaltantem ſtupeo, quàm pugnantem.

51 Idem. Moral. ſuper illud Iob 5. *Qui ponit humiles in ſublimi.* Beati qui in alto intentionis ſuæ vertice ſunt, dùm moriendo mortem ſentiant, miro modo eos reproborum iacula feriunt, & non contingunt.

1.p. hom. 9. in Ezec. 52 Idem. Si rectitudo ſciendi humilitatem loquendi perdiderint, radicem ſurſum in ramo oliuæ vitiauit, quia, niſi cor intumeſceret, lingua minimè ſuperbiret.

l.2. c.10. in 1. Reg. 53 Idem. Cum hominibus pro Deo ſubijcimur, ſuperbo ſpiritui ſuperamus, cæteris quidem virtutibus Dęmones impugnamus, per obedientiam vincimus; victores ego ſint, qui obediunt, quia dùm voluntatem ſuam alijs perfectè ſubijciunt, ipſis lapſis per obedientiam Angelis dominantur.

l.22. mor. cap.9. 54 Idem. Quomodo probatur in conflatorio argentum; & in fornace aurum, ſic probatur homo ore laudantis.

hom.6. in Euang. 55 Idem. Qui ſine humilitate virtutes congregat, eſt quaſi, qui in vento puluerem portat.

in pſ.37. 56 Idem, *ſuper illud iniquitatem meam annunciabo.* Verè humilitatis teſtimonia; & iniquitatem ſuam quemque cognoſcere, & cognitam voce confeſſionis nuntiare, & nuntiatam pęnitentiæ ſatiſfactione delere.

p.3. paſt. admon.18 57 Idem. Dùm ſe humiles deijciunt, ad Dei ſimilitudinem aſcendunt. Quid humilitate ſublimiùs, quæ dùm ſe in ima deprimit, Auctori ſuo manenti ſuper omnia coniungitur.

l.14. mor. cap.23. 58 Idem. Euidentiſſimum reproborum ſignum ſuperbia eſt, è contra humilitas electorũ.

l.34. mor. cap.21. 59 Idem. Audiant omnes Dominum dicentem. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Ad hoc namque Vnigenitus Dei Filius formam humilitatis noſtræ ſuſcepit, ad hoc inuiſibilis, non ſolùm viſibilis, ſed etiam deſpectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, irriſionum opprobria, paſſionumque tormenta tolerauit, vt ſuperbum non eſſe hominem decoret humilis Deus. Quanta ergo humilitatis virtus eſt, propter quam ſola veraciter docendam, is qui ſine æſtimatione magnus eſt, vſque ad paſſionem factus eſt paruus.

in epiſt. ad Celantiam 60 D. Hieron. Nihil habeas humilitate præſtantiùs, nihil amabiliùs. Hæc eſt enim præcipua conſeruatrix, & quaſi cuſtos quædam virtutum omnium: nihilque eſt, quod nos ita, & homi-

& hominibus gratos, & Deo charos, qui quo fuerint meritò magni, humilitate infimi ſunt: propter quod Scriptura dicit: *Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Et Dominus loquitur per Prophetam: *Super quem alium requieſcam, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem ſermones meos.*

62 Idem. Prima virtus Christianorum est humilitas. *eſt. ad Euſt.*

63 D. Iſidorus. Esto paruus in oculis tuis, vt ſis magnus in oculis Dei. *in Synod.*

64 D. Ioann. Chryſoſt. Attende, & videbis nihil eſſe ſic humilitate altius, quia depreſſam animam eleuat. *hom. 66. in Matth.*

65 Idem. Bonis operibus noſtris humilitatem, quaſi fundamentum ſubſtituamus, vt ſecurè virtutes ſuperextruere valeamus. *hom. 35. in Gen.*

66 Idem, in verba Matth. 5. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum.* Nihil humilitati comparandum eſt, ex qua Chriſtus beatitudinis principium fecit: tamquam enim quoddam immenſi ædificij fundamentum, humilitatem primum iecit. *hom. 32. in c. 4. Ioan.*

67 Idem. Nihil humilitate potentius, fortior eſt petra, ſolidior adamante, & in maiorem ſecuritatem nos collocat quam quæcumque, vel Turres, vel Vrbes, vel muri. Vt igitur in ſolida ſimus petra fundati, relicta arrogantia, humilitatem ſectemur. *hom. 21. in ep. ad Ro.*

68 S. Maximus. Humilitate peruenitur ad Regnum, ſimplicitate penetratur ad Cœlum. Quiſquis ergo cupit diuinitatis tener faſtigium, humilitatis ima ſectetur. *in hom.*

69 Orig. Homo impius humiliari non vult, ſed cogitat apud ſe verba contumelioſa, quæ ab inimico ſuo audiuit, & replicans ea, alia ſimilia in illum ſtatuit, animo reddens illi malum pro malo. *hom. 1. in pſal. 38.*

70 Rupertus, in verba Exod. 7. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, &c.* Glorioſa virtutum Regina humilitas, quæ in Cœlum volare conſueuit, locuta eſt in eo dicente ſe incircumciſum eſſe labijs, & idcircò dignum, ad pro ſua reuerentia magnificum accepit reſponſum, vt audiret homo peſſimatus regnantis hominis eſſe Deum.

71 Rupert. Abb. in verba Cant. *Si ignoras te, &c.* Si ignoraſti, ò pulcherrima mulierum, ò benedicta inter mulieres, cuius pulchritudo benedictio eſt, talis, ac tanta cauſa tua eſt, vt ſi te ipſam non ignores, ſtatim ſcias illud, quod quæris, fides, & humilitas tua, pulchritudo tua, hic eſt locus requiei meæ. *de morib. cap. 10.*

72 Idem, *ſuper illud, vulneraſti cor meum.* Perfecta humilitas eſt ſpeculum peracutum.

73 Idem. *Vulneraſti cor meum ſoror mea, &c.* Quid crine graciliùs, & quid humilitate ſubtiliùs? quid crine flexibiliùs, & quid humilitate contractiùs? crinis vnus vix comparet, & humilitas vix conſentit, quod computari poſſit inter homines. *ibid. lib. 3 in Cant.*

74 Seneca. Is inquam eſt Beatus, quod nulla res maiorem facit. *epiſt. 5.*

MANTISSA
AD HVMILITATEM.

MEritò poſt diuinam gratiam, de humilitate nobis agendum occurrit, ſola enim humilitas eſt tutior via ad Deum perueniendi, eiuſque gratiam obtinendam, vnde D. Auguſt. *Excelſa eſt patria, humilis eſt via, ergo, qui quæris patriam, quid recuſas viam?* *ad Dioſc.*

Idem ad eundem Dioſcorum. *Non aliam tibi ad capeſſendam, & obtinendam veritatis viam inuenies, quàm, quæ inuenta eſt ab illo, qui greſſuum noſtrorum, tamquam Deus videt infirmitatem, ea autem prima eſt humilitas, ſecunda humilitas, tertia, humilitas, & quoties me interrogares hoc dicerem.*

D. Maximus. *Humilitate peruenitur ad Regnum, ſimplicitate penetratur ad Cælum, quiſquis cupit diuinitatis tenere faſtigium, humilitatis ima ſectetur.* *in homil.*

D. Bern. *Fode ait, in te fundamentum humilitatis, & peruenies ad faſtigium charitatis vis capere celſitudinem Dei, cape humilitatem Chriſti.* *in quadam epiſt.*

D. Bernardinus ait. *Sicut enim magnes attrahit ferrum, ſic humilitas gratiam ad ſe attrahit.* *to. 1. ſer. 16 art. 2. c. 3*

Huc ſpectat, quod poſquam primi parentes peccauêre, propter quod omnibus bonis, gratijs, fauoribus, atque prærogatiuis, quibus in ſtatu innocentiæ fruebantur, nudati fuerunt, ne diu in hoc infeliciſſimo ſtatu permanerent, ait, ſacra Geneſ. 3. *Fecit Dominus Deus Adæ, &*

Digitized by Google

vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, in quas pelliceas veſtes conuertens D. Chryſoſt. animum quærit, quare Deus tàm vilibus veſtimentis induerit eos, cùm diuina pietas potuerit alijs veſtibus his honoratioribus eos inuoluere, & reſpondet, quia Deus his humilibus veſtimentis, non ſolùm noſtrorum parentum nuditatem cooperire volebat, ſed eſſent, quaſi magnes, vt veniam, & gratiam ad ſe traherent, & obtinerent, hæc eius verba D. Chryſoſt. *Accipiunt veſtimenta pellicea, vt qui confeſſi iam delictum fuerant, veniam cultu humilitate præcipiant*.

de lapſu primi hominis.

Et quid fuit, quod Deum de Cœlo traxit in Terram, veluti magnes ferrum, niſi humilitas Mariæ, dum Cant. 1. dicebat. *Nardus mea dedit odorem ſuum?* quem locum attendens D. Antonius Archiep. Florentiæ, ſic exponit. *Dùm eſſet Rex in accubitu ſuo, ideſt in requie ſua, quaſi dormire videretur, & non curare de ſalute humana, omnes enim ad inferos deſcendebant. Nardus mea dedit odorem ſuum, herba parua eſt, & ſignificat Beatam Virginem humilem, quæ maximè dedit odorem ſuæ humilitatis, quando ſe totam Deo committens, & ſubijciens, ait. Ecce Ancilla Domini, qui odor vſque ad Cœlum aſcendit, & in Cœlo accumbentem quaſi euigilare fecit, & in vtero ſuo quieſcere.*

p. 4. t. 15 cap. 21.

Vnde D. Bern. *Magna virtus humilitas, cui facilè ſe inclinat Diuina Maieſtas*. Hinc Lucas Euang. 18. loquens de Publicano, dicit. *Longè ſtans, nolebat nec oculos ad Cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori*, quod attendens D. Bern. ait. *Vim faciebat Regno Cœlorum publicanus ille, qui dùm, non auderet oculos ad Cœlum leuare, ipſum Cœlum ad ſe potuit inclinare*.

ſer. de Aſcenſ.

ſerm. de quat. mod. orandi.

Immo nec ipſe Deus poteſt cohibere, quin Cœlum humilibus non aperiatur, vnde ſtatim ac Chriſtus deſcendit, vt baptizaretur à Ioanne, aperti ſunt Cœli, ita Matth. Euang. baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt Cœli, Paulus de Palacio ibidem, petit cur in ſpatio triginta trium annorum, quibus Chriſtus hic moratus eſt, numquam legitur: *Quod Cœli aperirentur, niſi in eius Baptiſmate?* & ſic reſpondit. *Tantum enim fuit meritum illud, tanta humilitas, vt vix Pater cohibuerit ſe, quin aperiret Cœlos Chriſto ſe ſub aquis immergenti.*

Vnde hoc? quia ſcilicet humilitas attrahit ad ſe Cœlum, attrahit gratiam.

Et vt clariùs humilitatis fulgor illuceſcat, ſubeat memoriæ, mendicorum inuentio, qui licèt aliquando, veſtibus, pecunia, & pane abundent, vt tamen à Diuitum Marſupijs pecunias, & ab eorum domibus veſtes, ac ſtipem extorqueant pannoſis amicire ſe ſolent centonibus, oſtiatim clamant, eleemoſynam mendicant, & numquam dicunt ſufficit, audite Gulielmum Pariſienſem loquentem de humilitate, qui ait. *Laus eius eſt paupertas, ex qua eſt ei tot annica quærulaſitas, & mendicitas.*

de morib. cap. 10.

Quaſi diceret humiles, ſunt veluti mendici, qui quamuis ſupra cœleſtibus gratijs abundent, artificiosè tamen conceſſas occultant, & ſe pauperrimos eſſe ſemper oſtendunt, clamitantque, ſemper coràm Deo diuinarum gratiarum eleemoſynam petentes, & licèt Deus infinitis eos repleat donis, numquam dicunt ſat eſt, vt videantur cum Dei potentia contendere, & dicunt ſemper, vt idem Gulielmus. *Imple ſaccum paupertatis, & vacuitatis meæ ſi potes Domine Deus*, & ſubdit idem Doctor cit. *Saccus eius, nec hic impleri poteſt donis largitatis, nec paupertas eiuſdem ditari, cauſa autem in hoc eſt, quoniam quanto maiora amplioraque dona recipit, tantò ampliùs ipſa creſcit, & propter hoc tantò ampliùs vacuam, & pauperem ſe proclamat.*

de Reth. diu. c. 31.

✝ Philoſophi aſſerunt non dari vacuum in natura, vnde D. Vinc. Ferr. ait. *Vt impleretur vacuum ſi eſſet, citiùs deſcenderet Cœlum.*

ſer. 2. feſt. Paſcha.

Quo ſuppoſito Gulielmus Pariſienſ. ita philoſophatur. *Sicut natura vacuum non patitur, quin illud virtute vehementiſſima impingat corpus aliquod, quo repleatur, ſic vacuum humilitatis, gratia vacuum à ſe eſſe non patitur, ſed fortiſſima inundatione in illud influit, quod replet.*

de morib. cap. 10.

D. Laurent. Iuſtin. attendens illud Iſa. omnis vallis implebitur. *Tantò*, inquit, *in ſuſcipiendis ſpiritualibus donis fit dignior, & capacior, quanto per humilitatis virtutem extiterit in ſe profundior, & abiectior.*

in ligno vitæ de humil. c. 1.

Beda perpendens quid intelligatur per valles, & quid per montes explicat. *Quid hoc loco vallium nomine, niſi humiles, quid montium, & collium niſi ſuperbi homines deſignantur?*

D. Bern. examinat, quod dixit Angelus Paſtoribus Luc. 2. *Euangelizo vobis gaudium, quia natus eſt vobis hodie Saluator mundi, qui eſt Dominus in Ciuitate Dauid, & hoc vobis ſignum inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in Præſepio*, & in hæc verba prorumpit. *Quid eſt quod ſola ab Angelo commendari videtur humilitas, nec tamen ſola à Paſtoribus inuenitur?* & ſubdens ait. *Sola tamen non potuit inueniri, quia gratia ſemper datur humilibus.*

Per humilitatem è ſeruis amici efficimur, imo fratres, imò filij, quod faciat ex ſeruo amicum, hoc innuit D. Aug. attendens, quod Ioannes Baptiſta indignum ſe reputabat, vt Chriſti calceamenta ſolueret, ſic inquit. *Quando autem, nec ad hoc dignum ſe dicit, verè plenus Spi-*

tract. 4. in Ioan.

ritu San-

Digitized by Google

vitu Sancto erat, qui ſic ſeruus Dominum agnouit, & ex ſeruo amicum fieri meruit.

Hoc etiam innuere voluit Sponſa Cant. 1. dicens. *Dùm eſſet Rex in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorem ſuum, faſciculus Myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, cur Sponſa ſic diuerſa loquuta eſt, vocans Sponſum modò Regem, modo dilectum? vnde hæc varietas? quia nimirum nardus Sponſæ, quæ eſt humilitatis ſymbolum, dedit odorem ſuum id expendens D. Bern. ait. *Ante Rex, modo dilectus, ante in accubitu, modò inter Sponſæ vbera; magna humilitatis virtus, cui etiam diuinitas Maieſtas, tàm facilè ſe inclinat; citò reuerentiæ nomen in vocabulum amicitiæ mutatum eſt.*

. Et non ſolùm humilitas reddit amicum, ſed, & fratrem. vt benè adnotauit Chryſoſt. perpendens verba illa Saluatoris, quamdiù feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis, ſic inquit. *Quid ais? ſi fratres tui ſunt, quomodo minimos appellas? imò verò ideo fratres, quia humiles, quia pauperes, quia abiecti.* hom. 80. in Matth.

Non ſolùm in amicorum, & fratrum gradum humilitas nos euehit, ſed, & in filiorum; occurrat Mulier illa Cananea Matth. 15. cui a Chriſto Filij ſanitatem petenti, reſpondit Chriſtus. *Non eſt bonum ſumerè panem filiorum, & dare canibus*, & per panem, Gloſa intelligit gratiam filijs tantum concedendam, at mulier, ſe humilians, & reuocans ſe catellam dicens. *Etiam Dominem, nam, & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Domini ſui, hac humili confeſſione filia effecta eſt*, audite Chryſol. *Meritò adoptatur, vt filia eleuatur, honoratur ad menſam, quæ ſe ſub menſa laudabili, & prouida humilitate deijecit.* ſer. 100.

Immo per humilitatem, ex ſeruis filij facti, ita eleuamur, vt quanto profundiùs deſcendamus, eò altiùs extollemur, vſque ad ſydera, vſque ad Empireum, vſque ad Deum ipſum: teſtem aduoco Iſa. dicentem. *Erit præparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes*, mirum quidem, fluent ait, Propheta ſi fluere eſt proprium fluminum. quæ ad ima deſcendunt, & domus Dei eſt in vertice montium, quomodo ergo ad domum Dei peruenient? benè ſcribit Propheta (ex mente cuiuſdam Pij Doctoris) fluent ad eum omnes gentes. *Quia quanto profundiùs homo ſe inclinat per humilitatem, tanto altiùs aſcendit, vſque ad domum Dei.*

Arbor ait D. Aug. *Radicem figit in imum, vt vertice tendat ad Cœlum, ſi ſine radice eſt, & auras petit, ruina eſt illud, & non incrementum*, hoc innuere voluit Iſa. de Chriſto dicens, *aſcendit ſicut virgultum coram te, ſicut radix de terra ſitienti*, radix non aſcendit ſed ad ima ſe protendit, hoc dictum eſt, vt oſtenderetur, quod arbor tanto altiùs ſe extollit, quanto profundiùs radices infixerit, ita, & humilitas ſe extollit, & ad Deum peruenit, vt quodammodo ipſo potiatur.

Plinius narrat de quodam piſciculo, qui vocatur remora, quod tantæ virtutis ſit, vt nauem, ſecundis licèt vectam auris, ita reſiſtat, vt immobilis videatur, ita humilitas, licèt inter omnes Chriſtianas virtutes minima videatur, tantarum tamen virium eſt, vt velocem curſum iuſtæ indignationis irati Dei retineat, ne puniat, quod animaduertit Doctiſſimus Rupertus Abbas loquens de Moyſe. *Moyſes quomodo Deum tenere potuiſſet, dicentem, dimitte me, niſi quia virtute humilitatis confortabatur, ſtans ſicut pſalmiſta, ait in confractione, id eſt nimia mentis humilitate in conſpectu eius.* li. 2. Hiſt. natur. in cap. 8. Amos to. 2. lib. 4.

Et idem Rupertus cir. conſiderans luctam Iacob cum Angelo ait. *Et quomodo putamus Iacob potuiſſe cum Angelo luctari, niſi per magnæ humilitatis virtutem, quæ vera eſt fortitudo.*

An non, & per humilitatem vulneratum ſe Sponſus fatetur Cant. 4. *Vulneraſti cor meum Sponſa vulneraſti in vno oculorum tuorum in vno crine colli tui?*

Sed cur in altero tantum oculo vulneratus? aùt eſſet dicendum Sponſam vnum tantummodo oculum habuiſſe, aùt ſi duos alterum altero ſpecioſiorem commendat, ſed neutrum dicendum; neque enim macula vlla, cam quæ tota pulchra eſt, vnquam deturpauit. Ad rem Diuus Bruno reſpondet. *Vnum vero oculorum dixit, quoniam, non de pluribus, ſed de vna virtute loquebatur, habet tamen duos oculos ſoror noſtra, & Sponſa Chriſti quorum altero, terram altero verò reſpicit Cœlum per hos autem, humilitas, & contemplatio deſignatur, & pluſ ſæpè placet Deo oculus humilitatis, qui terram reſpicit, quàm oculus contemplationis, qui ea, quæ ſcire, non licèt, aliquando perſcrutatur.* de ornat. Eccl. c. 5.

Hinc fit vt, quanto magis humilis ſe ſubmittit eò magis extollatur, quia omnis, qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur dùm Domini Præcurſor indignum ſe putat Chriſti calceamenta ſoluere, vt manum ſupra Chriſti caput extendat dignus inuenitur, ſic loquitur Diuus Chryſoſtomus. *Manum, quam eſſe calcemento dixit indignam, ſuper caput ſuum Chriſtus attraxit.* hom. 38. ad pop.

Diuus Paulus Apoſtolus ita fuit eleuatus, vt ipſemet 2. Cor. 12. *Fateatur ſcio hominem, &c.*

 quoniam

quoniam raptus eſt in Paradiſum, &c. Gulielm. Durandus perquirens cauſam, eius eleuationis, inquit. *Quia dixit non ſum dignus vocari Apoſtolus per hanc humilitatem, raptus fuit vſque ad vltimum Cœlum.*

rat. diuin. l. 6 c. 125

in cap. 59 Gen.

Oleaſter attendens quod antequam Deus Patriarcham Ioſeph in domo Putifar ſuper omnes Aegyptios extolleret, & magnificaret, ita eum deprimere voluit, vt tamquam mancipium venundari permiſerit, & in domo Regis, vt ſeruus haberetur, dixit. *Seruum eſſe permittit, vt ex ſeruo Dominus fiat.*

Sed præ cæteris ob oculos ſit Ioannis Baptiſtæ humilitas, qui quanto magis ſe humiliauit, eò magis Deus eum exultauit, nam interrogatus à Phariſæis (qui eum Meſſiæ honore dignabantur, vt tollerent hanc dignitatem à Chriſto cui meritò debebatur, & hoc propter inuidiam) *tu quis es?* ſemper negatiuè reſpondit, *non ſum*, licèt infinitis ferè titulis, & encomijs Domini præcurſor abundaret, numquam affirmatiuè reſpondit, poterat enim dicere, quoad naturam ſum homo, *fuit homo miſſus à Deo*, quoad vitæ puritatem erat Angelus in carne, *ecce ego mitto Angelum meum*, quoad præcurſoris officium, erat Hælias, *ipſe præibit in Spiritu, & virtute Heliæ*, quoad exemplum, *erat lucerna ardens, & lucens*, quoad dignitatem, cæteris excellentior: *nam, & manus eius cum ipſo eſt*, quoad prærogatiuam omnium hominum maximus erat, *inter natos mulierum non ſurrexit maior*, & tamen ſemper reſpondit negatiuè, *non ſum*, ſed quæ de ſe ipſo vox veritatis aſſerunt, dixerat enim Ioannes, *non ſum*, & vſque ad terram humiliter ſe depreſſit, ideò ait Chriſtus, *non ſurrexit maior*, nam exceptis Chriſto, & Beata Virgine, reliquorum omnium, nullus ita ſe humiliauit, vt Ioannes Baptiſta, ideò *inter natos mulierum illo non ſurrexit maior*, petunt Phariſæi à Ioanne, *Propheta es tu?* reſpondit, *non ſum*, & hanc humiliationem rependit Chriſtus, *hic eſt Propheta, & pluſquam Propheta*, Hælias tu? dixit, *non ſum*, & Chriſtus vero, *ipſe venit in ſpiritu, & virtute Heliæ*, petierunt tandem quis ergo es? es homo? reſpondit, *ego vox*, & Chriſtus ait, *hic eſt, de quo ſcriptum eſt, ecce ego mitto Angelum meum*, quaſi diceret, non ſolùm Ioannes eſt homo, ſed eſt etiam Angelus, quia qui ſe exaltat humiliabitur.

Et ita humilitas nos extollit, vt quanto magis nos ipſos humiliamus, eò magis Deo appropinquamus, vnde Dauid dixit Pſal. 144. *Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus eum in veritatem*, hoc verbum, in veritate, debet exponi cum illis verbis Ioannis 8. vbi ait Euangeliſta, quod prima creatura, quæ à Deo receſſit, fuit Lucifer, ſed quid dicit Ioannes de eo? audite. *Homicida fuit, quoniam in veritate non ſtetit*, ſed omnes Theologi, & Sancti Patres fatentur. Luciferi peccatum fuiſſe ſuperbiam; ergo illud, non ſtetit in veritate, vult innuere non ſtetit in humilitate, ſi ergo Lucifer per ſuperbiam receſſit à Deo, nos ei per humilitatem appropinquamus, & quantò magis per humilitatem ad nihilum redigimur, eo propinquius ad Deum accedimus, hinc Dauid Pſal. 112. dixit. *Humilia reſpicit in Cælo, & in Terra*, pero modò quis Angelorum in Cœlo Deo magis propinquus eſt? ille profectò, qui magis humilis eſt, teſtis ſit, Iſa. vbi ſe Deum vidiſſe fatetur. *Vidi Dominum ſedentem, &c.* & propè ipſum Seraphim ſtabant, quos ſex alas habuiſſe refert, quarum duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes, & duabus volabant, quod perpendens D. Chryſoſt. docet nos aduertere, quod Seraphini alis illis non cooperiebant Dei faciem, ac pedes, quia Deus his caret, & viſio hæc fuit ſub ſpecie corporea, ſed Seraphim, illis alis, ſe ipſos velabant, indignos ſe exiſtimantes, & quantò magis ſe indignos putabant, eò ſe magis nihili extimabant, & ſeipſos Deo propinquiores reddebant.

Sed quem mortalium poſt Seraphim, conſpexit illi maieſtati viciniorem? reſpondet Propheta, & ea, quæ ſub ipſo erat replebant templum, ſed quæ nam hæc? domus repleta erat fumo, fumus ergo Dei ſedem ambiebat, ſed quid magis ſimile fumo, quam nihil, vt innueret itaque, quod quantò magis, quis ſe humiliauerit, & ad nihilum deſcenderit, eò magis Deo propinquus erit, ideò tàm accuratè hæc viſio deſcribitur à Propheta concinant huic ſententiæ Angeli Cant. 8. qui admirabundi, in eas prorupere voces, *quæ eſt iſta, quę eſt innixa ſuper dilectum ſuum*, & Paulò ante huius propinquitatis rationem deſignantes dixerant, *virgula fumi*, quod D. Hieron. perpendens dicit, quod Sponſa per humilitatem erat ita depreſſa, vt fumus, & nihil eſſe appareret, & ideò magis Deo appropinquabat.

Et omnes denique qui Deo appropinquare deſiderauerunt, nihilitatis viam ſectati ſunt. Diua Maria Magdalena, ita Deo appropinquauit, vt digna fuerit audire, *remittuntur tibi peccata tua*, ſed quomodo hoc obtinuit? *ſtans retro*, indignam ſe reputans, ante Chriſti faciem ſtare; Publicanus ita Deo appropinquauit, vt audire meruerit; *deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam*; ſed quomodo? *ſtans à longe, nec oculos in Cœlum leuare audebat*, propter nimiam humilitatem,

tatem, vnde D. Aug. admirans Publicani humilitatem ait. *Publicanus de longè ſtabat, & ideò Deus illi faciliùs propinquabat, nec oculos leuare audebat, & iam ſecum habebat, qui fecerat Cęlum.* *ſer. in illud pſ. 63. incundatur homo, &c*

Euangelicus Centurio ita Chriſto appropinquauit, vt ipſemet Chriſtus in eius domum ire voluerit, ſed quomodo hoc obtinuit, niſi ſe humilians, & dicens. *Domine non ſum dignus?*

Moyſes ita Deo appropinquauit, vt Deus Pharaonis fuerit conſtitutus; ſed quomodo? propter humilitatem; faſſus enim eſt, ſe impeditionis linguæ eſſe; Abraham ita Deo appropinquauit, vt ex eius ſtirpe humanam carnem Deus aſſumere ſtatuerit, ſed quomodò? humilians ſe, & dicens. *Loquar ad Dominum, cum ſim puluis, & cinis.*

Dauid ita Deo appropinquauit, vt ipſemet Deus de eo loquens dixerit. *Inueni hominem ſecundum cor meum*, ſed vnde hoc? niſi propter humilitatem, reputans ſe terræ vermem, dicens, *ego enim ſum vermis, & non homo.*

Sed quæ nam creatura fuit, aut eſſe poterit magis Deo propinqua, quàm Beatiſſima Virgo Maria, & ita Deo propinqua, vt de ea dicatur. *Dominus tecum*, & in Dei Matrem eligi meruerit, ſed quomodo hanc dignitatem obtinuit? audite ipſam Virginem dicentem. *Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuę*, quod Vatablus legit. *Reſpexit nihilitatem ſuam.*

DE HYPOCRISIA

1 Diuus Ambr. varietate coloris, motus varios animi ſui produnt. *de Hypoc.*

2 D. Auguſt. *de Hypocritis ait*. Repræſentantes figuratam ſanctitatem, vulpes ſimulantes ad prædam. *lib. 2. de verb. Dō.*

3 D. Baſil. Omne peccatum eſt velle videri ſanctum, cum ipſe ſit impius. *homil. ad Adoleſc.*

4 D. Bern. *aſſerens illud Pſal. 1. quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Arbores, quæ faciunt fructum, ſed non ſuum, Hyppocritæ ſunt, cum Simone Cyreneo Crucem portantes, non ſuam; qui religioſa intentione carentes angariantur, & quæ non amant, amore gloriæ, quam deſiderant facere, compelluntur. *ſer. de S. Benedicto*

5 D. Clemens Alex. *Aduerſus gentes, loquens de Hypocritis.* Cœlum feciſtis ſcenam, & Deus factus eſt actus.

6 D. Greg. Sthrutium volandi ſpeciem habet, ſed vſum volandi non habet, ita Hypocrita cunctis intuentibus imaginem de ſe ſe ſanctitatis inſinuat, ſed tenere vitã ſanctitatis ignorat. *mor. c. 15*

7 Idem. *Exponit de Hypocrita illud Iob 8. Non ei placebit vecordia ſua.* Magna quippè vecordia eſt laborioſa agere, & ante laudis inhiare, forti opere præceptis cęleſtibus inſeruire, ſed terrenæ retributionis præmium quærere. *8. moral. cap. 25.*

8 D. Hieron. Verè monſtruoſa res eſt ſpeciem habere columbinam, & mentem caninam, profeſſionem ouinam, & intentionem lupinam, intus eſſe Neronem; & foris apparere Catonem. *epiſt. 58.*

9 Idem. Ità vt eorum contrarijs, diuerſiſque naturis nouum monſtrum, nouamque beſtiam diceres eſſe compactam, iuxtà illud poeticum: prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa chimera. *ibidem.*

10 D. Ioann. Chryſoſt. Hærodes deuotionem promittit, ſed gladium acuit, & malitiam cordis depingit colore humilitatis; huius perſonam repræſentant Hypocritæ, qui dùm fictè Deum quærunt, illum numquam merentur inuenire. *ſup. Mat. 2*

11 Idem, in verba. *Væ vobis ſcribis, &c.* Corpora peccatorum ſepulchra dicuntur viuorum, quia anima mortua eſt in corpore peccatis: ſicut ergo ſepulchrum quandiù clauſum eſt, pulchrum videtur foris, ſi verò fuerit apertum, horribile eſt, ſic, & ſimulatores bonorum, quamdiù non cognoſcuntur, laudabiles ſunt, cum autem cogniti fuerint, inueniuntur abominabiles. *hom. 45.*

12 Idem. Hypocrita, ſi bonum eſt bonum eſſe, vt quid vis apparere, quòd non vis eſſe? ſi malum eſt, malum eſſe, vt quid vis eſſe, quod non vis apparere? meliùs eſt bonum eſſe. Si malum eſt malum apparere, peius malum eſſe. Ergo aùt appare quod es, aùt eſto, quod appares. *hom. 7. in Matth.*

13 Origenes in Leuit. 11. *Cignum comedere non debetis.* Prohibetur inter alia animalia Cignus Iſraeli, qui cum albus ſit foris, intus nigerrima carne cooperitur, quia animum ſic ſolent, & Hypocritæ habere, qui dùm caſtitatem exteriùs prædicant, intus autem teterrima tabe luxuriæ maculantur. *homil. in lib. num.*

Digitized by Google

MANTISSA AD HYPOCRISIM.

HYpocriſi nullum vitium grauiùs, magiſque execrandum monſtrum inueniri poteſt, propriam enim animam, propriumque corpus, atque proximum grauiter lædit, animam interficiendo, carnem maceranado, & proximum decipiendo, ita vt meritò D. Cypr. quo nomine Hypocritas nuncupare debeat ſe ignorare affirmet dicens.

epiſt.29. *quo autem nomine, hos homines dicam neſcio*. Sed quod adæquato conceptu explicare non valeamus, in adæquato pro viribus explicabimus.

Hinc Hypocritas Cignos appellabimus, cuius carnem Leuit. 21. prohibuit Deus populo ſuo, ne comederet, dicens Cignum ne comedetis, ſed quare hoc prohibuit cum ſit animal elegans, album, & canorum, candidas plumas habens?

lib.21. c.8 Plinius loquens de Cygno ait. *Cygnus candidis plumis indutus nigerrimam habet carnem*. Hy-

hom. in lib.num. pocritarum ſymbolum, audite Doctiſſimum Origen. *Prohibetur inter alia animalia Cygnus Iſraeli, qui cum albus ſit foris, intus nigerrima carne cooperitur, qui animum ſic ſolent, & Hypocritæ habere, qui dùm caſtitatem exteriùs prædicant intus autem teterrima labe luxuriæ maculantur*.

in Exam. D. Ambr. Hypocritas appellat Pardos, & cauſam adducens ait. *Quia varietate coloris, motus varios animi ſui produnt*.

Daniel cap.7. refert, ſe vidiſſe quatuor beſtias terræ Leonem, Vrſum, Pardum, & aliam beſtiam, quæ tres ordines dentium habebat.

Sancti Patres per Leonem ſuperbum, per Vrſum luxurioſum, per illam beſtiam tres dentium ordines habentem, intelligunt auarum, & per Pardum D. Theod. in hunc locum intelligit Hypocritas, ſinceritate, & conſcientiæ puritate carentes, qui Sancti videri volunt, & Dæmones ſunt, quia varietate coloris motus varios animi ſui produnt, hæc Theod. verba. *De Pardo accepimus ſecundum varietatem animi, variare colores, ſic etiam, & Hypocritæ, qui centum, & pluries inuentiones reperiunt, vt conceptas animo affectiones demonſtrarent*.

Poſſumus etiam Hypocritas capillis fullonis aſſimilare. Hælianus lib.9. narrat ſuis temporibus quemdam inueniri, cui nomen erat Ebro, qui cum in capite albos haberet capillos, eos tingebat, quod intuens Archidamus Rex, & admirans ait. *Is mihi non videtur ſanæ mentis, quia capillis ſuis fidelis non eſt*. Quaſi diceret, cum ſibi ipſi fidelis, non ſit, nec alijs fidelitatem ſeruabit, peccata in ſacris litteris capillis aſſimilantur, vnde Dauid. *Multiplicatę ſunt ſuper capillos, &c.* ſic Hypocritæ cum ſint peccatores, iuſti volunt reputari; ſenſus eſt Hugonis Cardinalis. *Sicut quidam fuſcant capillos, ſic etiam peccatores fuſcant culpas, ſicut Hypocritæ*.

Sunt Hypocritæ veluti Iezabel hæc enim impia ob odium contra Naboth, eius inhians neci, ſcripſit Ciuitati, iubens, vt omnes ieiunarent, & vt ſedere faciant Naboth inter primos Ciuitatis, duos deinde inueniant falſos teſtes, qui Naboth non ieiunaſſe affirment, quàm ob cauſam neci tradant. *Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos, &c.* Quid eſt hoc? Niſi quod Iezabel ieiunio ſuum ſcelus velare ſtuduit, ſanctimoniam præſeferens, ſed peſſimam mentem vafrè celans, ſic Abulenſis in hunc locum. *Quia nequiſſima erat occiſio Naboth, ita colorare eã voluit Iezabel prædicatione ieiunij, vt non ex inuidia, ſed ex zelo Dei id facere oſtenderet*.

lib.8.mor. Hinc D. Greg. dixit. *Quid in cunctis operibus ſuis Hypocrita expectat, niſi reuerentiam honoris, & gloriam laudis humanæ, à melioribus metui, ſanctus ab omnibus vocari?*

de conſl. vitior. Diuus Auguſtinus. *Dicunt Dæmones Hypocritæ, age bonum, quod vales, oſtende cunctis bonum, quod agis, vt bonus à cunctis dicaris, vt ſanctus, & venerabilis prædiceris ab omnibus, vt Dei electus voceris, vt nemo te contemnat, vt nemo te deſpiciat, ſed vniuerſi debitum tibi honorem perſoluant*.

Et ſic infelix Hypocrita deceptus Crucem fert, ſed eius fructum non percipit perindè, ac Simon ille Cireneus, qui Chriſti Crucem humeris geſtauit, ſed eius vtilitatem minimè ſenſit.

8.moral. D. Greg. ait. *Simon Crucem portans nequaquam in Cruce moritur, quia omnis Hypocrita, corpus quidem per abſtinentiam affligit, ſed tamen per amorem gloriæ mundo viuit*.

Idem ibidem attendens quod Strutio in pennis quidem Accipitri aſſimilatur, non tamen in volatu ait. *Strutio volandi ſpeciem habet, ſed vſum volandi, non habet, ſic Hypocrita cunctis intuentibus imaginem de ſe ſanctitatis inſinuat, ſed tenere viam ſanctitatis ignorat*.

Idem exponens illud Eccl.31. *Væ peccatori terram ingredienti duabus vijs*, ait. *Duabus quippè vijs peccatori terram ingreditur, quando, & Dei eſt, quod opere exhibet, & mundi, quod per cogitationem quærit*.

Nec

Nec abnuit D. Hieron. *Verè monſtruoſa res eſt, ſpeciem habere columbinam, & mentem caninam, profeſſionem monachum, & intentionem lupinam, intus eſſe Neronem, & foris apparere Catonem.* epiſt. 58.

Et poſt multa ita ſententiam claudit. *Ita vt eorum contrarijs, diuerſiſque naturis, nouum monſtrum, nouamque beſtiam diceres eſſe compactam, iuxtà illud Poeticum, prima Leo, poſtrema draco, media ipſa chimæra.*

Pſal. 11. *Labia doloſa in corde, & corde loquuti ſunt.* Alij ex Hebræo legunt. *Vidi homines aliud ore loquentes, aliud corde volentes.*

Chryſoſt. vocat Hypocritas Diabolos incarnatos. *Qui ſicut ſe transfigurant in Angelos lucis, ſic Hypocritæ ſe transfigurant in homines ſanctos.* in Matth. 2. Cor.

D. Auguſt. ſic vocat Hypocritas. *Vulpes ſimulantes ad prædam.* lib. 2. de verb. Dñ.

D. Baſil. de Hypocritis aſſerit. *Omnem peccatum eſt velle videri ſanctum, cum ipſe ſit impius.* hom. de Adoleſc.

D. Athanaſ. vocat Hypocritas martyres Diaboli. *Nam ſicut veri Martyres, propter Chriſti amorem lætanter omnia tormenta patiuntur, ita Hypocritæ propter Diabolum omnia aduerſa ſuſtinent.*

D. Hieron. *Perfacile eſt,* inquit, *habere veſtem contemptam, ſalutare ſubmiſſius, manus deoſculari prælatis, inclinato capite, & deiectis oculis humilitatem, & manſuetudinem polliceri, lenta voce ſermones infringere, crebrius ſuſpirare, & omni verbo ſe miſerum, & peccatorem clamare; At ſi leui ſermone offenſus ſis, continuò attollere ſupercilia, leuare ceruicem, & delicatum illum oris ſonum inſano, repenteque clamore mutare.* lib. de ſimilitud. in quodam tract.

Matth. 21. narrat quod videns Chriſtus fici arborem ſecus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea, niſi folia tantum, & ait illi. *Numquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum; & areſacta eſt continuò ficulnea,* peto modò quare potiùs arborem hanc fici, quàm aliam arborem maledixerit Chriſtus, & eo magis, quia non erat tempus producendi fructus. Cęſarius Arelatenſis in expoſitione huius loci reſpondet his verbis. *Arbori Fici maledixit Dominus quia ſimulantium hominum repræſentabat imaginem, intus enim dulciſſimos, fructus producendi virtutem retinens, rigida, & cinericia in cortice apparet.*

Herodes Hypocritarum caput, finxit magno deſiderio teneri, vt inuenire potuiſſet infantem Chriſtum, vt adoraret eum: vnde dixit Magis Matth. 2. *Ite, & interrogate de Puero, & cum inueneritis renunciate mihi, & ego veniens adorem eum,* ſed hæc de eo D. Greg. *Adorare eum velle ſimulat, vt hunc ſi inuenire poſſet, extinguat.* in Euang.

Et D. Fulgentius ait. *O calliditas ficta, ò crudelitas impia, ò negotia fraudulenta, ſanguinem innocentem, quem crudeliter effudiſti atteſtatur, quid de hoc Puero voluiſti.* ſer. 5. de Innoc.

Hinc Dauid Pſal. 117. loquens de Hypocritis in perſona Chriſti dicebat. *Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt, ſicut ignis in ſpinis,* quare ſicut apes? quia cunctis patet, apes in ore habere mel, & aculeum, mel inquam, quod eſt dulcedo ipſa, & aculeum, quo acerbè vulnerant, ſic Hypocritæ.

In cunctis operibus recta intentio requiritur, non fictè, & ſimulatè debemus placere, nam ait Apoſtolus. *Si hominibus placerem ſeruus Chriſti, non eſſem;* & idem Paul. ad Rom. 12. *Fratres obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, Hoſtiam viuentem, ſanctam Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.*

D. Tho. in hunc locum, aduertens illud, *Deo placentem,* ait. *Deo placentem per rectitudinem intentionis.*

Quaſi diceret Apoſtolus, fratres recta intentione operamini, ſi Deo placere deſideratis, non fictè, vt hominibus placeatis, fugite Hypocriſim, vt ſacrificium veſtrorum operum gratum, & acceptabile ſit Deo, hinc Dauid Pſal. 65. dicebat. *Holocauſta medullata offeram tibi.*

D. Auguſt. in hunc Pſal. ait. *Quid eſt medullata? intus teneam charitatem tuam, non erit in ſuperficie, in medullis meis erit, quod diligo te.*

Quaſi diceret tàm recta intentione operor, vt ſoli Deo placere ſtudeam, opera mea ſunt holocauſta medullata, non in ſuperficie, vt faciunt Hypocritæ.

Hinc ſubdit. *Quiſquis ergo in ſuperficie colit Deum, magis placere vult hominibus, non offert holocauſta medullarum Deo.*

Iuſſit Deus Leuit. quicquid obtuleris ſacrificij ſale condies, & Chriſtus per Marcum 9. *Omnis victima ſale ſalietur,* D. Tho. loquens de hoc ſale ait. *Sal autem diſcretionem ſignificat.* ad Rom. 12

Videlicet recta intentione operari debet homo, vt placeat Deo.

Tertull. mimicam virtutem tractare fatetur Hypocritas.

Ideſt virtute abutuntur, falsò exercent Mimos namque imitantur, qui, quod agunt in ſcena non ſunt, nam Regem agit, qui eſt mancipium, & ſeruum qui ſępè eſt Dominus, non aliter

Hypo-

Digitized by Google

Hypocritæ cum ſuperbia inflati ſint præſeferunt humilitatem, omneſque alijs virtutes oſtentant vt de ijs bene mundus ſentiat, cum re vera, omni vitiorum cœno ſordeſcant.

aduerſ. gẽtes. Idem voluit inſinuare Clemens Alexand. cum dixit. *Cœlum ſcenam fecistis, & Deus factus eſt actus.*

Quaſi diceret, Hypocritas alloquens; quidquid operamini ò Hypocritæ, vos operari intueor, veluti Cœlum eſſet ſcena; & Deus intermedium; ſicut namque intermedia ſuo proſpectu magnum quid promittunt, ſed reipſa nugæ ſunt, non ſecùs Hypocritæ factis mentiuntur, vnde David. *Perdes eos qui loquuntur mendacia?* Hoc ipſum innuebat murenulæ aureæ argento vermiculatæ? nam aurum ſolidum eſſe debet interior conſcientia, & quod de foris videtur voluit argentea vermiculatio.

Iuſſit Deus Exod. 25. vt teſtamenti Arca duos Cherubim, ſic haberet. *Qui vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum*, ſi in illa Arca, gratiæ, & beneficia fluebant, cur Deus operiri iuſſit? nonne melius fuiſſet ſi ea [illegible] reſpondet Oleaſter. *Vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, conſidera quæ-*

in exhort. moral. *ſo quid te admoneat, hic Deus, ſummus benefactor eſt; & miſericordiam [illegible], vt te doceat, benefacere, & nolle videri.*

Narrat Euangeliſta, quod poſtquam Chriſtus Crucifixus eſt, Ioſeph Abarimathia petijt à Pilato Corpus Chriſti, vt ſepeliret, & cum gratiam obtinuiſſet, ait Luc. 23. *Depoſitum inuoluit ſyndone, & poſuit eum in monumento.*

Nonne melius fuiſſet, ſi palàm tam pretioſum depoſitum omnibus oſtendiſſet? reſpondet D. Ambr. ibidem, quod non, per hæc verba. *Depoſitum inuoluit ſyndone; & poſuit illud in monumento, pulcherrime lapis admotus ne pateret, quicumque enim in ſe bene humanatum Chriſtum, diligenter cuſtodit, ne eum perdat.*

Hanc inter regulam, proprias ſcilicet operationes occultandi obſeruauit Cœleſtis Sponſa, vt patet: Cant. 6. nam cum laudaretur à filiabus Sion, vt ait Textus. *Beatiſſimam prædicauerunt, Reginæ, & concubinæ laudauerunt eam*, ſtatim adiecerunt: *Reuertere Sulamitis reuertere; vt intueamur te*, ſi amica viderunt eam filiæ Sion, quare modo, vt illam intuerentur rogant eam? reſpondet Oleaſter, dicens: *Fugiunt iuſti, terga vertentes, imò; quod plus eſt, ſi fieri poſſet, nollent à Deo bona ſua videri.* Et licèt Dominus Ieſus nos docuerit dicens, *Luceat lux veſtra coram hominibus, non tamen ita lucere debemus, vt placeamus hominibus, ſicut Hypocritæ faciunt*; vnde dixit Chriſtus, *nolite fieri ſicut Hypocritæ, ſed vt placeamus Deo*; in Apocal. cap. 11. legitur, quod Dei *Angelus, omnia, quæ in templo erant oſtendebat Ioanni; eaque illi explanabat, & cum vidiſſet ibi duo candelabra lucentia ante Dominum*, Ioannes interrogauit Angelum, *quid nam hoc eſſet*, cui reſpondit Angelus, *ſunt duo candelabra lucentia ante Dominum*; iam hoc Ioannes viderat, ad quid ergo hæc Angeli reſponſio?

D. Petrus Damian. reſpondet ad hoc dicens. *Notandum, quod dicit ante Dominum; Hypocritæ enim lucent, non ante Dominum, ſed ante mundum, vt videantur ab hominibus.*

Inter omnia ad quæ Deus miſit Filium ſuum in mundum, voluit, vt tamquam præceptor reciperetur, & haberetur, vnde per Iſaiam 6. dixit. *Ipſum dedit præceptorem gentibus; qui magiſter, non ſolùm verbis, & præceptis docuit quomodo Hypocriſim, & vanam gloriam nos fugere oportet, ſi æternam gloriam conſequi velimus, ſed etiam exemplis hoc manifeſtè oſtendit; nam à die Natiuitatis Chriſti, vſque ad eius Aſcenſionem, per omnem vitæ curſum, nihil hoc magis videtur nobis commendaſſe.*

ſer. 2. de Natiu. Hinc Diuus Bernardus, petit quare Chriſtus natus eſt nocte, & non meridie, vt tam excelſum, & tanti valoris myſterium à cunctis videretur? reſpondet Bernardus. *Iam verò nocte voluit naſci, vbi ergo ſunt qui tam impudenter geſtiunt oſtentare ſemetipſos?*

Et in vita, hoc etiam docuit, nam ſanans illum infirmum Piſcinæ, dixit ei, *Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*, quod miraculum in ſtuporem induxit Scribas, & Phariſæos, quod etiam admirans D. Chryſoſt. & modum ponderans, quo vſus eſt

in Luc. c. 23. Chriſtus, cum non dixerit ego te ſanum feci, ſic ait. *Intuere Chriſti humilitatem, non dixit ſanum te feci, ſed ſanus factus es, noli peccare.*

Vt doceremur vanam gloriam fugere, quod etiam docuit Crucem aſcendens, deponens priùs inſignia Regiæ Maieſtatis; nam cum antequam aſcenderit Crucem, Regijs veſtibus fuerit indutus; priuſquam crucifigeretur, voluit illis expoliari; vt ait Euangeliſta Marcus cap. 15. *Et crucifigentes eum diuiſerunt veſtimenta eius*; quod admirans D. Ambr. intuens Chriſtum omnium Regum, & Imperatorum Summum Monarcham eſſe, & nulli aptiùs quàm ei regia veſtimenta conuenire, hoc tamen feciſſe aſſerit; vt fugeret vanam gloriam, hæc eius verba.

Milites

Milites exuerunt Chriſtum purpura, quod nec myſterio vacat, Chriſtus enim aſcenſurus Crucem, regalia veſtimenta depoſuit, vt ſcias, quaſi hominem paſſum eſſe.

Et cum potuiſſet in ſua glorioſa Reſurrectione, ſuorum inimicorum impudentiam, ac falſitatem improperare, punire, & diſperdere, cunctis ſuam Gloriam, & Maieſtatem oſtendens,
noluit: vt nos vanam gloriam fugere doceret, mens eſt Ruperti. *Non continuò peremptoribus* de operat.
ſuis manifeſtus effulgrans inſultauit, aut meritas vindictæ pœna exegit, videlicet non mutatus Spiritu Spir. San-
Sancto, ſed idem, qui fuerat, idem permanens, qui dixerat: ego gloriam meam non quæro, eſt qui quæ- cti lib. 2.
rat, & iudicet. cap. 17.

His ergo exemplis Saluator nos docuit, quoad fieri poteſt, opera noſtra occultare, & fugere vanam gloriam, & Hypocriſim, attendite etiam qua modeſtia voluit, vt Euangeliſtæ eius glorioſam Aſcenſionem in Cœlum deſcriberent; ſi enim naſcens ſe hominem eſſe oſtendit, Cœlum propria virtute aſcendens, Deum eſſe demonſtrauit, audite Diuum Hilarium Arelatenſem, ſic dicentem. *Natiuitatis dies Dominum noſtrum terris, Aſcenſio reddidit Cœlo, Dominus verè ſeſe eſſe hominem confeſſus eſt, & in hoc verò Deum ſe eſſe in Aſcenſione teſtatus eſt.*

Attende qua modeſtia loquuntur Euangeliſtæ de Chriſti Aſcenſione; Lucas dicit, receſſit ab eis, & ferebatur in Cœlum; in Actis Apoſtolorum aſſumptus eſt, Marcus Euangeliſta, *poſtquam loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in Cœlum.*

Si propria virtute Cœlum aſcendit, quare ergo Euangeliſtæ hanc glorioſam actionem, ita humiliter, & modeſtè deſcripſere? vt noſtra bona opera, ſcilicet ſemper occultare nos doceret,

Imò idem nos docet remanens in Sanctiſſimo, & Diuiniſſimo Sacramento Euchariſtiæ, quod eſt omnium mirabilium Dei compendium, & memoria, vnde Dauid Pſal. 109. dicebat. *Memoriam fecit, &c.* in eo occultauit Deus omnem ſuam ſapientiam, potentiam, atque diuitias; de hoc enim Sacramento verificatur quod dictum eſt, per Iſaiam 45. *Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator,* & alia litera legit. *Deus abſconſionum*, vt benè D. Thom. adnotauit
dicens. *Quia, non vnam tantum rem in Euchariſtia abſcondit, ſed plures ſcilicet perſonam ſuam, opus,* de Sacr.
& modum, & idem Doctor aſſignans cauſam, quare Deus in hoc Sacramento ſe abſcondit, Altar. c. 8
ita ait: *In his diſcimus, in nobis quoque tria virtuoſe abſcondi, noſtram perſonam, opera noſtra bona, & bonorum operum intentionem.* Abbas Petrus Cellenſis, loquens de Hypocrita ait. *Hypocrita non*
fruitur Deo, ſed vtitur tamquam nummo. de panibus

Et ſicut nos denario vtimur, vt ea, quæ nobis neceſſaria ſunt emere, & habere poſſimus; ita cap. 6.
Hypocrita vtitur, hoc denario; Euchariſtia, ſcilicet, vt ſanctitatis æſtimationem captet, & ſic faciliùs alios decipiat, & hoc innuere voluit Petrus Cellenſis ſupracitatus.

Hinc perpendendum eſt, quod Chriſtus Matth. 21. ingrediens templum, magno zelo euertit menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas, per quas menſas intelligitur Dei Altare, ita Hieron. ibidem, ſic dicens. *Obſerua Altaria Dei nummulariorum menſas vocari.*

Sed quare Chriſtus tanto zelo has menſas euertit, niſi ob vendentium fraudem, & cordis duplicitatem? Hypocritæ enim per hanc cœleſtem menſam, vitam non acquirunt æternam, quia Chriſti Altare eſt eis menſam nummulariorum, nam hac ſacra menſa vtuntur, vt ſancti, & innocentes habeantur, ad perpetranda facinora, & non, vt placeant Deo, hinc meritò Deus per Iſa. 43. conquæritur dicens. *Seruire me feciſtis in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in ini-*
quitatibus tuis, non quod Deus cooperetur noſtris iniquitatibus, ſed quia ad occultanda ſce- de dit. Al-
ra, Hypocrita vtitur quaſi medio diuiniſſima Euchariſtia, hinc Aeneas Siluius ait. *Deum in* phonſ. Re-
Hypocritas tantoperè ſauire, quod dùm homines decipiunt, interponunt Deum ipſum tamquam ſceleris gis Arag.
mediatorem.

Diuus Antoninus attendens Hypocriſis æthimologiam ait. *Hypocriſis græcum vocabulum,* p. 2. tit. 4.
ab Hypo, quod eſt ſupra, & Chriſim, quod eſt aurum dicitur, quaſi deſuper aurum, id eſt ab extra, in ope- c. 6. §. 4.
ribus ſe oſtendit eſſe aurum Sanctitatis, ſed intus eſt lutum cupiditatis.

Sic ſceleſtus Hypocrita Diuiniſſimam Euchariſtiam eſſe auream veſtem, qua iuſti decorantur, hac Hypocrita vult vti, vt iuſtus appareat, cum ſit iniquus, audi Chryſoſt. loquentem de
hac diuina veſte. *Hoc ſacrificio muniti, tamquam aureis quibuſdam veſtibus, undique conte cti ſumus.* hom. 24.

Hypocrita dùm Deum perquirere fingit, non Deum, ſed Dæmonem quærit, vt legitur nu. in 1. Cor.
25. feciſſe Balaam Magorum Principem, qui Regi Balaac dixit. *Ita pauliſper iuxtà holocauſtum ſuum, donec uadam, ſi fortè occurrat mihi Dominus.* Quod perpendens Toſtatus admiratur, quod
Balaam Deum quærere affirmet, cum Deum ignoret; hæc eius ſententia. *De Deo quamquam,* q. 2. ibid.
non inquireret Deum, ſed Dæmonem: ibat enim ad quærendum Auguria, ſed, qui Deum quærunt, non inquirunt hæc.

Ita Hypocrita Deum quærere fingit, & ſimulat, & Dæmonem inuenit, vt accidit Iudæ pro-

Digitized by Google

ſer. 1. de ditori. D. Chryſoſt. *Iudas non ſincerus, ſed ſimulator accubuit, & poſt buccellam Chriſti, in eum*
myſt. Cœn. *Diabolus intrauit.*
Dom. Iudas, Imago eſt Hypocritæ, dicit enim Plutarchus. *Solùm Album ſyncerum, & purum; ac*
in Probl. *minimè inquinatum eſſe:* at Chriſtus loquens de Iuda, Matth. 26. dixit. *Qui intingit mecum ma-*
num in parapſide, hic me tradet: ſi ergo Iudas intinxit manum, ergo non albus, ergo non ſyncerus, ſed
lib. 3. *ſimulator*, iuxta illud, quod Hærod. refert Regem Aethyopum dixiſſe ad legatos Cambyſis loquens de veſte purpurea, ſcilicet. *Doloſi homines, doloſa ſunt veſtimenta.*

Ita Iudas doloſè, abſque vlla protsùs ſynceritate, & integritate Euchariſticum panem acce-
tom. 2. ſer. pit, & ſanctitatem ſimulauit, & flagitia occultauit, hinc D. Bernardinus loquens in perſona
55. ar. 1. Chriſti dixit. *Qui manducat panem meum, non vt paniteat, ſed vt lateat, ille me conculcabit.*
cap. 2. Et quia hoc facit Hypocrita, qui Iudæ aſſimilatur, ideò D. Bernardinus ſubdit dicens. *Ex quo patet, quod qui vult in peccatis latere ſub pulchra facie religionis, & communicare, aſſimilabitur Iudæ traditori.*

Quæritur à nonnullis, quare Chriſtus ſub forma panis, & vini, voluerit corpus ſuum te-
de Sacr. condere, cum non defuiſſent aliæ formæ? quibus reſpondet Algerus. *Quia panis, & vinum,*
lib. 2. c. 3. *proprius cibus eſt, non beſtiarum; ſed hominum.*
de Sacr. At Hypocrita, non homo, ſed lupus, ſub pelle ouina eſt, imò mulus eſt, ita Drog. Card.
Dom. paſſ. *Mulus ex equo, & Aſina mixtus duplex eſt animal, qui foris oſtendit, quod intus non ſeruat, talis*
lib. 1. *eſt Iudas.*

Et Perſius Poeta, loquens de Hypocrita vocat Vulpem dicens.
Satir. 5. *Pelliculam veterem retinens, & fronte politus,*
Aſtutam rapido geſtat in pectore Vulpem.

12. Manſ. D. Ambr. aduertens, quod dicitur num. 17. *De Virga Aaron, ſcilicet, turgentibus gemmis*
filior. Iſr. *exuperant flores, qui floribus dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* D. Ambr. ſic ait. *Arida vir-*
Manſ. 15. *ga Aaron, quæ poſtea miraculosè germinauit, Chriſti caro eſt, quæ virga, vt dicitur à Propheta egredi-*
de laudib. *tur virga de radice Ieſſe.*
B. M. l. 12. Idem perpendens Riccard. de Sancto Laurentio, apud Bercor. ſic ait. *Cuius nucleus dulcis eſt, & cibus infirmorum, homines, & Angelos paſcit in Sacramento Altaris.*
ver. fruct. Et Plinius loquens de Amygdalarum fructu ait. *Amygdalarum fructus hominibus dat ſanitatem, Vulpibus verò mortem.*

De Hypocritis poſſumus dicere illud quod dixit Ioannes Apocal. 3. *Scio opera tua, quia no-*
men habes, quod viuas, & mortuus es, non enim inuenio opera tua plena coràm Deo meo, adagium
in Hipp. aptatur Hypocritis, ſcilicet. *Dedali opera*, nam vt refert Plato antiquitus ſtatuæ cæcæ efför-
maior. mabantur ſenſu, & motu orbatæ, at Dedalus fuit primus, qui Mercurij virtute, ſenſum, & vitam ſtatuis videbatur dediſſe, cum re vera, vitali ſpiritu carerent, ita, & hominum opera, non poſſint ab hominibus, neque ab Angelis cognoſci, niſi tantum exteriùs, ex ſignis ſcilicet exterioribus, & eorum bonitas, à fine cognoſcitur, qui ſoli Deo eſt notus, hinc Ioannes loquens cum Hypocritis, quorum opera ſenſum, & vitam habere videntur, ait. *Scio opera tua, quia non habes, quod viuas, & mortuus es, non enim inuenio opera tua plena coràm Deo meo*, & de his Hypocritis poſſumus dicere, id, quod dixit Dauid Pſal. 9. *Periit memoria eorum cum ſonitu.*
ſer. 66. in D. Bern. loquens de Hypocritis ait. *Non eſt apud eos, virtutem colere, ſed vitia colorare,*
Cant. *vitiatis minio.*

Quod etiam innuere voluit Pſal. 57. *Iniuſtitias manus veſtra concinnant*; quod Iacob. de Valentia vertit. *Iniuſtitias manus veſtræ colorant.*

DE INFERNO.

in Matth. 1 Sanctus Anſelm. Audiamus, audiamus Deum gehennam minitantem: & per hoc
cap. 5. exterriti, mundo renunciabimus, & Deo ſeruire cum amore incipiemus.
i. Elucid. 2 Idem. Tartarei ignis ardor ſic iſtum materialem ignem vincit, vt iſte pictū ignem.
l. 6 de Ci- 3 D. Auguſt. Nulla maior, & peior eſt mors, quam vbi non moritur mors.
uit. c. 12. 4 Idem, in verba Pſal. 48. *Sicut oues in Inferno, &c.* Mors paſtor eſt eis: paſtor ad hoc paſcit oues, vt in vita conſeruentur. Mors igitur, quæ in hac vita non paſtor noſter, ſed paſcens nos eſt, in Inferno, paſtor eſt, quia non occidere, ſed conſeruare intendit, ne in æternum moriantur, vt in æternum moriantur.
lib. medit. 5 Idem. In Inferno erit fletus, & gemitus, vlulatus, & cruciatus, ſtridor, & clamor, timor, & tremor,

& tremor, dolor, & labor, ardor, & fœtor, obſcuritas, & anxietas, acerbitas, & aſperitas, calamitas, & ægeſtas, anguſtia, & triſtitia, obliuio, & confuſio, torſiones, & punctiones, amaritudines, & terrores, fames, & ſitis, frigus, ſulphur, & ignis ardens.

6 Idem. Sicut nullum gaudium rerum temporalium, ex aliqua parte ſimile poteſt inueniri gaudio vitæ æternæ; ita nullus cruciatus pœnarum temporalium poteſt iniquiorum ſempiternis cruciatibus comparari. *lib. de Cathec. rud. c. 24.*

7 Idem. In Inferno nulla eſt redemptio quoniam ibi gemitus ſunt, & ſuſpiria, & non eſt, qui miſereatur. Ibi eſt dolor, & planctus, & clamor, & non eſt, qui exaudiat. *ſer. 28. ad Fratr. in Eremo.*

8 Idem, in verba Apocal. 19. *In diebus illis quærent homines mortem, &c.* Quare in Inferno mors quæritur, & non inuenitur? quia quibus in hoc ſeculo vita offertur, & nolunt accipere, in Inferno quærunt mortem, & non poterunt inuenire. *ſer. de Dedic. Eccl.*

9 Idem. Quæ quiſque grauia valdè patitur in hac vita, in comparatione æterni ignis, non tantum parua, ſed nulla ſunt. *ſer. 190 de temp.*

10 Idem. Ibi nulla vox niſi gemitus, nulla requies, ſed ardor continuus; ibi nullum in flamma refrigerium, ſed ignis perpetui continuum incendium. Ibi lux nunquam videbitur, ibi tenebris nunquam carebitur. *ſer. 63. ad fratres.*

11 Idem. Quanta pœna eſt tantummodo à facie Dei ſeparari? Qui autem illam dulcedinem non guſtauerunt, ſi non dum deſiderant Dei faciem, timeant, vel ignem, ſupplicia terreant, quem præmia non inuitant. *in Pſ. 49.*

12 Idem. Quæ quiſque grauia valdè patitur in hac vita, in comparatione æterni ignis, non tantum parua, ſed nulla ſunt. *in pſ. 109*

13 Idem. O mi frater, numquid ferreæ ſunt carnes noſtræ, vt non contremiſcant, vel etiam ſenſus noſter adamantinus, vt non emolleſcat, aut etiam minimè cungilet ad iſta Dei verba. Ite maledicti in ignem æternum? *ad quemdã Comit.*

14 Idem. Mala Inferni, vt ſunt dicere, vel cogitare nemo poteſt; peiora valdè ſunt, quàm cogitantur. *l. de tripl. habitat.*

15 Idem. Principalia ſunt duo tormenta in Inferno. Frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis, vnde Beatus Iob, *de aquis,* inquit, *niuium, tranſeunt ad calorem nimium.* *ibidem.*

16 D. Baſil. Quibus verbis te curabo? quomodò loquar? Regnum Dei non curas, gehennam non times: quam animæ tuæ medicinam idoneam inueniam? Si enim horribilia non metuis, clara inſuper, & pulchra deſpicis, diſputamus cum corde lapideo. *7. in diteſcentes.*

17 Idem, in verba Pſal. 48. *Sicut oues in Inferno, &c.* Mors depaſcet eos, quia in Inferno ſemper moriuntur ad vitam, & ſemper viuent ad mortem. *ſer. 42. in Cant.*

18 Idem. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Fletus quidem ob ignem, qui non moritur; planè fletus ex dolore, ſtridor dentium ex furore. *ſer. 8. in pſ. qui habit.*

19 D. Bruno. Addantur tormenta tormentis, & pœnæ pœnis, ſæuiant ſæuius ſæuiſſimi miniſtri, creſcant crudeliſſima flagellorum genera, & Deo non permittente. *ſer. de Iud.*

20 Idem. Quid horribilius morte? quid iudicio terribilius? nam gehenna nihil poteſt intolerabilius cogitari: quid metuet ſi quis ad iſta non trepidat, non expaueſcit, non timore concutitur? *ibidem.*

21 Idem. Sic ignis ibi conſumit, vt ſemper reſeruet, ſic tormenta aguntur, vt ſemper renouentur: ardebunt miſeri in igne æterno, in æternum. *lib. medit. cap. 4.*

22 Idem. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt præueniam fletibus fletum, & ſtridorem dentium, & maduum, pedumque dura vincula, & pondus catenarum prementium, ſtringentium, vrentium, nec conſumentium? *ſer. 16. in Cant.*

23 Idem. Totus tremo, atque horreo ad memoriam huius regionis, & concuſſa ſunt omnia oſſa mea. Locus, in quo vermis immortalis, fœtor intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles. *ſer. de 5. Region.*

24 Caſſiod. in illud Pſal. 20. *Pones eos, vt clibanum ignis:* Hic ignis conſumit, vt ſeruet, ſic ſeruat, vt cruciet: dabitur vita mortalis, & pœna perennis.

25 Diuus Greg. In Inferno eſt ignis inextinguibilis, frigus intolerabile, vermis immortalis, tenebræ palpabiles, flagellum cædentium, horrida viſio Dæmonum, diſperatio omnium bonorum, confuſio peccatorum, & mors ſine morte. *in Moral.*

26 Idem. Quiſquis ad toleranda Inferni mala deſcendit, nequaquam vlterius ad lucem redibit, quia nequaquam vltra miſericordia parcentis liberat, quos ſemel in locis pœnalibus iuſtitia iudicantis damnat. *9. Moral.*

27 Idem, in illud Matth. 8. *Eijcientur in tenebras, &c.* Eijcientur in tenebras exteriores, vt illic

 ſtrideant,

ſtridebunt, qui hic de candore gaudebant, nam fletus de ardore, ſtridor ſolet excitari de frigore. Enim duplex oſtenditur eſſe gehenna, ſcilicet nimis frigoris, & intolerabilis feruoris.

4. Dialog. 28 Idem. Vnus gehennæ ignis credendus eſt, ſed non vno modo omnes cruciat peccatores, vniuſcuiuſque enim, quantum exigit culpa, tantum illic ſentiet pœnam.

lib. 15. Mor. 29 Idem. Tunc ultrix flamma comburit, quos nunc carnalis delectatio polluit, tunc infinitum patens Inferni baratrum deuorat, quos inanis elatio nunc exaltat, atque qui olim ex vitio voluntatem hic callidi perſuaſoris expleuerunt, tunc cum duce ſuo reprobi ad tormenta peruenient.

c. 24.

l. 20. mor. 30 Idem. Iuxta modum culpæ pena diſtinguitur, & ſecundum modum criminis vnuſquiſque damnatus in Inferni igne cruciabitur.

4. dialog. 31 Idem. Sicut in hoc mundo multi ſub vno Sole conſiſtunt, nec tamen eiuſdem Solis æquanimiter ardorem ſentiunt, quia alius plus æſtuat, alius autem minus, ita illic in vno igne, non vnus eſt modus incendij, quia, quod hic diuerſitas corporum, hoc illic agit diuerſitas peccatorum, & vt ignem non diſſimilem habeant, & tamen eoſdem ſingulos diſſimiliter exurat.

in caput 9 Apoc. 32 S. Greg. Papa. Quid igitur acerbius, quàm mortem ſemper deſiderare, & non obtinere? imo quid tam penale, quàm ſemper velle, quod nunquam erit, & ſemper nolle, quod nunquam non erit? cruciatur ergo, & non extinguitur, moritur, & viuit, deficit, & ſubſiſtit, finitur, & ſine fine eſt.

hom. 40. in Euang. 33 Idem. Vt peccatores in ſupplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam, quos contempſerunt, & de illorum etiam pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt.

l. 34. mor. c. 44. 34 Idem. Voluiſſent vtique peccatores ſi potuiſſent ſine fine viuere, vt poſſent ſine fine peccare. Oſtendunt enim, quia in peccato ſemper viuere cupiunt, qui nunquam deſinunt peccare, dùm viuunt. Ad magnam ergo Iuſtitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.

9. moral. cap. 7. 35 Idem. Depaſcitur dicitur mors, quia ſicut ouis depaſcens herbam, non eam radicitus euellit, ſed ita paſcit, vt manente radice, iterum herba creſcat, vt iterum depaſcatur; ita ſempiterna mors depaſcit miſeros, quia ſemper illis relinquitur vita, vt tormenta valeant ſuſtinere.

l. 9. mor. cap. 49. 36 Idem. Fit miſeris mors ſine morte, & finis ſine fine; quia, & mors viuit, & finis ſemper incipit, & defectus deficere neſcit. quia, & mors perimit, & non extinguit: dolor cruciat, ſed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit, ſed nunquam tenebras diſcutit.

in Synopſi. 37 Idem. Et ſi conſideremus quæcumque ſeculi pœnas, quotcunque tormentorum dolores, quaſcumque dolorum acerbitates, comparata hoc totum gehennæ, & hæc eſt omne quod patimur.

hom. 120. in Euang. 38 Idem. In Inferno frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, tenebræ palpabiles, flagella terribilia, horrida viſio Dæmonum, confuſio peccatorum, deſperatio bonorum omnium. Erit miſeris mors ſine morte, defectus ſine defectu; quia mors ibi ſemper incipit, & deficere nequit.

epiſt. ad Pamach. 39 D. Hieron. expendens illa verba Epulonis *Crucior in hac flamma*. Aut putamus fratres quod iocando Prophetæ prædicent, ridendo loquantur Apoſtoli, Chriſtus infantiliter comminetur? non ſine cauſa ſupplicia intonantur.

l. de merit. 40 Idem. Procul à Beata Paradiſi Patria exulati cruciabuntur in gehenna perpetua, nunquam lucem viſuri, nunquam & ſine fine adepturi, ſed per millia millium annorum in Inferno cruciandi, nec inde vnquam liberandi, vbi nec qui torquet aliquando fatigatur.

c. 50. ter. 41 Idem. In vno igne omnia ſupplicia ſentiunt peccatores in Inferno.

l. 3. de anima. 42 Hugo de S. Victor. Deo teneri non poteſt, ſi te mercator, & terreat timor Iudicis, metus gehennæ, aliquid mortis, dolores inferi, ignis vrens, vermis corrodens, ſulphur fœtens, flamma tartarea, & omnia mala.

lib. 4. de anima. c. 13 43 Hugo de S. Victor. Ibi omnia genera tormentorum, quorum minimum eſt maius omnibus his tormentis, quæcumque in hoc ſeculo fieri poſſunt. Ibi tranſitur à frigore nimium, ad calorem immenſum, & vtrumque intolerabile.

44 Idem in verba Iſa. *Sicut in doloribus dormientis*. In doloribus Inferni dormietis, id eſt permanebitis ibi ſemper iacentes in pena, qui ſemper dormiuiſtis hic in malitia.

lib. 4. de anima. 45 Idem. Infernus locus eſt ſine menſura, profundus ſine fundo, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus dolore innumerabili, ibi miſeria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror æternus, ibi nulla ſpes boni, nulla deſperatio mali.

hom. 10. in ad 2. Cor. 46 D. Ioan. Chryſoſt. Si ingreſſi in carcerem, & videntes alios pallidos, alios vinctos, alios

 in obſcu-

in obſcuris concluſos, concutimur, horreſcimus, & quid quando adducti trahemur in gehennæ carceres? vbi quidquid tactu eſt, ignis eſt, & æternus, vbi omnia vident, ignita vincula, & carceres damnari, & Dæmones horret animus cogitare, ad iſtud deputari, & mancipari tali loco in æternum, vbi omnia deuorabit ignis.

47 Idem. Terribilis eſt gehenna, terribilior facies Iudicis irati, ſed quod omnem vincit timorem, eſt elongatio ſempiterna à contemplatione ſuper Beatiſſimæ Trinitatis. *hom. 28. in Matth.*

48 Idem. Cum ignem Inferni audis, ne arbitreris ſimilem eſſe huic igni, qui accenſus deferueſcit, & mutatur; ille autem ſemel in flammam exurgens, ardet perpetuò, & nunquam interemoritur. *l. de reparat. lapſi.*

49 Idem. Ne fugiamus ſermonem de gehenna, vt gehennam fugiamus, ne fugiamus pœnæ mentionem, vt non puniamur: ſi diues ille ignem cogitaſſet, non peccaſſet, quoniam autem eius nunquam meminit, idcircò in eum incidit. *hom. 2. in ep. 1. ad Theſſal.*

50 Idem. Ignis noſter materialis, comparatione infernalis, vmbræ duntaxat habet rationem. *hom. 49. ad pop.*

51 Idem. Quamuis ignis ille exæſtuet, fluuius flamma accendatur, nos tamen ridemus, & licentioſè peccamus. *hom. 55. ad pop.*

52 Idem. Hæc omnia, quæ hic patimur, merus ludus, ac riſus ſunt, ſi cum illis ſupplicijs in contentionem veniant. Etenim hæc tormenta temporaria ſunt, illic autem, nec vermis moritur, nec ignis extinguitur. *hom. 9. in ep. 2. ad Cor.*

53 D. Iſidor. Ignis gehennæ lucebit miſeris ad augmentum, vt videant vnde doleant, & non ad conſolationem, ne videant, vnde gaudeant. *lib. 1. de ſũmo bono*

54 Innocent. Pappa III. Tunc erit mors immortalis, tunc viuent mortui, qui vita ſunt mortui, quærent mortem, & non inuenient, quia vitam habuerunt, & perdiderunt. O mors quàm dulcior eſſes, quibus tàm amara fuiſti: te ſolam deſideranter optabunt, qui te priùs vehementer abhorrebant. *li. 3. de cõtemp. mundi c. 9.*

55 B. Laurent. Iuſtin. In Inferno quidem adeſt Deus, vt Iudex, in ſui ipſius Iuſtitiæ ſolio reſidens, & cuique iuxtà culpas tribuens: non diuitijs, non potentis perſonam reſpicit, ſed delicta punit, ſtillicidia gratiæ non infundit, rorem miſericordiarum non pluit. *ſlo connub. lib. de ca. Verbi, & anim. c. 16*

MANTISSA AD INFERNVM.

TAm ingentia, atque horrenda ſunt illa æterna tormenta, calamitates, & miſeriæ, quas infelices damnati in Inferno patiuntur; vt nullus creatus intellectus, quamuis Angelorum aptè enarrare valeat: vndè dixit D. Auguſt. ait: *Mala Inferni, vt ſunt dicere, vel cogitare nemo poteſt, peiora valdè ſunt quàm cogitantur.* *lib. de tripl. habit.* Hinc omni conatu inuigilare debemus, & his rebus operam nauare, quibus pœnas illas, æternumque ignem nos effugere valeamus. At, quia Diuinus Propheta Pſal. 4. modum eas euitandi, nos docere conatur, dicens. *Deſcendant in Infernum viuentes;* ideſt contemplentur modò viuentes pœnas illas æternas, hac enim meditatione, non poterit homo culpas, non effugere, & virtutes, non amplecti, & ita Inferni tormenta, & calamitates euitabit: audite quæſo D. Bern. perpendentem verba Pſal. 4. *Deſcendant in Infernum viuentes,* ita habet: *Deſcendant in Infernum viuentes, ne deſcendant morientes, hoc enim modo Cœlorum incolæ, viri ſcilicèt iuſti, in Infernum deſcendunt, vt ſic dolores Inferni horreant, & fugiant,* & D. Chryſ. ſic aſſerit: *Non ſinet in gehennam incidere, gehennæ meminiſſe,* & idem. *Ne fugiamus ſermonem de gehenna, vt gehennam fugiamus, ne fugiamus pœnæ mentionem, vt non puniamur: ſi diues ille, ignem cogitaſſet, non peccaſſet, quoniam autem eius, nunquam meminit, idcircò in eum incidit,* & D. Anſelmus inquit. *Audiamus, audiamus Deum minitantem, & per hoc exterriti, mundo renunciabimus, & Deo ſeruire cum amore incipiemus.* *de vita ſolitar. hom. 23 in ep. ad Rõ. in moral. hom. 2. in epiſt. 1. ad Theſſ.*

Hinc nos, vt horrendas illas inferorum pœnas, & cruciatus euitemus: quantum noſtris viribus conceſſum fuerit, pœnarum gehennæ atrocitatem, atque perpetuitatem contemplabimur, diſcutiemuſque, & vt ad rem deueniamus: liceat quæſo nobis, ex poetarum fictionibus aliquando Catholicam aliquam veritatem educere: hinc celeberrimus ille Poeta, & Poetarum Princeps Virgilius, loquens de Inferni tormentis, fingit, quod gehennalis ille ignis, ab horrendo monſtro quod Chimera vocatur, euomitur, & ſic concinit. *in Matth. cap. 5.*

Horren-

Digitized by Google

Horrendum ſtridens flammiſque armata Chimæra.

Quod monſtrum, vt Poetæ fingunt, ſerpentinam caudam, ventrem capræ, & caput Leonis habebat, quæ fictio traxit Originem à quodam Monte Lyciæ, qui Chimera vocatur, & *l. 2. c. 106* magna ignis incendia eructat, & vomit, qui ignis, vt refert Plinius non extinguitur aqua, vt noſter ignis, ſed magis, ac magis inceditur, in cuius Montis radice Serpentes, in medio Capræ, in cacumine Leones inhabitant, & vt hæc fictio veritate pateſiat, (audite,) per Capram intelligimus peccatorem damnatum; nam Chriſtus Iudex in die Iudicij, illos, qui à ſiniſtris erunt, & damnabuntur, ſub Capræ ſymbolum nuncupabit, ita ſcribitur Matth. 25. *Statuet oues à dextris, hædos autem à ſiniſtris*, & in Inferno damnati morabuntur in medio vnius Serpentis, & Leonis, ignem vomentis; Serpens æternitatis ſymbolum eſt, vnde Aegyptij Serpentem cauda retorta ad os depingebant, circulum efformantem, ſymbolum æternitatis, flammifer Leo, qui damnatum ex alia parte cingebat, ignis eſt, quo damnatus continuò aduritur, & ſicut Chimeræ ignis extingui non poteſt, ita nec ignis Inferni, vnde infelix damnatus ab æternitate pœnarum, & ab igne inextinguibili torquetur, & de hoc igne Inferni. Hugo Eterian. ait. *Adeò pertinax incendio, vt ſi mare influeret caloris nullam remiſſionem haberet.*

de anim, reſurr. ab Infern. homil. ad Bapt. Hinc D. Chryſoſt. animaduertens, quod Hierem. cap. 12. & 18. *Vocat homines luteos, hac tamen differentia*, quod cap. 12. *Vocat vas fictile*, dicens, *numquid vas fictile, atque contritum vir iſte Iechonias*, & cap. 18. *Hominem eſſe dicit in manu Dei, ſicut lutum in manu figuli dicens, ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael*, hanc differentiam perpendens D. Chryſoſt. ſic ait. *Quando calamitatem, ſine remedio dicit, non vas figuli, ſed vas fictile nominat, quando autem eis ſpem pollicetur; Prophetam ad vas figuli perduxit.*

Magna quidem differentia eſt inter vas fictile, & vas in manu figuli, dùm enim vas eſt recens ſupra rotam, in manu figuli, quamuis centies caderet, ſemper poteſt à figulo inſtaurari, at ſi figulus de manu ſua vas deponit, & in fornacem mittit, vt humanis inſeruiat vſibus, ſi deinde cadet, & in plures partes confrigetur, ſpem inſtaurandi amittit, & hoc innuere voluit Chryſoſt. dicens: *Calamitatem ſine remedio*, quaſi diceret; *animabus damnatis non orationes, non Sacrificia, non Indulgentiæ, non Eleemoſyna, neque quodcumque aliud opus pium prodeſſe poteſt, aùt aliquod afferre remedium, earumque pœnarum leuamen*, hinc quidam Doctor perpendens, quod dixit Daniel cap. 23. *Loquens de incendio Babylonicæ fornacis, in quam tres illi in quam tres illi Pueri, Sydrç, Miſach, & Abdenago fuerè proiecti, quod efferebatur flamma ſuper fornacem* *Giul. de Aeternit. Conſil. 1. §. 2.* *cubitis quadraginta nouem*, admiratur hic Doctor quomodò Propheta flammam illam, cum ſit ignis fluxibilis potuiſſet dimetiri, & poſito, quod dimenſus fuiſſet, quare flamma illa efferebatur ſuper fornacem, cubitis quadraginta nouem, & non quinquaginta? animaduertit Doctor, quod numerus quinquageſimus apud Hebræos, Iubileum, & remiſſionem ſignificabat, & tunc omnes ſerui libertate fruebantur, & cuncta bona proprijs Dominis reſtituebantur, quia erat tempus gratiarum, & indulgentiarum: at quia in illa fornace figurabatur Infernus, in quo nulla eſt redemptio, ideò flamma illa efferebatur ſuper fornacem quadraginta nouem tantum cubitis, & nullo modo perueniebat ad cubitum quinquageſimum, audite quæſo verba huius Doctoris: *Vnus cubitus ad quinquageſimum deeſſe dicitur, quod arcanum ſenſus eſt, nam numerus quinquageſimus Iubileum olim ſignificabat, at quia flamma Inferni nunquam Iubilei gratiam attingunt, ideò ad quadrageſimum nonum cubitum ſolùm eleuabatur*, vnde Rupertus ibidem expendens verba Sophoniæ cap. 1. dicentis. *Dies iræ dies illa, dies tribulationibus, & anguſtiæ, dies calamitatis, & miſeriæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ, & clangoris*, dicit Rupertus, Prophetam de ſex diebus mentionem facere, quæ dies ſex, ſunt ſymbolum miſeriæ, & laboris, quibus addi debebat dies ſeptimus, dies requietis, at quia in In- *in cap. 13. Zen. q. 481* ferno nulla datur requies, ideò de die ſeptima, nullam facit mentionem; audite verba Ruperti. *Quia de ſeptima die, nihil ibi erit, nihil de Sabato Domini, ſed ſine requie, ſine vlla requietionis ſpe tribulabitur.*

Toſtatus perquirens cauſam, cur Diabolus auſus fuerit cõtra ſupremum Creatorem mundi curare, vt primi noſtri Parentes à Deo recederent, numquid Diabolus puniri non timebat? ita reſpondit Abulenſis. *Quia non timet facere, quidquid potuerit, ſcit enim nullam iam ſequi ex hoc futuram pœnam; nam damnatis non poteſt aduenire maior damnatio, quidquid faciant, aùt velint.*

lib. 4. de anim. c. 13 Adamas, vt refert D. Iſidor. ita infringibilis eſt, vt nulla re, niſi recenti hirci ſanguine frangi poteſt, hæc ſunt verba Iſidori. *Sed dum ſit inuictus ferri, ignisque contemptor, hircino rumpitur ſanguine recenti, calidoque maceratur.* Claudianus Poeta a rufi. fingit, duo illa flumina, cocyti ſcilicet, & phlegetontis vniri, & terminari ad quamdam adamantinam Turrim, quæ eſt animarum damnatarum, & Dæmonum carcer, & ſic ait.

Eſt locus

Eſt locus infantium, quo conciliantur in vnum
Cocytus phlegethonq; vadis in amenus, vterque
Alueus, hic voluit lachrymas, hic igne redundat
Turris per geminos, flammis vicinior amnes,
Porrigitur, ſolidoque rigens adamante, ſiniſtrum,
Proluit igne latus, dextra cocytia fundit
Aequora. hom. 4. ad Theſſ.

Et D. Chryſoſt. portas Inferni ſic vocat. *Adamantinas inferorum portas.*

At Dei Filius, qui in Cruce hircum, peccatorem ſcilicet figurabat, ſuo recenti ſanguinè deſcende ad Inferos, Lymbi carcerem frangens, adamantinam tamen Turrim, minimè fregit. Admiror, Epulonem in Inferno, non pro ſe, ſed pro fratribus erogare Luc. 16. *Rogo te Pater Abraham, vt mittas eum in domo Patris mei, habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne, & ipſi veniant in hunc locum tormentorum*, reſpondet Diuus Greg. & ait. *Flammis vltricibus traditus, non ſibi, ſed opitulari fratribus concupiuit, quia vnquam ſe ignium carere tormentis, adiuncto deſperationis ſupplicio agnouit.* lib. 8. c. 8. moral.

Hugo Cardinalis perpendens, quod bis Chriſtus ejecerit vendentes, & ementes de templo, prima, vice Ioann. 2. *Cum feciſſet, quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo:* ſecunda, vice in die palmarum Matt. 21. *Intrauit Ieſus in Templum Dei, & eijciebat omnes ementes, & vendentes*, petit modo Hugo, quare; prima vice, ait Ioannes, Chriſtus fecerit flagellum, & eijciebat; & ſecunda vice Math. dicit tantum, quod eijciebat, & nullam prorsùs facit mentionem de flagello? quia prima vice denotantur flagella nobis miſſa in hoc mundo, quæ exprimi poſſunt, at ſecunda vice denotantur tormenta, quibus damnati puniuntur quæ nullatenus exprimi poſſunt, audite verba Hugonis. *Quod flagellum non exprimat in ſecunda eiectione, ſignificat in futuro, non percuti ad correptionem, ſed ad perpetuam damnationem, vnde genus flagelli, non exprimit, ad ſignificandum, quod non poteſt exprimi*, vnde D. Aug. dicebat. *Mala Inferni, vt ſunt, dicere, vel cogitare nemo poteſt; peiora valdè ſunt, quàm cogitantur*, & Hugo de Sancto Victore ait. *Ibi omnia genera tormentorum, quorum minimum, eſt maius omnibus his tormentis, quæcumque in hoc ſeculo fieri poſſunt, ibi tranſitur à frigore nimium, ad calorem nimium, & vtrumque intolerabile.* in c. 2. Ioa. lib. de tripl. habit. ethym. li. 16. c. 13.

Et licèt infinitæ, & inexplicabiles ſint pœnæ, quas damnati patiuntur in Inferno, à ſacris tamen doctoribus ad duo capita reduci ſolent, quorum vnum dicitur pœna damni, alterum, pęna ſenſus, pœna damni, dicitur perpetua priuatio intuendi, & fruendi pulcherrima Dei facie, pœna autem ſenſus, conſiſtit in tormentis, & pęnis, quas damnati patiuntur; at pœna damni longè ſęuior eſt, & maiori aſperitate, & crudelitate affligit animas damnatas, quam pœna ſenſus; vnde Abſalon conquærebatur, quod Patris ſui faciem videre, non potuiſſet, vnde dicebat: *Obſecro ergo, vt videam faciem Regis, quod ſi memor eſt iniquitatis meæ, occidat me*, 2. Reg. 14 ſi hoc dicitur de vnius hominis facie, quid de diuini aſpectus priuatione, in quo æterna gloria conſiſtit? & hoc eſt omnium damnatorum; quæ damnati patiuntur maximum, audite quæſo D. Brunonem, qui introducit damnatos ſic vociferantes. *Addantur tormenta tormentis, pœnæ pœnis, ſæuiant ſæuius ſæuiſſimi miniſtri, creſcant crudeliſſima flagellorum genera, & Deo non priuemur*, & D. Chryſoſt. ait. *Terribilis eſt gehenna, terribilior facies iudicis irati, ſed quod omnem vincit timorem, eſt elongatio ſempiterna à contemplatione ſuper Beatiſſimæ Trinitatis*, & D. Auguſt. *Abſentia Chriſti quoad eius viſionem omnibus pęnis eſt intolerabilior.* ſer. de Iud. hom. 8. in Matth. in Enchir.

Pœna deinde ſenſus, quæ eſt ignis, ſufficit dicere cum D. Aug. *Noſter ignis in comparatione illius, eſt veluti ignis pictus, ignis ille ardet, ſed non lucet, excruciat, ſed non reſplendet*, & D. Anſelm. ita habet. *Tartarei ignis ardor ſic iſtum materialem ignem vincit, vt iſte pictum ignem*, audite D. Petrum Damianum ita loquentem. *Illa vltrix flamma, viuorum habet ardorem, non habet penitus lucem.* Ignis ille infernalis eſt omnium pœnarum, & tormentorum inſtillatio, vnde D. Hieron. *In vno igne omnia ſupplicia ſentient in Inferno peccatores*, & omnia, quæ in hac vita homo pati poterit nullatenus infernali igni poſſunt æquiparari, quia Dominus meritò omnem iram ſuam effundit ſuper damnatos, vnde dicebat Hierem. cap. 1. *Aperuit Dominus Theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ*, & D. Aug. *Quæ quiſque grauia valdè patitur in hac vita, in comparatione æterni ignis non tantum parua, ſed nulla ſunt*, Hinc Deus Deut. 32. loquens de damnatis ait. *Congregabo ſuper eos mala*, quem locum explicans Oleaſter ibidem, inquit. *Omne genus malorum in eos mittam non vnum, aut aliud*, & D. Greg. in Synopſi clamat. *Intende animo quaſcumque ſęculi pęnas, quoſcumque tormentorum dolores, quaſcumque dolorum acerbitates, compara hoc totum gehennæ, & leue eſt omne, quod pateris.* lib. 21. de Ciuit. in Elucid. opuſc. 50. cap. 2. in cap. 50. Hierem. ſer. 19. de temp.

Licèt

Digitized by Google

Licèt innumerabiles ſint cruciatus, & pœnæ, quas infęlices damnati in Inferno patiuntur,
cap. 33. tamen præcipua pęna tribuitur igni, vnde Iſaias Propheta contra peccatores ait, *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?* & ipſe
cap. 25. Chriſtus, vt inquit Matthæus peccatoribus dicet in die Iudicij. *Ite maledicti in ignem æternum*, vt ſic intelligeremus ignem eſſe maiorem pœnam ſenſus, quàm patiuntur damnati. Supra quem locum Matthæi Toſtatus inquit. *Pœna ignis eſt præcipua pœna, ideò ſolam illam nominauit Chriſtus*, vnde D. Auguſt. dixit. *Ignis illius potentiam nulla vox exprimere, nullus poterit ſermo explicare*. Quæ quidem potentia illius ignis, quantum ad eius actiuitatem, ex triplici cauſa noſtrum ignem ſuperat. prima cauſa eſt, quod quamuis, vt Scripturæ diuinæ fatentur, materia illius ignis, ſint picis, & ſulphur, vim tamen habet producendi ſuum ardorem æqualiter, tantum in externis, quàm in internis partibus, ita vt eadem vi exurat pellem, carnem, & oſſa, atque damnatorum medullas. Noſter ignis priùs producit calorem ſuum circa externas partes corporis, & paulatim penetrat in partes internas, & ita ſimul poſſunt conuenire Iob, &
cap. 20. Dauid; Iob enim dicit. *Deuorabit eos ignis, qui non ſuccenditur*; & Dauid inquit. *Pones eos, vt*
Pſal. 10. *clibanum ignis*. D. Gregor. Sanctos hoc modo reconciliat dicens. *Vt oſtendant interiùs, exte-*
l. 15. mor. *riùſque reprobos ardere*. Secunda cauſa eſt, quod ardor ignis gehennalis ſemper viuax eſt, &
cap. 17. damnati eadem ardoris viuacitate ſemper cruciantur, vnde ſcribitur Iudith. *Dabit ignem, &*
cap. 16. *vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiant in ſempiternum*. Nec in Inferno dari poteſt habitus, ita vt in progreſſu temporis minorem dolorem ſentiant damnati, ſentient in ſempiter-
ep. ad Demetr. num; vnde D. Cyprianus inquit. *Cremabit addictos ardens ſemper gehenna, & viuacibus flammis vorax pœna: nec erit vnde habere poſſint tormenta, vel requiem, vel finem*. Et D. Bonau. loquens de miſeris damnatis ait. *Sic damnati petera tormenta patientur, vt ſemper innouentur; ſic*
in ſoliloq. *ſine fine, ſic ſine ſpe miſericordiæ ſemper viuent, vt quotidie moriuntur, vt nunquam conſumantur*,
cap. 3. Tertia cauſa, quia ignis ille Inferni, non operatur ſua virtute naturali, ſed eſt tanquam inſtrumentum obedientiale diuinæ omnipotentiæ, qui ipſum ignem eleuat, vt vltra naturalem vi-
de Ciuit. gorem poſſit operari, & maiori calore cruciare damnatos, ſecundum eorum facinora, hinc
Dei c. 16. dicebat D. Auguſt. *Negandum non eſt, ignem æternum pro diuerſitate malorum, alijs leuiorem, alijs futurum eſſe grauiorem*.

Et pro maiori damnatorum miſeria licèt perpetuo igne cruciantur, In illo tamen loco, omnis lucis radius abeſt, vnde D. Greg. exponens illa verba Iob. *Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat*, ait Sanctus Doctor. *Flamma, quæ ſuccendit illuminat, illic*
cap. 10. *ignis, qui cruciat obſcurat*, & licèt aliquando aliquid luminis in Inferno luceat, lux hæc ad
in cap. 10. maiorem damnatorum pœnam erit; vnde D. Greg. ſcripſit. *Nam gehennæ flamma reprobis*
Iob. *nequaquam lucet ad conſolationis gratiam, & tamen lucet ad pęnam*. Inſeruit illa lux, vt horrendas demoniorum facies videant, & maiori pœna crucientur; vnde D. Auguſt. inquit. *Videbunt ibi monſtra teterrima, & laruales facies eorum, cuius viſio poſſet illos occidere*. Tandem in illo igne omnium tormentorum genera damnati patientur, vnde Deuteron. ſcribitur. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima*. Quæ verba Gloſſ. Interlinealis exponens ait, *vſque in æternum puniendo*, & ſtatim ſubdit, *congregabo ſuper eas mala*, quaſi diceret, quod ignis ille ſit tormentorum omnium compendium; hoc videtur innuere Dauid, cum
Pſal. 10. dixit: *Ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum*. Quem locum aduertens Hugo Card. ait. *Renoſci plures pœnas eſſe, non dicit quod hæc ſint calix, ſed pars Calicis*. Idem ferè
lib. 5. moral. c. 9. inquit D. Greg his verbis. *Partem Calicis dixit, quia videlicet eorum pars, hic quidem per dolorem incipitur, ſed in vltione perpetua terminatur*. Omnes Mundi huius miſeriæ, aùt aliquando, vel minuuntur, aùt tempore tollerabiles fiunt, aùt ſaltem morte finiuntur, ſed pœnæ illæ gehennales ſemper in eodem ſtatu permanent, & nulla fit remiſſio, nec morte determinatio; ſed
li. 5. mor. in æternum vigent, hinc D. Greg. dicebat. *Fiet ergo miſeris mors, ſine morte, & finis, ſine fine;*
c. 49. *defectus ſine defectu, quia, & mors viuit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit*: & Illuſtriſſimus Iob. *irruet ſuper eum omnis dolor*, quæ verba D. Bern. Senenſ. ait. *Habebit enim in*
to. 2. ſer. *oculis continuas lachrymas, & mœrorem, in auribus horrendum timorem, & terrorem, in naribus in-*
22. *ſupportabilem fœtorem, in dentibus terribilem ſtridorem; in ore horribilem clamorem, & in corde inconſummatum dolorem*.

Dùm hic vitam gerimus, mors nobis amara videtur, ſed in Inferno ait D. Ioan. *Deſiderabunt*
Apoc. c. 9. *mortem, & mors fugiet ab eis*, vnde D. Auguſt. tremens his verbis clamabat. *O mors quàm dul-*
lib. de trip. *cis eſſes, quibus amara fuiſti: te ſolam deſiderant, qui te vehementer oderunt*, & D. Greg. *Quid igitur*
hab. c. 6. *acerbiùs quàm mortem ſemper deſiderare, & non obtinere? imò quid tàm pęnale, quàm ſemper velle,*
li. 9. mor. *quod nunquam erit, & ſemper nolle quod nunquam non erit?* & D. Bernard. *In gehenna nulla pœnitus*
c. 49. *conſu-*

Digitized by Google

conſolatio, ſed perpetuum vbi vlulatus, & fletus, & ſtridor dentium, & idem Bernard. *In gehenna nulla erit conſolatio, vbi guttam aquæ diues poſtulat, & accipere non meretur.* Quis ergo magno timore, & tremore, non afficietur, ad ſolùm nomen *Inferni*, cum Diuus Cyprianus dicat loquens de Inferno. *Quem ipſe quoque Diabolus pertimeſcit*, & tamen ò infęlix hominum genus, quamuis credimus hæc, & maiora tormenta eſſe in Inferno, tamen, & ridemus, & à voluptatibus, non ceſſamus; hoc admiratur D. Chryſoſt. his verbis. *Quamuis ignis ille exeſtuet, nos tamen ridemus, & delitias amplectimur, & licentiosè peccamus.*

ſer. 8. in pſal. 90. ſer. 4. de quadr. ep. ad Demetr. hom. 55. ad pop.

Magnam potentiam oſtendit Deus, dùm ſua voce flammam ignis diuidit, vt innuit Dauid. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Quod in ſenſu Anagogico ita intelligitur, duas qualitates habet ignis lucem, ſcilicet, & ardorem; at Diuina Potentia, ab ardore diuidit lucem, præcipiens, vt in Inferno maneat ardor in flammis, abſque luce, & in igne Paradiſi ſit lux abſque ardore, ita D. Baſilius ſupracitatum locum exponit. *Diſſecatur ignis voce Domini, vt punitoria vis permaneat apud eos, qui digni ſunt, vt vrantur: illuminatoria vero cedat ad exhilarandos beatorum gaudio fruentes.*

pſ. 28.

Infernus vt fatentur Doctores, poſitus eſt in centro terræ, quod centrum diſtat à nobis milliarijs 3579. ſub terra, quis ergo timore, & tremore non afficietur, conſiderans animam quæ à Deo fuit creata, vt ſuper omnes Cęlos exaltaretur, propter culpas in profundum tantarum miſeriarum dilabi? ſi Iona Propheta, cum eſſet in ventre Ceti, ſe in Inferno eſſe putabat, vnde ad Deum clamabat. *De ventre Inferi clamaui ad Deum*, quid faciet infęlix damnatus in Inferno? quomodo peccatores, hanc profundiſſimam voraginem conſiderantes, non contremiſcunt in quam ſi in peccatis permanebunt deijciendos eſſe certò ſciant? ſi è terra aliquod corpus proijcietur, in Infernum, per cuiuslibet horæ ſpatium non plùs deſcendet quàm duo centum milliarijs, vt refert Clauius.

cap. 2. in cap. 2. ſphær.

Audite quæſo quid Auguſtinus, Bern. Hieronymus, & Ioannes Chryſoſt. de pœnis Inferni dicant.

D. Aug. loquens de pœna damnatorum, inquit. *Perire à Regno Dei, exulare à Ciuitate Dei, alienari à vita Dei, carere tàm magna multitudine dulcedinis Dei, quàm abſcondit timentibus ſe, tàm grandis eſt pœna, vt ei nulla poſſint tormenta, quæ nouimus comparari.*

D. Bern. de damnatis loquens. *Semper morientur ad vitam, & ſemper viuent ad mortem.*

ſer. 2. de verb. Apoſtol.

D. Hieron. inquit. *Omnia enim mala, quæ veteribus hyſtorijs continentur, aùt inundatione maris, aùt alluuione fluminum, aùt peſtilentia, morbis, fame, beſtijs, hoſtium vaſtitate hominibus acciderunt, his ſupplicijs non poterunt comparari.*

in Ioel. 2.

D. Chryſoſt. *Pone ſcilicet ferrum, ignem, & beſtias, & ſi quid his difficiliùs: attamen nec vmbra ſunt hæc ad illa tormenta.*

hom. 49. ad pop.

DE INGRATITVDINE.

1 Diuus Aug. Si de acceptis ingrati non ſumus iterum accepturos confidimus. *de bono viduit.*

2 Idem. Recolam ad mentem meam omnia bona Domine, quæ feciſti mihi à iuuentute mea in omni vita mea. Scio namque quod ingratitudo multum tibi diſpliceat, quæ eſt radix totius mali ſpiritualis, & ventus quidam deſiccans, & vrens omne bonum, obſtruens fontem miſericordiæ tuæ ſuper hominem, qua, & mala iam mortua oriuntur, & viua iam cætera moriuntur. *in ſoliloq. cap. 18*

3 Idem. Grati ſimus, ex eo, quod habemus, vt addatur quod non habemus, & non perdamus quòd habemus. *ſer. 16. de verb. Ap.*

4 D. Bern. Ingratitudo eſt ventus vrens fontem pietatis, exiccans rorem miſericordiæ, & gratiæ fluenta non recipiens. *ſer. contra vit. ingrat.*

5 Idem. Miſericordiæ eſt ſubtrahere miſericordiam, quemadmodum iræ, & indignationis miſericordia exhibet. *ibidem.*

6 Idem. Ingratitudo eſt hoſtis, gratiæ, inimica ſalutis. Dico ego vobis, quoniam pro meo ſapere, nihil ita diſplicet Deo, quemadmodum ingratitudo; vias enim obſtruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia acceſſum non inuenit. *ſer. 2. de ſeptem miſericord.*

7 Idem. Ingratitudo eſt inimica animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio: ingratitudo ventus eſt vrens, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ. *ſer. 52. in Cant.*

8 Idem. Nihil ita diſplicet Deo, præſertim in filijs gratiæ, quemadmodum ingratitudo. *ibid.*

ſer. contra ing. 9 Idem. Fœlix qui ad ſingula dona gratiæ, redit ad eum, in quo eſt plenitudo gratiarum, cui nos dùm pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, vt maiora adhùc accipere mereamur.

hom. 5. in Pſ. 115. 10 Idem. Accumbens menſæ, ora, edens panem, largitori gratiam repende. Tunicam indueris? gratias age benigno donatori. qui commodum tibi, æſtate, hiemeque tribuit veſtimentum. Diem perfecisti? referto gratias illi, qui Solem in miniſterium indulſit.

hom. 22. in cap. 5. Matth. 11 D. Greg. in verba Apoc. cap. 4. *Adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum, &c.* Coronas ſuas ante thronum Domini mittere eſt, certaminum ſuorum victorias, non ſibi tribuere, ſed Auctori, vt ad illum referant gloriam laudis, a quo ſe ſciunt vires accepiſſe certaminis.

12 Auſonius. Ingrato homine terra nihil peius creat.

hom. 27. in Gen. 13 D. Ioan. Chryſoſt. Non obliuiſcamur Dei beneficia in nos collocata; ſed ſemper ea in mente noſtra verſemus, vt ad continuam gratiarum actionem mentem noſtram compellant.

ſerm. 15. 14 D. Petrus Chryſol. Nihil eſt quod adeò indignationem prouocat Altiſſimi, ſicut ingratitudo. Ipſa enim eſt malorum prouocatio, beneficiorum exminatio, meritorum exterminatio.

lib. 3. de benef. 15 Seneca. Cum ingratum dicis, omnia mala dicis.

ibidem. 16 Idem. Ingratus eſt, qui beneficium accepiſſe ſe negat; quod accepit. Ingratus eſt, qui diſſimulat; ingratus, qui non reddit; ingratiſſimus omnium, qui oblitus eſt.

MANTISSA
AD INGRATITVDINEM.

TAM abominabile, & exacrandum eſt peſſimum Ingratitudinis vitium, quod meritò Seneca dixerit, nullam ei condignam pœnam ab humanis legibus potuiſſe deligari, hæc ſunt verba Senecæ. *Ingratitudinis vitio, nullam ab humanis legibus pœnam conſtitutam eſſe reperimus, quia tanta eſt eius iniquitas, vt ſola Dei Iuſtitia rigidiſſima relinquatur punienda.*

epiſt. 52. Hoc enim peſſimum ingratitudinis vitium, quantum in ſe eſt, non ſolùm eidem peccatoris naturæ aduerſatur, ſed omnem hanc mundi machinam, imò quod inauditum eſt, Deum ipſum, deſtrueret, ſi poſſet; & primo quòd ipſi peccatori repugnet, neminem latere, puto; duas reperiri, gratias, vna dicitur gratis data, altera, gratum faciens, gratia gratum faciens, non poteſt eſſe cum peccato, at gratia gratis data, poteſt vtique eſſe, cum peccato, poteſt enim peccator ſpiritum habere prophetiæ, & ægrotis ſalutem conferre, at ſi peccator erit ingratus, hac vtique gratia priuabitur quia gratia gratis data, & ingratitudo; ſimul eſſe non poſſunt, & ſic ingratitudo, ipſimet peccatori aduerſatur, dùm propter ingratitudinem gratiam gratis datam, amittit.

Secondo ingratitudo hanc mundi machinã deſtruit, quid enim eſt hic mundus, niſi quoddam horologium cuius maiores rotæ, ſunt Cęli, minores, ſunt elementa, libramina, terra, motus velox, primum mobile, motus tardus, reliquæ ſpheræ? ſed ad quid huius, horologij campana ſignificat horas, niſi, vt mortales ad ſua peragenda negotia ſurgant? & ad quid putatis machinam minoris mundi factam fuiſſe, niſi, vt campana humanæ linguæ, debitas, & dignas Deo laudes perſolueret? & veluti ſi campana, non ſonaret, fruſtra eſſet compactum omne horologij artificium, ita, & hominis machina, ſi lingua ſua debitas Deo, non referat gratias, fruſtra eſſet creata, hinc Dauid Pſal. cecinit. *Cęli enarrant gloriam Dei,* ſed ſi Cęli ore, & lingua carent, quomodo ergo narrant? ſed ſecundum literalem expoſitionem, vult dicere, *Cęli enarrare faciunt gloriam Dei,* quæ literalis expoſitio apud diuinam Scripturam recens, non eſt, nam Paulus Apoſtolus loquens de Spiritu Sancto dixit. *Spiritus poſtulat pro nobis,* ſed ſi Spiritus Sanctus ſimilis in omnibus eſt Patri, & Filio, & à quo poſtulatur, dicit ſuperioritatem, quàm Spiritus Sanctus, non habet, nam vt inquit D. Athanaſ. *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus,* quid ergo dicit Apoſtolus. *Spiritus poſtulat pro nobis?* ſed reſpondetur iuxta Sanctorum Patrum conſenſum, Spiritus poſtulat pro nobis, ideſt poſtulare nos facit; Cęlorum ergo rotæ, ad hoc factæ fuerunt, vt ſcilicet homo debitas Deo gratias agat, quod, ſi non fiet, fruſtra Cœli eſſent creati, & tota mundi machina, vanitas eſſet, vnde Salamon dixit.

Vanitas

Vanitas vanitatum, &c. quaſi diceret, tota mundi machina fruſtra eſſet creata, ſi linguæ campana debitas Deo laudes, non perſoluet, quod maximè Deus à nobis poſtulat, & deſiderat, dicens. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.*

Tertio ingratitudo ipſius Dei naturæ repugnat, ſcimus enim, quod nemo bonus, niſi ſolus Deus, & bonitatis natura eſt, vt iuquit Bortius. *Eſſe ſui ipſius communicatiua, per gratias nobis à Deo collatas, ſed ingratitudo Deo obicem ponit, ergo quantum in ſe eſt, hac ſuaui communicatione Deus priuatur, ergo ingratitudo, quodammodo ex ſe deſtrueret, ſi poſſet ipſummet Deum.* Ita Deus O. M. abhorret ingratos, vt neque eorum imagines intueri poſſit, hinc in mundi creatione omnium rerũ, Cęleſtium, & Terrenarum, fit mentio, creauit Deus Cœlum, & Terram dixit, *fiat lux, fiat firmamentum, &c.* de igne tantum nulla fit mentio, & tamen pulchriùs eſt elementum, quid eſt hoc? quia ſcilicet, eſt ingratitudinis ſymbolum, adurit enim, à quo recipit eſſe, ideo à Deo abhorretur, audite Rupertum Abb. ibidem. *Ignis ſterilis, & infęcundus, & talis eſt ingratus, ideò noluit Deus in ſuis operibus nominare.*

Dum Moyſes Exod. 32. in Monte Deum alloquebatur, ſpatio quadraginta dierum, vt legem Gen. 1.
reciperet, qua accepta poſtquam de Monte, deſcendit, legis Tabulas deferens vidit populum Idolis immolantem, & ira zeli accenſus proiecit: & confregit tabulas, in quibus ſcripta eſt lex quid agis Moyſes? multo tempore defatigatus es, vt Legem à Domino acciperes, & modo eam frangis? at Moyſem reſpondentem, & dicentem audio, hoc facio propter ingratitudinem huius populi, non enim meretur hanc Legem quàm ſi obſeruaſſet, omnes gratias à Deo obtinuiſſet, quia ingratitudo, reddit hominem indignum omnium gratiarum; vnde Ambr. ibidem ait. *Legis tabulas confregit Moyſes, propter ingratitudinem populorum.* Hoc voluit innuere Chriſtus, dùm de pedibus Iudæ proditoris conquærebatur, dicens. *Qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem,* quod Diuus Hieron. legit. *Leuauit contra me calcaneum,* peto modò, quare non conqueritur deoſculo, aùt de aliquo beneficio, cum fuerint infinita? reſpondetur, quia in cœna, pedes Iudæ fuerunt loti à Chriſto, & deoſculati, & tacti à Sacratiſſimis Chriſti manibus, & deinde gradiuntur ad prodendum Chriſtum? ſcælus eſt inauditum, audite quæſo Chryſoſt. ita clamantem. *O ingratitudo proditoris, qui tanta beneficia à Deo acceperat, in manibus tradidit Iudęorum.* Quaſi diceret, ò Iuda, numquid, non es ratione compos? ſummum Creatorem, & Benefactorem, non agnoſcis? ſimilis factus es irrationabilibus abſque intellectu? non audis Dauid dicentem. *Nolite fieri, ſicut equus, & mulus, quibus, non eſt intellectus?*

Apud Strabonem legitur, quod cum quadam die Cæſar Auguſtus ex ſuo Palacio, Regium Equum de ambulantem videret, accidit, vt quidam funis, in pedibus equi, ita circumplicaretur; vt interminaretur equum, & cum ibi adeſſet Quintus Fabius militum tribunus, intuens equum in magno periculo poſitum, pugione funem ſecans, equum ab illo diſcrimine liberauit, qui ſic ſolutus, tentauit calcibus percutere ipſum Quintũ Fabium, quod intuens Imperator, ridere cæpit dicens. *O vera equina remuneratio;* hoc dixit, admirans equi ingratitudinem, bene ergo nos monet Dauid dicens, *nolite fieri, &c.* fuit olim interrogatus Plato, quo nam nomine ingrati eſſent nuncupaturi, & reſpondit. *Peiores canibus,* & meritò; narrant enim Romanorum hyſtoria, quod cum ad mortem damnaretur Titus Fabinus, quemdam canem habens, qui iug ter eum ſequebatur, & cum Titus capite plecteretur: fidelis canis corpus Domini latrans cuſtodiebat, & quamuis multis verberibus afficeretur, vt ab eo loco diſcederet, numquam Domini cadauer deſeruit, imò, & cum per ſententiam, Titi, corpus in Tyberim flumen fuiſſe proiectum, canis etiam in flumen ingrediens, Domini Corpus ſuper aquas ſuſtentabat, donec deficientibus viribus, ſimul cum Domino perijſſet.

4. Reg. 18. narratur quod Azael Princeps Iſrael, acceſſit ad Helſeum ſuũ præceptorem, quẽ cum plorantem viderit, interrogauit dicens. *Quare Dominus meus flet, cui reſpondit Haliſeus, quia ſcio, quæ facturus ſis filijs Iſrael, &c. diuides, &c.* quaſi diceret, ſcio te tyrannum futurum eſſe, & necaturum mulieres, homines, & infantes quoque quod cum audiſſet Azael, inquit. *Numquid ſum canibus peior, vt faciam rem iſtam,* quæ verba aduertens Oleaſter, dixit, *Oſtendit verbis Azael conditionem ingrati, qui beneficia Dei paruipendunt.*

Moyſes ducens populum per deſertum, & cum maxima ſiti laboraret, dixit Deus Moyſi, vt petram alloqueretur, quæ aquam dediſſet vtique, & percuſſit bis, & fluxerunt aquæ, quod intuens Deus, ira accenſus repræhendit Moyſem dicens, tu, & populus iſte moriemini, antequam ingrediemini terram Promiſſionis.

Peto modò, quare pijſſime Domine, ita iraſceris contra Moyſem, quod, nam peccatum dignum tali pęna commiſit? D. Aug. reſpondit. *Moyſem tamquam ingratum ſe geſſiſſet percu-*

Digitized by Google

tiens petram, à qua aquam erat accepturus, Vnde Epiſcopus Alterianus dixit. *Gemina percuſſio, ingratum ſignificat.*

Gemina percuſſio fit in forma Crucis, in qua Chriſtus obiturus erat, meritò ergo Deus puniuit Moyſem, quaſi diceret Deus, ego te erui ex ſeruitute Aegyptiorum, & eduxi te per deſertum, dulciſſimum manna tribuens in cibum, & Terram Promiſſionis fluentem lac, & mel tibi paraui, aquam tibi tribuens è petra, & tu mihi Crucem oſtendis? ò magnum ingratitudinis ſignum, audite quæſo Alterianum ſic dicentem. *Bis percuſſit, ſemel, & iterum, vt figuram Crucis deſcriberet.*

Deus Opt. Max. eſt ita ſedulus, & paratus beneficio gratos afficere, vt nullum temporis ſpatium interponi voluerit, pro gratiarum actione.

Diua Maria Magdalena pretioſum vnguentum emerat, vt ſecundum Iudæorum conſuetudinem, Chriſtum mortuum vngeret, & ipſemet Chriſtus teſtatur dicens. *Vnguentum hoc ad ſepeliendum me fecit*, ſed Chriſtus noluit vngi poſt mortem, ſed in vita, quare hoc? quia ſi vngeretur Chriſtus poſt mortem, opus erat ſpatio trium dierum expectare, vt hęc Magdalenæ gratitudo beneficio compenſaretur, ideò vngi voluit in vita, audite Diuum Leonem Pontificem dicentem. *Vt gratias tanto citiùs redderet Magdalenæ de ſuo vnguento, ideò noluit illud in vita.*

Inter omnes mundi triumphos, cunctorum maximum fuiſſe puto illud Chriſti, cum in die Palmarum ingreſſus eſt Hieruſalem, triumphator enim erat Dei Filius, triumphi ſocij erant Apoſtoli, ſed clementiſſimè Domine, liceat mihi petere, cur ſedens veniſti ſuper Aſinam, & non potiùs Regio equo vſus es? ſed huic petitioni reſpondet Riccardus, hoc Chriſtum feciſſe ob gratitudinem, quam hoc beneficio voluit compenſare, cum enim tempore maximi frigoris, Chriſtus naſceretur in Bethleem, Bos, & Aſinus infantem Chriſtum calefecit, ideò modò voluit cum honore afficere.

D. Ioannes Euangeliſta loquens de Mulieribus, quæ perrexerunt ad ſepulchrum Chriſti, *valdè*, inquit, *mane vna Sabbatorum, venerunt ad monumentum*, paulo poſt ait, *orto iam Sole*, ſi valdè mane, quomodo orto iam Sole? reſpondet D. Leo, hoc factum eſſe ob gratitudinem, nam cum Chriſtus in Cruce moreretur, Sol ob ſignum męſtitiæ, ante occaſum, ſpatio trium horarum, lumen ſuum celare voluit, audite verba Diui Leonis Pontificis. *Orto iam Sole, ut Chriſtus reſtitueret tres horas, quas tulerat in Caluario.*

Admiratur Abulenſis perpendens factum illud Exod. 7. vbi dixit Deus Moyſi. *Dic ad Aaron, tolle uirgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Aegypti, & ſuper fluuios eorum, ut uertantur in ſanguinem, & ſit cruor in omni terra Aegypti.* Admiratur Abulenſis in hunc locum: quare hoc non fuerit factum per manus Moyſis ſicut, & reliqua prodigia, ſed fuerit commiſſum Aaroni? ita reſpondit. *Quia Moyſes liberatus fuerat de aquis, ut patet ex cap. 2. Exod. & ideò non erat rationabile, quod percuteret aquas.* Ne videretur beneficium ingratitudine compenſare; Moyſes enim adhùc infantulus poſitus in quadam ciſtula in flumen fuit proiectus, & flumen contra Moyſem vndas non eleuauit, ne ſummergeretur, modò Moyſes ob gratitudinem renuit flumen percutere.

Et Exod. 13. egredientes Hebræi ex Aegypto ſic ſcribitur. *Profectique ſunt Filij Iſrael, vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, & oues, & armenta, & animantia diuerſi generis, multa nimis.* Si ergo tot tantiſque animalibus abundabant quare cap. 16. Exod. 1. carnes Aegypti cupiebant? *Dixeruntque filij Iſrael, vtinam mortui eſſemus per manu Domini in Terra Aegypti quando ſedebamus ſuper ollas carnium.* Hoc fuit ob gratitudinem, nolebant enim vti illorum animalium carnibus, quæ ad ſacrificandum Deo, & gratias ei referendas pro collatis beneficijs inſeruiebant, audite quæſt. 62. in Exod. *Timebant, ne deficientibus pecoribus, deficerent etiam neceſſaria ad ſacrificandum Deo.*

D. Chryſoſt. ſuper illud Ioannis 18. *Simon Petrus habens gladium percuſſit ſeruum Pontificis, cui nomen erat Malcus*; animaduertit Chryſoſt. Euangeliſtam inter tot ſatellites, qui perrexerant ad compræhendendum Chriſtum in Horto, ſolum de Malco mentionem feciſſe, & nomen explicaſſe, vnde hoc? niſi ob ingratitudinem huius miniſtri, cui Chriſtus ſanam reſtituerat auriculam auulſam à Petro, & hic Malcus ante Pontificem percuſſit Chriſtum in faciem, ò inaudita ingratitudo, audite quæſo verba D. Chryſoſt. *Serui nomen meminit Euangeliſta, quoniam magna res erat; non tantum, quod eum curauerit, ſed eum paulo poſt, eſſet ab eo alapam accepturus.*

de benef. Vnde dixit Seneca. *Nihil animo grato honeſtiùs, nil turpiùs, quam de beneficijs acceptis, gratias non referre.*

Digitized by Google

Num.22. cum Balac Rex Madianitarum Regis Balam opere indigeret, rogauit eum per nuncios, vt ad ſe veniret, diſcedit ergo Balam à ſuo Regno, vt iret, quod cum audiſſet Balac, *ob gratitudinem, & reuerentiam*, egreſſus eſt in occurſum eius, in oppido Moabitarum, & terminatis negotijs, cum Balac obtinuiſſet omne id, quod deſiderabat, non legitur Balam in ſuo regreſſu à Balac fuiſſe conſociatum, ſed ait Textus. *Surrexitque Balam, & reuerſus eſt in domum ſuam, Balac quoque via qua venerat rediјt.* Oleaſter huius cauſam aſſignans ait. *Solent Reges, & Principes, cum egerint operis alicuius pauperis, ac religioſi viri, magnam illis oſtendere affabilitatem, quod cum fuerint conſequuti, non ampliùs eos norunt.*

Ob cuius rei confirmationem legitur Gen. 50. de Patriarcha Ioſeph, quod mortuo Iacob; venerunt ad Ioſeph Fratres, & proni adorantes eum, dixeruntque ei, *ſerui tui ſumus*, quid eſt hoc? nonnè hic eſt ille Ioſeph, quem vos occidere volebatis? reſpondet Oleaſter ibidem. *Quoniam videbant ſe illius ope indigere.*

Idem Ioſeph, cum eſſet in carcere dixit Pincernæ Pharaonis. *Memor eſto mei per ſemetipſum, cum benè tibi fuerit, vt facias in me miſericordiam*, ita addunt Septuaginta interpretes. *Et memor eris mei*, peto modò quare duplicatur ſupplicatio, memor eſto mei, & memor eris mei? reſpondet D. Ambr. ſic aſſerens. *Ideo ſecundo repetiuit memor eris mei, quia ſciebat, non recordaturum: citò beneficijs irrepit obliuio ſecundis rebus.* *de Ioſeph cap. 6.*

Cum Chriſtus Dominus noſter duceretur ante Caypham; & ſi omnes Diſcipuli, eo relicto fugierunt; Ioannes autem ſecutus eſt eum, & introiuit cum Ieſu ante Tribunal, & quomodo ingreſſum habere potuiſſet, idem Ioannes hoc teſtatur, dicens. *Diſcipulus autem ille, erat Notus Pontifici*, ſed ſi Ioannes pauper erat, & Filius Zebedei piſcatoris, quomodo poterat eſſe Notus Pontifici? reſpondeo hoc eueniſſe ob gratitudinem, quia meliores piſces, quod Zebedeus capiebat per Ioannem mittebat Cayphæ, audite D. Vincentium Ferr. *Quia portauerat ſibi encenia piſcium, quæ Pater Ioannis ſibi mittebat.* *ſer. in Paraſceu.*

Ioannes 6. narrat, quod cum Chriſtus in monte multitudinem, quaſi quinque millia hominum ſatiaſſet, &c. propter quod miraculum cognouerunt eum eſſe eorum Miſſiam. *Illi ergo homines ait Ioannes cum vidiſſent, quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant, quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum, &c.* Peto modò, quare ex alijs miraculis, non agnouerunt eum eſſe Meſſiam? reſpondet D. Chryſoſt. *Maiora his miracula, & quidem innumera operatus eſt Ieſus, neque hoc vnquam confeſſi ſunt, niſi nunc exaturati.* *hom. 4.*

Hinc Oleaſter attendens, quod dicitur Ioannis 6. *Colligite, quæ ſuperauerant fragmenta*, & quærens, ad quid Chriſtus iuſſerit hæc fragmenta colligi, ſic reſpondit. *Mira eſt hominis ingratitudo, vt opus ſit Deo teſtes ſuorum beneficiorum adhibere, in hunc finem arbitror Chriſtum duodecim cophinos panis aſſeruare præcepiſſe, cum turbas pauit in deſerto ne poſtea ingrati beneficij, immemores inficias irent.* *in cap. 16 Exod.*

Oleaſter perpendens, quod Hebræorum multitudo intuens in deſerto Pharaonem venire poſt ſe, vt occideret eos, conquærebantur de Moyſe dicentes. *Forſitan, non erant ſepulchra in Aegypto ideò tuliſti nos, vt moreremur in ſolitudine*, ita concinit Oleaſter. *Ingrati beneficia in maleficia conuertunt, cum Dominum eos eduxiſſet ad libertatem, ipſi arbitrantur eduxiſſe ad mortem.* *ſuper illud Exod. 14.*

Caſſiod. *Spem de futuris recipit, qui tranſacta beneficia recognoſcit.* *lib. 10.*

Quaſi diceret, ſolitus ſoluere, quod creditori debet, eius marſupij Dominus eſt.

Cunctis patet, omnes nos ita eſſe debitores Chriſto, vt impoſſibile ſit, licèt omnibus noſtris viribus laboremus, ei poſſe ſatisfacere, vnde D. Chryſoſt. dixit. *Si excellens hominum meritum, ſi natura iura conſeruans ſi legum iuſſis obtemperans, fidem impleat, iuſtitiam teneat, virtutes exerceat, damnet vitia, peccata repellat, exemplum ſemetipſum imitatibus præbeat, nihil eſt reſpectu eius, quod debet.* *hom. 70.*

Gen.42. narratur quod cum Filij Iacob, tempore penuriæ, vt frumentum emere potuiſſent, pergerent in Aegyptum, poſtquam illud emerunt, pretium, quod pro frumento ſoluerant, in ſaccis inuenerunt, quod per eorum fratris Ioſeph iuſſionem poſitum fuerat, Ioſeph interpretatur augmentum, & accipitur pro Chriſto, qui nobis pluſquam promittit, tribuit, vnde Diuus Ambr. ſuper Luc. dicebat. *Vberior eſt gratia, quam precatio, ſemper enim Dominus plùs tribuit, quàm rogatur.*

Pro Filijs Iacob vitiorum ſupplantatores intelliguntur, qui per pœnitentiam laſſi propter bellum, Chriſtum adeunt, vt frumentum recipiant, & condonatione ſe reficiant, at Chriſtus non ſolùm eis condonat, verùm etiam copioſè influit gratiam, nam qui deferunt frumenti pretium, beneficiorum, ſcilicet Dei laudes, ipſum Deum obſtringunt, vt maiores gratias eis conferat, nam diues in omnes, qui inuocant illum, & bonorum noſtrorum, non indiget, niſi

ob no-

Digitized by Google

ob noſtram vtilitatem, hinc lib. primo ſent. diſtint. prima, ſic ſcribitur. *Illud quo nobis vtitur Deus, non ad eius, ſed ad noſtram vtilitatem eſt, & eius tantum bonitatem, quia bonorum noſtrorum non indiget.*

Geneſ. 47. tempore penuriæ Aegypti, Patriarcha Ioſeph, magna cum prouidentia frumenta Aegyptijs diſtribuerit, obligãs eos impoſterum ad quintam partem totius futuræ meſſis Regi reddendam, ita, & tempore, quo in Aegypto huius mundi, primi noſtri parentes, propter magnam rerum ſpiritualium famem, quàm propter culpas patiebantur obierunt, tunc, de Cœlis venit ad nos Ioſeph, Chriſtus ſcilicet Dei Filius, Panem Cęleſtem nobis deferens, vt reficiaremur, puriſſimum Sancti Euangelij ſemen nobis tribuens, ita vt, ſi animæ noſtræ terra fuerit bona, centumplum accipiemus, ex quo clarè patet, quod Chriſtus animam noſtram emerit, & redemerit à valida mortis fame, obligans nos ne impoſterum ſimus ingrati, ſed pro tanto beneficio iugiter gratias Deo ręferamus, vnde D. Bern. clamat. *Quanti te fecit Deus, ex*
ſerm. 22. *his, quæ pro te facta ſunt, homo agnoſce, vt appareat tibi benignitas eius; quanto enim minorem ſe fecit in humilitate, tanto maiorem ſe exhibuit in bonitate, & quanto pro me vilior, tanto mihi carior, aduerte homo, quia Deo coniunctus es, non ſis ingratus.*

de benef. Et Seneca ait. *Quanto maius donum datur, tanto maior debet eſſe gratiarum actio.*

Cum Romanorum Duces poſt crudele bellum victores ſupra nobiliſſimum currum capite coronati Romam ingrederetur, vt triumpharent, cuncti populi hylari vultu decantantes victoribus occurrebant, ita noſter ſupremus Dux, Dei Filius, vt nos à Diaboli ſeruitute liberaret, contra Diabolum pugnauit, & victor exiſtens perfectam libertatem, & ſalutem nobis attulit, vnde pro tanto beneficio, egredientes nos à noſtrarum culparum domibus, ob gratitudinem tanto benefactori, & liberatori gratias iugiter referre debemus, & nos ipſos ad inuicem excitantes, cum Iſraelitis Exod. 25. dicamus. *Cantemus Domino glorioſè, &c.* laudantes eum in decacordo, & cythara, & ne vt ingrati repræhenderemur ſuper currum coronatum, ideſt in memoria noſtra, ita deponamus eum, vt numquam tanti beneficij impoſterum obliuiſceremur,
in ſoliloq. hinc D. Aug. dicebat. *Domine dilexiſti me, pluſquam tu, quia mori voluiſti propter me; tam caro pretio reduxiſti me, de exilio redemiſti me de ſeruitio retraxiſti me, de ſupplicio vocaſti me, nomine tuo, ſignaſti me ſanguine tuo, vt memoriale tuum, ſemper eſſet apud me, & numquam recederes à corde, qui propter me noluiſti recedere à Cruce.*

Et 2. Reg. 12. exierunt canentes mulieres Iſraelitæ obuiam Dauid Victori venienti de cæde Goliath, & dicentes. *Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia,* ita, & nos liberati per Paſſionem Chriſti à poteſtate Principum tenebrum exeamus obuiam Chriſto Victori, diuinas laudes canentes, & gratias ei referentes, ne ingratitudinis notam ſortiamur, audi quæſo D. Aug.
in ſoliloq. ita canentem. *Ecce tibi Domine, gratias ago, ne ſim ingratus tibi, liberator meus, quoniam liberaſti me, nam cum abſorbuerat me ille draco tu ab ore eius extraxiſti me, paratus fuit deglutire me, ſed tu me defendiſti, cum contrà te iniquè agebam, quaſi tua mandata fugiebam, ſtabat paratus ipſe, vt me raperet ad Infernum: ſed tu prohibebas, ego te non timebam, & tu me cuſtodiebas, à te recedebam, & inimico meo exhibebam, & tu ipſe, ne me caperet defendebas, hæc, & alia beneficia mihi exhibuiſti, & non cognoui donec illuminaſti me.*

ſerm. 9. D. Gaudentius loquens de beneficijs, quibus Chriſtus iugiter afficiebat ingratis Hebræis, ita aſſerit. *Ipſe in carne adueniens docuit eos, & inſtruxit, & verberauit curationum beneficijs, quia ingrati exiſterent.*

Animaduertite quæſo, quod D. Gaudentius dicit Hebræos à Chriſto fuiſſe verberatos beneficijs curationum, ad ſignificandum ſcilicet ingratos eſſe, veluti irrationabilia, & verberibus indigere.

l. de benef. Seneca loquens de ingratitudine ait. *Nihil æquè concordiam humani generis diſſociat, diſtrahit, quàm hoc vitium.*

Matth. 8. narratur in regione Geraſonorum, duos fuiſſe dęmoniacos, qui cunctis illis populis timorem incutiebant, Chriſtus pietate motus, dęmoniacos illos a Dęmone liberauit, ob quod beneficium, ait Euang. *Et ecce tota Ciuitas exijt obuiam Ieſu, & uiſo, eum rogabant; ut tranſiret à finibus eorum,* quis intuens Geraſenos venientes obuiam Chriſto non dixiſſet, quod venirent, vt pro tanto beneficio infinitas gratias Chriſto referrent, & inuitarent eum, vt dignaretur eorum Ciuitatem ingredi, & permanere? ſed ò ingratitudinis monſtrum horrendum, pro tanto beneficio, ſummum benefactorem diſcedere ab eis rogant, & non verentur, ex quo clarè patet Geraſenos illos, & non homines, ſed beſtias fuiſſe, non enim hoc facere verecun-
de animal. dantur. Albertus Magnus ait. *Vna de proprietatibus hominis ſecundum id, quòd homo eſt, vere-*
l. 22. c. 4. *cundari eſt.*

Dùm

Dùm ergo Geraſeni, non verecundantur, beſtias fuiſſe fatendum eſt, audite, quid de his Geraſenis dicat Paulus de Palacio, hanc eorum ingratitudinem attendens. *Miror quod rogatur, & non potiùs expellitur: hoc eſt enim mundi ingenium, arma ferentia capere contra Chriſtum benemerentem*.

Hinc non immeritò Geraſeni latino idiomatè ſonat. *Ruminationes appropinquantes*. Vt ſcilicet demonſtretur Geraſenos beſtias fuiſſe, quarum proprium eſt ruminare.

Exod. 32. dùm Moyſes moraretur in Monte Sinai, vt Legem à Domino acciperet, populi, qui Moyſem expectabant, dixerunt ſummo Sacerdoti Aaron. *Surge, & fac nobis Deos, qui nos præcedant, Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus, quid acciderit*.

Quorum ingratitudine admirans Oleaſter ibidem, & præcipuè perpendens illud verbum (huic viro) ſic concinit. *Contemptibiliter valdè de Moyſe ſuo loquuntur, vt diſcas, quid vtilitatis ſit multitudini præeſſe, & ei bona præſtare; nemini ſeruit, qui communitati ſeruit*.

Narrat Plutarchus, quod fugiens Demoſtenes ab ingrata Patria Athenis, Palladem illius populis protectricem, ſic alloquutus eſt. *O Pallas vrbium Domina, cur tribus infauſtiſſimis beſtijs delectaris noctua, Dracone, & Populo?* quibus verbis oſtendit ingratum, non hominem, ſed beſtiam appellari debet, vnde Dauid. *Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus*; quod attendens Innoc. Tertius ait. *Per mulum, qui generatur, & non generat, deſignatur ingratus, qui accipit gratiam, & non recipit*. *in Demoſt.* *in pſ. 2. pænit.*

Geneſ. 3. *Abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradiſi*, quæ verba attendens Toſtatus, ita aſſerit. *Abſconderunt ſe ex verecundia ingratitudinis, quia contra Deum benefacientem, ei peccauerunt*. *q. 14. ibid.*

D. Thom. tres aſſignat ingratitudinis gradus. *Primus eſt non compenſare beneficium, eo modo, quo quiſque poteſt, ſecundus gradus eſt, ſimulare ſe beneficium accepiſſe, tertius gradus eſt, obliuiſci beneficiorum ex propria negligentia, nam reddere malum pro bono, potiùs Dæmonum quam hominũ eſt*. *2. 2. q. 107*

Publius minor inquit. *Maledicta cuncta dixeris, cum ingratum hominem dixeris*, & Stobeus ait. *Ingratitudinem potiſſimum impudentia ſequitur, & ad omnem turpitudinem maxima eſt dux*.

DE INVIDIA.

1 Diuus Ambr. *loquens de Inuid.* Inter improbum, & inuidum hoc intereſt improbus ſuo delectatur bono, inuidus torquetur alieno, vt propè tolerabilior ſit, qui ſibi vult benè, quàm qui malè omnibus. *2. off. cap. vlt.*

2 D. Auguſt. Inuidia eſt odium alienæ felicitatis, reſpectu ſuperiorum, quia eis non æquatur, reſpectu inferiorum, ne ſibi æquentur, reſpectum parium, quia ſibi æquantur. *l. 50. hom. 20.*

3 Idem. Auertat Deus inuidiæ peſtem ab animis omnium. Vitium enim diabolicum eſt inuidia, quo ſolo Diabolus reus eſt, & inexpiabiliter reus. *de Doctr. Chriſt.*

4 Idem. Per inuidiam Chriſtus Crucifixus eſt, ideò qui inuidet fratri ſuo, crucifigit Chriſtum. *ibidem.*

5 Idem. Hæc eſt, quę Angelum de Cœlo proijecit, hominem de Paradiſo exulauit, Abelem occidit, contra Ioſeph fratres armauit, Danielem in lacum Leonum miſit, caput noſtrum Cruci affixit, & Iudam ſuſpendio ſuſtulit. *ſer. 28. de temp.*

6 Idem. Inuidia eſt illa Fera peſſima, quæ fidem tollit, concordiam diſſipat, iuſtitiam diſperdit, & omnia mala generat. *ibidem.*

7 Idem. Sicut aiunt, viperas dilacerato, & dirupto illo materno vtero, in quo conceptæ ſunt, naſci, ita inuidiæ naturam, illam ipſam animã, à qua concepta eſt conſumit, & perdit. *ibid. ſer. 83.*

8 D. Baſil. Quæmadmodum ſagittæ magna vi emiſſæ, ſi in durum aliquid inciderint, in emittentem facilè redeunt; ſic inuidia proximis triſtitiam nequaquam affert, tantum inuidenti officit. *hom. 11 Inuid.*

9 Idem. Inuidia eſt proprium Diaboli vitium, non enim Diabolus creatus eſt Diabolus, ſed cum Angelicam poteſtatem accepiſſet, in Dæmonem conuerſus inuidit homini, quia vidit eum paruum quidem animal ſuper omnem creaturam honoratum. *ibidem.*

10 Idem. Eſt inuidia dolor de proximi proſperitate, ac rerum ſucceſſu conceptus: quapropter animo inuido, numquam triſtitia, numquam mæſtitia eſt. *ibidem.*

11 Idem. Caueamus fratres chariſſimi, inuidiæ vitium, ne ſocij geſtorum Diaboli efficiamur, aùt *ibid.*

mur, aùt

Digitized by Google

mur, aùt cum ipſo condemnati in iudicio reperiamur. Si enim ſuperbus in diaboli iudicium incidit, quomodo inuidus paratam Diaboli pęnam effugiet?

ſer. 13. ſuper hunc Pſal. 12 D. Bernardus in verba Pſalm. 90. *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis.* Baſiliſcus, vt aiunt, venenum in oculo gerit, peſſimum animal, & præ omnibus execrabile. Noſſe cupis oculum venenatum, oculorum nequaquam oculum faſcinantem? inuidiam cogitato. Quid verò inuidere, niſi malum videre eſt? ſi non eſſet ille baſiliſcus, numquam per eius inuidiam mors intraſſet in orbem terrarum.

ſer. de zelo & liuore. 13 D. Cypr. Mala cætera habent terminum, & quodcumque delinquitur delicti, conſumatione finitur; inuidia terminum non habet, ſed permanens iugiter malum, & ſine fine peccatum eſt.

orat. 20. 14 D. Greg. Nazian. Inuidus iuſtiſſimus ſui ipſius carnifex.

l. 1. ad Lol. 15 Horat. Inuidus, alteriùs rebus marceſcit opimis.

hom. 57. ad pop. 16 D. Ioan. Chryſoſt. Inuidere peius eſt, quàm bellum inferre; qui enim bellum infert, ſoluta cauſa, propter quàm bellum gerebatur, inimicitiam quoque diſſoluit; inuidus autem nunquam efficitur amicus, & ille quidem apertam oſtendit pugnam, hic autem obumbratam, ille quidem legitimam habet (quam dicat impugnandi) cauſam plerumque hic autem nihil præter inuidiam.

hom. 45. ad pop. 17 Idem. Omnium vitiorum perniciòſiſſimum eſt inuidiæ vitium, namque Diaboli eſt inuentum, ſicut Sapiens dicebat. Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum.

hom. 54. in Io. 18 Idem. Fera venenoſa eſt inuidia, omni venia, & excuſatione indigna, omnium malorum mater, & auctor.

hom. 14. in Matth. 19 Idem. Tale certè malum eſt inuidia, vt nulla vnquam malignitas peior inueniri queat; alienas enim iacturas, quæſtus ſuos exiſtimat, & aliorum fęlicitatem, miſeriam ſuam arbitratur.

hom 31. in 1. ad Cor. 12. 20 Idem. Inuidus ipſo Diabolo magis Diabolus eſt. Inuidet Sathan, ſed hominibus, non ſocijs. Tu verò homo cum ſis, inuides hominibus, odium aduerſus genus naturamque communem exerces, quod ne Sathan quidem facit.

hom. 45. ad pop. 21 Idem. Sicut vermis qui à ligno producitur, lignum primò corrumpit, & conſumit: ita, & inuidia illam primò animam corrumpit, á qua nata eſt.

hom. 37. in Ioa. 22 Idem. Feris peiores ſunt inuidi, Dęmonibus pares, & fortaſsè iniquiores, quia illi ſuo generi minimè inſidiantur.

in pſ. 50. 23 Idem. Inuidia ignis inextinguibilis eſt. Etenim ſicut tinea comedit veſtimentum, ſic, & inuidia eum, qui zelatur, conſumit: cum autem cui inuidet clariorem reddit.

24 Idem. Graue malum inuidia, & propriam ſalutem contemnere facit.

hom. 24. ſuper ep. 2. ad Cor. 25 Idem. O inuidia, quæ ſemper ſibi eſt inimica; nam qui inuidet, ſibi quidem ignominiam facit, illi autem cui inuidet gloriam parit.

ibid. 26 Idem. Graue quidem vitium inuidia eſt, quæ miſerè torqueat quos poſſidet, atque conſumit tanquam pernicioſum quoddam virus.

in Matth. hom. 15. 27 Idem. Dęmones noſtris malis lętantur, ſic inuidus cum aliquid triſte, & doloris efficiens proximo acciderit, tunc aliquantulum requieſcit, atque reſpirat.

hom. 52. & 61. in gen. & homil. 41. in Matth. 28 D. Petrus Chryſol. Inuidia malum vetuſtum, prima labes, antiquum virus, ſeculorum venenum, cauſa funeris. Hæc in principio ipſum Angelum eijecit, & deijecit de Cęlo. Hæc de Paradiſo hominem principem noſtræ generationis excluſit.

ſerm. 4. 29 Idem. Inuidet quidem Dęmon, ſed hominibus, nulli verò Dęmoni: tu verò cum ſis homo hominibus inuides; & quomodo conſequeris veniam?

ſerm. 23. ſerm. 172 30 Idem. Omnia quidem vitia ad aliorum potius videntur intendere læſionem, at verò inuidia ſuum cruentat auctorem; inuidia ſuorum carnifex eſt, animum torquet, mentem diſcruciat, corda corrumpit. Et quid plura? hanc qui receperit, ſua ſuſtinet ſine fine ſupplicia, quia in ſe domeſticum ſemper diligit habere tortorem.

MANTISSA
AD INVIDIAM.

EXecrandum Inuidiæ crimen, quot ingentium malorum cauſam,& originem iugiter fuiſſe, neminem latere puto. Nam propter inuidiam Angeli à Deo deſciuerunt; hæc perniciem attulit Adæ, dùm inordinatè diuinitatem appetijt; hæc Patriarcham Ioſeph ex libero, mancipium effecit; dùm propter inuidiam fratres vendiderunt eum Iſmaelitis; hæc innocenti Abel mortem attulit; hæc tandem Dei Filium Cruci affixit. Vndè de Pilato ſcribitur; *Sciebat, quod propter inuidiam tradidiſſent eum*, audire Petrum Rauenn. ſic dicentem. *Inuidia malum vetuſtum, prima labes, antiquum virus, ſeculorum venenum, hæc ipſum Angelum eijecit de Cœlo, hæc de Paradiſo hominem Principem noſtræ generationis excluſit*. Et ita hoc vitium eſt deteſtabile, & humanæ naturæ aduerſatur, vt inter ipſos ſęuiſſimos hoſtes tutior inhabitet homo, quàm inter inuidos. Hinc audiens Saul Rex, mulieres Iſraelitas in laudem David canentes. *Saul percuſſit mille, & David decem millia; iratus eſt Saul nimis, & non rectis oculis Saul aſpiciebat David*; immò inuidia accenſus quærebat Rex inuidus lancea configere ſi poſſet David cum pariete, & niſi David declinaſſet à facie Regis, vitam vtique deperdidiſſet, aufugit ergo David, & inter inimicos Filiſtheos tutiorem fore adiudicauit, quàm cum inuido Rege Saul morari, audite D.Chryſoſt. in hunc locum. *Maiorem opem ſperabat ab inimicis ſuis, quàm à Rege irato propter inuidiam*, hinc D. Hieron. hunc Regem vocat Tigrim. *Vultis (aſſerit Sanctus Doctor.) videre Tigrim inſpicite Saulem; iratus eſt enim Saul nimis, & diſplicuit ſermo iſte, non rectis oculis aſpiciebat Saul à die illa*, & iterum Hieron. Saulem alloquens, ita inquit. *Cur iraſceris, laus Patriæ Saluatoris tibi diſplicet? cum Tigre nobis eſt ſermo, non cum homine, quia Tigris inuidia enaſcerat, mores illius imitabatur in cantu fœminarum*.

in ſerm. Filij prodig.

ſuper illud Pſalt. peccator uidebit, & iraſcetur.

De Tigre narrat Plinius; quod ad muſicalia inſtrumenta, & concentus magis iraſcitur, ſe ipſam dilacerans: ita, & inuidi, auditis aliorum laudibus, & virtutibus, ſeipſos propter inuidiam dilacerant, audite D. Hieron. ita ait. *Ad inſtar Tigris peccator iraſcetur, ſicut enim illa muſico auditu crudeliter ſæuit, & dilaceratur; ſic proſpero iuſti euentu peccator iraſcetur, & propriam dilacerabit animam*.

ibidem.

Hinc D. Hieron. cit. Saulem alloquens vt eum placaret, inquit. *Lætare boue vir auditione cantantium mulierum, nonnè vides, vt leuiter cordas ſonoras percutiunt quàm pulchrè pedes mouent? debent hæc omnia lætitiam parere, & non crudelitatem*.

Inuidi Leonibus ipſis peiores, & ſæuiores ſunt; nam cum Daniel inuito Rege mitteretur in lacum Leonum, allatuſque eſt lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os laci quem obſignauit Rex annulo ſuo, & annulo optimatum ſuorum dicens. *Ne quid fieret contra Danielem*, quia magis timendi ſunt inuidi; quàm Leones, audi D. Greg. Nazian. *Magis timuit ferocitatem aulicorum hominum malorum quàm ferocitatem beſtiarum*. Diuus Aug. hoc aduertens. *Signauit*, inquit, *oſtium annulo Regio, ne quis intraret contra Danielem inuidens, videns à Leonibus non eſſe deuoratum*. Immò inuidi non ſolùm Feris, ſed Dęmonibus ipſis deteriores ſunt, audi quęſo Diuum Chryſoſt. *Inuidi peiores ſunt Feris Dęmonibus autem pares, & fortè deteriores; nam Feræ eſca indigentes, vel à nobis irritatæ aduerſum nos armantur, inuidi verò, etiam beneficijs allecti, benemeritos maleficijs proſecuti ſunt; Dæmones quoque, licèt contra nos bellum exerceant impacatum, conſortibus tamen generis non inſidiantur; vnde Iudæis Chriſtus os occluſit cum eum in Belzebuch, Dęmonia eijcere calumniarentur; inuidi verò nec naturæ communionem reuerti ſunt, neque ſibi pepercerunt*. Hoc idem affirmauit Diuus Hieron. dicens. *Obſignauit annulo ſuo lapidem; quo os laci claudebatur, ne quid contra Danielem moliantur inimici: credidit enim Dei potentiæ, & qui de Leonibus ſecurus eſt, de hominibus pertimeſcit, ne quid ſuſpicionis contra eos habere videatur*, & Petrus Chryſolog. ait. *Inuidet quidem Dęmon, ſed hominibus, nulli Dęmoni, tu verò cum ſis hominibus inuidens, & quomodo conſequeris veniam?* & meritò omni venia carere videtur inuidus; audite D. Chryſoſt. *Omni venia caret hoc peccatum; nam fornicator quidem concupiſcentiam prætendere poteſt, fur paupertatem, homicida furorem; tu verò quàm dices cauſam, rogo? nullam pęnitus, niſi tantum intenſam nequitiam, hoc vitium, & fornicatione peius eſt, & adulterio. Hoc enim inoperato tantum ſiſtit; inuidiæ verò vis, totam ſubuertit Eccleſiam, & toti nocet terrarum orbi; hæc homicidij mater eſt, ita, fratrem Cain occidit, ita Iacob Eſaù, ita Ioſeph fratres, ita cunctos homines Diabolus*, & Diuus Baſil. *Inuidia eſt proprium Diaboli vitium, non enim Diabolus, creatus eſt Diabolus, ſed Angelus, ſed propter In-*

orat. 9.

hom. 44. ad popul. Antioch.

in cap. 6. Dan.

hom. 44. ad popul. Antioch.

Digitized by Google

ter Inuidiam Diabolus eſt. Et quod inuidi ſint ipſo Dęmone peiores fatetur hoc Ven. Bedæ; nam Dęmonem Chriſto dixiſſe, refertur, vt ſe mitteret deorſum; ſed tamen non eſt auſum eum præcipitare, at Chriſtus cum innumerabilia færè miranda per omnem Iudæam operatus fuerit docens, & euangeliſtans Regnum Dei, ex hoc talem, ac tantam Iudæorum inuidiam in ſe concitauit, vt Iudæi eum de monte præcipitare excogitauerint, & vtique effeciſſent, niſi Chriſtus ſua diuina virtute inuiſibiliter ſe occultaſſet; quod ergo Dęmon non eſt auſus, inuidi Hebræi, veluti ipſo Dęmone peiores, iam perfeciſſent; audite verba Vener. Bedæ. *O præſumptio nequiſſima Iudæorum, Dęmonium ſub monte timuit Chriſtum tangere, ſolùm dixit mitte te deorſum, ſed Iudæi, non ſolum duxerunt illum in monte, ſed præcipitare volebant. Vnde agnoſcant Chri-*
in cap. 4. Luc. *ſtiani inuidos eſſe Dęmonijs peiores*, hoc idem affirmauit D. Ambr. inquiens. *Eſt peior magiſtro diſcipulorum hæreditas; ille Verbo Dominum tentat, hic facto, iſte dicet mitte te deorſum, illi adoriuntur, vt mittant.*

Inuidia vlteriùs progreditur, &c. & aliquando ne aliquod bonum detegatur, malum tegit; vnde D. Chryſoſt. animaduertens, quod Matth. 26. Iudæi falſos quærebant teſtes, vt Chriſtum morti traderent, hoc admiratur S. Doctor, quomodo non potiùs Iudæi, (vt Chriſtum ad mortem damnarent) vti fuerint eo facto, quod ſcilicet in Horto Petrus Chriſti Diſcipulus auſus fuerit, ſerui Pontificis, auriculam amputare: eſt enim crimen læſæ maieſtatis, mortem męrens; quare ergo hoc tàm grande delictum tacuere? nullam quidem aliam ab cauſam puto, niſi propter inuidiam, ne ſcilicet Chriſti miranda patefierent; audite verba D. Chryſoſt. *Nil dixerunt de Petro percutiente ſeruum Pontificis, ne tota gens ſciret miraculum Chriſti, quod cum tetigiſſet auriculam, ſanauit eum.*

Daniel 7. fatetur inter alias, beſtias quas è mari egredi vidit, egreſſam eſſe vnam ſimilem Vrſo, tres dentium ordines habentem, multaſque carnes dilacerantem. Et per hanc beſtiam, nonnulli Doctores inuidiam intelligunt, quæ inter alia peccata, quæ à Dæmone veluti à mari exeunt ſecundum obtinet locum cum primus ſuperbiæ aſſignatur, ex qua veluti à Matre filia
de verb. Dom. naſcitur inuidia, ſic aſſerit D. Aug. *Inuidia eſt filia ſuperbiæ, ſed iſta mater neſcit ſine filijs eſſe, vbi fuerit continuò parit, ſuffoca matrem.* Et hæc beſtia tres dentium ordines habet, quia tria hominum genera dilacerare conatur; audi eumdem Auguſt. *Inuidia eſt odium alienæ fęlicitatis*
in quodam ſerm. *reſpectu inferiorum, ne ſibi æquentur; reſpectu ſuperiorum; quia eis non æquatur; reſpectu parium, qui ſibi æquantur*, & D. Hieron. *Inuidia aliena fęlicitate torquetur, & in duplicem ſcinditur paſſionem, cum aùt ipſe eſt aliquid in eo, in quo alium non eſſe non vult, aùt alium eſſe videns meliorem, dolet ſe ei*
cap. 5. ad Galat. *non eſſe conſimilem*. Pulchrè quidam de inuidia luſit dicens.

Iuſtiùs inuidia nihil eſt, quæ protinus ipſum.
Auctorem rodit, diſcruciatque animum.

orat. 2. Et Gregor. Nazianz. *Inuidia iuſtiſſimus ſui ipſius Carnifex*, & Hugo. *Inuidia eſt nouerca alienæ*
to. 1. in ep. ad Rō. 11. *fęlicitatis.*

Iſaia 18. refert, vocem quandam audiſſe dicentem. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam, ad populum terribilem*, quæ verba animaduertens Hugo Card. ait. *Ad populum terribilem per inuidiam, quia inuidia facit ſimiles inferno, & torquet animas veluti ipſemet ignis inferni.* Vnde Dauid Pſal. 17. clamabat. *Circumdederunt me dolores Inferni*; quæ verba D. Auguſt. animaduertens dicit, Dauid loquutum fuiſſe de perſecutione hominum inuidorum, &
ibidem. ita inquit. *In ijs qui me circumdederunt, vt perderent me, erant dolores inuidentiæ.* Ita vt cruciatus Inferni, quibus Dauid afficiebatur ſimiles erant ijs, quos ab inuidis patiebatur, vnde
in pſal. 1. D. Chryſoſt. ait. *Inuidia ignis ineſtinguibilis. Inuidi conſumitur dolore, morte viuit perpetua*, ve-
hom. 54. in Ioan. luti damnati, & D. Cypr. de liuore ait. *Calamitas ſine remedio eſt odiſſe fęlicem*, & ſicut in Inferni miſerijs nullum enim adeſt remedium, ita, & inuidis nullum remedium prodeſt; hinc
hom. 7. ad Rom. D. Chryſoſt. de inuidis ita concludit. *Coniunctim omnes preces fundamus vnam eamdemque pro ipſis vocem tamqua pro Energumenis edentes.* Docet nos S. Doctor orare pro inuidis veluti pro indemoniatis. Et veteres docebant inuidiam eſſe filiam Herebi, inferni ſcilicet, & D. Anton. de Padoua ait. *Magnam pęnam faceret Deus inuido, ſi ipſum poneret in gloria Paradiſi, quia*
ſer. fer. 4. paſſ. *ibi totaliter excecaretur a gloria proximorum, & à luce beatitudinis ipſorum.* Vnde Dionyſius Carthuſian. refert, Beatam Brigittam audiuiſſe animam quamdam præſcitam ita allocutam
in cap. 16. Lucæ. fuiſſe Deo. *Quamuis poßem ſaluari non vellem, ne tu conſolationem, & gaudium haberes de me.* Et D. Chryſoſt. vult locum inuidi eſſe Infernum, & ſic aſſerit. *Nam inuidia peſtiferum malum*
hom. 4. in Matth. *hominem in Diaboli conditionem, & in Dęmonem immaniſſimum conuertit.*

Tàm ingens malum eſt inuidia, vt pęna, quę Diabolo data eſt, digna fuerit adiudicata; hinc
ſer. 50. in Cant. D. Bern. perquirens quare nonnulli Dęmonum in hoc aere vſque in diem iudicij commorari

fuerint

Digitized by Google

fuerint deſtinati reſpondet, hoc eueniſſe ob maiorem eorum pęnam, dùm ſe commorari coguntur in Cœlum, & Terram, illic adſunt Animæ Beatæ fęlices, & triumpantes iugiterque canentes ad honorem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis, cuius eſſentia perfruuntur, hic homines cęleſtibus donis locupletati iugiter referunt Sūmo Deo gratias; & dùm hæc omnia Dęmones non ignorant propter inuidiam maximis cruciatibus afficiuntur, audite quæſo D. Bernard. cit. *Diabolus in pœnam ſuam locum in aere iſto, medium inter Cœlum, & Terram, de Cœlo cadens, ſortitus eſt, vt videat, & inuideat, ipſaque inuidia torqueatur.*

Tàm ingens malum eſt inuidia, vt non ſolùm gratiæ aduerſetur, ſed ipſummet naturæ ordinem confundat, & peruertat, audite quæſo, Lucas cap. 15. narrat de Filio Prodigo quod poſtquam diſſipaſſet omnia bona viuendo luxurioſè, tandem in ſe reuerſus, paternam domum adire excogitauit, quem videns Pater à longè, miſericordia motus, occurrit ei, & hilari vultu excepit illum magna lætitiæ ſigna oſtendens, vitulum ſaginatum occidi iubens, vt lauta præpararet conuiuia dicens. *Gaudere oportet, quia filius hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt, erat autem filius eius ſenior in agro, & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit Symphoniam, & chorum, & vocauit vnum de ſeruis, & interrogauit quid hæc eſſent, iſque dixit illi, frater tuus venit, & occidit Pater tuus vitulum ſaginatum, quia ſaluum illum recepit, indignatus eſt, & nolebat introire.* D. Ambr. admiratur Euangeliſtam nuncupaſſe hunc filium, qui *lib. 7. in*
erat in agro ſeniorem, cum ambo filij eſſent adoleſcentes, ſic enim ait Euangeliſta loquens de *Luc. c. 7.*
filio Prodigo, *dixit adoleſcentior ex illis, pater da mihi portionem ſubſtantiæ*, & quamuis filius hic fuerit adoleſcentior, non ſequitur, quod ille fuiſſe ſenex, ſed ambo adoleſcentes, & vnus altero adoleſcentior erat, quare ergo Euangeliſta filium illum vocat ſeniorem, cum nec filius hic Prodigus multo tempore à paterna domu, nec tàm citò ille potuiſſet ſeneſcere? peruertit hunc ordinem naturæ, peſſimum inuidiæ crimen, audite verba D. Ambroſij. *Ideò ſenior dicitur, eo quod citò aliquis per inuidiam conſeneſcat*, vt bene de filio hoc Euang. ait, *indignatus eſt, & noleba introire*, quod etiam animaduertens D. Chryſol. ita concinit. *Quem venire ad fra-* *ſer. 4. de*
trem, & appropinquari domi vocat ratio naturæ; hunc peruenire zelus non ſinit liuor non patitur in- *filio prod.*
troire; ò liuor duos non capit domus ampla germanos. Sed quid mirum ſi ampla hæc domus non capiat duos germanos propter inuidiam, cum, & propter idem crimen totus orbis duos capere non potuiſſet fratres Abel ſcilicet, & Cain? audi quæſo eundem D. Chryſol. cit. *Fecit inuidia, vt mundi tota duobus eſſet anguſta fratribus latitudo; neque ipſa Cain iunioris erexit in mortem; vt eſſe ſolùm zeli liuor faceret, quem primum fecerat lex naturæ.* Quod non ignorans D. Chryſoſt. animaduertens quod 1. Reg. 16. reprobato Rege Saul præceperit Deus Prophetæ Sa- *hom. 1. in*
mueli, vt alterum vngeret ſibi in Regem, & dixit. *Vocabis ad victimam, & vnges quemcumq;* *pſ. 50.*
monſtrauero tibi, petit modo Sanctus Doctor cur Deus non dixerit, vnge Dauid nominatim? fecit hoc Deus, vt ſeruum ſuum Dauid ab execrando inuidiæ crimine liberaret, audite verba Diui Chryſoſt. *Cur dubiè, & non ſpecialiter Dauid nominauit? ne ſcilicet pateretur Dauid, quod paſſus eſt Ioſeph, ſicut enim illi addiſcentes futurum ſibi Regem inſidiati ſunt, & poſt multas iniurias vendiderunt: ſic, & formidinis erat; ne, & iſti hæc eadem perpetrarent.*

Genel. 26. cum Iſaac habitaret in Gerera, & Deo fauente, ac benedicente cuncta eius bona ita proſperarent, vt multiplicarentur, & valdè locuples fieret, inuidere cæperunt ei paleſthini, dixitque Rex Abimalech ad Iſaac. *recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valdè*, mirum quidem, ſi Rex iuſtum fuiſſe Iſaac non ignorabat, quare ergo eum diſcedere cogit? nullam *hom. 52*
aliam certè ob cauſam puto; niſi quia Regis cor intuens Iſaac proſperitatem, magna inui- *in Gen.*
dia torqueretur, audite quæſo D. Chryſoſt. *Cuius gratia, ò Rex abigis iuſtum? numquid aliqua in re tibi nocuit? num iniuriam intulit? ita agere ſolet inuidentia; non pôteſt benigniter videre aliorum fęlicitatem, ſed fęlicitatem proximi, ſuam putat infęlicitatem, & tabeſcit bonis proximi: id quod, & hic fuit*, & D. Bern. *Nec verò alijs liuor inuidus, quàm aliena gloria, & fęlicitate torquetur.* *ſer. in ver*

Tàm ingens malum eſt inuidia, vt inuidi potiùs libenter quodcumque malum patientur, *ba Iſa. vi-*
quàm beneficia in alios collata intueri, audite, Chriſtus eijecit de templo Iudæos vendentes, *di Domi-*
& ementes, flagellis eos affecit, & tamen nullam iniuriam ab eis paſſus eſt, immò nec reſpon- *num, &c.*
dere auſi ſunt, deinde idem Chriſtus effecit illud celebre miraculum quadriduanum Lazarum reuocans ad vitam, & ob tale, ac tantum beneficium in Lazarum collatum, Iudæi Chriſtum interficere excogitant, ò peruerſa, & execranda Iudæorum inuidia, audite verba D. Chryſoſt. hæc contemplantis. *Cur Iudęi qui in collatis beneficijs Chriſtum accuſabant, & perſequeban-* *hom. 22.*
tur, cum credibile eſſet, tàm acri caſtigatione grauiùs eſcandeſcere; æquo animo tulerunt? nulla enim in *Ioan.*
eum contumelia vſi ſunt, ſed quod ſignum (inquiunt) oſtendis quia hæc facis, animaduertis inuidiam incredibilem, & quo pacto in alios collata beneficia magis eos irritabant.

in Cat. in c. 16. Luc. D. Chryſoſt. relatus à Sancto Thom. loquens de diuite ait. *Totus in tormentis erat, oculos ſolos liberos habebat, vt alteriùs lætitiam aſpiceret, & magis torqueatur.*

ſer. 4. de diuite. D. Chryſol. diuitem alloquens ait. *Scitur quod magis te torqueat fęlicitas Lazari, quàm gehennæ incendium.*

lib. 5. de guber. Dei Saluianus Epiſcopus Maſſilienſis ait. *Parum alicui eſt quod ipſe ſit fęlix niſi alter fuerit infęlix.*

hom. 34. in Matth. Auctor imperfectus aduertens illud Matth. 20. *Accipientes murmurabant aduerſus patrem familias, &c.* ſic habet. *Non illi dolebant quaſi fraudati de mercede ſua, ſed quia illi ampliùs, quem merebantur acceperunt, hoc enim eſt proprium inuidiæ, quando alteri aliquid additur ſic dolent inuidi, quaſi illis ſit aliquid ſubductum, quod illi eſt additum.*

hom. 11. de inuid. D. Baſil. *inuidia proximo triſtitiam nequaquam affert; tantum inuidenti officit.*

ſer. in purif. Guerricus Abbas. *In eo quid quis alium inuidet, minorem ſe oſtendit eo, cui inuidet, hac inuidia paruulum occidit, quia niſi inferior eſſet, de bono alteriùs non doleret.*

ſer. 4. de filio prod. D. Chryſol. ait. *Fratri inuido animus gratus eſſe non poteſt; & paternæ largitatis memor non eſt, qui eſt fraternæ immemor charitatis.*

DE S. IOANNE BAPTISTA.

ſer. 1. de S. Ioan. 1 Diuus Ambr. Præcellit cunctis, eminet vniuerſis, antecellit Patriarchas, ſuper egreditur Prophetas, & quiſquis ex muliere natus eſt inferior eſt Ioanne.

ibidem. 2 Idem. Vir enim Sanctus, Iuſtus, qui præter communem hominum natiuitatem ex repromiſſione generatus fuerat, hoc de Deo meruit, ne communi, dùm cæteris de ſæculo morte diſcederet.

ibidem. 3 Idem. Contra impoſſibilitatem corporis contra ſterilitatem viſcerum, Zachariæ precibus Eliſabeth vterus intumeſcit, & concepit Ioannē, non natura, ſed gratia vnde neceſsè erat Sanctum naſci, filius qui non tàm complexibus, quàm orationibus gigneretur.

in Luc. c. 1 de manſione in domo Eliſabeth 4 Idem. Non ſola familiaritatis eſt cauſa, quod diù manſit, ſed etiam tanti vatis profectus. vngebatur itaque & quaſi bonus Athleta exercebatur in vtero matris Propheta, ampliſſimo enim virtus eius certamini parabatur.

5 D. Auguſt. Quiſquis plùs eſt, non tantum homo, ſed Deus eſt.

ſer. 4. de nat. Bapt. 6 Beda. Tamdiù manſit, donec videret præcurſoris natiuitatem propter maximè venerat.

in Luc. c. 1 7 D. Bern. Ioannes ætatis ſuperegreſſus infantiam, & nobilioris generis generoſitatem oblitus ſoli vacat diuinitati, factus forma vitæ Monachorum, Anachoretarum Principium, totiuſque Religionis aſſertio.

ſer. de priuil. Bapt. 8 Guarricus. Ioannis natiuitatem gratia operatur, natura miratur.

ſer. de Io. Bapt. 9 Ioannes Chryſoſt. Puto ſi non eſt audaciæ dicere quod glorioſior Ioannes, qui homo fuit, & propter meritum virtutis vocatus eſt Angelus quàm ſi nomine, & natura Angelus fuiſſet; Angelus enim hoc ipſum, quod Angelus eſt non tàm eſt virtutis pręmium, quàm naturæ proprietas, iſtud autem mirabile eſt, quia humana natura Angelicam transgreſſa eſt Sanctitate, & hoc obtinuit per gratiam Dei, quod non habuit ex natura.

in imperf. ſuper illud Matt. ecce mitto, etc. 10 Idem. Conſiderate Monachi dignitatem veſtram, Ioannes Princeps, eſt Dux veſtri eſt dogmatis, & ipſe Monachis.

hom. 2. de varijs 1. Io. Bapt. 11 Idem. Sicut Sacerdotum Principes ſunt Apoſtoli, ſic Monachorum Princeps Ioannes Baptiſta.

hom. 1. in Marcum. 12 Idem, loquens de Baptiſta. Specie homo, gratia Angelus, nihil carnis erat in eo, niſi viſio ſola; Ioannis vita, aliorum viam apparere facit culpabilem.

hom. 27. 13 Idem. Omnibus Sanctis eſt maior cui ſolus Chriſtus eſt prior.

in imperf. ſer. de ti. Bapt. 14 Innocentes Papa. Fuit magnus in conceptione, quia conceptus eſt, non exigente natura, ſed gratia operante.

li. 3. c. 18. 15 Ireneus. Feſtinabat Chriſtus in vtero matris ſuæ ſanare Ioannem ab infirmitate animæ medicina ſalutari gratiæ ſuæ, & ſuſcitare illam à morte peccati originalis, in quo conceperat eum mater ſua Eliſabeth.

ſer. de natiu. Ioan. 16 D. Laurent. Iuſtin. Gaude prorsùs hoc extitit diuinæ miſerationis inditium, vt infans ventris conſtrictus ergaſtulo ſuum agnoſceret Redemptorem, ſolemque videret in nubilo.

hom. de S. Io. Bapt. 17 D. Maximus. Meritò illum præcipuo honore veneramur, qui ſpeciali quadam gratia Redemptorem Mundi nouiſſimus prophetauit, vt oſtenderet eum priùs. Hic enim ſolus eſt Prophetarum, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem alij in longa tempora futurum

futurum præſciuerunt proprijs oculis videre meruit, & annunciare præſentem.

18 D. Petrus Damian. Eleuentur omnes, & meritorum prærogatiuis ante conſiſtorium *ſer. de Io-*
maieſtatis exultent, non erit tamen, qui ad Baptiſtæ Ioannis priuilegium audeat aſpirare, *ann. Bapt.*
vnus eſt, & ſecundum non habet, qui choris ingreſſus Angelicis ſublimioris coronæ
titulis vniuerſitatis humanæ tranſcendit accenſum, denique inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.

19 Idem. Ille quidem in matris vtero ſanctificatus, hic Spiritu Sancto repletur; ibi enim *ſer. 1. de*
ſanctificatio emundantem, hic repletio inundationem ſignificat. *Io. Bapt.*

20 Idem, loquens de manſione Mariæ in domo Eliſabeth. Tanto tempore manet cum Eli- *ibidem.*
ſabeth Virginalis integritas, & nunc dulciori colloquio, nunc amplexu fœliciore Ioannem puerum conſecrat, & inſignit.

21 D. Petrus Chryſol. Beatus, qui ante meruit Cœlum ſcire, quàm Terram: Beatus, qui *ſer. 88. de*
antequam viderat præſentia, futura meruit nunciare: Beatus, qui ante Deum capere po- *Io. Bapt.*
tuit, quàm ſuo ipſe caperetur à corpore: Beatus, qui antequam ſaperet quærere meritum conquæſiuit.

22 Idem. Ioannes non potuit mori communi ſorte, qui natus eſt priuilegio ſingulari. *ſer. 89.*

23 Idem. Finis Ioannis Baptiſtæ ortus eſt in natalem, iuſtus enim tunc inchoat viuere cum *ſer. 174.*
pro Chriſto meretur occidi.

24 Idem. Ioannes ante peruenit ad Cęlum, quàm tangeret terram, ante cœpit viuere Deo *ſer. 91.*
quàm ſibi, quia antequam ſaperet quærere meritum conquiſiuit.

25 Idem. In Zaccharia, & Eliſabeth ſtupet ſexus, frigeſcit caro, membra ſopiuntur, tem- *ſer. 89. de*
pus præterit, ætas tranſit, adoleſcit totum quidquid eſt, & humani ordinis, & negotij con- *Io. Bapt.*
iugalis, vt diuino munere non partu ex hominibus Angelus naſceretur.

26 Idem. Ante rapuit arma, quàm membra. *ſer. 91.*

27 Idem. Ioannes virtutum ſchola, magiſterium vitæ, ſanctitatis forma, norma iuſtitiæ, *ſer. 127.*
virginitatis ſpeculum, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei diſciplina: Ioannes maior homine, par Angelis legis ſumma, Euangelij ſanctio, Apoſtolorum vox, ſilentium prophetarum, lucerna mundi, præco Iudicis, præcurſor Chriſti, meator Domini, Dei teſtis, totius medius Trinitatis.

28 Origen. Nemo ex omnibus Sanctis inuenitur diem Feſtum, vel conuiuium magnum *hom. 8. in*
egiſſe in die natalis ſui, nemo inuenitur habuiſſe lętitiam in die natalis ſui, ſoli peccatores *leuit.*
ſuper huiuſmodi natiuitate lętantur; Pharaonem, Regem Aegypti diem natalis ſui celebraſſe inuenimus, in nouo vero teſtamento, Hærodem vterque tamen eorum ipſam feſtiuitatem natalis ſui profuſione ſanguinis cruentauit: ille Pharao Prępoſitum Pyſtorum, hic Sanctum Ioannem obtruncauit in carcere.

29 Beatus Thom. à Villanoua. Grandis excellentia Ioannis, talem ſuæ virtutis habere præconem, & tali ore non breuiter, & in tranſitu, ſed ex propoſito, & fixo ſermone commendari, plures enim Dominus laudauit in hac vita mortali. Laudauit Nathanaelem dicens. *Ecce verè Iſraelita in quo dolus non eſt*, laudauit Petrum dicens. *Beatus es Simon Bariona*, laudauit Magdalenam dicens. *Sinite illa bonum opus operata eſt in me*, laudauit Centurionem dicens. *Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Iſrael*, laudauit Chananæam dicens. *O mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſicut vis*, ſed non ſic Ioannem, ſed longam in eius laudem orationem compoſuit, non vnam, aut duas, ſed multiplices eius virtutes commendans. Conſtantiam laudat cum ait. *Exiſtis videre arundinem vento agitatam?* vitæ aſperitatem cum ait. *Exiſtis videre hominem mollibus veſtitum?* Prophetam cum ait, *Ego dico vobis Prophetæ*, Angelicam puritatem cum ait. *Ecce ego mitto Angelum meum.* Præcurſoris officium cum ait. *Qui præparabit viam ante me*, & ne quicquam deeſſet ad plenam, & per- *ſer. de Dō.*
fectam laudem adiungit. *Inter natos mulierum, non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*, potuit ne *2. Adu.*
amplius addi? ſi vel leuiter à Chriſto commendari, grandis eſt honor, ſic ab eo exaltari, & ſublimari quantæ excellentiæ eſt?

MANTISSA AD IOANNEM BAPTISTAM.

DVM Sanctiſſimi Pręcurſoris excellentias, gratias, atque prærogatiuas contemplor, mihi verba deficere intueor, & ab eius diuinorum priuilegiorum, encomiorumque magnitudine ita opprimor, vt niſi aliorumque deuotioni ſatisfacturum fore tenerer, perpetuò potiùs ſilentio venerarer, quàm de eo dignè texere ſermonem excogitarem, & eò magis, dùm Seraphicum Bonauenturam clamantem audio. *Tantæ excellentiæ fuit Beatiſſimus Ioannes, vt plena lingua dici nequeat: quis enim ſic totus Sanctus, ſic omni tempore vitæ ſuæ conuerſatus? ſic à Deo commendatus, vt præcurſor hic maximus?* meritò ergo in Ioannis natiuitate, (vt refert D. Lucas Euangeliſta cap. 1.) vniuerſi admirati ſunt dicebantque ad inuicem. *Quis putas puer iſte erit?* quaſi dicerent, priuilegia à Deo Ioanni collata, & noſtram, omniumq; mortalium capacitatem excedunt, ab Angelo enim annunciatum, à Patre ſene generatum, à ſterili matre conceptum & in lucem editum, & à muto celebratum intuemur. *Quis putas puer iſte erit?* Ioannis ergo prerogatiuæ, & priuilegia, non homines, non Angelos, ſed Dei Filium habuere præconem, ita concinit Beatus Thomas à Villa noua Archiep. Valent. *Grandis excellentia Ioannis, talem ſuæ virtutis habere præconem, & tali ore, non breuiter, & in tranſitu, ſed ex propoſito, & fixo ſermone commendari: plures enim Dominus laudauit in hac vita mortali*, laudauit Nathanaelem dicens. *Ecce verè Iſraelita in quo dolus non eſt*, laudauit Petrum dicens. *Beatus es Simon Bariona*, & laudauit Magdalenam dicens. *Sinite illam bonum opus operata eſt in me*, laudauit Centurionem dicens. *Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Iſrael*, laudauit Chananeam dicens. *O Mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſicut vis*, ſed non ſic Ioannem, ſed longam in eius laudem orationem compoſuit; non vnam, aùt duas, ſed multiplices eius virtutes commendans; conſtantiam laudat cum ait. *Exiſtis videre arundinem vento agitatam?* vitæ aſperitatem cum ait. *Exiſtis videre hominem mollibus veſtitum?* Prophetam cum ait. *Ego dico vobis Propheta eſt, & pluſquam Propheta*, Angelicam puritatem cum ait. *Ecce ego mitto Angelum meum*, Præcurſoris officium cum ait. *Qui præparabit viam ante me*, & ne quicquam deeſſet ad plenam, & perfectam laudem adiungit. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*, potuit ne ampliùs addi? ſi vel leuiter à commendari, grandis eſt honor, ſic ab eo exaltari, & ſublimari, quantæ excellentiæ eſt? quis ergo mortalium non ſilebit intuens Chriſtũ in tantas Ioannis laudes prærupiſſe? ſed mea, aliorumque deuotione coactus, quidquid huic Sanctiſſimo Præcurſori placuerit, mihi ſuggerere, proferam.

ſer. 2. de ſ. Io. Bapt.

ſer. de Dñ. 2. Adu.

In Natali alicuius magni Principis, aùt Regis, Regni primates, celebriores Aſtrologos conuocare ſolent, vt Principis Natalem, ex Cœlorum figura, Stellarum ſitu, Planetarum aſpectu obſeruent, ex quibus omnibus, Principis vitæ curſum prædicere ſolent. En naſcitur Magnus Princeps, Ioannes ſcilicet, vt ipſemet Deus teſtatur dicens. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior*, qui ſuo Natali cunctos parentes, & contiguos, magna affecit lætitia, *& audierunt vicini, & cognati eius, & congratulabuntur ei*, naſcitur ſub optimo influxu, non errantium ſyderum, ſed ſub verò Iuſtitiæ Sole, antequam enim mundo naſceretur, diuina repletur gratia, & adhùc in vtero Matris Dei manus comitatur eum. *Etenim manus Dei erat cum illo*, ex quibus optimum, huius Principis vitæ curſum, nos prædicere oportet, quod clarè patet, nam Sanctus Puer hic, ne labe peccati vitam macularet, mortalium conſortium aufugit, vt benè canit Eccleſia. *Antra deſerti teneris ſub annis, &c.*

Solent excellentes Pictores, nonnullas imagines efformare, quæ à quacunque parte aſpiciantur, diuersè, ac variè ſe exhibent, nunc in forma hominis, nunc Angeli, modò færæ, modò arboris apparent, ita & noſter Ioannes ex quacunque parte inſpectatur, ſemper diuerſimodè aſpicitur, nunc vt homo apparet, *fuit homo miſſus à Deo*, nunc Angelus. *Ecce ego mitto Angelum meum*, modò Præcurſor, *ipſe præibit in ſpiritu, & virtute Heliæ*, modò Propheta, *dico vobis pluſquam Propheta*, nunc Helias, *in ſpiritu Heliæ*, lucerna, *ille erat lucerna ardens*, vox, *ego vox clamantis in deſerto*, modò apparet, ita magnus, *vt inter natos mulierum non ſurrexerit maior*, modò ita paruus, vt dixerit, *non ſum dignus ſoluere, &c.* ò pulcherrima Ioannis Imago. *Hic erit magnus coràm Domino*, magnus eſt Ioannes non coràm mundi Principibus, aùt Regibus, quòd maximè ab hominibus extimari ſolet, ſed magnus coràm Domino, quod magnæ

virtutis

virtutis indicium eſt, quæ vſque ad Cœlum Ioannem extollat, quod teſtatur Lucas Euangeliſta dicens. *Replebitur Spiritu Sancto adhùc ex vtero Matris ſuæ.* Sancti Apoſtoli fuerunt vtique repleti Spiritu Sancto, ſed poſt Chriſti reſurrectionem, at noſter Ioannes in vtero Matris repletur Spiritu Sancto. Magnus Ioannes coràm Domino, quia eius magnitudinem Dei Filius Iuramento teſtatur dicens. *Amen amen dico vobis non ſurrexit maior*, ſed animaduertendum, non eſſe Chriſto maiorem: nam cum de magnitudine alicuius Principis ſermo eſt; ſemper excluditur Rex, deinde Chriſtus natus eſt ex Virgine, Ioannes vero ex muliere; neque Ioannes poteſt dici maior Maria, quia comparatio eſt, inter homines, & homines, non inter homines, & mulieres, & præter hoc tacet Textus de Ioanne ait. *Non ſurrexit maior*, quod ſignificat Ioannem lapſum fuiſſe, at Beata Virgo Maria, numquam cecidit, neque in venialem, neque in mortalem, neque in originalem culpam, vt ſuo loco dicetur; his duobus exceptis, omnibus alijs Sanctis Ioannes maior eſt, ita concinit D. Chryſoſt. *Ioannes omnibus Sanctis eſt maior cui ſolus Chriſtus eſt prior*, & D. Ambr. *Præcellit cunctis Ioannes eminet vniuerſis, antecellit Patriarchas, ſupergreditur Prophetas, & quisquis ex muliere natus eſt, inferior eſt Ioanne*, & D. Auguſt. *Quisquis plùs eſt, non tantum homo eſt, ſed, & Deus eſt.* Magnus coràm Domino, quia cum eſſet in carne ob magnas eius virtutes Angelus exiſtimabatur, ita D. Chryſoſt. *Specie homo, gratia Angelus, nihil carnis erat in eo, niſi viſio ſola, Ioannis vita aliorum vitam apparere facit culpabilem*, & idem Sanctus Doctor. *Puto, ſi non eſt audaciæ dicere, quod glorioſior Ioannes, qui homo fuit, & propter meritum virtutis vocatus eſt Angelus, quaſi nomine, & natura Angelus fuiſſet, Angelus enim hoc ipſum, quod Angelus eſt, non tàm eſt virtutis præmium, quàm naturæ proprietas; iſtud autem mirabile eſt, quia humana natura Angelicam tranſgreſſa eſt Sanctitate, & hoc obtinuit per gratiam Dei, quod non habuit natura.* Magnus coràm Domino, quia quanto magis creſcebat in ætate eo magis, creſcebat in virtutibus, & Sanctitate, hoc innuere voluit Lucas Euangeliſta dicens. *Ex vtero Matris ſuæ replebitur Spiritu Sancto*, non dicit in vtero, quia cœpit ex vtero, & ſemper creuit, hæc plenitudo, & creſcente ætate, creſcebat, & ipſa plenitudo, videtur natura, & gratia in Ioanne feciſſe, vt ſolet pictor recentem effingere imaginem, dùm enim à cæmentario conſternitur in muro calx, & Pictor inſternit colores, qui ita incorporantur, vt nullatenus demi poſſint, ita & in Ioanne natura conſternebat eius vitam, & gratia dona inſternebat, & quantò magis in ætate creſcebat, eò magis, & gratia dona creſcebant, & ita gratia in Ioanne concorporata eſt, quod potiùs anima à corpore, quàm à gratia ſegregata fuiſſet, potito, quod fuerit confirmatus in gratia, & ita creſcebat in gratia, vt ipſa natura miraretur, ſic concinit Guarricus Abbas. *Ioannis natiuitatem gratia operatur, natura miratur*, & Innoc. Papa ait. *Fuit magnus in conceptione, quia conceptus eſt, non exigente natura, ſed gratia operante.* Magnus coràm Domino, quia teſtis dignus, & idoneus habitus eſt, vt cum Patre, & Spiritu Sancto teſtaretur de incarnato Filio Dei, nam Pater in Iordane teſtificatus eſt de Chriſto dicens. *Hic eſt Filius meus Dilectus*, Spiritus Sanctus teſtificatus eſt, apparens in forma Columbæ, deerat tertius teſtis, quia Chriſtus de ſeipſo, non poterat teſtificari, ne diceretur ei. *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes*, & ecce Ioannes Baptiſta, qui teſtimonium perhibuit de Verbo Dei dicens. *Ecce Agnus Dei, &c.* Magnus coràm Domino, quia quaſi Deus habebatur, ita vt D. Ioannes Damaſcenus fateatur, quod niſi in Iordane deſcendiſſet Columba ſupra Chriſtum, ſed tantum audita fuiſſet vox Patris dicentis. *Hic eſt Filius meus Dilectus*, dubia res fuiſſet an vox illa loquuta fuiſſet de Chriſto an de Ioanne, ſed vnde hoc? quia tanta erat apud omnes Ioannis Sanctitas, vt Chriſtus crederetur, ſi voluiſſet, hoc aſſerit D. Auguſt. *Tanta autem excellentia erat in Ioanne, vt poſſet credi Chriſtum eſſe, ſi voluiſſet, & in eo probata eſt humilitas eius, quia dixit, non eſſe Chriſtum; cum poſſit credi eſſe.*

in imperf. ſer. 1. de S. Ioan. ſer. 4. de Bapt. hom. 27. loquens de Bapt. in imperf. ſuper illud Matt. ecce mitto, etc. ſer. de Io. Bapt. tract. 4. in Ioann.

Hinc Matth. 16. ſcribitur quod Hærodes audiens miranda, quæ Chriſtus Dei Filius operabatur, opinatus eſt eſſe Ioannem Baptiſtam, audite verba Euangeliſtæ; *Audiuit Hærodes nomen eius, & dicebat, quia Ioannes Baptiſta ſurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo*, ſed dices vnde Herodes hoc excogitauit? quia ſcilicet viderat Ioannis Sanctitatem, & virtutes, quod factum Metaphraſtes perpendens ait. *Effecit virtus, vt eam illi quoque vereantur, qui ſunt ab ea omnino alieni.*

apud Lipom. 29. Aug.

Cum Chriſtus genua flexerit ante Ioannem, vt ab ipſo baptizaretur, quanto honore hoc Affecerit Ioannem, quis ſatis explicare valebit? nemo quidem, quam Ioannis excellentiam perpendens. D. Chryſoſt. dixit. *Manum, quam eſſe calceamento dixit indignam, ſuper caput ſuum Chriſtus attraxit.*

hom. 38. ad pop.

Chriſtus loquens de Ioanne Baptiſta extollens eum dixit Luc. 7. *Hic eſt, de quo dictum eſt, ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam.* Titus Boſtrenſis perpendens, quare Ioannes

dictus

dictus fuerit Angelus, ita reſpondit, *Angelum appellat hominem, non quia natura eſset Angelus,* *ſer. 1. de ieiun.* *homo enim naturaliter erat, ſed quia exercebat opus Angeli*, ſed quod nam opus Angeli exercebat? quia *venit Ioannes neq; manducans neq; bibens Matt. 11.* vnde D. Chryſoſt. loquens cum Ieiunante dicebat, *non es homo, ſed fermè Angelus, quia fermè Angelus eſt ieiunans.*

D. Chryſoſt. inquit Hærodem omnium tyrannorum fuiſse ſæuiſſimum, dum Ioannem occidit, nam in eius occiſione, quampluribus attulit exitium, illis ſcilicet qui Ioannis prædicatione pęnitentiam amplexuri erant, per quam vitam recepiſsent, hæc ſunt verba Chryſoſt. *Hunc verò dum occidit, non vnam modò cædem perpetrauit, ſed, & plures, ſiquidem totidem occidit, quot quot ille viuens, viuificare poterat ſermone.*

Cum Sanctiſsima Dei Mater perueniſset ad Eliſabeth, vt eam viſitaret, & congratularetur ei, ait Lucas Euang. 2. *Exultauit infans in vtero eius omnes ferè ſacri expoſitores dicunt, quòd his ſaltibus* Ioannes *oſtendit ſe cognouiſse Dei Filij præſentiam, & ideò pre nimio gaudio exultabat in vtero Matris,* ſed D. Chryſoſt. vt refert Surius 24. Iunij. dicit quod Ioannes his ſaltibus, quaſi tot vocibus conquærebatur de Matre, quod in lucem eum non ederet, quod in carcere cum teneret, & ibi martyrio afficeret, ſed quod nam martyrium patiebatur Ioannes in ventre matris? quia ſcilicet nullum maius tormentum, ac ſæuius martyrium, quam propè bono eſse, & eo frui non poſse, hinc Geneſ. 2. ſcribitur quod cum Beniamin Filius minor Iacob perueniſset ad præſentiam Ioſeph Fratris ſui, interrogauit eum Ioſeph, quis nam eſset, & cum reſpondiſset eſse filium minorem Iacob, ait ſacer textus, *quod commota fuerunt viſcera eius ſuper* *lib. de Ioſeph c. 10* *fratre ſuo*, & ſeptuaginta traducunt *torquebantur viſcera eius*, ſed vnde hæc tormenta Ioſeph? D. Ambr. reſpondet, *torquebantur viſcera eius, quia complectendi eum, quem deſiderabat, libertas differebatur.* audite D. Chryſoſt. de Ioanne Baptiſta. *Exultauit tamquam iniuſtam cuſtodiam, quatiebat matricem, in clauſtra natura, inſultabat calcibus, & clauſis labijs vociferebatur ſiguris, talia matri dicens; inique facis, ò mater, qua tardas prophetam, geſtas in vtero Præcurſorem Chriſti* *ſer. de S. Io. Bapt.* *Regis martirem ſtringis*, hic D. Petrus Damian. inquit *Regem, & militem, non niſi duo tenerrimi parietes abiungunt*, & Gilbertus expendens illa verba Cant. 3. *In lectulo meo per noctem quæ-* *ſerm. 22.* *ſiui quem diligit anima mea*, ita habet *nemo enim eo, quod ardenter quærit, non anxiè caret, tantoq; cumulatiore anguſtia, ſi vicina ſpe iam, iamq; apprahenſura fraudatur*, & D. Petrus Chryſolog. perpendens, quod Diues ille in inferno, qui petijt guttam aquæ, de quo loquitur Euangeliſta Luc. cap. 16. animaduertit, quod ille infelix, non petijt vt Lazarus ſecum deferret aquam, & ait, *vt intingat in aqua, & non ferat aquam, ergo iuxta te eſt aqua, & ſi iuxta te eſt, quare de proximo non ſumis? quare? quia vincta ſunt manus tuæ*, quod etiam prophani auctores cognouerũt. Ouid. enim lib. 3. Metham. narrat, quod Narciſus contemplans ſe ipſum in limpidiſſimo fonte, quaſi in ſpeculo, ſui ipſius imaginis amore fragrans, intuens, quod à ſimplici aqua prohibebatur, ne ſua imagine frueretur, eamq; amplecti poſset, magis, ac magis torquebatur, ac conquerebatur, audite verba Poetæ.

Quoq; magis doleam, nec nos mare ſeparat ingens.
Nec via, nec montes, nec clauſis menia portis.
Exigua prohibemur aqua.

Ex hoc patet declaratio illius orationis ſecretæ, quæ legitur feria. 5. poſt. dom. 3. quadrag. in qua ſic dicitur. *Sacrificium illud offerimus, de quo martirium ſumpſit omne principium*, ſed cum hoc diuiniſſimum Sacramentum, omnem dulcedinem, & ſuauitatem contineat quomodo ergo ab eo martyrium ſumpſit exordium? Magnum quidem myſterium; quia Deus videlicet, qui nobis propè eſt, per illud Sacramentum, coopertus, & velatus manet, cum ergo immenſum hoc bonum propè habeamus, & eo frui non poſſimus, quia inter nos, & diuinum hoc Sacramentum, candida ſpecierum nubes interponitur, ideo, & torquemur, & martyrium patimur.

Magnam Ioannis humilitatem, atq; fidelitatem fuiſse, neminem latere puto; humilitatem oſtendit, quia dum Iudæi miſerint Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum tu quis es, eiq; ſupræmam miſſiæ dignitatem offerentes, quam humillimus Ioannes acceptare renuit, dicens, *non ſum ego Chriſtus, poſt me venit, qui ante me factus eſt, cuius non ſum dignus corrigia calciamentorum ſoluere*, propter hanc magnam humilitatem, meruit Ioannes exaltari, *in Ioann. tract. 4.* vt ait D. Aug. in illa verba Ioan. 3. *cuius non ſum dignus, &c. quantum ſe abiecit Ioannes? & ideo multum eleuatus eſt, quia qui ſe humiliat exaltabitur*, oſtẽdit Ioannes fidelitatẽ dum interrogatus quid nam eſset, reſpondit. *Ego vox clamantis*, vnde quidam Pius Doctor Ioannem alloquens ait, *dic mihi Sanctiſſima Præcurſor, quare dixiſti ego vox, & non potius, ego ſum Propheta, immò pluſquam Propheta?* ſed audite quæſo eiuſdem Doctoris reſponſionem, *ſum inquit Ioannes vox,*

quia

Digitized by Google

quia ſum veluti canis fidelis domino ſuo, latrans contra deprædari volentes honorem debitum verò Miſſia, quia non ſum ego Chriſtus, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Tempore æſtiuo, cum viridaria fructibus abundant, quos fures deprædari cupientes, & cum timerent, ne à canibus viridariorum cuſtodibus detegerentur, ne canes latrarent, panem, vel aliquod os ad rodendum eis proijciunt, vt dùm canes abrodunt, fures viridariorum fructus ſurripiant, & aufugiant; hinc illud vulgare, & commune dictum, ortum habuit, quod cum quis aliquod abitum tacet, dici ſolet, *hic gula captus eſt*, ſimili modò cum Phariſæi conarentur ad deprædandum expoliandumque Dei Filium debito Miſſiæ honore, timéntes ne à fidelis canis Ioannis ſcilicet latratibus detegerentur os tantæ dignitatis Miſſiæ ad rodendum ipſi Ioanni proijciunt, eique offerunt; ſed fidelis canis Ioannis, magis, ac magis vociferatus eſt dicens. *Ego vox clamantis, non ſum ego Chriſtus*, quaſi diceret, non ſum ego, veluti canes, qui gula capiuntur, canes muti, non valentes latrare; de quibus Michea cap. 3. *Si quis non dederit in ore eorum quippiam ſanctificant ſuper eum prælium*, ego vox clamantis non mihi, ſed Chriſto Dei Filio hæc tanta dignitas debetur, *non ſum ego Chriſtus*, & ſi Ioannes, non erat Chriſtus, quare ſaltem, non dixit, ego ſum Angelus, ſum Propheta, ſum Hælias, ſum lucerna ardens, ſed negatiuè reſpondit, non ſum ego Chriſtus? quia Ioannes venerat, vt nos doceret, quomodo Deum cognoſcere poſſemus; vnde dixit. *Ecce Agnus Dei, &c. medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis*, at quia, nihil propria cognitione efficaciùs, vt ad Dei cognitionem deueniamus, vnde D. Aug. dicebat. *Nouerim te, nouerim me*, ideò Ioannes ſe humilians reſpondit, *non ſum*, & quia ita ſe humiliauit, Deus illum exaltauit dicens, *inter natos mulierum non ſurrexit maior*, & ita exaltauit illum Deus, vt neceſsè fuerit, quod Ioannes Euangeliſta de Baptiſta loquens dixerit, *non erat ille lux*, ſed quare hoc dixit Euangeliſta, cùm Chriſtus de Baptiſta aſſeruerit, quod erat lucerna ardens, & lucens? numquid Ioannes Euangeliſta, eo honore Baptiſtam expoliare voluit? haud certè, ſed quod Euangeliſta aſſeruit de Baptiſta, fuit omnium encomiorum maximum; intuebatur enim Euangeliſta tantam eſſe Baptiſtæ excellentiam, & ſanctitatis lumen, vt certaret cum Chriſti lumine, & vt cognoſceretur Chriſtum eſſe Dei Filium, & verùm lumen, & fontem totius luminis, quod Baptiſta eſſet Dei ſeruus, & lumen de lumine, opus fuit, vt Euangeliſta Ioannes diceret. *Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine*, & hoc ad maiorem Dei gloriam, & Ioannis magnitudinem, vndè veriùs poſſumus dicere, quod dixit magnus Alexander. *Regium eſt habere ſeruos, qui Reges videantur.*

Hic puer magnus erit coràm Domino, &c. magnus, quia à Sacerdotali ſtirpe ortum habuit, magnus, quia ab Archangelo Gabriele fuit annuntiatus; magnus, quia adhùc in vtero Matris rationis vſum accepit, & in gratia fuit confirmatus, & poſt Dei Matrem, omnium primus Chriſtum agnouit, vnde coràm eo exultauit in vtero, magnus, quia in eius circumciſione, amiſſam loquelam pater recuperauit, vnde cecinit. *Benedictus Dominus Deus Iſrael, &c.* magnus ob vitæ aſperitatem, cum ſe induerit pilis Camelorum, & mel ſilueſtre, & locuſtæ, fuerint eius cibus, magnus in officio, quia fuit Miſſiæ Præcurſor, & quia eius aduentum prædicauerit, magnus, quia in Iordane Deum Patrem cognouit in illa voce *Hic eſt Filius meus Dilectus*, cognouit Filium, dùm eum baptizauit, cognouit Spiritum Sanctum, qui in forma Columbæ apparuit, magnus, quia martyr glorioſus mori voluit, magnus, quia in Cœlis præter gloriam eſſentialem cunctorum Sanctorum aureolis fruitur, coronatur enim vt Doctor, vt martyr, vt Virgo, &c. trina centeno cumulata fructu, te ſacer ornant.

DE DIVO IOANNE EVANGELISTA.

1 Diuus Ambr. Vnde non miror præ cæteris loquutum myſteria diuina, cui præſto erat aura Cœleſtium Sacramentorum. *li. de inſt. Virg. c. 7.*

2 Idem. In triplici ſinu Chriſtus requieuit in ſinu Patris in Cœlo, in ſinu Matris, & Ioannis in terra. *ſer. 1. de epiph. quæ eſt 18. in ordine.*

3 D. Aug. De illo ergo pectore, in ſecreto bibit quod in manifeſto eructauit. *tract. in Ioan.*

4 Idem. Ioannes tranſcenderat terrarum cacumina, omnes campos aeris, omnes ſyderum altitudines, tranſcenderat omnes Angelorum Choros, & legiones niſi enim tranſcenderet iſta omnia, quomodo ad verbum, per quem facta ſunt omnia perueniret? *tract. 1. in Ioan.*

 5 Idem

tract. 124 in Ioan. 5 Idem. Quod autem maius dare potuit Ieſus erga Ioannem ſuæ dilectionis indicium, quam homo cum cæteris condiſcipulis ſuis ſocius tantæ ſalutis, ſolus tamen diſcubuerit ſuper pectus ipſius Saluatoris.

ſerm. 8. in Cant. 6 D. Bern. in illa verba Ioan. *Vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris*. Hauſit Ioannes de ſinu vnigeniti, quod de Paterno hauſerat ille.

ſer. 1. in Cœna Dñ. 7 Idem, in illa verba. *Hic eſt Diſcipulus ille, qui ſupra pectus Domini in Cœna recubuit*. Fœlix Diſcipulus ille, cui ſic erat familiaris Auctor vitæ, qui nunc eſt, & futuræ, nimis honoratus Diſcipulus ille, qui ſui capitis habuit reclinatorium, tam venerabile, pectus ſcilicet Chriſti Creatoris cunctorum.

in Io. c. 19. 8 Dionyſ. Carthuſ. in illa verba. *Ecce Mater tua*. Ecce Mater tua, quæ vera mea eſt Mater, tibi aſſigno in Matrem, quatenus ei, vt Filius fideliter obſequaris, eius ſis conſolator, & cuſtos.

li. 9. mor. 9 D. Greg. in illa verba Ezech. 1. *Aquila grandis magnorum alarum, &c.* Quid per Aquilam niſi Ioannes Euang. interpretandus venit? dicente Ezech. *Aquila grandis, &c.*

10 Idem, in illa verba Ezech. 1. *Et facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor*. Qui à diuinitate Verbi cæpit, dignè per Aquilam ſignificatur Ioannes; quia dùm in ipſam diuinitatis ſubſtantiam intendit, quaſi more Aquilæ oculos in Sole fixit.

ibidem. 11 Idem. Locus Aquilæ, non iuxtà, ſed deſuper eſſe deſcribitur, quia Ioannes Verbum Patris, dùm apud Patrem eſſe denunciat, ſuper cæteros Euangeliſtas, virtute contemplationis excellit.

ſer. de Aſſumpt. 12 Guarricus Abb. ait, *Cum eſſet Virgo Maria in tranſitu, dixit Gabrieli, qui pro ea ſe offerebat.* Non eſt opus ſufficit Virgo Angelus meus nouus in carne Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus.

ſuper illud Io. 22. Dominus eſt. 13 D. Hieron. Non ſciebant Apoſtoli quem viderent, ſolus Virgo, Virginem agnoſcit.

14 Idem Ioannes noſter, quaſi Aquila ad ſuperna volat, & ad ipſum Patrem peruenit dicens, *In Principio erat Verbum*. Expoſuit Virginitas, quod Nuptiæ ſcire, non poterant.

contra Iouinian. 15 Idem. Præ cæteris Diſcipulis diligebat Ieſus familiarius vnum, nempè Ioannem, & hunc ſpecialis prærogatiua caſtitatis ampliori dilectione fecerat dignum.

ſuper Io. cap. 2. 16 D. Ioan. Chryſoſt. Angeli plura myſteria didicerunt à Ioanne; impletum eſt illud Apoſtoli. *Vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.*

hom. 1. in Ioann. 17 Idem. Hic piſcator, qui litteras nunquam didicit, talem hauſit ſcientiam de pectore Domini qualem mortalium nullus vnquam ſortitus eſt.

ſer. 1. de excell. S. Ioan. 18 D. Petrus Damian. In principio inquit erat Verbum, ecce Aquila Dei ad Cœli verticem ſublimiter euolat.

ſer. 2. de Io. Bapt. 19 Idem. Non ergo præſumptiuè Cœlum dicitur Venerabilis Virgo Maria, atque ideò Beatum Ioannem, Dominus quodammodo Cœli clauicularium eſſe conſtituit, cum Beatæ Genitricis cum decreuit eſſe cuſtodem.

ibidem. 20 Idem. Ioannes tanto reliquas Virgines ſuperat, quanto cuſtodiæ meritum appropinquat, quia tamen, ſic viſum eſt filio amplectitur ſucceſſorem, ad cuſtodiendum Venerabilem Matrem ſuam, perpetuam videlicet Virginem, quaſi alterum Filium ſui loco ſuppoſuit.

ibidem. 21 Idem. Sicut enim dixit Matri hic eſt Filius tuus, ita dixit Diſcipulis, hoc eſt corpus meū, & tantus fuit in illis verbis effectus, vt illicò panis ille, quem dabat, Dominicum fieret corpus.

ſer. 1. de Io. Euang. 22 Idem, in illa verba. *Qui ſupra pectus Domini In Cœna recubuit*. Et quia, in pectore Ieſu ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi ex illo celeſti Gazophilacio ſummam traxit, vnde noſtræ paupertatis inopiam copioſa liberalitate ditauit.

ibidem. 23 Idem ſupra fontem perennis vitæ recubuit.

hom. 21. ex variis 24 Origen. Paulus raptus fuit vſque ad tertium Cœlum, Ioannes autem ſuper omnes Cœlos, Paulus audiuit arcana verba, quæ non licèt homini loqui, ſed Ioannes vnicum Verbum audiuit, quod ei loqui licuit, non enim aliter potuit aſcendere in Deum, niſi, & ipſe fieret Deus.

ſer. 2. de S. Io. Euāg. 25 Beatus Thomas à Villanoua, in illa verba. *Hic eſt Diſcipulus ille, qui ſupra pectus Domini in Cœna recubuit*. O mirandam audaciam, non audet Baptiſta ſacrum Domini verticem contingere; Magdalena, cum timore, & tremore pedes tangit, Thomas niſi iuſſus manum non mittit ad latus, Ioannes dilectus non iuſſus non petita venia, confidenter recubuit ſuper Domini pectus. Amor fecit hoc, eſt enim ſupra modum audax dilectio.

MAN-

Digitized by Google

MANTISSA AD D. IOANNEM EVANGELISTAM.

DE Dilecto Chriſti Diſcipulo libenter ſermonem texerem, niſi Ioannis eximię prærogatiuæ, & excellentiæ humanas, non excederent vires; Ioannes, vt cuique conſtat in ſacris litteris Aquilæ comparatur, cuius ſublimem volatum, nec omnium virorum ſapientiſſimus Salamon inueſtigare valuit; nam, vt habetur Prou. 30. inter difficillimas res, quas ipſe pœnitus ignorare affirmat, vnam fuiſſe air. *Viam Aquilæ in Cœlo*, & ne forſan Salamon de hac Aue, quæ Aquila nuncupatur, fuiſſe loquutum putaremus, addidit, *viam Aquilæ Cœlo*, Auis enim, quæ Aquila dicitur, per aerem volat, at Aquila Ioannis, vſque ad ſydera transuolat cunctoſque penetrat Cœlos, imò omnes Angelorum Choros tranſcendit, quouſque ad Thronum Diuiniſſimæ Trinitatis perueniat, & de Diuino Verbo cognitionem nobis afferat, quod exordium ſacri Euangelij ſui egregiè demonſtrat, inquiens. *In Principio erat Verbum*, veritatem hanc euidentiſſimam eſſe teſtantur Sancti Patres.

D. Hieronymus his verbis. *Ioannes noſter quaſi Aquila ad ſuperna volat, & ad ipſum Patrem peruenit dicens; In principio erat Verbum*, & D. Aug. inquit. *Ioannes inquit tranſcenderat terrarum cacumina, omnes campos aeris, omnes ſyderum altitudines, tranſcenderat, omnes Angelorum Choros, & Legiones; niſi enim tranſcenderet iſta omnia quomodo ad Verbum, per quem facta ſunt omnia perueniret?* *contra Iouinian.* *tract. 1. in Ioan.*

Quis ergo mortalium, lucius diuinæ Aquilæ prærogatiuis, & excellentias, aptè exprimere, & inueſtigare valebit? nemo quidem, ſed, vt aliquam Ioannis magnitadinum minimam partem attingere valeamus, eiuſdem Sanctiſſimi Apoſtoli gratia nobis imploranda eſt.

Celebris quidem eſt, illa communis propoſitio in cunctis ſcholis, quod in omnibus rerum generibus, res vna detur, quæ cunctis alijs, ſit nobilior, atque excellentior, vt inter ſpiritus Beatos eſt, *Seraphim*, inter Cœlos, *Empyreum*, inter ſydera, *Sol*, inter Elementa, *Ignis*, inter Maria, *Oceanus*, inter flumina, *Nilus*, inter pretioſos lapides, *Adamas*, inter flores, *Roſa*, inter piſces, *Cete*, inter færas, *Leo*, inter Aues, *Aquila*, inter plantas, *Cedrus*, omnium maximus eſt, *Homo*; ita, & inter Sanctos, ſi perquires inuenies Ioannem alijs eſſe eminentiorem; nam ſi aliqui ſunt Diſcipuli, Diſcipulus eſt Ioannes, & inter Diſcipulos, *Dilectus*, Apoſtolus, & inter Apoſtolos, *Gratioſior*, Propheta, & inter Prophetas, *Excellentior*, Amicus, & inter Amicos, *Abditus*, Euangeliſta, & inter Euangeliſtas, *Volatilis*, Martyr, & inter Martyres, *Singularis*, eò ipſo, quod de ipſo dictum eſt, quod Diſcipulus ille, non moritur, Virgo, & inter Virgines, *Purior*, Hæres, & inter Hæredes, *Magis Priuilegiatus*, cui pretioſiſſimus theſaurus, quem Dei Filius in terra poſſidebat, fuit commendatus. *Virgo ſcilicet Maria.*

Idem Ioannes cap. 21. de ſeipſo loquens ait. *Hic eſt Diſcipulus ille, qui ſupra pectus Domini, in cœna recubuit*, quæ Ioannis actio, à ſeipſo relata, de ſe loquitur, videtur præſumptionem quamdam argüere, dùm enim de ſe ait, quod is eſt, qui recumbit in pectore Domini, in tempore Cænæ, & coràm Apoſtolis, videtur repræhenſione dignus; nam contra ipſum argui poteſt, dicendo ſic, Ioannes vbi eſt modeſtia tua? dormis vbi vigilantia? ſupra pectus Chriſti vbi humilitas? tempore cænæ, vbi Vrbanitas? coràm Apoſtolis, vbi riuerentia? ſed eſt excuſatione dignus; erat enim Amoris igne, erga Chriſtum, ita accenſus, vt ordinem nullum, nullum terminum, nullumque modum potuerit obſeruare, ab amore enim dominabatur; vnde D. Bern. clamat. *O Amor præceps, & vehemens, fragrans impetuoſè, qui præter te, aliud cogitare non ſinis faſtidis cætera, contemnis omnia, diſſimulas vſum, modum ignoras.* *in Cãt. 79*

Aqua, cum graue ſit elementum, ſemper tendit deorſum, at ſi poneretur in cacabo, & ſub eo ignis accenderetur, tunc contra propriam naturam, ignis virtute attenuata, ac in vaporem, ſeù exalationem conuerſa, ſurſum eleuaretur, quid quæſo eſt Amor, niſi ignis, quo corda noſtra inflammantur? quod certè innuere viſi ſunt, illi duo Chriſti Diſcipuli ad inuicem loquentes, his verbis, inter alia, *nonnè cor noſtrum ardens erat, &c.* & Dauid Pſal. 83. quamuis carnem ſuam ad malum pronam cognoſceret, hunc tamen diuini amoris effectum, cum fuerit expertus dicebat. *Cor meum, & caro exultauerunt in Deum viuum.* Ideò Ioannes noſter hoc diuino igne accenſus, actiones, quę propriæ naturæ contrariæ videbantur faciebat, ſed erant actiones Amoris. Accidit Ioanni, vt euenire ſolet ijs, qui capitis imbecillitate laborant; cum enim perualidum vinum biberint, nimia ebrietate ſopiti, caput inclinãt, & dormire coguntur, do-

Digitized by Google

nec vinum digerant, ita, & Dei Amantes, talem vini dulcedinem deguſtant, quod diuino amore inebriantur, vnde Pſalmographus Pſ.35. dicebat. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,* ad quam ſanctam ebrietatem, ipſemet Deus dilectos ſuos inuitat dicens. *Bibite amici, & inebriamini cariſſimi Cant.* hinc Noſter Ioannes cum in vltima cœna diuinam Chriſti carnem, eiuſque pretioſum ſanguinem deguſtaſſet, tanta fuit repletus dulcedine, & amoris ebrietate, vt caput inclinare fuerit coactus, *& recubuit ſupra pectus Domini.*

In mentem quæſo veniat, quod floribus, & plantis accidere ſolet, quæ quamuis creſcant, virtute aquæ, quàm diligens olitor eis ſuppeditat, attamen cum ingens ſit aquarum copia, quę flores, & plantas affundit, tunc, cum non valeant aquarum copiæ reſiſtere, caput inclinant: ita, & Ioannes erat lilium Paradiſi. *Iuſtus germinabit ſicut lilium,* & aquis diuinæ gratiæ, à cæleſti olitore ſuppeditatis, creſcebat, vnde in introitu miſſæ eiuſdem Ioannes legitur. *Aqua ſalutaris ſapientiæ potauit eum,* at in vltima cœna, tàm ingens fuit aquarum copia, diuinarum ſcilicet gratiarum, vnde inquit ſacra Hyſtoria. *Cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos,* vt lilium Ioannis, non potuerit reſiſtere, ſed coactus fuerit caput inclinare, ſupra pectus Domini.

Sed ſi petes, vnde hic tantus amor inter Chriſtum, & Ioannem, ortum habuerit, cum de eo ſcribatur. *Hic eſt Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus?* tibi reſpondebit Plato, amorem reciprocum naſci ex ſimilitudine. *Similitudo eſt cauſa Amoris*, hinc quidam Doctor aſſerit, quod, cũ Deus Ioannem efformaſſet, pro Architypo habuit Chriſtũ, nam quidquid ſcribitur de Chriſto, dicitur etiam de Ioanne; de Chriſto ſcribitur, quod ſit Mariæ Filius; *de qua natus eſt Ieſus,* idem dicitur de Ioanne. *Mulier ecce Filius tuus*, de Chriſto ſcribitur. *Hic eſt Filius meus Dilectus*, & de Ioanne dicitur. *Hic eſt Puer, quem diligebat Ieſu*, de Chriſto ſcribitur. *Vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris*, & de Ioanne dicitur. *Qui ſupra pectus Domini, in cœna recubuit.* Virgo eſt Chriſtus; Virgo eſt Ioannes, *Matrem Virginem Virgini commendauit*, & hæc ſimilitudo inter Chriſtum, & Ioannem reciprocum peperit amorem. Hinc mirum non eſt, ſi in cęna recubuit ſupra pectus Domini.

in ſuo Timeo.

Ioannes ita Chriſtum diligebat, vt præ nimia dilectione, quaſi extra ſe videretur, ita mundus adiudicauit. Solent enim Principes, cum inimicos in poteſtate habent, afficere eos morte, ijs rebus, quibus magis delectabantur, vt craſſus, qui nimio affectu aurum perquirebat, diligebatque, aurum fuſum, bibere fuit coactus, quod mortem attulit ei, *aurum ſitiſti, aurum bibe*, & D. Andreas Apoſtolus qui maximopere Crucem extollebat, prædicabatq; in Cruce glorioſus obijt.

Noſter autem Ioannes, ideò in feruentis olei dolium fuit immiſſus, vt vitam finiret, quia maximo amore proſequebatur Chriſtum, Chriſtus enim vnctum ſignificat; hinc infideles agnoſcentes, Ioannem eſſe Chriſti amantiſſimum, vt eum morte afficerent, in feruentis olei dolium miſerunt.

Referunt naturales, Aquilam ardentiori amore eos filios diligere, qui dùm in ſuis viſceribus morabantur, cordi ipſius viciniores erant, & vt eos agnoſcat, ita experitur; omnes ſolis radijs exponit, & qui non allucinantur, ſed ſolarem globum abſque allucinatione intuentur, cordi viciniores fuiſſe putat. Chriſtus eſt hæc Aquila, & de eo inquit Pſalmographus. *Sicut Aquila ad volandum prouocat pullos ſuos*, at quia Ioannes Chriſti cordi alijs vicinior ſtetit, in quo legitur de eo, quod recubuit ſuper pectus Domini, cum Chriſtus maiori dilectione proſequutus eſt, veluti illum, qui præ cæteris mentis acie Diuiniſſimum Trinitatis Myſterium intueri, Deus ipſe elargitus eſt, vnde ait. *In principio erat Verbum, &c.* habuit etiam Ioannes perſcrutari, nobiſque reuelare, quæ protulit de ſacrati cordis Chriſti vulnere, dicens, ex eo exiuiſſe aquam, & ſanguinem.

D. Ambr. ita inquit. *Neque enim Mater Domini Ieſu, ad poſſeſſionem gratiæ demigraret, niſi vbi Chriſtus haberet habitaculum.*

Dùm ego Ioannem ſupra pectus Domini recumbentem contemplor, cum cum Dauid Pſ. 72. dicentem audio, *mihi autem adhærere Deo bonum eſt*, & veluti Hædera, alicui plantæ circumplexa, mihi eſſe videtur; Hædera, cum vilis ſit, & ex natura ſua moretur in terra, ſi tamen alicui plantæ innititur, in altum ſe erigit, & quanto altiùs planta ſe extollit, eo altiùs, & Hædera, & ita ſe complectuntur, & diſtinguntur, vt nullatenus ſolui poſſint; Sponſus ſe aliquando, à Sponſa ſeijungit, Filius, non ſemper ſe Patri coniungit, nec Amicus Amico, cuiuſcumque arboris rami diuiduntur, & vnuſquiſque ramus ſe indiſcernit ab altero; at Hædera, ita totam plantam conſtringit, & complectitur, vt numquam eam deſerat, nec vnquam vllam eius partem relinquat, quin virentibus ſuis folijs, non veſtiat. Iuſti ſunt veluti Hædera, quæ abſq; diuina gratia, ad Deum ſe extollere non valent, indigent arbore diuinæ gratiæ, cui

exort. ad Virg. in illa verba Ioan.6. ex illa hora accepit eã Diſcip. in ſua.

adhę-

adhæreant, vndè Dauid dicebat. *Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter*, vt ſe potuiſſet erigere, dixit Pſalmographus, *mihi autem adhærere Deo bonum eſt*, ſicut ergo planta hæderam ſuſtinet, ita Deus iuſtos, hoc certè experiebatur Apoſtolus, & hoc interiùs in corde ſentiens, exteriùs dicebat. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*, ſi planta externa foliorum virentium ornamenta ab Hædera recipit, ita, & iuſti inſeruiunt diuino Verbo, vt teſtatur Iſaia 49. *Omnibus his velut ornamento veſtieris*, Hædera arborem diſtringens, arguit vnionem Iuſti, cum Deo, quæ vnio tale vinculum perfectionis eſt, vt nullatenus ſeiungi poſſit, hoc ſentiens dicebat. *Quis me ſeparabit à charitate Christi*. Hædera, vt dictum eſt, ſiuè in altum ire contendit, opus eſt, vt plantæ adhæreat. Talis planta rectè dici poteſt certo quodammodò ipſe Deus, cui iuſti, dùm per gratiam adhærent, ſimul ad ſuperna eleuantur, hoc certè teſtatus eſt ipſemet Deus, per os Hyeremiæ his verbis. *In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miſerans tui*, & hoc ipſum innuere viſus eſt Chriſtus Dominus, Ioann. 2. his verbis. *Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*. Hinc pulchra illa Hedera Cant. cap. 1. clamabat. *Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Hædera plantam diſtringit, ſed non diſtringitur, amplectitur arborem, ſed non eſt amplexa; at Dei Amantes diſtringunt, & diſtringuntur, amplectuntur, & ſunt amplexi, vnde Sponſa dicebat. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius*. Totum hoc conuenit noſtro Ioanni, ipſe enim iugiter ſecutus eſt Chriſtum, in Monte Tabor Ioannes adfuit, in ſacratiſſima cęna, recubuit ſupra pectus Domini, in Horto Ioannes, in domo Pontificis Ioannes, in Caluario Ioannes, iuxtà Crucem Ioannes, in ſepulchro Ioannes, &c.

Nathan Propheta, monens, & corripiens Dauid de commiſſa culpa, vt ei oſtenderet, *ſub ea ſimilitudine*, quanta eſſet dilectio, qua pauperculus homo ille ouiculam ſuam proſequebatur, ita inquit: *Erat de pane eius comedens, & de Calice eius bibens, & in ſinu illius dormiebat*, & ex his concludit dicens, *erat illi ſicut filia*, ita, & noſter Ioannes, non ſolùm Dei pane, atque vino nutriebatur, ſed comedebat eamdem Dei carnem, atque ſanguinem bibebat, & nunc ſupra pectus Domini recumbit, concludendum ergo eſt, quod erat illi, ſicut filius.

Ioannes recubuit in cęna ſupra pectus Domini, nam poſtquam comederat, ſitiebat, licèt Chriſtus Calicem conſecraſſet, at quia de illo omnes Apoſtoli biberunt, parum quodammodo, vt ita dicam, pro Ioanne remanſit, hinc ſitiebat, & recordatus, Chriſtum Samaritane dixiſſe, quod habebat in ſuo pectore fontem, Ioannes, vt ſitim extingueret, in cęna ſupra fontem, id eſt ſupra pectus Domini recubuit; at quia fons clauſus erat. *Fons ſignatus hortus concluſus, magis; ac magis ſitire cępit*, ad Crucem venit Ioannes, & intuens, quod vnus militum lancea latus eius aperuit, ſitiens cucurrit ad fontem, copioſas, tribuentem aquas, *& continuo exiuit ſanguis, & aqua*, & quaſi reliquarum Chriſti plagarum oblitus, dicere videbatur, quæ plagæ; quæ plagæ? hanc ſolam cordis Chriſti plagam ſcio, quia *qui vidit teſtimonium perhibuit*, vndè D. Hieronymus in hunc locum ita concinit. *Euangeliſta Ioannes tantum plagam cordis exaltauit, ſolummodo cor lancea vulneratum exclamauit ipſe, dicens, (vnus militum lancea latus eius aperuit) quia bene ſitierat, & non poterat bibere in pectore Chriſti, ſed aperto pectore bibit, ideò hanc plagam exaltauit*.

Cum venatores aliquam Auem per aerem volantem intuentur, poſt illam Accipitres, & Aquilas mittunt, vt eam prædentur, & illi meritò ob victoriam tribuunt cor, qui prædam in terram traxerit. Auis Paradiſi erat Verbum Æternum, (vt ita loquar) olim, in ſinu Patris abſconditum, deuictum tandem à lachrymis, & calamitatibus expectantium, à ſinu Paterno exiuit. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus*, & cum vix apparuerit, en ingenuæ Aquilæ, & Accipitres ad illud venandum exierunt, putantes illud in terram trahere valere, en Moyſes, qui velut Accipiter, illud ſequens Exod. 33. *Si inueni gratiam coram oculis tuis, oſtende mihi faciem tuam*, ſed immoratur in via, & vix ei, terga intueri conceſſum eſt, *poſteriora mea videbis*, en Iſaias inſignis Accipiter, vſque ad ſydera ſe extollit, dicens. *Ecce Virgo concipiet, & pariet, & vocabis nomen eius Emmanuel*, & dùm videtur prædam immorari, abſcondit ſe inter rotam fumi, & aufugit ab oculis, *& domus repleta eſt fumo*, en Ioannes Baptiſta, qui, ita altiùs euolauit, vt Dei Verbum indice proderit, ſic canit Eccleſia. *Tu quidem mundi ſcelus auferentem indice prodis*, ſed non audet ei, ſe appropinquare. *Non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceamenti eius*, en Paulus Apoſtolus, qui ita ſe extulit, vt ad tertium peruenerit Cœlum, *raptus eſt ad tertium Cælum, & audiuit arcana verba*, ſed non traxit prædam in terram, vt ipſe his verbis fatetur, *quæ non licet homini loqui*, at tandem, en generoſa noſtra Aquila, Ioannes ſcilicet, qui ita altiùs euolauit, quouſq; ad ſinum Patris, peruenerit, vt ipſemet teſtatur dicens, *quod vidimus, quod audiuimus, & manus noſtræ*

contre-

Pſal. 43.

Digitized by Google

contrectauerunt de verbo vitæ, 1. Ioan. 1. & deſideratam prædam Dei ſcilicet Filium tranſit in terram, *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, meritò ergo huic Aquilæ generoſę cor tribui debet, ideò ſupra pectus Domini in cæna recubuit.

8. *Ethic.* Ariſt. inquit, tria reperiri debere in vero amore. *Aequalitas, Beneuolentia, & Familiaritas.* Beneuolentia eſt alicui bonum imprecari, & exoptare; Familiaritas, eſt Amoroſa communicatio, Aequalitas, quid nam ſit, iam manifeſtatur Ioannes ſupra pectus Domini recubuit, & è conuerſo Chriſtus ſupra pectus Ioannis recubuit.

Vis beneuolentiam in Ioanne? in pectore Chriſti Ioannes, diuinam Eſſentiam eſt contemplatus, Matrem illi Chriſtus commendat, & ſuæ Matris Filium ipſum appellat, quæ maior Beneuolentia?

Familiaritas cum Chriſtus Ioannem in pectore ſuo reclinari patiatur, & illo familiariter vtatur.

Aequalitas, eò modo, quo dari potuit, non defuit, nam dictus eſt Chriſtus Filius Virginis, eiuſdem Virginis Filius Ioannes in Cruce eſt appellatus ab eodem Chriſto, non eſt ergo mirum, ſi magnus amor inter Chriſtum, & Ioannem intercederet, Ieſus diligebat Ioannem, eodemque amore Ioannes proſequebatur Chriſtum.

In Cant. 4. hæc verba legimus. *Vulneraſti cor meum ſoror mea Sponſa*; &, vt nonnulli aſſerunt eſt modus loquendi amantium, ob nimiam dilectionis vehementiam, quaſi diceret Sponſus, Sponſam Eccleſiam alloquens, ne mireris, ſi me in Cruce pendentem, vulneratum intueris, nam amore vulneratus ſum, ſicut Ceruus ſagittis percuſſus, & vulneratus, non requieſcit in riuulis donec ad fontem perueniat; vnde Dauid Pſal. 61. inquit. *Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum.*

Cant. 5. *Anima mea liquefacta eſt, vt Dilectus meus, &c.* Textus Hebræus legit. *Anima mea exiuit à me cum Dilectus loqueretur*, nam amor eſt quidam exceſſus, & raptus Amantis in Amatum, quaſi diceret Sponſa, *Anima mea exiuit à me*, quia Deus illam tranſportauit. Nam Deus cum ſit Infinitus, Immulabilis, & Aeternus, non fertur Amore, ſed potiùs è conuerſo, quidquid enim diligit, poſt ſe fert, veluti magnes; & dùm legitur. *Hic eſt Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus*, hoc dicitur, vt oſtenderentur potiora dona in Ioannem collata ex parte Amoris diuinæ

l. 12. ſuper Io. c. 17. Eſſentiæ, hinc Cyrillus ait. *Quemadmodum Deus non mouetur inaniter ad amandum, quando ergo aliquem amore ingentiori proſequitur plura amabilia in ea reperit, & ideò multa amabilia in Ioanne aderant, & plura, quàm in cæteris*, ſi ergo Ioannes plùs cæteris diligebatur, hoc quidem erat,

lib. 3. de Trin. c. 3. quia ipſe Chriſtum præ cæteris diligebat, ita inquit Riccardus. *Amor, non eſt iucundus niſi reciprocus ſit*, ex hoc ergo reciproco Amore Chriſti, & Ioannis, quædam peculiaris lætitia, ſuauitas, atque voluptas oriebatur; vnde Ioannes fuit, veluti ceruа ſagitta amoris ſauciata, Chriſtum iugiter ſequens, donec in eius pectore, veluti in vberrimo fonte omnium perfectionum, gratiarum, ac donorum omnium ſupernaturalium recumberet, quia nullus erat locus aptior, vbi Ioannes requieſcere poſſet, niſi in Chriſti pectore, de alijs fortaſſis, abſque nota erroris dici poteſt, quod in riuulis bibebant, Ioannes autem noſter, ille erat, qui in fonte bibere habebat ad veram ſatietatem, *recumbens ſupra pectus Domini.*

Nonnulli putant Petrum Apoſtolum præ cæteris maiori, & ardentiori amore arſiſſe erga Chriſtum, & hoc inferunt, tùm ex illa interrogatione facta à Chriſto propè Mare Tyberiadis. *Simon Ioannis diligis me, plùs his?* tùm etiam, quia Eccleſiam ſuam illi demandauit, ſed Hu-

l. 1. Miſs. cel. tit. 98 go de S. Vict. aliter ſentit dicens. *Non enim, quia illum interrogat, ideò Chriſtum ardentiore proſequitur amore, ſed interrogauit eum, vt videret, ſi tantopere in ipſo confidebas, ſicut antea, & ideò nunquam auſus eſt Petrus reſpondere ei, ſe plùs, quàm cæteros Chriſtum beneuolentia proſequi*, & Di-

hom. 3. in Ioan. uus Bern. quem Hechius refert idem affirmat, dicens. *Amorem Petri Feruentiorem eſſe, Ioannis autem, perfectiorem, Petrus fortiùs quidem amat, Ioannes autem dulciùs.*

Sapientia noſtri Ioannis, quàm piè credendum eſt didiciſſe in pectore Chriſti Domini, tranſcendit mirum in modum aliorum quamplurimorum ſeruorum Dei ſcientias, de ipſo, licèt ab

hom. 1. in Ioan. ipſo reuelatos, ita inter cæteros, D. Ioannes Chryſoſt. teſtatur his verbis. *Hic piſcator, qui literas nunquam didicit talem hauſit ſcientiam de pectore Domini, qualem mortalium, nullus vnquam ſortitus eſt*, imò, & ipſemet Chryſoſt. affirmat Cœlorum Ciues, à Ioanne multa didiciſſe; hęc

hom. 82. ſuper Io. ſunt verba Chryſoſt. *Angeli plura myſteria didicerunt à Ioanne, impletumque eſt illud Apoſtoli, vt innoteſcat Principibus, & Poteſtatibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei*, & non ſolùm Ioan-

l. 3. in Iſa. cap. 7. nis in pectore Chriſti altiſſima didicit myſteria, ſed etiam ex ipſa Beata Virgine, quàm meritò D. Anſelmus vocauit, *Dei Bibliothecam*, & D. Hieron. *Domum ſapientiæ appellauit*, D. Auguſt.

4. p. ſum. tit. 15. ſub fine ſer. 6. de Natal. vocat eam, *Magiſtram Gentium*, D. Antoninus, *Magiſtra illuminatrix*

Apoſto-

Apoſtolorum. Deſinamus ergo altam; & Cœleſtem Ioannis ſapientiam demirari, nam in hac ſapientiæ domu, ab hac illuminatrice Magiſtra, in hac diuina Bibliotheca didicit, & ſicut ille cunctis condiſcipulis doctior erit, qui non ſolùm ab ore Præceptoris didicerat, ſed etiam poſt Præceptoris mortem, cuius Bibliothecæ hæres eſt factus ita accidit Ioanni, cum fuerit factus hæres illius diuinæ Bibliothecæ, Mariæ ſcilicet. *Accepit eam Diſcipulus in ſuam*, quæ veluti Dei Bibliotheca. *Conſeruabat omnia in corde ſuo*, hinc dùm Virgo viuebat, omnes Apoſtoli in cunctis dubitationibus, ab ea conſilium petebant, vnde de Origine, canit Eccleſia. *Gaude Maria Virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti*, & in Cant. Cant. 4. legimus. *Sicut Turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis*, ex Hebræo legitur. *Constructa ad diſciplinas*, & Pagninus vertit. *Aedificata ad docendum*, Paulus Apoſtolus in Cœlo fuit eruditus, ibi audiuit arcana verba, quæ non licèt homini loqui; noſter autem Ioannes in ſchola Mariæ, quæ didicerat loquitur, & tàm mirabilia patefecit, vt non ampliùs homo videretur, audite verba Origen. *Non erat Ioannes homo, ſed pluſquam homo, quando, & ſeipſum, & omnia quæ ſunt ſuperauit*.

Dùm ego Ioannem ſupra pectus Domini recumbentem contemplor, videtur ille mihi quaſi alter Patriarcha Iacob, qui, vt ſcribitur Gen. 28. poſt longum iter cum peruenisſet ad Montem Moria, lapſus, ex itinere, ſuper nudam terram ſedit, & poſtquam ſe cibo refecit, volens ſomnum capere, lapidem pro ceruicali capiti ſuppoſuit, & tunc mirandam illam ſcalam, per quam Angeli aſcendebant intuitus eſt, quæ viſio, aptè ad Ioannem noſtrum ſpectare videtur, nam ibi Iacob alio nomine *Iſrael*, id eſt, *videns Deum*, nuncupatus fuit, & hic Ioannes gloriatur dicens. *Quod vidimus, quod audiuimus, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ*, viſio Iacob fuit, poſt occaſum Solis, hic Ioannes poſtquam, verus Sol Chriſtus ad mortis occaſum ſe inclinabat; ibi Iacob lapidi innixus eſt, hic Ioannes ſupra Chriſtum veram petram recubuit, ibi cadentia ſydera; & magna defatigatio ſomnum attulerunt Patriarchæ, hic Ioannes, poſtquam audiuit Proditoris caſum, & paſſionem, & mortem amati Magiſtri, ſomnum, imò extaſim ei attulit, ibi Iacob ſcalam è terra Cœlum tangentem, & Dominum ſcalæ innixum vidit; hic Ioannes vidit ſcalam, in cuius cacumine erat Verbum, vt Deus. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, & pes ſcalæ Ioannis terram tangebat, *& Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, ibi Iacob Angelos vidit, veluti Dei legatos, qui Patriarcham conſolabantur; hic Ioannes eoſdem Angelos vidit, nunc deſcendentes, & Ioannem de Virginis Filio interrogantes, quibus reſpondebat. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, & iterum repetebat dicentes. *Quis eſt iſte, qui venit de edem tinctis veſtibus de Boſra*, & Ioannes replicabat, *Verbum caro factum eſt, habitauit in nobis, vt innoteſcat Principibus, & Poteſtatibus multiformis ſcientiæ Dei*. Tandem fuit dictum Patriarchæ Iacob. *Terram in qua dormis tibi dabo*, ita, & Ioannem fortaſſis puto audiuiſſe vocem ei dicentem, *pectus, in quo dormis tibi dabo*, tuum ſit, ò Ioannes Chriſtis pectus, cuius ſecreta, & myſteria tibi panduntur, in illo perpetuò quieſces, & vt ex ſacris litteris, aliquo modo, hæc pectoris Chriſti donatio Ioanni facta agnoſcatur, attendite quæſo. Inter omnia Dei opera, magnum quidem fuit opus Redemptionis, & Chriſti paſſionis, & tamquam opus inſigne, & eximium, æternæque memoriæ, voluit Deus, vt à quatuor Euangeliſtis deſcriberetur, & omnes diligentiſſimi fuerunt, ſcripſerunt ſæua tormenta, crudeliſſimamque mortem, omnes ſcripſere orationem in Horto, omnes ſanguineum ſudorem, flagella, ſpineam coronam, Crucis tormenta vulnera pedum, atque manuum, omnes ferè acetum, & fel, & ſpiritus exalationem ſcripſerunt, ſed ò res miranda, myſterium omnibus maius, & validius ad corda noſtra inflammanda, vulnus ſcilicet lateris, & cordis, omnes tacuere, omnes ſilent.

Solus Ioannes palam facit, quia ſoliùs Ioannis erat ſacratum illud pectus, pectus in quo dormis tibi dabo, & tamquam Dominus Chriſti pectoris ſolus Ioannes mentionem facit, vnde ſcripſit dicens. *Vnus militum lancea latus eius aperuit*, meritò ergo, pectus in quo dormis tibi dabo. Expergefactus Iacob exclamauit. *Quam terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & Porta Cæli*, ita, & Ioannes videns Diuini Amoris flammam, qua Chriſti pectus comburebatur, puto eum exclamaſſe. *Quam amabile eſt pectus iſtud verè non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta Cæli*.

Hinc quidam pius Doctor Ioannem ſupra Chriſti pectus recumbentem contemplans, putat hoc permiſſum fuiſſe Ioanni, tamquam dilecto Chriſti Diſcipulo, vt in Chriſtum transformaretur, cum enim amor ſimilis ſit igni, cuius proprium eſt omnia, quæ ei adhærent in propriam ignis ſubſtantiam transformare, vnde D. Greg. dixit. *Amorem eſſe quamdam ignis ſpeciem, quo cor comburitur*, imò totum ſacratum Chriſti Corpus, erat diuini Amoris ignis inflammatum, & ignitum, vt Gloſſa Interlinealis explicans illa verba Leuit. 6. *Ignis in Altari* *in Luc. 12*

meo

Digitized by Google

meo ſemper ardebit, & Gloſſa inquit, *quod eſt Corpus Chriſti, igne Spiritus Sancti inflammatum*, & quia, vt inquit D.Bernard. *Ignis Deificos facit*, & Petrus Rabanus, ait. *Amor diuinus ignis eſt*, hinc fit, vt adhærens, & recumbens noſter Ioannes ſupra pectus Domini ignitum, & inflammatum diuino igne, in Chriſtum transformetur, vt ſupradictus pius Doctor his verbis innuit. *Ioannes ſupra pectus Domini in cœna recubuit, vt ex vi amoris ignis, dilecti Diſcipuli in Chriſtum transformatio cognoſceretur, & ſic verè Virginis Filius diceretur*, & ita meritò Ioannes, cum D. Paulo Apoſtolo dicere poterat. *Viuo ego, iam, non ego, ſed viuit in me Chriſtus*, in quem vi ignis amoris, iam erat transformatus, ita, vt ſi aliquis Chriſtum videre deſiderabat, ſatis erat Ioannem intueri, qui propter hanc diuinam transformationem, Chriſtus videbatur, hoc videtur quodammodo innuere Euangelium Ioan. c.21. ambulabat Chriſtus ſimul cum Apoſtolis, & conuerſus ad Petrum dixit ei, *ſequere me*, ad hanc Chriſti vocem, conueniens erat, quod Petrus magno affectu, & deuotione Chriſtum intuēretur, & ſequeretur, at Petrus ad Ioannem ſe conuertit? quid nam eſt hoc ò Petre? actio hæc magnæ quidem inurbanitatis mihi videtur, ita inquit Euangelium, *conuerſus Petrum vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus*, ò Petre Chriſtum, qui te amabiliter vocat, & præcedit, debes inſpicere, & non Ioannem, qui poſt te ſequitur, ſed quæſo nemo de hac actione, Apoſtolum Petrum arguere audeat, nemo admiretur, nam Petrus intuens Ioannem Chriſtum ipſum intueri ei videbatur, Ioannes enim, (vt diximus) ex vi ignis diuini Amoris in Chriſtum erat transformatus.

Hinc non mirum fuit ſi noſter Ioannes verè Virginis Filius diceretur. Solent enim Amantes cum vnus ab altero diſcedit, vt ſui iugiter memoriam habeat, aliquod pretioſum donum ei relinquere, ita diſceſſurus Chriſtus ex hoc mundo ad Patrem, cum nihil pretioſiùs in terra haberet, quàm Matrem ſuam Mariam, eam dilecto Diſcipulo Ioanni relinquere voluit, vt ipſe eam in Matrem. *Ecce Mater tua*, & Maria Ioannem in Filium haberet, *Mulier ecce filius tuus; & ex illa hora, accepit eam Diſcipulus in ſuam*, & ex virtute horum verborum Chriſti, Ioannes euaſit verè Filius Virginis, tamquam ſi ex viſceribus Mariæ fuerit ortus, nam, vt inquiunt Theologi, verba hæc Chriſti, naturalem effectum ſignificauerunt, ſi enim verba Regum terræ vim habent, vt priuatus homo, Dux, & Princeps euadat, quantò magis diuina verba cæleſtis Imperatoris, de quorum virtute, D. Ambr. inquit. *Operatorius eſt ſermo Chriſti*, quod etiam Pſalmographus prædixit, inquiens. *Ipſe dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt*, lux non erat, ſed ipſe dixit. *Fiat lux, & facta eſt lux*, firmamentum, non erat, dixit. *Fiat firmamentum, & factum eſt Firmamentum*, Sol, Luna, & Stellæ, non erant, ipſe dixit. *Fiant luminaria in firmamento, & facta ſunt luminaria, &c.* camdem prorſus vim habuerunt hæc verba Chriſti, vt Ioannes verè Virginis Filius euaderet, tamquam ſi ex Mariæ viſceribus eſſet natus, & Amor inter Virginem, & Ioannem erat ſicut inter veram Matrem, & verum Filium, huic Ioannis Filiationi optimè fauet D. Petrus Damianus, aſſerens, quod verba Chriſti. *Mulier ecce Filius tuus, deinde ad Diſcipulum, ecce Mater tua*, fuere effectiua, non modo naturali, ſed ſupranaturali prolata ſcilicet his verbis miraculum efficiens, hæc ſunt verba Diui Petri. *Neque enim illa verba, quę Saluator noſter in Cruce poſitus protulit, (mulier inquiens ecce Filius tuus, ad Diſcipulum autem, ecce Mater tua) ſic ſimpliciter ſunt accipienda, ut humano tantum videantur more prolata, ſed prorſus efficacia ſunt, & diuinis uirtutibus fulta, atque ineuitabili ueritatis autoritate ſubnixa*, immò idem D. Petrus Damianus vult ſupradicta verba à Chriſto in Cruce prolata, eſſe ſimilia Verbis conſecrationis Sacroſancti Corporis Chriſti, & veluti dicens Chriſtus. *Hoc eſt Corpus meum*, relinquens Hoſtiam cum ſuis accidentibus panis fit miraculum cum ſubſtantia panis, eam ſeipſa exuens, & eam extollens ad tranſubſtantiationem Corporis Chriſti, ita verba Chriſti. *Ecce Filius tuus*, vult Sanctus Doctor quod, quodammodo fuere, vt verba conſecrationis, & in perſona noſtri Ioannis miraculum effecere, reliquerunt enim Ioannem in exteriori cum accidentibus Ioannis, at in interiori, ita carnem, & ſanguinem Ioannis extulerunt, veluti ſi natus eſſet ex Maria, audite quæſo verba Diui Petri Damiani. *Sicut enim dixit Matri, hic eſt Filius tuus, ita dixit Diſcipulis, hoc eſt corpus meum, & tantus fuit in illis uerbis effectus, ut illicò panis ille, quem dabat Dominicum fieret Corpus*, quod etiam fortaſſis voluit innuere Ezechiel Propheta, qui teſtatur vidiſſe quatuor animalia, primum habebat faciem hominis, ſecundum faciem Leonis, tertium faciem Bouis, quartum faciem Aquilæ: D. Auguſt. D. Hieron. & omnes fæiè Doctores, hæc quatuor animalia, quatuor Euangeliſtas ſignificare fatentur, & per Aquilam omnes Ioannem noſtrum intelligunt, loquens Ezechiel de Aquila inquit, *& facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor*, peto modò, ſi quatuor erat Animalia; quomodo Aquila volare poterat ſuper quatuor, videtur quod dicere deberet, *& facies Aquilę deſuper ipſorum trium*, hoc alio modo, non videtur potuiſſe fieri niſi per miraculum, exuens Aquilam ſeipſa, & ſic ſupra ſeipſam

de Sacr. lib.4. c.4.

ſer. 2. de Io. Euāg.

cap. 1.

ſam

Digitized by Google

ſam volare quod ſecundum mentem Diui Petri Damiani accidit noſtro Ioanni, virtute illorum verborum Chriſti. *Ecce filius tuus*, vt ſic Ioannes, & carnem, & ſanguinem Virginis Mariæ participaret, veluti ſi ex Mariæ viſceribus eſſet natus, hinc *accepit eam Diſcipulus in ſuam*, & Hugo Card. legit, *quaſi ſuam habens Matrem*, D. Chryſoſt. *accepit eam in propriam Matrem*, vnde Ioannes noſter, cum haberet Mariam in Matrem lætè dicere poterat. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.*

DE SANCTO IOSEPHO

1 DIuus Ambr. *de S. Ioſeph* locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſet, *lib. 2. in*
& dolere iniuriam, & vindicare opprobrium ſi non agnoſceret Sacramentum. *Luc. c. 1.*
2 D. Aug. Sit Maria Sponſa Chriſti in carne ſua Virginitate ſeruata, ſis & tu *ſer. 14. de*
nempè Ioſeph Pater Chriſti cura caſtitatis, & honorificentia Virginitatis; vnde *nat. Chriſti*
Virgineis membris Dei Genitricis ſæculis Chriſtianis nulla ſit zelotypia.
3 D. Bern. de S. Ioſeph. Quem conſtituit Dominus ſuæ Matris ſolatium, ſuæ carnis nutri- *hom. 1. ſuper miſſus*
cem, ſolùm denique in terris magni conſilij coadiutorem fideliſſimum. *eſt.*
4 D. Bernardin. Senen. O quanta dulcedine audiebat Ioſeph balbutientem Puerum ſe vo- *ſer. de S. Ioſeph or. 2.*
care Patrem?
5 Bernardin. de Buſtis. Nullus Sanctus in Cęlis eſt maior Sancto Ioſepho, poſt Beatam *cap. 2.*
Virginem Benedictam. *4. p. ſer. 52*
6 D. Bonau. Quæ ſunt vxoris, ſunt viri, ideò puriſſima Virgo theſaurum ſui cordis quod *in ſpec.*
Ioſeph capere poterat, eſlibentiſſimè effundebat.
7 D. Hieron. Tu dicis Mariam Virginem [illegible] permanſiſſe, ego plùs dico, etiam Ioſephum *contra Oluidium*
Virginem fuiſſe per Mariam.
8 Ioann. Chryſoſt. O inæſtimabilis laus Mariæ, magis credebat Ioſeph caſtitati eius, quàm *hom. 1. in*
vtero eius, plùs gratiæ, quàm naturæ, conceptionem manifeſtè videbat, & fornicationem *imperf. in*
ſuſpicari non poterat; poſſibiliùs eſſe credebat mulierem ſine viro poſſe concipere, quàm *Matt. to. 2*
Mariam poſſe peccare.
9 Idem, ſuper illud Matth. *& non cognouit eam Ioſeph donec peperit*. Verè enim non cogno- *hom. 1. operis imperf.*
uit eam ante, cuius fuerat dignitatis, quæ vnigeniti Dei facta fuerat Mater, ſed poſtquam
peperit; tunc cognouit eam, hoc eſt pretioſiorem, & digniorem factam fuiſſe nouit, quàm
eſſet totus mundus.
10 Ioannes Gerſon. Felix prorſus extitiſti Vir Mariæ, caſte Ioſeph, cui toties conceſſa *3. p. tract.*
fuerunt oſcula blanda Pueri Ieſu. *2. in mag.*
11 Idem de S. Ioſeph. Collocatus eſt à dextris Ieſu, hoc eſt in potionibus bonis ſuis. *ibidem.*
12 Idem loquens de S. Ioſeph. Non imperat, ſed imperat, non orat, ſed ordinat. *ibidem.*
13 D. Petrus Chryſolog. Virtutes ſi ſeparatæ fuerint dilabuntur, æquitas ſine bonitate ſæ- *ſer. 145.*
uitia eſt, Iuſtitia ſine pietate crudelitas, Ioſeph ergo meritò iuſtus, quia pius, & pius quia
Iuſtus.

MANTISSA AD D. IOSEPHVM

QVatuor à ſacris litteris commemorantur Ioſeph; Filius ſcilicet Patriarchæ Iacob. Ioſephus Abarimathia, qui corpus Ieſu petijt à Pilato; Ioſephus Barſabas, qui cum D. Matthia nominatus fuit, vt vnus eorum in locum Iudæ abiret. Quartus Ioſephus fuit Sponſus Sacratiſſimæ Virginis Mariæ, qui quidem Ioſephi, à diuina Scriptura, omnes Iuſti fuere nuncupati. De primo legitur. *Vendiderunt Iuſtum*, de *l. 6. de nat. & gratiā*
ſecondo. *Vir Iuſtus*, de tertio. *Qui cognominatus eſt Iuſtus*, & tandē de Sponſo Mariæ, *cum eſſet Vir iuſtus*, & his omnibus Iuſtis, Iuſtior, & Excellentior, fuit Sponſus Matris Dei Mariæ, de quo modò loquimur; Nulla enim in eo culpæ macula, fuit inuenta, & ita Diuinam Legem *lib. 8. reuelat.*
cuſtodiebat, vt de eo poſſimus dicere. *Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret Legem excelſi*, Iuſtus fuit, quia D. Aug. aſſerit numquam peccatum læthale commiſſe, & D. Brigitta Ioſephum culpa veniali non fuiſſe maculatum affirmat.

Ioannes Gerſon ait, in ventre Matris fuiſſe Sanctificatum, imò D. Bernardin. Senenſ. vlteriùs progrediens inquit. *Ipſe Deus nouit an Beatus Ioſeph in vtero Matris, ab originali peccato præſeruatus fuerit.* *in ſuo mariali.*

Narrat Valerius Maximus, quod cum olim Romani pulcherrimam quamdam imaginem Deam cibalem repræſentantem efformare iuſſiſſent, meditabantur ſimul, vbi eam reponere potuiſſent, quouſque templum ei dicandum ædificaretur, eam tandem in domo Scipionis Naſica, tamquam omnibus iuſtior collocare decreuerunt, ita & Aeternus Deus, Diuinam Sacratiſſimæ Virginis imaginem, quouſque in templum gloriæ transferretur in domo Sanctiſſimi Ioſephi omnibus viuentibus iuſtioris inhabitare, & reponere voluit.

Gen. 3. *Cant. 4.* Si ad Terreſtris Paradiſi cuſtodiam præfecit Deus Cherubim, ad cuſtodiendum etiam Cęleſtem Paradiſum Mariæ, ſic enim Sponſus vocat eam. *Emiſſiones tuæ Paradiſus*, præfecit non Cherubim, ſed ardentiſſimum Seraphinum Ioſephum ſcilicet ſeraphici amoris flammis ignitum.

Domus in qua erant Ieſus Maria, & Ioſephus Cęlum vocari poſſe mihi videtur, quia ſi cęlum à cęlando dicitur, quia cęleſtes opes cęlat, meritò illa domuncula cęlum appellari poteſt cęleſtes enim theſauri celabantur in ea, diuina ſcilicet Trinitas morabatur Ieſus Maria, & Ioſephus, ſic enim loquitur magnus ille Cancellarius Pariſienſis. *Cuperem vt mihi verba ſuppeterent ad explicandum tantum myſterium tàm admirandamq; Trinitatem Ieſus Maria Ioſeph.*

ſer. de natiu. Virg.

Sanctus Ioſephus verè dici poteſt Angelum terreſtrem fuiſſe. Throni enim Angelici id muneris habent vt ſint ſedes Dei, in quibus Deus requieſcit, at nonnè Dei ſedes fuit Ioſephus, qui toties Ieſum Infantem in ſuo ſinu fouit? Imò fuit tamquam lectulus Sponſi totus floridus virtutum floribus, & aptè accomodari poſſunt Chriſto Domino inter Ioſephi brachia requieſcenti verba illa Deut. 33. *Beniamin amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet.* Si Diuus Ioannes Baptiſta in vtero Matris exultauit vbi primum ſenſit Ieſum infantulum in vtero Beatæ Virginis, quæ exultatio credi poteſt fuiſſe in Beato Ioſepho qui toties illum contrectauit, & amplexus eſt? & oſculatus eſt, & ab eo Pater vocatus eſt, quod conſiderans Diuus Bernardinus Senenſis dicebat: *O quanta dulcedine audiebat Ioſeph, balbutientem puerum ſe vocare Patrem?*

ſer. de S. Ioſeph art. 2 cap. 2. *Ioſue c. 10*

Pro re valdè miranda, narrat ſacra Scriptura retroceſſiſſe Horologium Solis vndecim lineis ad Imperium Regis Ezechiæ; ſemel etiam tradit quod Ioſuè Soli imperaſſet vt curſum ſuum cohiberet, & non vltra moueretur, *obediente Deo voce hominis*, ſed hoc non multo faciendum eſt, ſi conſideremus quoties Sol ille diuinus Chriſtus Ioſepho obedierit, certè ſi Chriſto omnia Elementa Cęlum, & cuncta quę in mundo ſunt obedierunt, ipſe autem Chriſtus Ioſepho obediuit, conſequens eſt, vt cuncta Ioſepho obedierint. Hoc enim argumento vſus eſt Themiſtocles Græcorum Rex, vt eſt in eius vita apud Plutarchum, vt probaret Filio ſuo Dyaphano omnia Græcię Regna obedire; *Filius meus dicebat ille imperat vxori meę, & vxor imperat mihi, & ego toti Grecia, ergo Dyaphanus eidem toti Græciæ præeſt*, rectè ergo, & eleganter Cancellarius Pariſienſis ſicut ſubiectio Chriſti Ioſepho inextimabilem notat humilitatem in Chriſto, ita dignitatem incomparabilem ſignificat in Ioſepho, quid enim ſublimiùs quàm quod ei, qui in fęmore ſcriptum habet. *Rex Regum, & Dominum Dominantium*, ei cuius nomen eſt, *Deus fortis Pater futuri ſęculi*, ei qui Dominus exercituum vocatur, ac tandem ei qui dicit. *Mihi curuabitur omne genu*, Ioſeph vnus Patris auctoritate imperet, & ille filiali ſubiectione dicat Pater fiat voluntas tua. Quidam orator olim, vt auctor eſt Sabellicus de Philippo Macedoniæ Rege poſtquam multis laudibus, Philippum ad Cęlum vſque extuliſſet vltimum colephonem orationi ſuæ præbens dixit. *Hoc unum dixiſſe ſufficeret filium te habuiße Alexandrum*, hoc idem dicendum eſt de Beato Ioſepho, Diuus Gregorius Nazianz. cum probare niteretur, qualis vir fuiſſet Gorgoniæ coniux, poſt multa dixit, vultis vno verbo virum

Orat. 11. de laud. Gorgon.

deſcribam? *Vir erat Gorgoniæ, nec enim ſcio quid ampliùs dicere neceſsè ſit*, ita ſe geſſere Euangeliſtæ cum de Beato Ioſepho infinitas fœrè laudes breui ſermone compræhendere voluerunt dicentes. *Ioſeph virum Mariæ*, Diuus Thomas affirmat, Deum viris illis, quos ad magna munera elegit congruam gratiam ei muneri tribuere, hæc ſunt verba Doctoris Angelici. *Quem Deus ad aliquod elegit, ita elegit, & diſponit, ut ad id idoneus inueniatur*, elegit Deus Moyſem, vt populum ſuum à tyrannide Pharaonis liberaret, & dixit ei. *Conſtitui te Deum Pharaonis*, elegit Deus Ioannem Baptiſtam, vt ſit Verbi Incarnati Præcurſor, & ſupra cunctos eum extollit. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*, elegit Mariam, vt ſit ſui Filij Mater, & à culpa originali eam præſeruat, & totius orbis, & Angelorum Reginam conſtituit, ergo dùm Ioſephum in Chriſti Patrem, & Mariæ Sponſum elegit neceſsè erit omnibus iuſtis iuſtiorem, omnibuſq; Sanctis Sanctiorem eſſe fateri, & ita magnus eſt Ioſeph, vt inquit Diuus Baſilius quodammodo cum Aeterno Patre videatur certare, obſeruat enim Sanctus Doctor, quod in veteri teſtamento alloquens Deus Patriarchas, & Propheras non per ſemetipſum, ſed

per Angelos, quaſi legatos locutus eſt, at in Iordane volens oſtendere Chriſtum eſſe ſuum Filium non per Angelum, ſed ipſemet Deus dixit. *Hic eſt Filius meus dilectus*, quare non per Angelos locutus eſt, quia Deus, Patris nominis Zelotypus eſt, hæc ſunt verba Baſilij. *Neq; Angelus per breuis temporis interuallum nuncupari poteſt Pater Dei*; hunc ergo titulum Deus Beato Ioſepho conceſſit, poteſt enim Beatus Ioſephus dicere. *Filius meus dilectus es tu*, & de eo dici poteſt. *Primus eſt, & ſecundum non habet*, imò quodammodo dicam, ſi dicere licebit, Ioſephum eſſe Deum Chriſti. Diſcedens Iacob à paterna domo Meſopotamiam verſus abſque vlla protsùs prouiſione dixit. *Qui dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad operiendum erit mihi in Deum*, dùm ergo Ioſephus in itinere huius mundi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad operiendum puerulo Ieſu miniſtrauerit aliquo modo Chriſti Deus appellari poterit.

Hinc magnam Beato Ioſepho riuerētiam iugiter Sanctos Angelos exhibuiſſe legimus, nam cum Diuus Petrus Apoſtolus eſſet in carcere & dormiret, vt ſcribitur in Actis Apoſt. acceſſit Angelus, & excitauit eum dicens. *Surge velociter*, *&c.* dormiebat etiam, & Diuus Ioſephus, cap. 12.
& volens Angelus eum monere, vt puerulum Ieſum accipiens in Aegyptum fugeret ne in Hærodis manus incideret, & necaretur in ſomnis apparuit Angelus Ioſepho, non dicitur Ioſephus fuiſſe excitatus ab Angelo, vt accidit Diuo Petro Apoſtolo, & tamen res magni momenti erat, quare hoc? Reſpondetur hoc accidiſſe ob magnam riuerentiam, quàm iugiter Sancti Angeli Beato Ioſepho exhibuerint, ita inter alios Diuus Bernardinus Senenſ. fatetur, nam ſicuti, cum nos aliquod negotium agimus cum viro vulgari, quamuis dormiat eum tamen excitemus, at cum negotium agitur cum viro nobili, & magnæ auctoritatis, ſi eum dormire ſcimus nullatenus eum excitare audemus, ſed quouſq; excitetur expectamus, & hoc ob riuerentiā tanti viri, ita ſe habuit Angelus cum Diuo Ioſepho, ex quo inferri poteſt quātæ authoritatis fuerit Diuus Ioſephus, hæc ſunt verba Diui Bernardini Senenſis. *Dùm Petrus dormiebat in carcere ab Angelo fuit excitatus, ſed noluit Angelus Ioſephum excitari pro riuerentia, quàm habebat, ideo in ſomno dixit fuge in Ægyptum.*

Etiam & ipſa Beata Virgo magnam riuerentiam exhibuit Beato Ioſepho, tanquam Sponſo dilectiſſimo, ita vt quaſi dubitaret reſponſum Angelo dare, qui eam Dei Matrem futuram adnunciabat, Diuus Chryſoſt. ſuper miſſus eſt adnotat, quod cum Angelus Gabriel ad Mariam adnunciandā venerit, poſtquā Gabriel reuerētèr ingreſſus eſt, & dixit Mariæ. *Aue gratia plena, ecce concipies, & paries, &c.* ait ſacer Textus. *Turbata eſt, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Quid agis? quid moraris Sacratiſſima Virgo Angelo reſpondere, qui tàm felicia, & diuina tibi affert nuntia? futura enim es Dei Mater, & turbaris? ſed hoc accidit Mariæ ob magnam riuerentiam, quàm ipſa Ioſepho Sponſo exhibebat, aberat enim tunc cariſſimus Sponſus Ioſephus, ideò Maria quaſi dubia cogitabat quidnam diceret Ioſephus, vnde Archangelus addere neceſſè fuit, dicens. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*, *&c.* Quaſi diceret ne moreris, ò Virgo Sacrata conſenſum, & reſponſum dare, quia hoc gratiſſimum, iucundiſſimumque erit Sponſo Ioſepho, hæc ſunt verba Chryſoſt. *Beata Virgo cogitabat reſponſum dare propter riuerentiam Ioſeph Sponſi, non enim ibi inueniebatur.*

Olim Zaccharia quatuor vidit formidabiles exercitus, quos volens Deus deſtruere, & di- cap. 1.
ſperdere, non miſit ſuum inuictum ducem Michaelem cum Angelorum exercitu, ſed miſit quatuor fabros, *& oſtendit mihi quatuor fabros*, *&c.* magna quidem, & inſolita viſio, Deus infirma mundi elegit, vt fortia confundat. Sciendum namque eſt quatuor formidabiles exercitus olim inſurrexiſſe contra Sacratiſſimam Virginem Mariam, fueruntque Mundus, Caro, Hærodes, & Diabolus, Mundus pugnabat infamia; Caro neceſſitate; Hærodes miniſtris; Diabolus inſidijs, & artibus. Sed Deus, vt hos exercitus diſperderet non quatuor, ſed vnum tantummodo fabrum lignarium miſit Ioſephum ſcilicet. Mundus infamia pugnauit volens quod Virgo haberetur, vt adultera, dùm ſine viri coniunctione pepererit, ſed inter Mariam, & Ioſephum fuit Sponſalitium, itaut Chriſtus fuerit reputatus Filius Ioſeph fabri lignarij. Pugnauit Caro neceſſitate eorum, quæ ad victum neceſſaria erant, ſed ecce faber lignarius Ioſephus qui & infantulum Ieſum, & Mariam Sponſam manuum ſuarum laboribus ſuſtentabat. Inſurrexit Hærodes contra Mariam perquirens puerulum Ieſum ad eum interficiendum, ſed ecce Ioſephus faber lignarius qui accipiens Mariam, & puerum Ieſum aufugit in Aegyptum, vt ſic liberarentur à nece. Inſurrexit tandem crudelis Sathanas exquirens an Chriſtus fuiſſet Filius Dei, vt impediret ſi potuiſſet humanam redemptionem, ſed pugnat aduerſus eum faber ligarius Ioſephus, dùm Chriſti Pater vocabatur, ita vt Sathanas Ioſephum Chriſti Patrem per maritalem coniunctionem fuiſſe crediderit, & ſic Sanctiſſimus Ioſephus omnes qua-

tuor formidabiles exercitus deſtruxit diſperdiditque, audite Ioannem Gerſonem. *Maiora miracula nunc videmus quam quæ Ezechiæ tempore, vt ſplendore, & virtute vnius tanti fabri Sponſa à quadruplici offenſa exercitus defenſa eſt Ciuitas Sancta Hieruſalem.*

Vlterius progrediar, dicamque Ioſephum quodammodo noſtræ redemptionis cooperatorem fuiſſe, omnes enim Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonæ non ſolùm in communi noſtræ redemptioni confluxerunt, ſed etiam vnaquaq; earum ſpeciatim concurrit. Pater enim Filium miſit, Filius carnem aſſumpſit humanam, Spiritus Sanctus ex puriſſimis Virginis Mariæ ſanguinibus corpus efformauit, ait modo Ioannes Gerſon, quod altera reperitur in terra Trinitas his verbis, *Vt mihi verba ſuppetant ad explicandam altam Trinitatem, Ieſus ſcilicet Maria, & Ioſeph*, quæ tres Perſonæ ſpeciatim etiam concurrerunt humanæ redemptioni, concurrit Maria in concipiendo puriſſimum ſanguinem ſuppeditans; Ieſus redemptionis fuit factor; concurrit etiam Ioſephus laboribus, & ſudoribus perquirens, & ſuppeditans cibum illi ſacratiſſimo Corpori, quod pro omnium noſtrorum delictorum propitiatione offerri debebatur.

De palma referunt naturales, fœminas producere fructus, at, vt producant, opus eſt, vt adſint mares, non tamen eſt neceſſè, vt coniungantur, ſufficit, ita propè eſſe, vt ſimul aſpiciantur, & mares, fęminas aſpiciant, Ioſephus eſt palma maris, *Iuſtus, vt Palma florebit*, Maria eſt Palma fęmina, *quaſi Palma exaltata ſum*, deſideratis fortaſſis Fructus? *Partes quidem Filium. Benedictus fructus ventris tui*, & abſque coniunctione. *Virginitatis non patieris detrimentum, & eris Mater intacta; quia Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, ſine tactu pudoris inuenta es Mater Saluatoris.* Beatus Rupertus Matth. 1. ita clamat. *O coniugium verum, & Sanctum, coniugium cęleſte, non terrenum, vnus ſpiritus, & una fides erat in eis; ſola illic carnis corruptio deſiuit*, ſed Textum citatum. *Quaſi Palma exaltata ſum in cades*, alia verſio legit. *Quaſi Palma maritata ſum in cades*, Cades, iuxtà D. Hieronymum, Sanctitatem ſignificat, vt oſtenderetur, quod in hoc coniugio Mariæ, & Ioſephi, nonniſi Sanctitas fulget, & D. Epiphanius

tom. 3. ſer. de S. Ioſepho. inquit, *quaſi Palma maritata ſine coniunctione viri, ſic Beata Virgo cum Ioſeph.*

D. Bernardin. Senenſ. de Sancto Ioſepho exclamat. *verè flos florum dicitur Ioſeph, vnde credo Ioſeph fuiſſe mundiſsimum in Virginitate, profundiſsimum in humilitate, ardentiſsimum in charitate, altiſsimum in Contemplatione.*

cap. 1. Tanta fuit Ioſeph Sanctitas, quod ipſemet Dei Filius, voluerit his honoribus, quibus ipſe tamquam Deus dignus eſt, Ioſephus quodammodo afficeretur. Hinc Lucas Euang. loquens de Rege Salamone ait fuiſſe Filium Dauidis. *David autem Rex genuit Salamonem ex ea, quæ fuit Vria*, & Euangeliſta Matth. loquens de Ioſepho, inquit. *Ioſeph Fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam*, cur non dicit Ioſeph Fili Regis Dauid cum Ioſeph ſit dignior Salamone? dicimus hoc factum fuiſſe, quia Reges huius mundi duobus modis conſiderari poſſunt, vel quatenus coràm hominibus morantur, vel coràm Deo, ſi conſiderantur, coràm hominibus, vtique Regia dignitate fulgent, & eis tributum debetur; at coràm Deo deponere debent Sceptrum, & Coronã, quia færè nihil ſunt, hinc Dauid coram Deo ſe vermiculũ terræ vocabat. *Ego ſum vermis, & non homo*, vnde Septuaginta Reges Apocalipſis depoſitis coronis proſtrati adorabat Chriſtum, quaſi coràm eo indignos ſe coronis exiſtimantes, ideò mirum non eſt, ſi Dauid Rex nominatur, dùm agitur de Salamone, qui fuit fragilis, caducus, vir Idolatra, & ex Adulterio conceptus, at quia Deus, vult vt Sancto Ioſepho honor, & riuerentia veluti ipſimet Deo tribuatur, ideò deponat Dauid Regiam Coronam, coràm Ioſepho, & non dicatur Rex, ſed *Ioſeph Fili David*, audite P. Politium ibidem. *Abſolute dicendo Fili David abſque Regis titulo, oſtendit ante pedes Ioſeph, Reges diademata deponere, vt iam non Reges ſed ſubditi ipſius ſint.*

lib. 2. de Virg. Maria c. 1. Simon de Caſſia, ita ſcribit de S. Ioſepho. *Vir erat Iuſtus ex lege, Iuſtus ex fide, Iuſtus ex moribus, ſicut ad Sanctiſſimum nomen Ieſu, & Mariæ, Cęlum ridet, terra lætatur, & vtriuſque orbis incolæ ſummo gaudio perfunduntur, ita pariter ad dulciſsimum nomen Ioſeph, omnes Beatiſsimi Cælorum Spiritus, & mortales omnes recreantur, & exhilarantur.*

4 p. c. 8. Et Iſidorus de Iſolanis, inquit. *Quantis plauſibus, qua lætitia, quibus honoribus, ac præconijs perſonare, celeſtem credimus Hieruſalem cum Ioſeph nominatur, quem parentem Deus ipſe vocare dignatus eſt, quem Regina Angelorum Sponſum amantiſsimum adhùc clamitat?* & Beatus Albertus Magnus ait. *Proprietas nominis, ac ſignificatio, quæ incrementum ſonat, ipſi nihilominus optimè congruit, qui per hanc diſponſationem, quantum ad ſeipſum, & quantum ad proximum, & quantum ad Deum ſublimatus fuit, virtutum videlicet augmentatione, famæ celebritate, hominis reuerentia, & dilectione, & Matris Dei familiaritate.*

Tanta erat Ioſeph excellentia, atque Sanctitas quod non defuere aliqui pij, doctique viri, qui Io-

Digitized by Google

qui Ioſephum Mariæ parem facientes aſſeruerint, quòd ſicut Beata Virgo, dùm hic morabatur, eò fuerit euecta, vt aliquando, nudè diuinam viderit eſſentiam, hoc quoque fuiſſe conceſſum Sanctiſſimo Sponſo Ioſepho, cuius ſententiæ facilè ſe ſubſcriberent ij, qui aſſeruere hoc quaſi Diuo Paulo, & Moyſi cum adhùc viuerent fuiſſe conceſſum, ſed cum res dubia ſit, & à Theologis non approbata remitto me meliori iudicio, hoc tamen mihi certiùs, & verè ſimiliùs videtur, quod ſicut Petro Apoſtolo ſemel Chriſtum in monte transfiguratum videre conceſſum fuerint, ita multoties, vt aſſerit Bernardinus de Buſtis, conceſſum fuit Mariæ, & Ioſepho, cuius verba ſunt hæc. *O Sanctiſſime Ioſeph, ſi Petrus ſemel tantum videns gloriam, & pulchritudinem Ieſu transfigurati dixit, vt habetur, Matth. 17. Domine bonum eſt nos hic eſſe, quid tu dicere debebas, cui non ſemel, ſed ſæpius, vt piè creditur, ſe benedictus Ieſus transfiguratum in corpore glorioſo oſtendit?*

ſer. 2. de deſponſat. Mariæ.

Neminem latere puto, mortales omnes, vt adiuuari, & ſuſtentari poſſint, Deo inniti neceſſè habere, à quo cuncta bona procedunt, vnde Dauid dicebat. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, & adhæſit anima mea poſt te*, cum ergo omnia Deo innituntur valdè miror, Iacob ſcalam vidiſſe Cęlum pertingentem, & Dominum innixum ſcalæ magnũ quidem Sacramentum, & Myſteriũ, & quod ſummũ hoc Priuilegium Diuo Ioſepho conceſſum fuerit oſtenditur, & vt pateſiat, fateri nos oportet, ſcalæ gradus eſſe omnes Patriarchas, & Reges in Genealogia Chriſti à Matth. Euang. cap. 1. recenſitos, at ſupremum ſcale gradum, Sponſum Virginis eſſe Ioſephum ſcilicet affirmamus, dicente Euangeliſta; *Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui uocatur Chriſtus*, ò magnum Ioſephi Priuilegium, & excellentia, vt Chriſtus Ioſepho innitatur, audite verba Beati Ruperti. *Iacob autem genuit Ioſeph uirum Mariæ, ecce ſcala illa, quæ in ſomno Iacob apparuit, quando parentibus obediens ibat in Syriam, ſcala illa, iſta eſt generatio Ieſu Chriſti, & latera ſcalæ ſummi Patres, uel Principes ſunt huius generationis, Abraham, atque Dauid, ad quos promiſſio facta eſt, ſupremus ſcalæ gradus, cui Dominus innixus eſt, iſte eſt Beatus Ioſeph, uir Mariæ, de qua Ieſus, qui uocatur Chriſtus natus eſt, quomodo iſte Deus, & Dominus huic innixus eſt? utique tamquam tutori pupillus, quippe qui in hoc mundo, ſine Patre natus eſt, ita innixus eſt huic Beato Ioſeph, ut eſſet infantulo iſte Pater optimus, ut huius ſolatio Paterno Puer cum Virgine puerpera ſuſtentaretur*, & quod Sanctus Ioſephus fuerit infantulo Chriſto, & Marię neceſſarius, pate ex Gloſſa in illa verba Matth. 1. *Pariet autem Filium, & uocabis nomen eius Ieſum*, vbi ſic inquit Gloſſa. *Ne uideretur Ioſeph, non eſſe neceſſarius ei, ſubdit pariet, & ita erit neceſſarius procurationi*, ſed clariùs hoc explicat D. Thom. ibidem his verbis. *Quia inquit poſſet Ioſeph dicere, ita concepit de Spiritu Sancto, & pariet Filium, quid ergo ad me? in nullo ſum ei neceſſarius, ideò ſubdit ipſius Ioſephi obſequium, uocabis nomen eius Ieſum, oſtenditque quod quamuis, non fuerit neceſſarius conceptui, tamen utilis eſt procurationi, quia ipſa pariet Filium, & tunc Matri, & Filio erit neceſſarius Matri, ut ab infamia defendat; Filio, ut eum enutriat.*

de gloria filij hominis lib. 1.

Romæ in templo Sanctæ Anaſtaſiæ, quædam veſtis quæ dicitur fuiſſe Sancti Ioſephi, & quodam velum Beatæ Mariæ Virginis ſeruantur, quibus vt antiqua traditio eſt Infantulum Ieſum in Præſepio coopertum fuiſſe ſcribitur, quod myſterio, non vacat nam vt narratur Exod. 25. propitiatorium à duobus Cherubim operiebatur quorum Cherubim vnus viri, alter fœminæ effigiem habebat; ait Arias Montanus in ſuo apparatu. *Cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero, vtrumq; latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantq; ſe mutuo uerſis uultibus in propitiatorium, quo operienda eſt Arca*, ait Arias. *Qui duo Cherubim, ſunt Maria, & Ioſeph, & ſicut Cherubim mutuo ſe reſpiciebant uerſis uultibus in propitiatorium ita Maria, & Ioſeph, nunquam à Deo oculos quo fruebantur auocabant*, & Iſidorus de Iſolanis, inquit de Sancto Ioſepho. *Fuit Ioſephi conuerſatio Angelica, moribus, ſocietate, intellectu, uoluntate, officio, ac contemplatione mores eius Angelici dicendi ſunt, munditiam Virginitatis ſemper ſpirantes, ſapientiam, exprimentes diuinam, dùm prudentiſſimè conſilia perficeret Angelica, ac diuina ardens charitate, Deum verò manibus pertractaret, cui per ſingulas horas Ioſeph aſtabat.*

p. 1. c. 16.

Scribitur Tobiæ cap. 12. de Rafaele. *Ego enim ſum Raphael, vnus ex ſeptem qui adſtamus ante Dominum*, hinc idem Iſidorus pergit dicens. *Deo ſemper adſtat chorus Angelorum, quorum nonnulli in miniſterium mittuntur propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, putas ne Ioſeph Chriſti præſentiam, ſiuè infantili ætata, ſiuè in puerili, ſiuè in adoleſcentia, ſiuè in iuuentute ſponte, aliquando deſeruiſſe? eidem pariter Chriſto deſeruiebat magno cordis iubilo, etiam propter eos, qui hæreditatem accepturi erant; quare conſequitur, vt vitam contemplationi Chriſti Dei addictam duceret, qua abſens quoque pro varijs rerum familiarium negotijs mente fruebatur, vt Angelica in eo luceret conuerſatio, de Angelis enim ſcribitur, quoniam ſemper vident faciem Patris mei qui in Cęlis eſt.*

Tanta fuit Sanctiſſimi Ioſephi Sanctitas atque excellentia quod ad defendendum Chriſtum

Sanctiſ-

Digitized by Google

Sanctiſſimamque Virginem Sponſam ſcutum aptum eſſe meruerit, ita aſſerit idem Iſidorus his verbis. *Ioſeph quoque Matris Virginis pudorem tutatus eſt, tanta fide, & ſapientia, vt etiam intellectum Angelicum Diaboli obtenebrauerit, uidete, penſate, conſiderate, quanta authoritate apud Deum, & Angelos Sanctum myſterij ſcutum fuit inexpugnabile, legitimam Chriſti natiuitatem ab Aeterno Patre, Angeli Beati ſoli cognoſcebant, Ioſeph vero ex matre temporali, ortus legitimi ſcutum fuit.*

Volens Deus protectionem ſuam oſtendere Abrahæ, ne inimicorum iacula, & ſagittas timeret dixit ei Gen. 15. *Ego protector tuus ſum*, & Textus Hebræus legit. *Ego ſcutum tuum*, quod etiam fatetur Dauid dicens Pſal. 5. *Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuę coronaſti nos*, quaſi diceret: protectio tua clementiſſimè Domine, & ab hoſtium iaculis, vt ſcutum nos defendit, & poſt victoriam, erit & nobis corona, quod D. Hieron. in hunc locum adnotauit dicens. *Apud ſeculum aliud eſt ſcutum, aliud corona, apud verò Deū ipſe eſt ſcutum ipſe eſt corona quaſi ſcutū protegit, quaſi Deus coronat dicit igitur protexiſti nos Domine ſcuto ſuo, & protectio tua corona fuit, hoc eſt corona noſtra, ſcutum fuit ideſt noſtra victoria.*

Hinc Agellius illuſtrans illa verba Pſal. 17. *Protector meus, & cornu ſalutis meæ*, ſic habet. *Ille protector eſt propriè, qui obiecto ſcuto aliquem à telis hoſtium defendit*, mirum quidem non eſt, Deum ſcutum protectionem, & coronam noſtram eſſe, ſed valdè admirandum eſt, quod D. Ioſephus Dei Filij Sanctiſſimæque Virginis, & protectio, & ſcutum ſit. Scutum eſt Chriſti, dùm eum defendit, & à Sathana, & ab Hærodis inſidijs, qui Chriſtum interficere perquirebant, defendit quoque Mariam, cum ſit ei Sponſus, ne vt adultera damnaretur; quod innuit idem Iſidorus his verbis. *Fuit pia, & religioſa Ioſeph conuerſatio, qui Chriſto Deo verò, dies,*
3.p.c.6. *& noctes ſeruiebat, fuit demq; diuina officio, habitatione, atque coniugio, geſſit perſonam Dei Patris omnium conditoris per Verbum dum eiuſdem Verbi incarnati putabatur Pater, ac tandem fuit Chriſti pueri contra inſidias Diaboli & auſtutias defenſor, cui incognitas Ioſeph virtutes Deus omnipotens oppoſuit.*

Ioſeph Filius Patriarchæ Ioſeph, ob pręmium interpretationis ſomniorum Pharaonis non ſolùm Princeps totius Regni, ſed & Saluator fuit appellatus, hæc ſunt verba Textus. *Dixitq;*
Gen. 41. *Pharao ad Ioſeph, ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Ægypti, vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi. ad tui oris imperium cunctus populus obediet*, ſed cum Ioſeph hic noſtrum Ioſephum figurabat numquid opinabimur gentilem hunc Regem Pharaonem in remunerandis beneficijs Deum poſſe vincere, & ſuperare haud certè, immò Pharao quàm longiſſimè à Dei liberalitate vincitur, & ſuperatur; Ioſeph enim Filio Iacob ſolus populus Aegypti obediebat, at noſtro Ioſepho, non ſolùm totus hic orbis, ſed & ſuper celeſtes incolæ, ſeruiunt, & obediunt ei, & quod admirandum, & inauditum eſt, ipſemet Dei Fi-
Ser. de nat. lius noſtro Ioſepho obediuit. *Et erat ſubditus illi*, audite Ioannem Gerſonem. *Non eſt mirum, ſi Chriſtus voluit, quod omnes creaturæ obedierint Ioſepho, cum, & ipſe illi obediens extiterit, &*
4.p.c.9. *ſubiectus*, & Iſidorus cit. qui Chriſtum ſic loquentem introducit. *Ego conuerſatus cum Ioſepho in omnibus, ſicut ſi eſſem Filius eius, & eram per omnia ſubditus illi, ſicut filij parentibus, & diligebam Ioſeph valde ſicut pupillam oculi mei.*

Sed quod magis, ac magis admiror eſt id quod inquit Ioannes Gerſon, dicens de Beato Ioſepho. *Non impetrat, ſed imperat, non orat, ſed ordinat*, ſed vnde hoc quia Pater Dei Filij eſt,
3.p.tract. ò magna, & inexplicabilis Ioſephi magnitudo, & excellentia, quàm conſiderans Bernardinus
2. in mag. de Buſtis dicebat. *Quanta erat teneritudo ipſius Ioſeph, quando audiebat benignum Dei Filium eum*
ſer.2.de *appellare Patrem, & ſibi in menſa ſeruire volentem? ò vtinam ego, vel vnum de fragmentis illius con-*
deſponſ. *uiuij habuere poſſem.*
3.p.c.19. Et Iſidorus cit. *Quo circa mortalium inter patronos apud Deum arbitror Sanctum Ioſeph eſſe efficaciorem, ac poſt Beatam Virginem Reginam preſtatiorem.*

Ioannes Echius ait. *Vſq; adeo mutua illa Ioſephi cum Domino Ieſu, & Virgine Maria conuerſa-*
hom. 2. de *tio, immenſa eius arguit ſanctimoniam, & dignitatem vnde ſapere liceat, quòd, quidquid Filium*
S. Ioſeph. *Ieſum Chriſtum ſuum rogauerit Ioſeph, vel etiam coniugem dilectiſſimam Mariam eius rei repulſam paſſurus ſit numquam, vos itaq; cariſſimi nolite iam Sancti viri obliuiſci, quin eum ſedulo inuocate pro affectu, neq; enim ille in neceſſitate vos deſeret.*

Et D. Thereſia inquit. *Significare vult Deus omnibus patrocinium Sancti Ioſephi implorantibus,*
in lib. vitę *quod ſicut ipſe in hoc mundo viuens factus homo voluit ſubditus eſſe Ioſepho, & eius obedire mandatis,*
ſuæ. c.6. *ita etiam in Cęlis ad dexteram Patris glorioſus exiſtens, nihil ei pro nobis interpellanti negat quin imò libentiſſimè omnia concedit.*
4.p.c.8. Et D. Iſidorus de Iſolanis, ait. *Cum Dei Filius intuetur in lumine gloria ſuæ quempiam Sancto affici*

aſſici Ioſeph, illius ſtudere honori, eius implorare ſuffragia gaudet profectò, vt filij ſui nutritorem honoret, annuit votis, exaudit clementiùs, & pro paterna gloria abundantius munera inuocantibus effundit cęleſtia.

DE IVDICIO FINALI.

1 Diuus Ambr. Aeterni Iudicij timor baſis omnium virtutum eſt.
2 Idem, in verba Pſalm. 50. *Et peccatum meum contra me eſt ſemper.* Væ mihi, *ſer. 2. in*
quod latere cupio, & latere non poſſum: quomodo enim latebo, qui inſcripta *pſ. 118.*
in pectore meo gero mecum iudicia delictorum? nudabitur in illo Iudicij die *in hunc pſ.*
vniuſcuiuſq; ue pectus, teſtimonium reddente omnibus conſcientia ſua.
3 Idem, in verba Apoc. cap. 30. *Libri aperti ſunt, &c.* Qui libri aperti ſunt, niſi conſcientiæ, *in pſal. 1.*
velut libri peccatorum noſtrorum ſeriem continentes? libri non vtique atramento ſcripti, *pœnit.*
ſed veſtigijs delictorum, & flagitiorum inquinamento.
4 D. Anſel. O lignum aridum, & inutile, æternis ignibus dignum, quid reſpondebis in illa *in lib. de*
die, cum exigetur à te vſque ad ictum oculi, omne tempus viuenti tibi impenſum, qualiter *miſeria*
fuerit à te expenſum? tunc quippè condemnabitur quidquid fuerit inuentum in te operis, *hominis.*
vel ocij, ſermonis, & ſilentij, vſque ad minimam cogitationem, etiam quod vixiſti, ſi non
fuerit ad voluntatem Dei directum.
5 Idem. Quali forma apparebit in Iudicio Dominus electis, in ea forma, qua in monte *in Elucid.*
apparuit, reprobis verò in ea; qua in Cruce pependit. *Matt. 17.*
6 D. Auguſt. Arcus quanto plus retro tenditur, tanto impetuoſiùs in priora ſagitta fertur; *ſuper pſ.*
ita, & iudicium quanto magis differtur, tanto magis venturum eſt. *58.*
7 Idem. Longè eſt dies Iudicij, ſed vnicuique dies vltimus longè eſſe non poteſt, ſed bre- *de Verb.*
uis eſt vita, & ipſa vita ſemper incerta. *Dom. ho-*
8 Idem. Si tibi architectus diceret ruituram domum tuam nonnè ſtatim migrares? ſed *mil. 5.*
ſtructor mundi dicit tibi ruiturum mundum, & non credis? audi vocem prædicentis; Cę- *ſer. 96.*
lum, & Terra tranſibunt, verba autem mea tranſire non poterunt, &c. Mirare ergo.
9 Idem. Dùm tempus habemus conuertamur ad Dominum, qui fecit nos, vt non me- *ſer. 2. de*
reamur introire in illas tenebras, ſed in lucem, quia omnis homo cuius opera facit, eius *iudic. ex-*
filius eſt. *tremo to. 1*
10 Idem. Magnam iam peccati pœnam eſſe, memoriam futuri Iudicij perdidiſſe. *ſer. 120.*
11 Idem. Dominus noſter Ieſus Chriſtus venturus eſt, vt iudicet, qui primò venit vt iudi- *de Temp.*
caretur. Venit enim primò humilis, poſteà venturus eſt excelſus: venit vt oſtenderet *ſup. pſ. 62*
exemplum patientiæ, poſteà venturus eſt, vt pro meritis iudicet omnes, ſiuè bonos, ſiuè
malos.
12 Idem. Sicuti Principe iudicante, non ſolùm rei, ſed, & officia, quæ nihil ſibi conſcia *ſer. 130.*
ſunt, timore, & tremore cõprænhenduntur propter iudicis terrorem: ita, & nunc, cum ge- *de Temp.*
nus humanum iudicabitur, & cęleſtes miniſtri pauebunt, & terribili apparatu de Iudicis
intuentis horrenda formidine contremiſcent.
13 Idem. In illa die vniuerſa delicta mea patebunt, non ſolùm actuum, ſed, & cogitatio- *lib. Med.*
num, ſimulq; locutionum. *cap. 4.*
14 Idem. In die iudicij Dominus noſter inimicis vulnera demonſtraturus eſt ſua, vt con- *li. de ſym*
uincens eos dicat. Ecce hominem quem crucifixiſtis: videtis vulnera, quæ infixiſtis? agno- *bolo.*
ſcitis latus quod pupugiſtis? per vos apertum eſt, & propter vos, & tamen intrare noluiſtis.
15 Idem. Chriſtus Dominus non vt Iudex terrenus quæſiturus eſt teſtes, vt te conuincat, *in ep. Ca-*
aut veritatem per tormenta requiſiturus eſt, vt confeſſum puniat; cum Iudex ſedeat ipſa Iu- *non. Io. c. 8*
ſtitia, & teſtis ſibi ſit ipſa mala conſcientia. *tract. 9.*
16 Idem. Ille Iudex, dilectiſſimi, nec gratia præuenitur, nec miſericordia flectitur, nec pe- *lib. 3. de*
cunia corrumpitur, nec ſatisfactione mitigatur. Hic dùm tempus eſt, quidquid poteſt ani- *ſymb.*
ma agat pro ſe vbi locus eſt miſericordiæ, nam ibi quid pro ſe agat non habebit, quia iuſti-
tiæ ſolùs locus eſt.
17 Idem. Væ mihi miſero, quid faciam tunc Domine Deus, cum Cœli reuelabunt iniqui- *in Med.*
tatem meam, & aduerſum me terra conſurget? Ecce nihil reſpondere potero, ſed demiſſo *cap. 9.*
capite præ confuſione, coràm te ſtabo trepidus, & confuſus.
18 Idem, in verba Pſal. 100. *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Non ſine cauſa *in hunc pſ.*
dictum

dictum eſt, miſericordiam, & iudicium, non autem iudicium, & miſericordiam; quia modo tempus eſt miſericordiæ, futurum autem tempus Iudicij.

tract. 38. in Io. 19 Idem. O quàm anguſtæ erunt vndiq; viæ reprobis. Superius erit Iudex iratus, inferiùs horrendum chaos; à dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita Demonia ad ſupplicium trahentia. Intus conſcientia vrens, exteriùs mundus ardens, quò fugiet peccator ſic depræhenſus? latere erit impoſſibile, apparere intolerabile.

in pſ. 85. 20 Ihem. Videbunt autem Chriſtum Dominum, quinque paſſionis ſuæ ſtigmatibus inſignitum, velut quinque fulgentiſſimis pyropis exornatum, quorum aſpectus quantum iuſtis erit amabilis, tanto iniuſtis terribilis, cum in memoriam reducant poſt tantos labores à Chriſto perpeſſos, nihil inde vtilitatis illos decerpiſſe, ſed æternis potiùs flammis mancipari.

ſer. 130. de Temp. 21 Idem. Cum genus humanum iudicabitur, etiam cœleſtes miniſtri pauebunt, & de terribili apparatu Iudicis, horrenda formidine contremiſcent.

ſer. 120. de Temp. 22 Idem. Maius tormentum malis erit furorem vultus diuini tolerare, quàm cruciatus infernales perpeti.

ſer. 6. ad fratres in Eremo. 23 Idem. In omnibus operibus veſtris ſemper mementote, quod omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque prout geſſit in corpore. Cauendum eſt ergo, ne ante illud terribile Tribunal vacui, vel denudati appareamus. Non enim Sancti tunc vobis ſubuenient, quia tempus non erit miſerendi, & miſericordiam impetrandi, & iam fugiet à ianua Paradiſi Maria. Omnes enim contra nos tunc erunt.

ſer. contra Iudaos. 24 Idem, in verba Apoc. 12. *Quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, &c.* Præſtò erit Diabolus ante Tribunal Chriſti, & recitabit verba profeſſionis noſtræ, & obijciet nobis in faciem omnia quæcumque fecimus, in qua die, in quo loco peccauimus, & quid facere debuimus, & dicet. Aequiſſimè Iudex, iudica hunc meum eſſe per culpam, qui tuus eſſe noluit per gratiam, tuus per naturam, meus per malitiam, tuus ob paſſionem, meus ob ſuaſionem, tibi inobediens mihi obediens. Qui tecum noluit habere vitam, iudica vt mecum habeat gehennam.

in dietis ſalutis tit. 9 cap. vlt. 25 D. Bonauent. in verba Luc. 21. *Erunt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis, &c.* Iſta ſigna erũt quædam peremptoria citatio, & terribilis cum executione ſententiæ ſine omni excuſatione ad Iudicium vocatio.

de contēp. Mundi. 26 D. Bern. Quid illud confuſionis erit, quando diſſipatis foliis, & diſperſis, vniuerſa denudabuntur, turpido reuelabitur; Ignominia facies apparebit quando iam immortalis factus internus ille conſcientiæ vermis tota malignitate corrodet, ſed non conſumet animam infelicem, nec erit vllus diſſimulationis locus.

orat. 9. de Iudic. 27 D. Baſil. Plus torquentur iniqui peccatorum pudore in extremo iudicio, cum illis ante oculos fuerint propopoſitæ maculoſæ ſordes, quàm cum fuerint igni æterno traditi.

ſer. 8. in pſ. qui habitat. 28 Idem in verba Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei, percipite, &c.* Prius benedicti vocabuntur in Regnum, quàm maledicti deijciantur in caminum ignis æterni, quò videlicet acrius doleant, videntes quid amiſerint, & iuſti videbunt, & lætabuntur conſiderantes quid euaſerint.

de conſid. ad Eugen. 29 Idem in verba Hier. 2. *Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te.* In illo iudicio ſtabunt omnia peccata contra infelices peccatores, dicentes: tu nos egiſti, opera tua ſumus, iam te non deſeremus, ſed tecum in iudicium pergemus.

ſer. 7. in pſ. qui habitat. 30 Idem in verba Pſalm. 140. *Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.* Abſorpti planè ſunt in affectum iuſtitiæ, & petræ ſoliditatem cui iuncti ſunt, imitantes.

de inter. domo c. 35 31 Idem. Firmum eſt mihi propoſitum nunquam ridendi, quoſq; audiam ex ore Dei illa verba. Venite benedicti Patris mei; neq; flere deſiſtam, donec liber ſim ab illa ſentebtia. Ite maledicti in ignem æternum.

ibid. c. 28 32 Idem. Præſentaberis ante tremendum Iudicem, accuſaberis multis, & magnis offenſis, non dubijs, ſed certis, non breui accuſatione, ſed tàm longa, quantum eſt longa vita tua; non vno accuſatore, ſed tot quot ſunt delicta tua. Ipſe iudex erit diſtrictus accuſator tuus, omnes etiam ſpiritus boni, & mali coràm Deo te accuſabunt.

lib. Med. cap. 2. 33 Idem. Væ mihi miſero, cum venerit dies illa, & aperti fuerint libri in quibus omnes mei actus, & cogitationes, Domino præſente recitabuntur. Tunc demiſſo capite præ confuſione malæ cõſcientiæ, in iudicio coram Domino ſtabo trepidus, & anxius, cum dicetur de me. Ecce homo, & opera eius.

in ep. 24. 34 Idem. Veniet Iudex, apud quem plus valebunt pura corda, quam aſtuta verba, & conſcientia bona, quam marſupia plena, & qui donis acceptis perſonas reſpiciebat, in manus

veniet

veniet illius iudicis, qui nec donis flectitur, nec verbis fallitur, nec perſonas accepiat.

35 Idem. Time ſcrutinium Iudicis, time illum, qui per Prophetam dicit. Scrutabor Ieruſalem in lucernis; acuto viſu eſt, nihil inſcrutatum relinquet oculus eius. *in Cant. ſer. 55.*

36 Idem. Erit tunc non miſericordiæ tempus, ſed iuſtitiæ, nec vlla omnino videnda eſt erga, impios futura miſeratio, vne nulla ſperanda eſt correctio. *de interiori domo.*

37 Idem. Quid tàm pauendum, quid tam plenum anxietatis, & vehementiſſimę ſollicitudinis excogitari poteſt, quam iudicandum ad ſtare illi tàm terrifico tribunali, & incertam adhuc expectare ſub tàm diſtricto iudice ſententiam? *in pſ. Beati qui habitant ſer. 8*

38 Idem in verba. Pſal. 7. *Cum appero tempus: ego iuſtitias iudicabo*. Quid faciet de iniuſtis iudicijs, qui ipſas quoque iuſtitias iudicabit? Verendum eſt ne ſub tàm ſubtili examine multæ noſtræ iuſtitiæ, quæ putabantur, peccata appareant, dicente Domine. Cùm accepero tempus: ego iuſtitias iudicabo. *ſer. 54. in Cant.*

39 Idem in verba Sophon. c. 1. *Et erit in die illa, & ego ſcrutabor Ieruſalem in lucernis*. Quid turum in Babylone, ſi in Ieruſalem manet ſcrutinium? puto enim hoc loco Prophetam Ieruſalem nomine, deſignaſſe illos, qui in hoc ſæculo vitam ducunt religioſam, more ſupernæ illius Ieruſalem, conuerſatione honeſta, & ordinata pro viribus imitantes, & non velut hi qui de Babylone ſunt, vitam in perturbatione vitiorum, ſcelerumq; confuſiones vaſtantes. *ſer. 55. in Cant.*

40 Idem. Arctæ enim, & ſtrictæ tunc erunt viæ omnium peccatorum, quando non poterunt negare, non excuſare, non appellare, non fugere, non impetrare veniam, non habere refugium. *lib. de interiori domo.*

41 Idem. O quàm flebilis erit tunc damnatorum conditio! tunc enim non valebunt eius preces, non clamores, non gemitus, non parentes, non amici, non denique quicquam aliud. Aderit dies Domini vbi valebunt plùs pura corda, quàm aſtuta verba, plus conſcientia bona, quàm marſupia plena, quoniam Iudex ille non flectetur donis, nec falletur verbis. *ibid.*

42 Idem, in verba Matth. 24. *Virtutes Cælorum mouebuntur*. De Angelis hoc dicit: tremor enim illos appræhendet, & magnus timor, quia tunc tàm terribile erit iudicium illud, vt etiam ab Angelis timeatur: omnis enim generis humani natura incipiet iudicari; ſed ſicut Principe iudicante non ſolùm rei, ſed etiam miniſtri eius, qui nihil ſibi conſcij ſunt, timore, & terrore perculſi pauent propter iudicij terrorem ita etiam tunc genus humanum iudicabitur, & tamen cęleſtes miniſtri pauebunt, & de terribili apparatu, & de Iudice intuente, horrenda formidine contremiſcent. *ſer. 6. paraſceu.*

43 Idem. Non confuſè, aut ſummatim in iudicio peccata noſtra cernentur, ſed ſingula per partes, vt ſe habent, velut in pictura videbuntur; ſcilicet quando adulterans ſurrexit, quibus partibus incedens viſus eſt, quo habitu, qua ex parte rumpens, alienam vxorem violauerit, & quo etiam ordine mulier viro ſuo ſe ſubtraxerit. *lib. de vera Virg.*

44 Idem. Qui diem illum ante oculos ſibi proponit, quo omnis creatura coràm iudice ſiſtetur, talis, aut nihil omnino, aut exiguum quiddam delinquet. *or. 25. de futuro iudic.*

45 Idem. *Quem refert S. Bonau. in Pharetra lib. 3. cap* 49. O anguſtia! hinc erunt accuſantia peccata, inde terrens iuſtitia, ſubtus patens inferni horridum chaos, deſuper iratus iudex, intus vrens conſcientia, imminens gladius, vndequaque terrens ſententia, vt ſi iuſtus vix ſaluabitur, & ego peccator ſic depreſſus, & conſtrictus, in quam partem me vertam? vbi latebo? vbi apparebo? Latere erit impoſſibile, apparere intollerabile. Quid dormitas anima tepida, & digna euomi? Qui non expergiſcitur, qui non tremit ad tantum tonitrum, non dormit, ſed mortuus eſt. *in medit.*

46 D. Ephrem. Formidabiles libri aperientur, in quibus ſcripta ſunt opera noſtra, & actus, & verba, & quæcumque egimus in hac vita: nec ſolùm actus, ſed, & cogitationes, & intentiones cordis ſcriptæ erunt. *li. de vera pœnit. c. 5.*

47 Idem, in verba Apoc. 20. *Vidit thronum magnum, & candidum, &c.* Vidiſti res adeò horrendas vnquam? Cœlum, & Terra tunc fugere tentabunt, & quis poterit ſubſiſtere? Nos peccatores quo profugiemus? *tract. de iis quæ poſt Crucē reuelada ſũt*

48 D. Greg. ſuper illud Iob. *Gloria auri eius Rector, &c.* Is qui benè viuere incipit audiens quod per extremum iudicium iuſti ad Regnum vocentur, hilareſcit; ſed quia adhùc quædam mala ex reliquijs ſibi ineſſe conſiderat, hoc ipſum de quo exultare inchoat, appropinquare formidat, vitamque ſuam bonis, maliſque permiſtam conſiderat, & cogitationes ſuas aliquo modo ſpe, & timore confundit. *mor. 31.*

in quadam hom. 49 Idem. Illum diem ſcilicet iudicij ante oculos ponite, & quidquid modo graue creditur in eis comparatione leuigatur.

hom. 1. in Luc. c. 21. 50 Idem. Si Deum metuere in tranquillitate nolumus, vicinum eius iudicium, vel percuſſionibus attriti timeamus.

lib. 18. moral. c. 8. 51 Idem. Tanto magna tunc exercetur ſeueritas quantò nunc maior miſericordia prorogatur, & diſtrictè, tunc iudicium non correctis erit, qui pietatem nunc delinquentibus patienter impeditur.

hom. 29. in Euang. 52 Idem. Sæpè iuſtitia ipſa noſtra ad examen diuinæ iuſtitiæ deducta, iniuſtitia eſt.

mor. c. 3. 53 Idem, ſuper illud Iob 5. *Conterentur in porta, & non erit qui eripiat*. Nam ſicut Vrbis aditus porta dicitur, ita dies iudicij porta Regni, quia per eum ab electis omnibus ad cęleſtis Patriæ gloriam intratur.

homil. in Ezech. 54 Idem. Redemptor humani generis, cum iudex apparuit, & ſpecioſus iuſtis, & terribilis erit iniuſtis, quem enim manſuetum aſpiciunt electi, hunc eumdem pauendum, atque terribilem conſpiciunt reprobi.

l. 21. mor. 55 Idem. Sic Deus vias noſtras conſiderat, & greſſus noſtros dinumerat, vt ne minimæ quidem cogitationes, ac verba minutiſſima, quæ apud nos vſu viguerunt, eius iudicio indiſcuſſa remaneant.

hom. 17. in Ezech. 56 Idem. Quæ mens erit hominis æterni Iudicis ſententiam non formidantis? ibi enim tunc ſimul cuncta peccata ante oculos redeunt, ibi omnia quæ cum delectatione acta ſunt, ad memoriam cum pauores reuocantur.

hom. 1. in Euang. 57 Idem. Illum ergo diem fratres chariſſimi tota intentione cogitare, vitam corrigite, mores mutate, mala tentantia reſiſtendo vincite, perpetrata autem fletibus punite; aduentum namque æterni Iudicis tanto ſecuriores quandoque videbitis, quanto nunc diſtrictionem eius timendo præuenitis.

ibidem. 58 Idem. O quantæ anguſtiæ erunt tunc reprobis: ſi reſpiciunt ſurſum, videbunt Iudicem iratum, ſi deorſum, tunc vident Infernum eis paratum, ſi ad dexteram, tunc vident congregationem bonorum, à qua debent ſeparari, ad ſiniſtram, tunc vident multiplicationem Demonum, cum quibus æternaliter debent cruciari.

l. 13. mor. cap. vlt. 59 Idem, in verba Iob cap. 14. *Quis mihi tribuat, vt in Inferno protegas me, &c.* Perpendamus quanta debemus formidine venturum Iudicem ſemper expaueſcere, quando & ille, qui à Iudice laudatus eſt, adhuc de retributione iudicij in ſuis vocibus ſecurus non eſt.

hom. 29. in Euang. 60 Idem. Nemo ergo indulta pœnitentiæ tempora paruipendat, nemo curam ſui dùm valet, agere negligat: quia Redemptor noſter tanto tunc in iudicium diſtrictior veniet, quanto nobis ante iudicium magnam patientiam prærogauit.

l. 14. mor. c. 30. 61 Idem. Iudex ſupremus ante iudicium placari poteſt, in iudicio non poteſt.

ſerm. 4. de S. Bened. 62 Guarricus Abbas, in verba Luc. 23. *Tunc incipient dicere montibus: cadite ſuper nos, & collibus operite nos*. Tunc dicent montibus, cadite ſuper nos, & collibus operite nos, leuiùs æſtimantes abſorberi imagine inferni, quàm ſuſtinere faciem Dei irati.

in epiſt. ad Rom. 63 Euſeb. Emyſſ. Magna iam eſt pœna peccati, metum, atque memoriam perdidiſſe iudicij.

ſup. Matt. cap. 5. 64 D. Hieron. Quoties diem iudicij conſidero, toto corpore contremiſco, ſiuè enim comedam, ſiuè bibam, ſiuè aliquid aliud faciam, ſemper videtur illa tuba terribilis inſonare auribus meis. Surgite mortui, venite ad Iudicium.

in c. 3. Ioel. 65 Idem. Mœrorem diei Iudicij, & tormenta pereuntium, ne Sol quidem, aùt Luna, aſtraque cætera poterunt intueri, ſed retrahent fulgorem ſuum, & ſeueritatem iudicantis reddenti vnicuique ſecundum opus ſuum, aſpicere non audebunt.

in hũc loc. 66 Idem, in verba Ioel cap. 3. *Sol obſcurabitur, & Lunam non dabit lumen ſuum*. Quia furorem Iudicis aſpicere non audebunt.

in Matth. cap. 5. 67 Idem. Etiam qui Sancti ſunt, præſentiam Dei abſque formidine non videbunt.

ibidem. 68 Idem. Quid facies peccator, cum contra te conſcientia propria loquetur? Scriptura fatebitur, accuſabunt te elementa, armabitur contrà te omnis creatura, Crux Chriſti contra te orabit, Chriſtus per vulnera ſua contra allegabit, quid reſpondebis?

ibidem. 69 Idem. Damnatis meliùs eſſet Inferni pœnas, quàm Domini præſentiam ferre iudicatis.

l. 2. contra Pelag. 70 Idem, in verba 1. Petri 4. *Si iuſtus vix ſaluabitur, impius, & peccator vbi parebunt?* Certè iuſtus eſt, qui in die Iudicij vix ſaluatur; ſaluaretur autem facilè, ſi nihil haberet in ſe maculæ. Ergo iuſtus eſt, in eò quod floret multis virtutibus, & vix ſaluatur in eò, quòd in quibuſdam eget miſericordia Dei.

ibidem. 71 Idem. Tantus terror inuadet in die illa malos, cùm viderint Iudicem ſententiam proferentem

rentem

Digitized by Google

rentem, vt niſi eſſent immortales effecti, iterum morerentur.

72 D. Hippolytus Martyr. Audiuiſtis quàm horrendum iudicium? de eo ſolliciti cogitemus quotidie, hoc diu, noctuq; meditemur, in domibus, in plateis, in Eccleſijs, ne in horrendo illo Iudicio, in quo nulla eſt perſonarum acceptio, abiecti, & triſtes adſtemus condemnati. *lib. de cõſumat.mũdi.*

73 D. Ioann. Chryſoſt. Nihil eſt quod magis proficiat ad vitam honeſtam, quàm vt credamus eum Iudicem eſſe futurum, quem, & occulta non fallunt, & indecora offendunt, & honeſta delectant. *hom. 43. in imperf.*

74 Idem. Quanto enim ad miſericordiam promptior Dominus fuit, tantò erit vindicta ipſius acerbior. *hom. 39. in Euang.*

75 Idem. Qui Dei iudicium obliuiſcitur, tamquam fręno abiecto in præcipitium defertur. *homil. 30 ſuper. Io.*

76 Idem. Nec filij pro parentibus intercedent, nec Angeli pro hominibus, nec ſicut ſolent aſſument verbum, quia natura Iudicij non recepit miſericordiam. *hom. 58. in Matth.*

77 Idem. Non erit tunc reſiſtendi virtus contra Deum, nec fugiendi facultas ante faciem eius, nec pœnitentiæ locus, nec ſatisfactionis tempus. Ex anguſtia omnium rerum non remanebit niſi luctus. *ibid.*

78 Idem. Contra te parebit Chriſtus, ſua vulnera contra te allegabit, claui de te conquerentur, cicatrices contra te loquentur, Crux Chriſti perorabit. *hom. 20. in Matth.*

79 Idem. Quid facies, aut dices, cum contra te loquetur propria conſcientia, accuſabunt te elementa armabitur contra te omnis creatura? *ibid.*

80 Idem. in illa die nihil eſt, quod reſpondeamus; vbi Cœlum, & Terra, Aqua, & Aer, Sol, & Luna, dies, & noctes, & totus mundus ſtabunt aduerſum nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum. Et ſi omnia taceant, tamen ipſæ cogitationes noſtræ, & ipſa opera ſpecialiter ſtabunt ante oculos noſtros, accuſantes nos ante Deum. *ibid.*

81 Idem. Tantus timor tunc erit omnium etiam Sanctorum, vt nemo ſperet ſe iuſtum inueniendum, ſed adhuc timeat, ne fortè reus exiſtat. *hom. 52. in cap. 25 Matth.*

82 Idem. Quomodo ergo pro peccatoribus intercedant Sancti, cum timent ipſi de ſe? Nam ſicut tempus miſericordiæ iudicium non ſuſcipit ſic, & tempus iudicij miſericordiam non recipit. *ibid.*

83 Idem. Magni, horrendiq; timoris plenum eſt iudicium illud; non accuſatore eget, neq; teſtes requirunt; refert enim vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. *Epiſt. ad Theodorũ Monachũ.*

84 Idem. Accuſat conſcientia quam polluit, Creator quem offendit, culpa quam trangreſſus eſt, creatura qua abuſus eſt; tot enim teſtibus quomodo valebit quis reſiſtere? *homil. 52 in Matth.*

85 Idem. Cogita quod nos hinc ad infallibile iudicem migrare oportet, vbi non tam actiones, verum, & verba, & cogitata iudicantur, vbi terribiles pænas, etiam eorum quæ videntur eſſe parua, dabimus. *homil. 22 ad Pop.*

86 Idem. Illic opus non erit teſtibus, neq; accuſatoribus, neq; probationibus, neq; ſignis; verum ipſe per ſe res, tales quales geſſimus ante oculos noſtros apparebunt. Ecce enim, inquit, homo, & opera eius. *hom. 2. de Lazaro.*

87 Hugo Card. in verba Pſal. 74. *Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo*. Terribile verbum quod non tantum peccata iudicabit, ſed, & iuſtitias, bona ſcilicet opera examinabit. *Hugo Card. in hunc loc.*

88 B. Laurent. Iuſtin. Videbunt impij in iudicio corporis cicatrices, videbunt in manibus, & pedibus loca clauorum, videbunt Paſsionis Chriſti inſigna, ſuæ videlicet iniquitatis præclara teſtimonia. *in faſc. diuini amoris.*

89 Origen. Vnuſquiſq; Angelorum in iudicio aderit; producens illos quibus præfuit, qui teſtimonium perhibet quot annis circa eum laborauit, ad bonum inſtigando, ſed ille monita ſpreuit. *homil. de indic.*

90 Idem. Ad ſtrictum examen iudicis, nec iuſtitia iuſti ſecura eſt, niſi pietate diuina à Deo iuſtificante iuſtificentur. *lib. 1. ſentent. 1. de indic.*

91 B. Petrus Dam. Terribilem quoq; vltimi iudicij diem ſemper in conſpectu veſtri præſentia ponite, & repentinum tantæ maieſtatis aduentum tremefactis viſceribus retractate; nec illum diem putetis eſſe longinquum, quem Propheta tanto ante nos ſæculo vicinum, & velut iam eſſet in limite prædicabat dicens. Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta, & velox nimis. *Epiſt. 57.*

92 D. Vincentius Ferr. loquens de facie Chriſti in iudicio. Tunc eligerent peccatore potius ad infernum duci præ eo tempore, quam Deum ita videre. *Dom. 1. Aduent. ſerm. 1.*

MANTISSA
AD IVDICIVM.

ſuper. Matth. cap. 5. hom. 17. in Ezecchiel. in illa verba pſ. 50. in vita S. Cyprian. in vita B. Laur. Iuſt. in hũc loc. lib. 4. l. ſi quis §. huiuſmodi homines. in hũc. loc.

TRemendum ac formidabilem vniuerſalis Iudicij diem conſiderans, tanto timore, ac tremore corripior, vt, & verba, omneſq; vires mihi deficere, ſentiam, ſed mirum non eſt, cum & viri perfectiſſimi, & magna ſanctitate prædlti hunc terribilẽ diem conſiderantes nimio terrore fuerint affecti, contremuit D. Hieron. magnæ perfectionis, & Eccleſiæ Sanctæ Doctor vnde dicebat. *Quoties diem iudicij conſidero toto corpore contremiſco.* D. Greg. *Quæ mens erit hominis, æterni iudicis ſententiam non formidantis.* D. Ambr. *Et peccatum meum contra me eſt ſemper. Væ mihi quod latere cupio, & latere non poſſum.* Contremuit D. Cypr. Martir. *Væ mihi cum venerit iudicium tuum cui monti dicam, cade ſuper me, & cui colli operi me?* contremuit D. Laur. Iuſtin. vnde dicebat. *Quid agam fratres quid agam, cum ad iudicium ducar.* contremuit D. Iob. vnde cap. 14. dicebat, *Quis mihi tribuat vt in inferno, &c.* contremiſcunt Angeli ait Luc. 2. *Virtutes cœlorum commouebunt*, ideſt ait Gloſſa: *Angelicæ poteſtates trement ad aduentum iudicis.* Et quod mirandum valde eſt futurum iudicium tali timore & terrores gentiles affecerit quod Marcus Aurelius Imperator, & lex ciuilis iuſſerit nullum de tremendo iudicio loquuturum ſub pena relegationis, audite verba legis. *Huiuſmodi homines in inſulam relegantur.* & act. 24. loquens D. Paulus Apoſtolus coram Præſide Felice de futuro iudicio, magno tremore, ac timore Præſes affectus fuit. *Diſputante autem, Paulo, ait Text. de iuſtitia, & caſtitate, & de iudicio futuro, tremefactus eſt felix.*

Vnde Iſidorus clarius ſic habet. *Cernis vt futuri iudicij memoria, ac mentio, etiam gentilem virum perterrefaciat?* Quomodo igitur ego non timebo? quomodo non contremiſcam? loquar tamen de iudicij horribilitate, ſed non loquar ego, ſolum referam quid diuina ſcriptura. Sancti Patres cæterique Sanctæ Eccleſiæ Doctores de hoc horribili iudicio ſcripſerint horribilis erit illa dies, iudex enim omni pietate exutus veniet, quia tunc miſericordiæ vexilla erunt proſtrata. *Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ cadent de Cœlo.* nunc Sol pietatis vexillum eſt, Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, vnde Dauid dicebat. *Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui*, & ex hebræo legitur. *Vexillum vultus tui Domine.* Tunc Sol obſcurabitur, quia iudex abſq; pietate apparebit, quod voluit innuere Micheas dum exiens in plateam cœpit exclamare. *Audite populi omnes, audiat terra, & plenitudo*, & vlterius progrediens Deum ipſum in teſtimonium vocat: dicens. *Sit Dominus in terra*, ſed dicite nobis ô Sancte Propheta, quid tot vocibus, & tellibus annunciare, & monere nos cupis: ſequitur Propheta dicens, *Egredietur Dominus de loco ſancto ſuo.* Iam cunctis notum eſt ex ſacris literis Dominum ad judicandum in vallem Ioſaphat deſcenſurum: ſed D. Hieron. hæc verba Prophetæ perpendens. egredietur dominus de loco ſancto ſuo, legit Sanctus Doctor. *Egredietur ex ſe ipſo, & quaſi ex natura ſua.*

Sed nullo alio modo poteſt Deus ex ſeipſo egredi, niſi cum prius ex omni parte eius miſericordia fulgeat, in die Iudicij non miſericors, ſed ex omni parte nimis iracundus, & iratus videbitur, & omni prorſus pietate exutus; nunc ex oculis pietas fulget, *miſericors ſuper populum, reſpice in me & miſerere mei*, nunc in halitu pietas apparet, *inſufflauit in eis*, ex ore pietas reſpondet, *expuit in terram*, ex genibus pietas, *cœpit lauare pedes Diſcipulorum*, ex humeris pietas, *lauit nos in ſanguine ſuo*, at in die Iudicij, omni pietate, & miſericordia expoliabitur, & iracundia, & indignatione indutus videbitur, in oculis ira, *oculi eius flamma ignis*, in lingua ignis ardens, in manibus ira, *ſagittas meas complebo in eis*, in pedibus ira, *occurram eis quaſi vrſa raptis catulis*; in veſtibus ira, *indutus veſtibus aſtinctis ſanguine corruptum eſt veſtimentum*, ex omni parte, nonniſi ira, & indignatio apparebit, *quia non erit tempus miſerendi*, legitur 2. Reg. 12. quod cum Ioab Vrbem Ammonitarum Rabath obſederit; & antequam eam caperet nunciauit Regi Dauid, vt veniret dicens. *Dimicaui aduerſum Rabath, & capienda eſt Vrbs aquarum; nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obſide ciuitatem, & cape eam, &c.* cumque dimicaſſet cepit eam, fecitq; ſtragem magnam, vt quæ vix de Dauide credi poteſt; cum ſemper fuerit mitis. vnde Dauidem alloquentes poſſemus ei dicere, vbi eſt ergo Dauid tua manſuetudo, qua ad Deum dicebas. *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius?*

Pepercisti inimico Saul, quem ſine interimere poteras, deploraſti inimicum Abſalon, & de te ſcriptum reperimus, *erat quaſi tenerrimus ligni vermiculus*, quare ergo modò ita crudeliter te geris?

te geris? reſpondetur, quòd quando Dauid agebat cum ſuis proprijs inimicis, clemens, & manſuetus erat, at cum inimicis Dei, & Idolatris, omni pietate denudatus apparebat; interfecit aliquando ducentum millia ex Phyliſteis, & centum millia in captiuitatem reduxit, & an notandum eſt, quod ideò Dauid ſe in Vrbem Rabath crudeliter geſſit tamquam repręſentans Chriſtum in iudicio; hinc aſſerit Nabal Carmelus, quod quando Dauid hanc vrbem deprędatus eſt, tulit ex capite Regis coronam, & impoſuit capiti ſuo, & cum omni exercitu, præda onuſtus reuerſus eſt in Hieruſalem, Dauid hæc fecit, non ſuperbia elatus, ſed Chriſtum in primo aduentu repræſentans, qui à capite Sathanæ coronam abſtulit, licèt non pęnitus, *nunc Princeps, &c.* quia adhùc tentare, & nocere poteſt, tùm bonis, tùm reprobis, at in die iudicij, omninò auferet coronam, & cum omni exercitu ex cęleſti Hieruſalem egredietur, *armabit omnem creaturam contra inſenſatos.*

Ignis qui ardet, & conſumit, aqua extingui poteſt; at ignis ille, qui eſt in propria ſphera, nullatenus extingui poteſt, quia contrarium, non hebet, ita, & Dei indignatio, modò in hoc mundo, eſt ignis, qui lachrymarum aqua extingui poteſt, audite Iſa. *Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi*, quid nam optas Iſaia? volo extinguere hunc ignem, & cum extinxit; *conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me*, at in die Iudicij lachrymarum aqua, non prodeſt quicquam, vnde de peccatore dici poterit, quod fuerit dictum de filia Sion. *Lachrymæ eius in maxillis eius, non eſt, qui conſoletur eam*, nunc Deus cum iratus fuerit miſericordia recordabitur, at in die Iudicij dicet, *effundam omnem iram meam*, ignis huius mundi, vellet in altum ſe eleuare, ſed terreſtri materia, quæ in ſe eſt impeditur, ita flamma diuinæ indignationis detinetur ab hac terra, carne noſtra ſcilicet mortali, *non accendit omnem iram ſuam quia caro ſunt*, & Pſal. 102. *non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, recordatus quoniam puluis ſumus*, at in die iudicij ad nihil reſpiciet, vnde inquit Deut. 32. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo; & ardebit vſque ad Inferni nouiſſima, deuorabitque terram cum gemine ſuo, & montium fundamenta comburet*, & eodem loco minatur peccatoribus dicens. *Si acuero, ut fulgur gladium meum, &c.* Enſis diuinæ ſententiæ in die illa, erit, veluti fulgur, qui ex terræ exhalationibus producitur, ita, & enſis diuinæ indignationis, ex peccatis, quæ in terra committuntur, ortum habet, & licèt cunctari videatur, maiori tamen furore deſcendit, ita vt infelicem peccatorem per medium diuidet, & damnatum relinquet.

Hinc Pſalmographus diuinam indignationem in die iudicij conſiderans, & timore correptus ait. *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore iram tuam dinumerare?* quaſi diceret tàm magna erit ira Dei in illa die, quòd creaturarum nulla dinumerare poterit. D. Ephreſinus vult nos aliquo modo poſſe penetrare horribilitatem iræ Dei, in die ille iudicij, ex illis verbis Math. *Cum uenerit filius hominis, &c.* filij Seth, cum moniti fuiſſent de futuro diluuio vno aquæ, & altero ignis, cupientes vt poſteritati ſcientiarum memoria relinqueretur, duas columnas, ex plumbo vnam, quæ aquæ reſiſteret, alteram ex ſilice, quæ ab igne, non conſumeretur, erigi curarunt; in quibus omnium ferè rerum ſcientiæ deſcriberentur.

Tàm magna, & cunctis neceſſaria eſt diuinæ indignationis diei iudicij ſcientia, quod nomen hoc *Iudicium* in ſilicis, & plumbi columnis, vt de eo iugiter memoria teneamus, ſcribi, & cęlari deberet, quod feciſſe legitur Sanctum Iob, audite eius verba. *Quis mihi tribuat, ut exarentur in libro tylo ferreo, & plumbi lamina, uel celtè ſculpantur in ſilice?* duo in his columnis ſcribi debebant, aduentus ſcilicet Iudicis, & mortuorum reſurrectio, *ſcio quod Redemptor meus uiuit, &c.* audite verba D. Ephreſini. *Auſculate fratres deplorate ſodales en iudicium propè eſt, en reſurrectio mortuorum in foribus adeſt*, & tanta indignatione iudex detinebitur, quod potiùs gratiam ab inimico capitali quàm à Chriſto intercedes, mementote quæſo illius diuitis Epulonis, qui dùm in flammis moraretur, & aquæ guttam deſideraret, oculos eleuans, vidit Lazarum, quem in vita pro inimico habebat, & Abraham rogat dicens, *mitte Lazarum, &c.* de qua re vehementer demiratur D. Chryſoſt. quod ſcilicet Epulo ad Deum non recurrat, & pietatem ab eo intercedat, audite D. Chryſ. reſponſionem. *Adiratum agnoſcit Deum, & maiorem habet opem in inimico, quàm in Deo.*

D. Cyrill. Alex. Dei indignationem ex illo verbo perppndit ſcilicet. *In maieſtate.*

Celebris ille Rex Xerſes, dùm ſuo exercitu ad belligerandum exire decreuerit contra Leonidam, ita formidabilis apparuit, vt ſuimet commelitones, magno timore affecerit, quod intuens Xerſes, ait eis. *Vt quid palleſcetis commilitones mei?* ſed audite reſponſionem: *Inſolita quædam Imperatoris noſtri Maieſtas eſt cauſa*, ita, & in die iudicij, tanta erit Diuini Iudicis Maieſtas, quod coràm illa ſcribat Euang. areſcentibus hominibus præ timore, Sol oſcurabitur, Luna in ſanguinem conuertetur, & Stellæ cadent de Cęlo, audite verba Cyrilli. *Iudicis*

dicis

Digitized by Google

dicis aduenientis maieſtas pallidos facit miſeros peccatores.

D. Hieron. perpendit diuinam Iudicis indignationem ex illis verbis, *& omnes Angeli eius cum eo*, volens Deus Sodomam, reliquaſque illas Vrbes igne conſumere, & ex eo incendio Loth eiuſque familiam liberare iuſſit eis ne retroſpicerent, at quia coniux Loth non obediuit, & retroproſpexit in ſtatuam ſalis conuerſa, quare hoc? quia nolebat tunc puniente videri, at in die Iudicij à cunctis vult videri, *quia non eſt tempus miſerendi*, ſed vindictæ, D. Hieron. interrogat quid nam facient peccatores cum ad Dei gloriam electos canentes audient, lætabuntur vtiq; ſed vt Tigris, quæ cantare audiens eo concentu non ad benignitatem, ſed ad ſæuitiam incitantur, itaut propriam carnem dilaceret hanc met proprietatem peccator in die iudicij ſe poſſidere oſtendet, audiens enim Sanctos Angelos exultantes, & ad Dei gloriam canentes, *Sanctus, Sanctus, &c.* tunc peccator magis, ac magis contra ſemetipſum ſæuiet, Dauid referens Angelos ſic canentes. *Beatus vir, qui timet Dominum in mandatis eius volet nimis potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur, gloria, & diuitiæ in domo eius*, ò pulchra laudum textura, ſed quid facient tunc infęlices peccatores? ſubdit Dauid dicens. *Peccator videbit, & iraſcetur dentibus ſuis fremet, & tabeſcet*, quod exponens D. Hieron. ait. *Peccator ad inſtar Tigris iraſcetur dentibus ſuis fremet; ſicut enim Tigris ſeipſam dilacerat, & laniat, ſic enim peccator proſpero aduentu iuſtorum propriam dilacerabit animam.*

D. Hieron. progrediens ponderat magnam iudicis indignationem ex illis verbis, *ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ*, modo Chriſtus aſtat, ita D. Stephanus vidit eum. *Ecce video Cælos apertos, & Ieſum ſtantem*, vt cunctos gratijs, & indulgentijs afficiat, at in die iudicij, non ſtantem, ſed ſedentem intuemur, non vt gratias tribueret, ſed vt damnaret impiosi audite D. Chryſoſt. dicentem. *Stare namque purgantis eſt, ſedere autem, eſt iudicantis.*

D. Ioannes Apoc. hominem vidit ſupra nubem ſedentem, cuius caput aurea corona cingebatur, & in manu eius falx videbatur, & D. Ioann. audiuit vocem dicentem, *mitte falcem tuam, & mete*, homo hic Deus Iudex eſt, & falx eſt indignatio, qua peccatores damnabit, audite D. Greg. hæc verba perpendens. *Cur in falce poteſtas iudicis exprimitur? in falce quid inciditur intus cadens quoque verſus flectatur, ſic qui iudicis iram euitare non poteſt, propterea falci comparatur.*

li. 3. mor.

in illa verba Matth. 24. in nubibus cęli.

Idem Greg. ait. *In Maieſtate viſuri ſunt, quem in humilitate videre noluerunt, vt tanto diſtrictus virtutem eius ſentiant, quanto ceruicem cordis ad pœnitentiam non inclinant, veniet igitur cum poteſtate, & maieſtate iudicaturus, qui mitis, & humilis venerat peccatoribus indulgere peccata.*

D. Ioannes Apoc. 20. ait. *Ecce vidi thronum magnum, & candidum, & ſedentem ſuper eum à cuius conſpectu fugit Cęlum, & Terra*, & cap. 19. deſcribens veſtimentum ſedentis, ait. *Erat veſtitus veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei, & exercitus, qui ſunt in Cęlis ſequebantur eum in veſtibus albis veſtiti biſſinum album mundum, & de ore ipſius procedit gladius acutus ex vtraque parte, ut in eo percutiat gentes*, hic thronus albus puriſſimam Chriſti Carnem aſſumptam ſignificat propter Virgineum candorem fulgentem. Verbum Dei vocatur, de quo idem Ioannes dixerat, & Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & ideò noſter erit iudex, vt ait Ioann. 5. *Dedit ei iudicium facere*, veſte ſanguine tincta ex clauis, & lancea induebatur, vt eam proterui Iudæi, falſique Chriſtiani, propter quorum culpas hoc eueniſſe inſpicerent, & improperarent, *videbunt in quem confixerunt*, quod prædixerat Dauid dicens. *Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis*, à cuius aſpectu ait Ioannes, *fugit Cælum, & Terra*, quia Iudicis indignationem ſuſtinere non valebunt, imò ipſimet iuſti in die illa pauebunt, hinc D. Greg. dixiſſe fertur. *Quid faciet uirgula deſerti, ubi concotietur cedrus ſi iuſtus uix ſaluabitur iniuſtus ubi apparebit?* Vir ille Ioannis gladium in ore habebat ex vtraque parte acutum propter duplicem maledictionem contra peccatores, quæ erit, diſiunctio à Chriſto, à Sanctis, & propter tenebricoſam Inferni carcerem; vbi animaduertendum eſt, pęnam Inferni non eſſe maiorem, & ſæuiorem pęna diſiunctionis à Chriſto, vnde dixit D. Chryſoſt. *Intolerabilis res eſt gehenna quis neſciat, quod ſupplicium eſt horribile, tamen ſimile nihil eſt tale quale eſt ab illius gloria, & honore repelli, & exoſum eſſe à Chriſto, & ab illo audire non noui uos*, ſequitur Euang. Ioann. dicens, *& exercitus qui ſunt in Cęlis ſequebantur eum*, & ſunt Angeli, & ſancti immenſa gloriæ luce induti, vnde idem Ioann. dixit cap. 7. ſe vidiſſe poſt Dominum turbam magnam quàm dinumerare, &c.

ſup. Matt. hom. 23.

in ſuis medit.

D. Anſelm. loquens de Angelis, & Beatis ait. *O Dei ſapientia benè adornaſti eos, in opus ſacri myſterij ſui, hi ſunt uiua ſydera ſuperioris Cæli, Lilia interioris Paradiſi, roſa plantatæ ſuper aquas Siloe, quæ confluunt cum ſilentio, & tibi in radicibus aderent immobiliter.*

Apoc.

Digitized by Google

Apoc. 10. Ioann. vidit Angelum, vnum pedem in mari, & alterum ſupra terram habentem, & clamabat per viuentem in ſęcula ſęculorum quod amplius non eſſet tempus, ſed ad vocem ſeptimæ tubæ conſumarentur omnia, & cap. 20. ait. *Et mare dedit mortuos ſuos, & mors, & Infernus dederunt mortuos ſuos, qui in eis erant*, ex quo clarè patet ad ſonum tubæ Angelicæ omnes mortuos proprijs corporibus ſurrecturos, & congregaturos, vnde dixit D. Chryſoſt. *Verè vox magna tubæ terribilis cui omnia obediunt elementa quæ petras ſcindit, Inferos aperit, portas æreas frangit, vincula mortuorum dirumpit, & de profundo abyſſi animas liberatas corporibus ſuis reddit.*

ſuper prima ad Corinth. 15.

Apoc. 2. dicitur. *Et ecce aperti ſunt libri, & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui, ex his quæ ſcripta erant in libris*, pro his libris peccatorum conſcientiæ aliarumque creaturarum accuſantium, & peccatores conuincientium, intelliguntur, nec vllus his teſtibus cõtradicere poterit, vnde D. Chryſoſt. per Matth. ſic aſſerit. *Accuſat peccatorem, propria conſcientia, quàm polluit creator quem offendit, culpa quàm commiſit Diabolus cui ſeruiuit, ſcriptura quàm transgreſſus eſt, creatura quæ ab vſus eſt, tempus quo expectatus eſt, tot igitur teſtibus quomodo valebit quis reſiſtere.*

Apoc. 17. dixit Angelus Ioanni. *Veni oſtendam tibi damnationem meritricis magnæ, & vidit mulierem ſedentem ſuper beſtiam habentem capita 7. & cornua 10. & mulier erat veſtita auro, & pretioſis lapidibus, & margaritis habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione, & in fronte eius nomen ſcriptum Babylon magna mater abominationum terræ.*

Per hanc beſtiam culpa deſignatur ab omni bonitatis ſpecie aliena, per ſeptem capita ſeptem vitia capitalia ſignificantur, per mulierem illam ſuper beſtiam ſedentem pretioſis veſtibus indutam, illa pars propter culpas damnatorum, quæ Dęmonibus aſſociabitur, quamuis Deus pretioſis virtutum veſtibus ornauerat, memoria ſcilicet, intellectu, & voluntate, viſu auditu, &c. ſed ingrata creatura cor fętoribus, manus nequiſſimis operationibus, voluntatem peccatorum obſtinatione, pęnitentiam aſpernens deturpauit hinc in pęnam, horrendum Inferni fætorem, ac ſpretæ pœnitentiæ ſtimulum patientur, vnde D. Aug. *In futuro, & ſi erit ſtimulus pęnitudinis nulla tamen erit correctio voluntatis, à quibus inculpabitur iniquitas ſua, vt nullatenus poſſit diligi, aut deſiderari iuſtitia.*

de fide ad pęnit.

Per decem cornua beſtiæ ſignificantur pœnæ, quas damnati in Inferno patientur, audi Diuus Greg. in illa verba. *In Inferno erit frigus intolerabile, fętor importabilis, tenebræ palpabiles, flagella cædentium, horrenda viſio Dęmonum, confuſio peccatorum, deſperatio omnium bonorum, erit mors ſine morte, defectus, ſine defectu, quia mors ſemper incipit ibi, & defectus neſcit deficere.*

Matt. 25. proijcite eum in tenebr. &c.

Apoc. 20. dicitur Infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis, & per Infernum Dęmones, & per mortem impij, intelliguntur, qui cum Dęmonibus inhabitabunt, & peccatorum ſuorum pęnam perſoluent, vnde Greg. inquit. *Tunc edax flamma comburet, quos nunc delectatio carnalis polluit, tunc infinitum potens baratrum Inferni deuorat, quos iam vis elationis exaltat, atque qui quod non licet ex vitio voluntatem, hic callidi perſuaſoris expleuerunt, tunc cum Duce ſuo reprobi ad tormenta proueniunt.*

in moral.

Luc. 8. Geraſeni humanati Verbi Maieſtatem ob infinita prodigia quæ audierant conſiderantes, rogauerunt illum omnis multitudo Geraſenorum, vt diſcederet ab eis, D. Bonau. huius rei rationem adducens ait. *Poſtquam cognouerunt maieſtatis imperium formidabant, vnde rogouerunt eum vt diſcederet ab eis.*

in hūc loc.

Euang. Ioannes cap. 8. ita ſcribit de Chriſto. *Vt ergo dixit eis ego ſum abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram*, Dionyſ. Carthuſ. perpendens, vbi nam timor hic Iudæorum ortum habuerit, ita inquit. *Chriſtus vultum ſuum oſtendit Iudæis in terrore, & maieſtate, egredientibus ex oculis eius igneis radijs, atque diuino quodam fulgore in eis mirabiliter radiante, & apparatu ſui vultus illos exterruit, & proſtrauit.*

art. 48. in hunc loc.

Matth. 2. loquens de Chriſti Natiuit. ait audiens autem Hærodes turb. &c. quæritur quo nam timore Hærodes fuerit aggreſſus? reſpondet D. Greg. *Cęli rege nato Rex terræ turbatus eſt, quia nimirum terrena celſitudo confunditur, cum celſitudo cæleſtis aperitur.*

hom. 10. in Euang.

Vnde Pſalmographus Pſal. 38. dicebat, *& ſubſtantia mea tamquam nihilum, ante te*, & Aquila legit. *Et latibulum meum tamquam nihil eſt ante te*, ideſt maieſtas mea.

D. Vinc. Ferr. inquit quod quando Chriſtus apparuit Diuo Paulo, & dixit ei. *Saule, Saule, &c.* apparuit in ea forma in qua apparebit in die Iudicij, audite verba D. Vincentij. *Chriſtus oſtendit ſe, vt dicunt Gloſſæ ſicut ſtabit in iudicio.*

ſer. 8. in ſexag.

Author operis imperfecti attendens verba Matth. 8. *Securis ad radicem arboris poſita eſt*, ait: *Securis autem eſt acutiſſima ira conſumationis quæ totum præciſura eſt mundum.*

Digitized by Google

Iudic. 5. ita ſcribitur. *Domine cum exires de ſeir, & tranſires per regionem Edom terra mota eſt, cęli, ac nubes diſtillauerunt aquis*, quæ verba attendens Rupertus Abbas ait. *Cęli ac nubes diſtillauerunt aquis ad præſentiam Domini Cęli, quaſi quodam pauore ſudorem emittentes, aquis diſtillaſſe dicitur.*

ſerm. 77. D. Chryſol. perpendens verba Matth. 28. & ecce terremotus factus eſt magnus ait. *Quæ conſeruu hoc eſt Angeli præſentiam ſuſtinere non valuit, quemadmodum Deum Iudicem ſuſtinebit?*

Iſa. 26. Hieron. in illa verba. *Ecce Dominus egredietur, &c.* ait. *Deus qui natura benignus eſt veſtris peccatis cogetur perſonam, quam non habet crudelitatis aſſumere.*

Amos 3. de iudicio ait, ſi clanget tuba in Ciuitate, & Populus non expaueſcet ſupra, quæ verba ait Rupertus Abbas. *In collectione electorum operatur etiam fortiſſimus iudicij terror auditus in omni mundo, ſequitur ergo ſi clanget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcit? tuba namque belli ſignum reuelationem iræ deſignat venturæ.*

ad Demet. in illa verba Matt. 22. mitte eum in tenebr. &c. D. Hieron. ait. *Caue ne mittas in carcerem, & tenebras exteriores, quæ quanto à Chriſto vero lumine ſeparamur tanto nos maiori errore circumſtant.*

in declam. D. Bern. attendens illa verba Iſa. 26. in terra ſanctorum iniqua geſſit non videbit gloriam Dei, ita habet. *Durus eſt hic ſermo, & comminatio valdè terribilis, non videbit gloriam Domini, quid igitur cætera vidiſſe præſtat?*

hom. 39. in Euang. D. Chryſoſt. ait. *Quanto enim ad miſericordiam promptior Dominus fuit, tanto erit vindicta eius acerbior.*

hom. 4. de ſymb. Euſeb. Emiſſ. *Qui clementem Dominum ferre non poſſunt, iratum ferent? qui ad pœnitentiam reuocantem perhorreſcunt terroribus omnia replentem poterunt ſuſtinere?*

Dñ. 1. Aduent. ſer. 1. D. Vinc. Ferr. *Tunc eligerent peccatores potiùs ad Infernum duci pro eo tempore, quam Deum ita videre.*

D. Hieron. in Matth. damnatis melius eſſet Inferni pœnam, quàm Domini præſentiam ferre iudicantis.

hom. 28. in Matth. D. Chryſoſt. *Terribilis eſt gehenna, terribilior facies Iudicis adirati.*

Mos fuit apud veteres quod, magnis Ducibus, Regibus, & Imperatoribus aliquam Vrbem, vel Prouinciam eis ſubiectam ingredientibus, ciues omnes lætantes, & exultantes luminibus, & facibus accenſis occurrerent, ita refert Plutarch. de Magno Pompeio, cum ingrederetur Theſaliam, ita Suetonius tranquillus affirmat de Cęſare Imperatore cum Romam triumphans ingreſſus eſt, idem legitur de Magno Marco Antonio, cum Athenas triumphans ingrederetur, & in Actis Silueſtri Pontificis, eadem ceremonia in Vrbe Romæ à Senatu, & Populo Magnum Coſtantinum Imperatorem exceptum fuiſſe ſcribitur. *Poſt habitam orationem in Senatu de fide Euangelica recipienda*, immò in ſacra, & diuina Scriptura idem fuiſſe obſeruatum legimus, libri enim Iudith cap. 3. habitatores Syriæ eadem ceremonia exceperunt Principem Holofernem, hæc ſunt Sacræ Scripturæ verba. *Tantuſque metus Prouincijs illis incubuit, vt vniuerſarum Vrbium habitatores Principes, & honorati ſimul cum populis exirent obuiam venienti, excipientes eum cum coronis, & lampadibus*, idem aſſeritur de Antiocho 2. Machab. 4. immò Chriſtus Dei Filius eamdem ceremoniam nos obſeruare debere docet cum Cęleſti Imperatore, vt refert Luc. Euang. cap. 12. *Sint lumbi veſtri præcincti, &c.* & per Euangeliſtam Matth. cap. 25. *Prudentes Virgines, &c.*

Hoc ergo ſuppoſito, peto modo, quare in die Iudicij cum venerit vtriuſq; orbis ſupremus Imperator cum poteſtate, & maieſtate magna, non ſolùm mundi habitatores, non exeunt obuiam ei cum lampadibus, & facibus accenſis, vt mos eſt, ſed quod valdè admirandum eſt, cęleſtia luminaria, quæ ſunt veluti tot lampades, & faces vniuerſi orbis extinguuntur, Sol enim obſcurabitur, & Luna, &c. reſpondet D. Greg. quod Sol obſcurabitur, quia poſt Iudicium Infernus tantum, & Paradiſus remanebunt, & Infernus, cum ſit locus tenebrarum lumen non admittit, vnde ſcriptum eſt. *Mittite eum in tenebras exteriores, &c.* & Paradiſus his materialibus luminibus non indiget, *nam lucerna eius eſt Agnus*. Origen. dicit quod Sol obſcurabitur, quia tam magnus erit fumus, & caligo illius ignis qui terram, & elementa comburet quod vſque ad Cęlum ſe eleuabunt, & Solem, & Lunam tenebris afficient. Angelicus Doctor dicit, quod Sol obſcurabitur, quaſi ob luctum, & mæſtitiam ſe induet veſtibus luctuoſis, omnem mundi venuſtatem, & pulchritudinem conſumi intuens. Rupert. dicit, quod Sol obſcurabitur, quia, vt refert Tullius in Oratione pro Roxio, & Plinius, veteres Sacerdotes pacis moderatores cum bellum ſanguinolentum denunciare vellent, nonnullas virgas ſanguine tinctas quibus delinquentes percutiebantur præcurrere faciebant ob ſignum magnæ ſtragis de inimicis faciendæ, ita cum ſupremus Imperator Chriſtus venturus ſit, vt

mortale

Digitized by Google

mortale bellum, & ſeueram punitionem contra peccatores denunciaret, meritò debent præcurrere hæ mixtæ ſanguine virgæ, nam Luna conuertetur in ſanguinem, quod erit maximæ ſtragis ſignum.

Diuus Auguſt. dicit quod volens Deum ſuam magnam iram, & indignationem illius diei nobis oſtendere terrenis ſimilitudinibus vti noluit, ſed cęleſtibus tamquam aptioribus ad maiorem atrocitatem, & horribilitatem diuinæ indignationis illius diei exprimendam.

D. Chryſoſt. dicit, quod Sol obſcurabitur, quia cum omnia fuerint creata propter hominem, vt ei inſeruirent, & tamquam Domino obedirent. *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius*, cum in die iudicij deſtruetur homo, *Sol obſcurabitur, & Luna, &c.* ob męſtitiam quaſi ſe nigris veſtibus induerent, & mortem hominis complorarent.

Sol obſcurabitur quia Dominus veluti, præceptor eſſet ſe gerit, qui poſtquam multum laborauerit, vt diſcipulum doceret, eum monens, quod nullum tempus iuuentute aptius ad diſcendum inueniri poterit, nam ætate adueniente, hebetat intellectus, & minus aptus erit homo ad rudimenta percipienda, & quamuis præceptor omni diligentia, & labore ad diſcipulum edocendum incumbat, nihil tamen diſcipulus proficit, vndè præceptor ira accenſus, librum capiens, illumq; concidens magno furore in terram proijcit, & ferulam capiens diſcipuli negligentiam punit. pero modo quid nam ſignificet quod liber concidatur, & in terram proijciatur, niſi quod ſit inditium magnæ indignationis præceptoris? ſed quis noſtrum ignorat Dei filium multoties in ſacris literis præceptorem vocari? audite ipſummet dicentem dū Apoſtolos alloquitur, *Vos vocatis me Magiſter, & Dominus, & benedicitis ſum etenim*, deſunt forſan libri? non ne Diuinam Scripturam, & doctrinam reuelatam nobis tribuit? audite Ezecch. *Ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus, & foris*. & Diuini Verbi incarnatio, non ne eſt liber amoris. audi Hierem. *& vidi in dextera ſedentis librum ſcriptum intus, & foris ſignatum ſigillis ſeptem*, & Sanctiſsimus Crucifixus non eſt alier liber apertus ſupra crucem, cui nos ſtudere debemus? vulus ac caracteres? en vulnera, quæ diu noctuq; contemplari, & ſtudere debemus, & D. Paulus Apoſtolus de cuius ſapientia celum, & terra obſtupuerunt cui nam libro ſtuduit niſi Sanctiſsimo Crucifixo? hoc ipſemet Paulus fatetur. 1. Cor. 2. *Non cogitaui me aliquid ſcire, niſi Chriſtum, & hunc Crucixum*, & ſi ſupradicti libri non tibi ſufficient, intuere ſpheras has cæleſtes, Solem, Lunam, Stellas, quæ non niſi amoris libri ſunt, qui nos altiſſima Diuinæ Maieſtatis ſecreta docent, vnda Pſalmographus dicebat. *Cęli enarrant gloriam Dei*. vis ne huius libris caracteres videre? en ſydera, vis ne maiores literas inauratas agnoſcere? intuere Solem, & Lunam, hunc librum Deus nobis proponit, vt iugiter ei ſtudeamus. *Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt in cęlo*, has creaturas contemplare, his fac ſtudeas, vt in cognitionem creatoris poſſis deuenire. audi diuinum præceptorem tibi per Ieremiam dicentem, *Erudire erudire Ieruſalem, ne fortè recedat anima tua à te, ne fortè ponam te deſerta, terram inhabitabilem*, at intuens cęleſtis præceptor peccatorum ignorantiam magnam eſse dum, & hanc diuinam doctrinam paruipendunt, nam peccatum verè ignorantia eſt, vnde dixit Salamon Prou. 14. *Errant qui operantur malum*. tandem cęleſtis præceptor intuens peccatorum obſtinationem ira, & indignatione accenſus claudit librum hunc, & iram euomens percutit, & punit peccatores. audite Ioan. in Apoc. cap. 6. *Receſſit cœlum ſicut inuolutus liber*, & clarius Iſa: *complicabuntur cœli ſicut liber*, & ecce Sol obſcurabitur, & cōcidetur liber hic dum ſtellæ cadent de cęlo quod inditium eſt cęleſtis præceptoris indignationis, & iræ, tunc venit ad puniendos, & diſperdendos ignorantes peccatores, cuius præceptoris ira, & indignatio abſq; vlla prorſus pietate erit. de qua D. Paulus Apoſtolus loquens dixit, *reuelabitur ira Dei de cęlo aduerſus eos qui veritatem Dei in iuſtitiam detinent*, quaſi diceret duas in Deo iræ ſpecies reperiri, vnam è cęlo, è terra alteram, non altercor modò an formaliter reperiatur ira in Deo, non ignoro, D. Thom. affirmare; licèt alij ſint, qui negent, quicquid ſit ſufficit mihi, & clarum eſt quoad effectus duas in Deo iræ ſpecies reperiri, è terra vnam, alteram è cęlo cum Deus modò dedignatur contra peccatores tollens bona, filios, honorem, ſanitatem, &c. eſt profectò Dei ira, ſed ira è terra, audi Iob. *Manus Domini tetigit me*, parum nocet, at in die Iudicij, *reuelabitur ira Dei de cęlo*, non amplius erit ira de terra, ſed de cęlo, vultis ne aliquo modò inter has duas iras differentiam agnoſcere? cōſiderate motum naturalem, & motum violentum, aiunt enim Philoſophi; motum violentū in principio eſse velocem, & in fine tardum, motum autem naturalem tardum in principio, & in fine velocem eſse affirmant, hinc fit vt cum lapis in altum proijciatur, eius motus magna vi incipit, at paulatim deficit, ſed cum ex aliquo eminenti loco in terram lapis proijciatur, eius motus in principio tardus eſt at in fine magno impetu, & furore decidit, ita dum agitur

Vv depuni-

depunitionibus, & flagellis, quæ in hac vita Deus mittit peccatoribus, eſt motus contra Diuinam naturam: nam Dei proprium eſt miſereri, motus violentus eſt. audite Iſa. 27. *Indignatio non eſt mihi, quis dabit mihi ſpinam, & veprem in prælio vt gradiar ſuper eam, & pariter ſuccendam eam.* Quod Magnus Gregorius legit. *Vt mutem naturam meam, natura enim Dei eſt dulcis benigna, cum ergo punire cogitur, eſt motus contra ſuam naturam, ideo non impetu punit, non eſt motus velox, quod voluit innuere.* Dauid pſal. 77. loquens de populo hebræo in deſerto, adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorũ, & ira Dei aſcendit ſuper eos. peto modò, vbi erat Deus? reſpondebis mihi in cęlo. ergo oportebat Pſalmographum dixiſse, & ira Dei deſcendit, & nõ aſcendit. ſed reſpondet quidam Doctor dicens. *Benè dixit Propheta aſcendit, vt leuem, & inuitam punitionem patefaceret; eſt enim contra Dei naturam punitio:* quaſi diceret eſt motus violentus; in die iudicij, *reuelabitur ira Dei de cœlo,* quæ peccatores diſperdet, *areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperueniet vniuerſo orbi.*

Nonnulli diuinam indignationem ponderant ex illo verbo, *cum venerit filius illius hominis,* non enim dixit filius Dei licèt in omnibus æqualis ſit Patri, nam *qualis pater,* ait Athanaſius *talis Filius, talis Spiritus Sanctus,* & cum Dominus venire debuerat magna cum maieſtate, melius fuiſſe videretur Euang. ſi dixiſſet, *cum venerit Filius Dei,* quod animaduertens quidam Doctor ſic reſpondit. *Benè Euang. cum venerit filius hominis, vt ineuitabilis, atque incommutabilis irati Iudicis ſententia oſtenderetur,* ſed dices vt ſæuior appareret nonnè vocari poterat Leo, Tigris, Vrſus, & eò magis quia de ipſo ſcriptum reperimus. *Vicit Leo, Leo rugiet quis non pauebit,* quare ergo dicitur filius hominis? quia ſcilicet nulla beſtia homine ſæuior inuenitur, vnde Se-
Epiſt. 19. neca ait. *Homo pernicioſior eſt feris omnibus.*

Hinc recordari oportet, quod accidit Daniel 6. qui cum mitteretur in lacum Leonum, vt eſſet cibus eorum Rex ſigillauit oſtium laci, ne quid fieret contra Danielem, &c. quare hoc? quia magis timebat homines, quã Leones ſæuior eſt enim homo cunctis beſtijs, & vt terrore afficeretur Rex Baldaſſar, ſufficiens fuit, vt manus hominis in parietem ſententiam deſcribens appareret, & quaſi diceret manus hominis eſt ergo ſententia irreuocabilis eſt. quod fatetur Iob. qui quamuis bona, filios, propriamque ſalutem amitteret numquam ſe deſperauit, quare hoc? reſpondet, *manus Domini tetigit me,* quia fuit manus Domini, benigna, & ſuauis. quia manus Domini humiliat, & ſubleuat, at manus hominis ſæua eſt, & numquam quæ aufert reſtituit: quòd clarè dixit Deus per Oſeam cap. 11. *Non faciam furorem iræ meæ, non conuertã vt diſperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo.* Origenes perpendens illa verba pſ. 31. *In*
hom. in. Gẽ. *diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt,* argumentatur aliud fuiſse diluuium, quia illud aquarum multarum opinatur Origen. futurum fuiſse diem vniuerſalis iudicij. hæc ſunt eius verba. *Neceſſarium eſt aliud fuiſſe diluuium aquarum paucarum,* & fuit illud in quo omnes perierunt, & vocatur diluuium aquarum paucarum, at dies iudicij vocatur diluuiũ aquarum multarum ob maximam indignationem, & peccatorum ſtragem, & in quo vlla miſericordiæ ſpes apparebit, nam. in diluuio aquarum paucarum, quamuis fuerit magna Dei ira, attamen miſericordiæ recordatus eſt, & non deleuit omnes animas viuentes, euaſit enim Noe cum ſuis, & aquæ illæ vnam oliuæ arborem euellere non valuerunt, & fuit magnum myſterium. audite Orig. cit. *Vt innueret vigere adhuc miſericordiam in filios Adæ, oliuam viridem miſit Noe in Arcam at in diluuio aquarum multarum corruet nec vigebit miſericordia, dicente Propheta mentietur opus oliuæ.*

Seneca in quadam tragedia finxit Ercolem tam magno furore, & aſperitate affectum quod vix eius filius ante eius aſpectum apparuit, quin illicò ob magnum timorem, & tremorem obierit, hæc ſunt verba Senecæ. *Perijt tremefactus infans aſpectu Patris.*

In c. 4. Ioel. D. Hieron. in illa verba. *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.* ait. *Quia furore Iudicis aſpicere non audebunt.*

Ita horribilis erit dies illa iudicij, tam magna tunc indignatio, & talis erit infelicium peccatorum ſtrages quod ipſemet Chriſtus conſiderans, & ploraſse, & è ſuo Sacratiſſimo Corpore Sanguineũ ſudorem emiſse legatur. Ter Chriſtus orauit in Horto dicens Pater ſi poſſibile eſt, &c. & non prima, neq; ſecunda, ſed tertia vice factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis.
tõ. 2. §. 11. D. Hydelph. miratur, nam ſi Chriſtus exauditus eſt pro ſua reuerentia cur non prima vice neq; ſecunda, ſed tertia vice ſanguinem effuderit? reſpondet Sanctus Hydelphonſus quod prima vice Chriſtus orauit pro animabus peccatorum huius mundi. Patrem deprecans, vt eis illuminare dignaretur. ſecunda vice orauit pro animabus iuſtis, vt Pater eas in innocentia, & puritate conſeruaret, & tamen, non legitur, ſanguinem fudiſse, & quaſi hæc non eſsent obiecta doloroſa, at in tertia oratione rogauit, ne ipſi committeretur in die iudicij iudicare, & in-

felices

Digitized by Google

felices peccatores damnare, ne tam magnam ſtregem videret, at intuens non poſſe aliter fieri, quia omne concilium dedit pater in manu ſua, hinc ſe à lachrymis, & à ſanguinis effuſione continere non valuit factus eſt ſudor eius, &c. audite verba Sancti Hydelphonſi. *Orauit primo & ſecundo pro animabus iuſtis, & iniuſtis, & ſanguinem non fudit, orauit tertio pro animabus in die iudicij iudicaturis, & terram ſanguine lauit.*

Et ob maiorem huius rei confirmationem D. Hylarius in Can. audiens Chriſtum in horto ita orantem *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me Calix iſte*, admiratur Hylarius, & Chriſtum alloquens ait. *Cur calicem tibi à Patre propinatum bibere recuſas?* Et eo magis quod Chriſtus iugiter tam ardenter mori deſiderauerit, & quia oblatus eſt quia ipſe voluit. aliam nos oportet perquirere cauſam. vt Chriſti verba penetrare valeamus dixit enim tranſeat à me calix iſte, vndè animanduertendum eſt illud. *(Iſte) eſſe ſignum demonſtratiuum.* Sed quid quæſo indicabat? non calicem crucis, & mortis, cum Angelus hunc calicem poſt peractam orationem oſtenderit Chriſto, de quo ergo calice loquebatur Chriſtus? ſciendum eſt ab horto Gethſemani vbi Chriſtus orauit vſq; ad vallem Ioſaphat, vbi faciendum eſt iudicium ſolùm diſtare quantum iactus lapidis, ita vt eleuans Chriſtus oculos ad patrem intuitus eſt vallem Ioſaphat, ad cuius aſpectum, conſiderans horrendam ſtragem peccatorum faciendam in die iudicij, & quòd tale iudicium ipſi fuerit commiſſum, tam magno timore, & tremore aggreſſus fuit, quod & ploraſſe, & præ nimia triſtitia ſanguinem fudiſſe ſcribatur, *factus eſt ſudor eius, &c.* in quæ verba D. Ambr. ait. *Tranſeat à me calix iſte, & veniet ille, tranſeat iſte iudicij, & veniat ille crucis.* Et dum Sancti hoc iudicium conſiderabant, lacrymas effundere non deſinebant, conſiderate quæſo Apoſtolum Petrum, qui cum ter fuiſſet interrogatus an eſſet Chriſti Diſcipulus, ſemper negauit, ſed animaduertendum eſt, Petrum non prima, nec ſecunda vice, ſed tertia amarè, ſuum peccatum fleuiſſe, pero modo ſi Petrus, prima, & ſecunda vice peccauit, quare non lacrymatus eſt, ſed tantum in tertia negatione fleuit amarè?

Reſpondet D. Baſilius ibidem, quod qui Petrum tertia vice interrogauit an Chriſti Diſcipulus eſſet ſubdit, *nõne ego te vidi in Horto cum illo?* audiẽs Petrus quod homo ille de Horto fecerit mentionem, vbi Chriſtus peccatorum ſtragem faciendam in die Iudicij conſiderans, ſanguinem fudit, tanto tremore fuit correptus, quod à lachrymis non potuerit ſe continere, fleuit amarè, perpendens ſe in Valle Ioſaphat cum alijs peccatoribus fore iudicandum, hæc ſunt verba D. Baſilij. *Nulla tanti luctus cauſa alia fuit, niſi Horti mentio, vbi Redemptor pro peccatoribus ſanguinem fudit.*

Timuit, & Maria, licèt puriſſima, & abſque peccato, deſcedens enim Angelus ad annunciandum Sanctiſſimum Incarnationis Myſterium. *Turbata eſt Maria in ſermone eius, & expaueſcit Virgo de lumine*, quare turbata eſt in apparitione Gabrielis, cum ſolita fuerit Virgo Angelos videre, vt fatetur Diuus Ambr. reſpondet Chryſolog. quod timor in Maria ortum habuit ex eo, quod audiuit ab Angelo eius filium ſuper ſedem Dauid adiudicandum ſeſſurum, ideò timor appræhendit eam, audite Chryſolog. *Plura timuit Virgo eo quod ſentit in ſe ſupremum ſuſcipi Iudicem.* *ſerm. 43*

Miror cur Seraphini Iſaiæ Dei faciem velarent, cum in eam deſiderent Angeli proſpicere, & in qua omnium Cęleſtinm Spirituum Beatitudo conſiſtat, ſed vt tantum myſterium non ignoremus, opus eſt animaduertere, quid nam tunc faciebat Deus, audite Textum, vidi Dominum ſedentem, ſi ergo Deus ſedebat, ſeſſio in ſacris literis iudicibus conuenit, vt dixerat Iob cap. 29. *Quando ſedebam ad portas Ciuitatis, portabant cathedram mihi*, ſedere iudicantis eſt, meritò ergo Seraphim velabant faciem eius ob timorem quia tamquam Iudex repræſentabatur, audite D. Chryſoſt. in hunc locum. *Seraphim ſtabant ſuper illud, & quid dicebant? quid faciebant? qua fiducia fruebantur? fiducia quidem nulla, verùm timoris, & ſtuporis omnia plena, ipſa etiam ſpecie metum ineffabilem declarante, obtegebant Seraphim faciem, pedeſq; ſuos alis, quod ideo factum eſſe liquet quia fulgur Maieſtatis Diuinæ inde egrediens ferre nequierant ſteteruntq; cum timore, & tremore.*

D. Chryſoſt. animaduertens quod in die illa tremenda iudicij *congregabuntur*, vt ait Matth. 25. *ante eum omnes gentes*, & hoc, in ictu oculi, in nouiſſima tuba, nimio terrore, & tremore correptus ait. *Verè vox magna, vox tubæ terribilis, cui omnia obediunt elementa, petras ſcindit,* *1. Cor. c.*
inferos aperit, & de profundis abyſſi ereptas animas ſuis corporibus aſſignat. Vnde Iob. dicebat tre- *15.*
mens, *quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me donec pertranſeat furor tuus.* *hom. 58. in*
& Ioel. 2. *Magnus enim dies Domini; vindictæ.* quod Gloſſa interlinearis explicat, *& terribilis* *Matt. c. 14*
valde: etiam bonis. Et Euſebius Emiſſenus inquit, *cum ergo talis futurus ſit terror venientis, quis* *ſer. de Iud.*

poterit terrorem ſubſtinere iudicantis? quo tunc animo (ſubdit) ſtabit deſertor ante iudicem ſuum,
perditus ante precium ſuum? qua fronte miſericordiam petet, primum de miſericordiæ contemptu
iudicandus?

cap. 1. D. Petrus Damian. perpendens verba Sophoniæ dicentis. *Iuſta eſt dies Domini magnus, iuxta*
eſt velox nimis: vox diei Domini amara: tribulabitur ibi fortis: dies iræ dies illa, dies tribulationis,
& anguſtiæ: dies calamitatis, & miſeriæ: dies tenebrarum, & caliginis: dies nebulæ, & turbinis:
Epiſt. 15. *dies tubæ, & clangoris.* ita ait. *Penſa dilectiſſime, extremum diem iudicij ſuper corda reproborum,*
qua aſperitate Propheta vidit amareſcere, quem tot appellationibus, non valuit explicare.

Pſal. 74. D. Bern. attendens verba illa Dauid dicentis in perſona Christi. *Cum accepero, tempus ego*
Epiſt. 87. *iuſtitias iudicabo.* inquit S. Doctor. *Et ſi iuſtitias, quanto magis iniurias?* & Dauid pſal. 49. *Ar-*
guam te, & ſtatuam contra faciem tuam, ſeptuaginta legunt, *ſtatuam contra te peccata tua.*

D. Greg. tremendum die Iudicij conſiderans, & cum peccatoribus loquens ait. *Quis enim*
24. moral. *noſtrum vitam præcedentium Patrum valet, vel ſuperare, vel aſſequi? & tamen Dauid dicit, non*
intres in iudicio cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Paulus cum dice-
Pſalm. 4. *ceret nihil mihi conſcius ſum; cautè ſubiunxit, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Iacobus dicit in multis*
1. Cor. 4. *offendimus omnes dicit ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in no-*
cap. 3. 2. 3. *bis non eſt. quid ergo facient taberna, ſi tremunt columnæ? aut quomodo virgulta immobilia ſtabunt,*
ſi huius pauoris turbine etiam cedri quatientur?

Idem Greg. vbi ſupra conſiderans verba Iob. *Qui oderunt te induentur confuſione,* inquit, *quis*
igitur dignè penſet iniquorum confuſio, quanta tunc erit quando, & foris æternus Iudex cernitur, &
intus ante oculos culpa verſatur? ſtatuam contra te peccata tua.

in pſ. 20. Dauid ait. *Pones eos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui,* & D. Aug. exponit. *Conſtitues*
eos ardentes intrinſecus conſcientia impietatis ſuæ, quod conſiderans D. Chryſoſt. dicebat. *Quid*
tunc facturi ſumus, cum vincti ſtridentibus in exteriores tenebras dentibus adducemur? ſeù potiùs, quid
hom. 10. in *facturi (quod ipſum omnium terribilium maximum eſt) cum Deum offendemus, illique occurremus?*
2. Cor. *nam ſi quis eſt mente, ac ſenſu præditus, is certè gehennæ pœnam tolerare malit, quàm aduerſo Deo*
ſtare.

Nemo equidem excogitare poteſt tormentum aliquod, quod aſſimilari poſſit tormento,
quod patientur damnati, cum propter innumerabilia facinora, à Deo abhorreri viderint, qui
hom. 54. in peccatorum præſentiam ſufferre non poterit, ſed expellens eos, in ignem æternum mittet,
Matth. quod non ſine lachrymis conſiderans D. Chryſoſt. dicebat. *Diſcedite à me maledicti in ignem*
æternum, quaſi qui non ſufferat præſentiam illorum, vel aſpicere, ſic dicit, diſcedite à me, nam ſicut
carnales ſeculi carnalem ſpecioſitatem videndo delectantur, ſi qua autem diſſipata, vel deformia vi-
deamus, quaſi vulneratus eſt aſpectus noſter, ſic, & Deus, qui in ſanctitate delectatur animarum, pec-
catrices animas aſpiciens, quaſi grauatus, non ſuffert, tanquam ſi dicat eis: quaſi putredo, & ſpurci-
tia eſtis, nec tandiù vos ſuſtineo, quandiù ſtatis in iudicio meo.

D. Aug. illa verba Pſal. 49. *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam,* legit, *ponam te contra*
in pſ. 49. *te,* quod conſiderans Sanctus Doctor ait, *modò te non vides, faciam, vt videas te, quia ſi vide-*
res te, & diſpliceres tibi, & placeres mihi, quia verò te non videns. placuiſti tibi, diſplicebis, & mihi,
& tibi; mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis, videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, ſed vt
erubeſcas.

Orat. 2. de Et D. Chryſoſt. monet nos dicens. *Conſideremus ergo quomodo tunc iniquorum conſcientia con-*
oran. Deo. *cutitur, quando etiam iuſtorum viſa turbatur. Hi, qui oderunt aduentum iudicis, quid facient, ſi ter-*
rorem tanti iudicij etiam, qui diligunt expaueſcunt?

Et D. Aug. inquit. *Tàm terribile erit Iudicium, vt etiam ab Angelis timeatur, ita cum genus*
ſer. 130. *humanum iudicabitur, etiam cœleſtes miniſtri pauebunt, & de terribili apparatu iudicis intuentis, hor-*
de temp. *renda formidine contremiſcent.*

D. Greg. conſiderans aſpera flagella, & perſecutiones, quas Dei ſerui in hac vita paſſi ſunt:
lib. 19. de quibus dicebat Dauid. *Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis,* inquit Greg.
moral. *Per iſta huius temporis flagella, ſignificas, quomodo tunc percuſſurus es, quando non parcens iudicas,*
pſal. 59. *qui ſic diſtrictè modo iudicas quando parcis.*

Idem Greg. perpendens, quod Sancto Iob Dei ira fuit pondus importabile vnde dicebat:
cap. 31. *& pondus eius ferre non potui,* inquit Greg. *Hinc perpendere ſummopere debemus, quomodo fertur*
illa, quæ reprobat, ſi ferri modò vix valet eius ira, quæ purgat.

D. Chryſoſt. animaduertens quod in die Iudicij, Dei ira ob quorumcumque iuſtorum
preces non placabitur, ſic tremens clamat. *Quid faciemus quando, & tenebræ erunt, & ſtridor*

dentium

dentium, & vincula inſolubilia, & vermis immortalis, & inextinguibilis ignis, & tribulatio, & angustia, & plantus, & nullus audit? & vigamur à doloribus, & nullus attendit? & omnia loca reſpicimus, & nuſquam adeſt, qui contempletur? quid animabus illis miſeriùs? quid miſerabiliùs? *hom. 10. in 2. Cor.*

DE LACHRYMIS

1 Diuus Ambroſ. Vide quantum fletus profuerit Petro, antequam fleret lapſus eſt, poſtquam fleuit ereptus eſt, & qui ante lachrymas præuaricator cecidit, poſt lachrymas paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit, qui priùs ſe ipſe non rexit. *de pœnit. Petri.*

2 Idem. Dauid dicebat, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo, & ideò meruit, vt ex eius familia Virgo eligeretur, nobis partum proprio Chriſtum ederet. *l. 2. de pœnis. c. 2.*

3 Idem. Neſcit flere, qui flenda committit, & cum ſit ipſe lachrymabilis, non habet culpæ lachrymas ſuæ. *pſ. 118.*

4 Idem. Inuenio quod fleuerit, non inuenio quid dixerit, lachrymas eius lego, ſatisfactionem non lego, quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari, & quod defendi non poteſt ablui poteſt; lauat enim lachryma delictum, quod eſt pudor confiteri, lachrymæ verecundiæ pariter conſulunt, & ſaluti. *ſer. 46. de Petro flente.*

5 Idem. Expectat lachrymas noſtras; vt profundat pietatem ſuam. *l. 1. de pœnit. c. 4.*

6 Idem. Vim facimus Domino non compellendo, ſed flendo, non prouocando iniurijs, ſed lachrymis exorando, non blaſphemando per ſuperbiam, ſed per humilitatem merendo, & dolendo, ò beata violentia, quæ non indignatione, ſed miſericordia condonatur. *ſer. 15.*

7 Idem. Lachrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego, ſed quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lauant lachrymæ delictum veniam non poſtulant, ſed merentur. *l. 9. in Luc.*

8 Idem. Fleuit amarè Petrus, vt lachrymæ lauarent delictum; tu ſimiliter lachrymis dilue culpam. Non inuenio quid dixit, ſed quod fleuit. *ibidem.*

9 Idem, in verba Matt. 11. *Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Cogimus Regnum Cœlorum, & vim quodammodo facimus, non compellendo, ſed flendo non prouocando iniurijs, ſed lachrymis exorando. *ſer. 15.*

10 Idem. Non ſolus dolor lachrymas habet, & lætitia lachrymas ſuas; lachrymæ ergo pietatis indices, non iudices ſunt doloris. *or. funebr. de obitu fratr. ſui Satyr.*

11 Idem. Et fortaſsè ideò non lauit pedes ſuos Chriſtus, vt eos lachrymis nos lauemus.

12 Idem. Diffidere eſt de potentia Dei æſtimare quod non audieris, niſi clamaueris, clament opera tua, clamet fides, clament affectus, clamet paſſiones tuæ, clamet ſanguis ſicut Abel. *lib. 6 in Luc. c. 7.*

13 D. Antiochus. Vbi lachrimæ, ibi exorabilis Dei clementia: Meretrix illa lachrymis vnius horæ ſed feruidis, rogum extinguit peccatorum. *l. 1. de Cain c. 9.*

14 Idem. Roruleniæ aſperginens lachrymarum, vt dulcor mellis ſunt cordi, aut ſuaue fragrans thymiama apud Deum. *hom. 107 de comp.*

15 D. Arnobius, *in pſ. 38. loquens de Petro.* Maior gradus redditur ploranti, quam fuerat ſublatus deneganti. *ſer. 11. ad fr. in Her.*

16 D. Aug. Lachryma Paſſionis Chriſti eſt vicaria. *ſer. 82. de temp.*

17 Idem, *loquens de fletu Ioſeph ſuper fratres.* Odium fratrum charitatis lachrymis abluctat.

18 Idem. Da mihi Domine in hoc exilio pœnam doloris, & lachrymarum, quem eſurio ſuper omnem copiam deliciarum. *in li. med.*

19 Idem. O fœlix lachryma, tu carnalem cogitationum extinguis, peccatorum morbum expellis, virus culpæ euomis, ò fœlix tabula, ò vitalis nauicula, per quam naufragus redire poteſt ad portum ſalutis; ò aqua ſalutaris, per quam omne peccatum deſtruitur, ò via, per quam ad Paradiſum gradimur, ò fœlix lauacrum lachrymarum, quod toties vales ad purgandum, quoties purgatione indiget cor humanum. *ſer. 11. ad fratr. qui eſt de lachr. to. 10*

20 Idem. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, &c.* Non dixit factæ ſunt lachrymæ meæ mihi potus, ne ipſas deſideraſſe videretur, ſicut fontes aquarum, ſed ſeruata illa ſiti, qua rapior; panis mihi factæ ſunt lachrymæ meæ, differor, & vtiq; manducando lachrymas, ſine dubio plus ſitit ad fontes. *ſuper illud pſ. 41.*

21 Idem in verba Pſal. 49. *Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.* Exaudiſti me deprecantem,

tem, & ſicut, & in repromiſſione tua: quia ſic promiſeras hoc egiſti: Dixiſti te exauditurum flentem, Fleui, exauditus ſum.

ſer. 11. ad fratres in Heremo. 22 Idem. Flere debemus fratres peccata, quæ commiſimus. Iſte enim fletus ſit panis noſter, quod die, ac nocte comedere debemus.

in hūc pſ. 23 Idem in verba. Pſal. 41. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte*. Non amaritudo, ſed panes ſuaues, erant mihi lachrymæ.

ibidem. 24 Idem. Cibum iuſtum, qui panis dicitur, die comedunt homines, & nocte dormiunt; panis autem lachrymarum die, ac nocte comeditur.

l. de pœnit. 25 Idem. O humilis lachryma, tuum eſt Regnum, tua eſt potentia. Aſpectum Iudicis nō vereris, inimicis accuſantibus ſilentium imponis. Sola intras ad Regem, ſed ſola non recedis vincis inuincibilem, & ligas omnipotentem.

in pſ. 94. 26 Idem. Si ardet conſcientia delicti, lachrymis extingue flammam peccati.

ibidem. 27 Idem. Omnes aquæ non extinguerent vnam ſcintillam in Inferno; ſed ſi vna lachryma de puro, & contrito corde proceſſerit, totum ignem Inferni extinguit.

ibidem. 28 Idem. Non ſunt in te Chriſtiane charitatis viſcera, ſi luges corpus, à quo receſſit anima, & non luges animam, à qua receſſit Deus.

l. 10. de Ciuit. Dei. c. 17. 29 Idem. Quanto quiſque eſt ſanctior, & deſiderij ſancti plenior, tanto fit eius in orando fletus vberior.

ſer. 11. ad frat. in heremo. 30 Idem. Hæc lachryma eſt herba cęleſtis illius fullonis, quæ veſtes ſeruorum ſuorum, deturpatus à corde quotidie purgat.

31 D. Bern. *in lib. qui dicitur modus beneuiuendi*. Frequenter lachrymæ fluant ab oculis tuis, quia nunquam in hac vita ſerui Dei debent eſſe ſecuri, ſed peccata ſua cum lachrymis ad memoriam reducere.

ſerm. 3. in Dō. palm. 32 Idem. Chriſtus non contentus fuit lachrymis oculorum, ſed totius corporis, & ſanguinis lachrymis peccata noſtra, flere, & lauare voluit.

33 Idem, ſer. ſuper illud Iob. *In ſex tribulationibus liberabit te*. Per ignem nobis tranſeundum eſt, vt vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probabit: ibi enim aurum noſtrum vertetur in ſchorium, ibi reuelabitur vniuerſa impuritas, ibi veritas ipſa accepta tempore iuſtitias iudicabit quidquid nunc paruipendendo tranſibimus, palpando tegimus, diſſimulando negligimus, quanto illic cruciatu vindex flamma conſumet? vtinam magis nunc daret quis capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum; forte enim non reperiret ignis exurens, quod interim fluens lachryma diſſoluiſſet.

li. de contēp. mūdi. 34 Idem, in verba Apoc. *Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*. Felices lachrymæ, quas benignæ manus Conditoris abſtergunt.

modo beneu. c. 27. 35 Idem. Dulces tibi ſint lachrymæ, dilectet te ſemper planctus, & luctus.

ſer. de Maria Magd. 36 Idem. Exponens verba illa Apoſtoli ad Rom. 12. *Flete cum flentibus*, ait. Numquid Apoſtolus præcipit flere rerum amiſsionem? filiorum mortes? morborum vim? grauitatem inopiæ? vel fortium potentiam? abſit, plorandi enim ſunt, qui taliter plorant, nam religioſa triſtitia, aût alienum peccatum luget, aût proprium.

ſer. 4. Cœnæ Dom. 37 Idem. Funde lachrymas ad Crucifixum; te ſaluare paratus eſt, qui pro te talia paſſus eſt.

ſer. 16. in Cant. 38 Idem. Paueo gehennam, paueo Iudicis vultum ipſis quoque tremendum Angelicis Poteſtatibus, contremiſco ab ira potentis, à facie furoris eius, à fragore ruentis mundi, & conflagratione elementorum, à tempeſtate valida, à voce Archangeli, & à verbo aſpero; contremiſco à dentibus beſtiæ infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad eſcam, horreo vermem rodentem, & ignem ardentem, fumum, vaporem, & ſulphur; quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? præueniam fletibus fletum, & pondus catenarum præmentium, ſtringentium, vrentium, nec conſumentium.

39 Idem. *ſerm. de nimia fallacia præſentis vitæ*. Humanum cor lachrymas neſciens, non modo durum, ſed etiam impurum eſſe, neceſſè eſt.

ſer. 68. in Cant. 40 Idem, ſuper illud Luc. 15. *Gaudium erit coràm Angeli Dei ſuper vno peccatore, &c.* Gaudent Angeli ad pęnitentiam peccatoris, quod ſi delitiæ Angelorum lachrymæ meæ, quid delitiæ.

in ſcal. clauſtr. tit. de ſignis Spiritu Sācti 41 Idem. O fęlices lachrymæ, per quas maculæ interiores purgantur, per quas peccatorum incendia extinguuntur.

ſer. 5. in oct. Paſch. 42 Idem. Baptiſmi Sacramentum, quoniam iterari non licèt his, qui ſæpè in multis offendimus, frequenti oportet ablutione ſuppleri.

43. Idem.

43 Idem. Purgatur lachrymis oculus ante caligans, & acuitur viſus, vt intendere poſſit in *ſer. de con*
ſereniſſimi luminis claritatem. *uerſ. ad*
44 Clemens Alexand. Quoniam vulnerum animæ tamquam ſanguis lachrymæ ſunt. *cler. c.19*
45 Caſſiod. in illud Pſalm. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c.* Fletus eſt cibus animarum, cor- *li.1. Ped.*
roborãtio ſenſũm, & ablutio peccatorum, refectio mentium, lauactum culparum.
46 Cæſareus Arelat. Epiſcop. Oportet vnumquemq; ſuper ſeipſum, quaſi ſuper mortuum *hom. 10.*
conclamare, & magnos ſuper extinctam animam dare plantus.
47 D. Cyprianus. Si quem de tuis caris mortalitatis exitu perdidiſſes, ingemiſceres *in lib. de*
dolenter, & fleres, facie inculta, & veſte mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore de- *lapſis.*
iecto indicia mętoris oſtenderis: animam tuam miſerè perdidiſti ſpiritaliter mortuam, ſu-
peruiuere hic tibi, ipſe ambulans funus tuum portare cæpiſti, & non acriter plangis, non
iugiter ingemiſcis?
48 Idem. Quoties in conſpectu Domini video te ſuſpirantem; Spiritum Sanctum non du- *ſerm.7.de*
bito aſpirantem, cum intueor fluentem, ſentio innocentem. *Cęna Dñ.*
49 Idem. Quomodo te audiui à Deo poſtules, cum te ipſum non audias? vis Deum eſſe *dę or. Do-*
memorem tui, eum rogaſti quando tu ipſe memore tui non ſis? *minica.*
50 D. Ephrem. O lachrymarum virtutem, quandoquidem, & vniuerſæ virtutes cęleſtes *ſerm.3.de*
tuam poteſtatem admirantur. *cõmpunct.*
51 Idem. O lachrymarum vis quoque pertingis, quæ multa cum fiducia nullis impedita *ibidem.*
retinaculis ipſum Cęlum penetras, ò vis lachrymarum, quæ ſi velis ante ſanctum, atque
excelſum immaculanti Domini thronum cum gaudio aſſiſtere potes.
52 D. Greg. Nazian. O Apoſtole lachrymæ tuæ, qui ad diluendam culpam negationis, vir- *or. in San-*
tutem ſacri habuere baptiſmatis. *cta lumin.*
53 Idem. Lachrymæ ſunt peccati diluuium, mundi piamentum, iter ad Deum. *orat.3.*
54 Idem. A Creatore noſtro cum magno gemitu quærenda eſt lachrymarum gratia. *l.3.dialog.*
55 Idem. Quidquid in nobis polluerunt opera; diluant lamenta. *c.39.*
56 Idem. Magnis lachrymis quærendas à Deo eſſe, & poſtulandas lachrymas, vt eiſdem *9. moral.*
Deum quæramus, vocemus, & poſſideamus. *c.35.*
57 Idem, ſuper Ezech Oratio Deum lenit, ſed lachryma cogit, hæc vngit, ſed illa pungit. *3. dialog.*
58 Idem. Scripta ſunt peccata tua, ſpongia peccatorum tuorum lachrymæ tuæ ſint: effun- *c.34.*
de lachrymas, & poteris ea delere. *hom.3.*
59 Idem, *loquens de Anna*. Si ſic planxit mulier, quæ quærebat filium, quomodo debet *ſup. pſ.50*
plangere anima, quæ quærit Deum. *hom. 11. in*
60 Guarricus. Vos ipſi fratres ſi æmulari meliora chariſmata didiciſtis, optate gemitus ab *Ezech.*
ſpiritu vobis infundi. *ſer.2. de*
61 D. Hieron. ſuper illud Oſeę 12. *Inualuit ad Angelum, & confortatus eſt, fleuit, & rogauit,* *Pentec.*
&c. Si quis igitur flet, & agit pęnitentiam, & dominum depræcatur, inueniet eum in do-
lore cordis ſui, & cum eum inuocauerit, ſibi audiet reſpondentem.
62 D. Hieron. O lachryma humilis, tua eſt potentia, tuum Regnum, Tribunal Iudicis non *in epiſt.*
vereris, amicorum tuorum accuſatoribus ſilentium imponis; non eſt qui te accedere ve-
tet: ſi ſola intraueris, vacua non redibis. Quid plura vincis inuincibilem, ligas omni-
potentem.
63 Idem, ſuper illud Pſal. 31. *Verumtamen in diluuio aquarum multarum, &c.* Vide quanta *ep.46. ad*
magnitudo ſit fletus, vt aquarum diluuio comparentur. *Ruſt.*
64 D. Hilar. Explicans verba illa Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. *Cant.4. in*
Lugentibus æternæ conſolationis ſolatia Dominus repromittit, non quidem lugentibus *Matth.*
orbitates, aùt contumelias, aùt damna temporalia, ſed flentibus peccata.
65 D. Ioan. Chryſo4. Lachrymæ meæ mihi fuerunt pro baptiſmate, & ſicut ex aqua, & *hom.6. in*
ſpiritu, ſic rurſus ex lachrymis, & confeſſione purgamur. *Matth.*
66 Idem. Martyres effundunt ſanguinem, peccatores lachrymas. *pſal.50.*
67 Idem. Nihil enim ita conglutinat, atque vnit Deo, vt illæ lachrymæ, quas peccati do- *hom.6. in*
lor, & amor virtutum effudit. *Matth.*
68 Idem. Habes puteum ex cordis profundo triſtitiam, auri geminas, commoue pupillas, *hom. 22.*
& lachrymarum profunde fluenta ſecundum peccatorum proportionem ſit tibi lachryma; *quæ eſt de*
ſi magnus eſt lapſus tuus, maior ſit lachrymarum tuarum torrens, vnde peccatum proceſ- *pęnit.*
ſit, oriatur fons medicinæ, vbi peccatum, illic fiat, & ſolutio, ne hic ſit peccatum, & in Cę-
lo pœnitentia.

hom. 30. in Gen. 69 Idem. De lachrymis Dauid flentis peccatum ſuum, quid oculis illis formoſiùs perpetuo lachrymarum imbre, & quaſi margaritarum decore ornatis.

hom. 5. de pœnit. 70 Idem, ſuper illa verba Pſal. 6. *Lauabo per ſingulas noctes, &c.* Et ſi lachrymarum vbertatem voluiſſet oſtendere, ſatis fuerat dixiſſe lachrymis meis ſtratum meum rigabo, quare ergo præuenit, lauabo, vt oſtenderet lauacrum, & purgatorium peccati lachrymas eſſe.

hom. 9. de pœnit. 71 Idem, *loquens de Petro amare flente.* Chriſtus reſpiciens Petrum vocem dimiſit per ipſum intuitum, non enim ore loquutus eſt, ne ipſum forte inter Iudęos redarguat, & proprium confundat diſcipulum, ſed per oculos dimittens vocem, quaſi diceret quod dixit factum eſt, tùm Petrus ſentiens cœpit flere, & non fleuit ſolùm, ſed amarè, ſecundum baptiſma per lachrymas ex oculis oſtendens.

hom. 4. ad pop. 72 Idem. Non ſic ſemina delatus imber germinare, & creſcere facit, vt pietatis ſemen excita, & vernare facit ex lachrymis ruens imber, hic animam detergit, irrigat, & mentem.

hom. 13. ad pop. 73 Idem. Nemo ad Deum aliquando flens acceſſit, qui non quod poſtulauerit accepit.

hom. 2. in pſ. 50. 74 Idem. Peccata tua in libro ſcripta ſunt, ſpongiæ autem inſtar ſunt lachrymæ tuæ: lachrymas mitte, & obliterant, lachrymas mitte, & purus ille liber inuenitur. Magna peccatorum ſpongia ſunt lachrymæ, magna lachrymarum vis eſt,

hom. 5. de pœnit. 75 Idem. Rogum peccatorum extinguimus, non iam aquis multis, ſed lachrymis paucis; multus quidem peccati ignis, ſed modica extinguit cum lachryma, nam lachrymæ fratres rogum extingunt peccatorum.

hom. 5. ad pop. 76 Idem. Cur fundis lachrymas in vacuum? mortuus eſt filius? ploraſti? ſic reuixit? non. Infirmus fuiſti? lachrymatus? ſic. Sanitatem accepiſti? non peccaſti? Deum offendiſti? ſic lachrymatus es? ſic. Sanaſti? Deum placaſti? equidem. Plora ergo, & lachrymas funde.

hom. 2. in pſ. 50. 77 Idem. Lauant lachrymæ congeriem peccatorum, extingunt culpam, exigunt veniam, prodeſt iſta amaritudo, quoniam quicquid delicti rabidum eſt, ferramento pœnitentiæ reſecatur.

hom. 8. in epiſt. 1. ad Cor. 78 Idem. Homines animæ perditionem non plangunt, nec cogitant innumerabiles dies: lugent homines pro famulis mortuis, pro detrimento pecuniæ; animam autem quotidie perdentes, de eo ne cogitamus quidem.

79 Idem, ſuper illud Pſal. 6. *Lauabo per ſingulas noctes, &c.* Audient qui lectos habent argenteos, qualis erat lectus Regis non ex gemmis conflatus, non ex auro contextus, ſed ablutus lachrymis.

hom. 30. in Gen. 80 Idem, pertingens illud Pſal. 6. *Lauabo per ſingulas noctes, &c.* Quidnam dic vno oculis illis formoſiùs perpetuò lachrymarum imbre, & quaſi margaritarum decore ornatis?

hom. 21. in Gen. 81 Idem. Sicut faciem corporis tui quotidie abluis, nequa fortè macula faciei inhærens, fœda appareat, ſic, & animæ curam habe quotidie lachrymis eam abluens; hac enim aqua maculæ deponuntur.

hom. 6. in Matth. 82 Idem, ſuper illud, *turbatus eſt ſpiritu.* Itaque flentem illum frequenter inuenias, numquam vero ridentem, ſed nec breuiter ſemel ſubridendo gaudentem.

hom. 12. in epiſt. ad Coloſſ. 83 Idem. *De Pauli lachrymis.* Si quiſpiam oſtenderit nobis Paulum lachrymantem, & gementem, non multum eſſet, melius eum videre, quàm innumerabiles choros, & bellè coronatos.

ibidem. 84 Idem. Viderunt Paradiſum iſti oculi, viderunt tertium cęlum, ſed eos non cenſeo beatos propter hoc ſpectaculum, quàm propter lachrymas, per quas viderunt Chriſtum.

in pſ. 50. 85 Idem. In Codice ſcripta ſunt tot peccata tua, ſpongia peccatorum tuorum lachrymæ tuæ ſunt, effunde lachrymas, & poteris ea delere.

hom. 6. in Marcum. 86 Idem. Lachrymæ meæ mihi fuerunt pro baptiſmate.

in pſ. 59. 87 Idem. Dicam tibi quid valent lachrymæ, attende diligentiùs; quid Martyribus maius, qui animam ſuam ponunt pro amico ſuo? Grandis gloria Martyrum. Martyres effundunt ſanguinem, peccatores lachrymas. Meretrix illa non fudit ſanguinem, ſed fontes lachrymarum profudit, & deleuit peccata ſua.

ibid. de D. Petro. 88 Idem. Numquid ſanguinem fudit? nonnè amarè fudit lachrymas, & abſterſit peccatum ſuum, & recepit priſtinam dignitatem?

hom. 6. in Matth. 89 Idem. Nihil ita conglutinat, atque vnit Deo, vt illæ lachrymæ, quas, & peccati dolor, & amor virtutum effundit.

hom. 6. in Matth. 90 Idem. Sæcularibus iudicijs quantumlibet poſt acceptam ſententiam lamenteris, & lugeas, non tamen effugies fiendo ſupplicium, hic verò ſi toto corde ingemueris ad Deum, ſoluiſti repentè ſententiam, veniamq; conſecutus es,

D. Lau-

Digitized by Google

91 D. Laurent. Iuſtin. O lachryma humilis tua eſt potentia, tuum Regnum, vincis inuincibilem, ligas omnipotentem, inclinas Filium Virginis. *tract. de orat. c. 3.*

92 D. Leo Papa. Felices Sanctè Apoſtole tuę lachrymæ, quæ ad diluendam culpam negationis virtutem ſacri habuere baptiſmatis. *ſer. 9. de paſſ.*

93 D. Baſil. Ad hæc dicere poſſumus Sanctorum lamenta, lachrymaſque prouenire feruore charitatis; oculis enim cordis, in eum coniectis, quàm diligunt lætitiam, ſibi illinc accumulant. *hom. 4. de grat. actione.*

94 Idem. Apoſtolus, vt cum flentibus fleamus permittit, quod huiuſmodi lachrymæ ſint ſeminium quoddam, ac fænus, quibus æternum illud gaudium increſcit quotidie, & cumulatur. *ibidem.*

95 D. Petrus Chryſol. Lachrymas peccata baptizare, & abluere. *ſer. 107.*

96 Idem. O quanta vis in lachrymis peccatorum, rigant Cœlum, Terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam diuina promulgatione ſententiam. *ſer. 93.*

97 Idem, *loquens de Chriſto reſuſcitante Lazarum.* Cum reſuſcitat, tunc lamentatur; qui cum amittit; non flet. *ſer. 64.*

98 D. Petrus Dam. O lachrymæ deliciæ ſpirituales ſuper mel videlicet, & fauum, atque omni nectare dulciores? quæ mentes ad Deum erectas, iucunda ſaporis intimi ſuauitate reficis, & arida, ac tabeſcentia corda hauſtu ſupernæ gratiæ medullitus irrigaris. *opuſc. 13. cap. 12.*

99 Idem. Lachrymantes oculi Diabolum terrent, & ſic lachrymarum erumpentium expauet impetum, ac ſi procelloſi nembi grandinem, & furentium vndique ventorum effugiat tempeſtatem. *ibidem.*

100 Petrus Cell. Sterilis eſt omnis effuſio lachrymarum, quæ non effunditur propter Regnum Cęlorum; inanes ſunt lachrymæ quas damnum, vel incommodum extorquent temporale. Flendum tantummodo eſt, aùt pro amiſſo Paradiſo, aùt pro commiſſo peccato. *B. Laur. Iuſtin. de orat. c. 7.*

101 Idem. Sathan tolerabiliùs ſuſtinet flamma ſuam, quàm lachrymam noſtram; acriuſque contriti cordis lachryma, quàm flamma infernalis incendij torquetur. *lib. de panib. c. 12.*

102 Idem. Lachrymæ inueniunt, aùt faciunt Paradiſum. *lib. de panib. c. 10.*

103 Idem. Lachryma vibratas reuaginat, acies erecta iam reſupinat ſupplicia, exundantes, irrorat flammas, profundit de ſilice aquas, ſuſcitat emortua, reſerat clauſa, prohibita accelerat. *lib. 1. de pan. c. 12.*

104 Idem, *ait de Diabolo.* Suam tolerabiliùs ſuſtinet flammam, quàm lachrymam noſtram, acriùſque contriti cordis lachryma, quàm flamma infernalis incendij torquetur flumina omnia abſorbet, ſed hanc tamen aquam non ſorbet. *ibidem.*

105 Idem. Panis lugentium abundantia eſt lachrymarum; ſicut enim panis eſurientem, ſic lachryma reficit animam dolentem; deficit eſuriens ſine pane, lacerata languet anima ſine lachrymarum effuſione. Panis mitigat famem, lachryma lenit dolorem. *lib. de panib. c. 12.*

106 Idem. Si in corde viridi quotidie irrepunt tentationes, in arido quid fiet? ſi etiam poſt lachrymarum vermis corruptionis mentem corrodit; quæ conſumptio auiditatis illius, vbi nunquam Dominus pluit? ſi ros gratiæ præ tædio aliquando areſcit, quid vbi nunquam ros venit. *lib. de panib. c. 12.*

107 Rupertus Abbas, ſuper illud Ioannis. *Et lachrymatus eſt Ieſus.* Lachrymatus eſt, non cum mortuus eſt, quàm quod reuocari illum oportebat ad tollerandas rurſus huius vitæ miſerias.

108 B. Thomas à Villanoua. O felices lachrimæ, ò felices gemitus, ò felices ſingultus, quibus perpetuos illos euitamus gemitus, & dolores. *ſer. 1. de Iudic.*

109 Seneca. *Ingenti prouidentia oculis poſuit Deus uiſum, & fletum; ut qui delictum committunt uidendo, pęnas exoluant plorando.* *l. de prou.*

MANTISSA

AD LACHRYMAS.

EA eſt lachrymarum virtus, atque potentia, vt eamdem diuinam Omnipotentiam, cui nemo reſiſtere poteſt, vincere, & ligare valeat; ita inter alios D. Aug. his verbis fatetur. *O humilis lachryma, tuum eſt Regnum, tua eſt potentia, aſpectum Iudicis non vereris, inimicis accuſantibus ſilentium imponis, ſola intras ad Regem, ſed ſola non recedis, vincis inuinci-* *lib. de penit.*

vincibilem, & ligat omnipotentem, & quamuis in ſupræmo Sanctiſſimæ Trinitatis Tribunali mortis ſententia contra peccatorem fuerit prolata, ſi peccator ad lachrymarum virtutem confugiet illicò ad earum aſpectum Deum placaturum pro certò habeat; vnde Diuus Chryſoſt. dicebat. *Nemo ad Deum aliquando flens acceſſit, qui non, quod poſtulauerit accepit*, & D. Petrus Chryſol. ſer. 93. clamat. *O quanta vis in lachrymis peccatorum, rigant Cœlum, diluunt Terram, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam diuina promulgatione ſententiam.* *hom. 13. ad pop.*

Pro cuius rei confirmatione Ionę 4. ſcribitur quod præcepit Deus Prophetæ Ionæ, vt iret in Ciuitatē Magnam Niniuem, eiuſq; deſtructionē prædicaret, quam diuinā ſententiā, ſtatim ac viri Niniuitæ audierunt, crediderunt, in Deum, & ſaccis induti, & cinere conſperſi collachrymantes pœnitentiam egerunt, quod cum videret Propheta Ionas afflictione magna conſternatus, iratus eſt, orauitque ad Dominum, & dixit. *Tolle quaſo animam meam à me, quia melior eſt mihi mors, quam vita?* quare hoc? cum potiùs Ionas lætari, & exultare debuiſſet, quod propter ſuam prædicationem conuerſi fuerint ad Dominum? quæ nam fuit cauſa triſtitiæ Ionæ? reſpondet Diuus Chryſoſt. *Timuit Ionas nę tamquam falſus Propheta deluderetur.* Nam ex diuina iuſſione prædixerat Niniuitarum exitium, atque deſtructionem, at modò eos collachrymantes intuens, diuinæ ſententiæ mutationem propter lachrymas præuidebat, & ipſe tamquam falſus æſtimandus timebat, audite D. Ephrem in Ionam. *Timebat enim Ionas aſpiciens eorum lachrymas, vnde quod ciuitati euenturum erat animaduertebat.*

Hinc Oleaſter, expendens verba Iſa. 21. *Aſcende Aelam, obſide Mede omnem gemitum eius ceſſare feci*, ait, *expende virtutem gemitus, qui cogere videtur Deum, ne puniat, vt ſcilicet non ceſſet miſericordia eius, quandiù non ceſſauerit gemitus tuus*, vnde idem Iſa 64. amarè plorans dicebat. *Cecidimus quaſi folium, & iniquitates noſtræ, quaſi ventus abſtulerunt nos; non eſt, qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te*, quem locum Iſa. perpendens Hugo Cardinalis dixit. *Non eſt, qui teneat te, lachryma enim tenet, & cogit Deum.* Mementote quæſo, quod poſtquam Propheta Iſaias ex Dei iuſſione nunciauerit Regi Ezechiæ mortem dicens 4. Reg. 20. *Hæc dicit Dominus Deus; præcipe domui tuæ, morieris enim tu, & non viues.* Quàm mortis ſententiam, cum audiſſet Rex Ezechias, conuerſus ad parietem fleuit fletu magno, quæ lachrymæ ita diuinam ſententiam permutare meruerunt, vt antequam egrederetur Iſa. mediam partem atrij, factus eſt ſermo Domini ad eum dicens. *Reuertere, & dic Ezechiæ Duci populi mei, hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: audiui orationem tuam, & vidi lachrymas, & ecce ſanaui te*, quod admirans Doctiſſimus Oleaſter, Deum alloquens dicit. *Quare Domine, non ſinis Prophetam exire, domum ſuam intrare, & poſtmodum mittas eum, ſaltem, ne vacuus, aut deludens videaris?* Sed pro Deo idem Oleaſter his verbis reſpondit. *Plorat, & eiulat, quomodo poſſum ab eo poſtulata differre?* Sed vnde hoc? quoniam lachrymæ cogunt Deum mutare ſententiam, D. Bern. in illa verba Ioann. epiſt. cap. 5. *Qui ſcit fratrem ſuum peccare, peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem, eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis*, ait. *Non dixit Apoſtolus, non ploret quis, ſed non oret, quia ſi ploras obtinebis; efficacior enim coràm Deo eſt lachryma, quàm lingua, & plus fletibus, quàm orationibus flectitur; audio Petrum flentem amarè, non audio orantem, nam lachryma amara flectit omnipotentem.* Et quod magis admirandum eſt, ignis ille Infernus, qui ſemper ardet, & numquam extingui poteſt, extinguitur tamen à lachrymis, ita concinit D. Aug. *Omnes aquæ, non extinguerent vnam ſcintillam, in Inferno, ſed vna lachryma, ſi de puro, & contrito corde proceſſerit totum ignem Inferni extinguit*, hinc Vinc. Ferr. ait. *Si anima vnius damnati poſſet habere vnam guttam lachrymarum veræ contritionis; Deus illam ſaluaret*, vnde D. Hieron. ſuper illud Pſal. 41. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panis, &c.* ait. *Quomodo poteſt de lachrymis panis fieri? poteſt, quia ſicut corpus ſatiatur de pane, ita anima in lachrymis, quæ exinde ſperat remiſſionem peccatorum habere*, & D. Aug. inquit. *Quis ſtupris deditus, flagitijs inuolutus lauat per ſingulas noctes lectum ſuum? neſcit flere, qui flenda committit, & cum ſit ipſe lachrymabilis, non habet pęnæ lachrymas ſuæ*, vnde Dauid Pſalm. 6. lauabo per ſingulas noctes lectum meum, ſtratum meum rigabo, & Hebræus legit. *Natare faciam lectum meum, ſtratum meum liquefaciam*, & D. Chryſoſt. in hunc locum. *Audiant, qui lectos habent argenteos, qualis erat lectus Regis, non ex gemmis conflatus, non ex auro contextus, ſed ablutus lachrymis*, & D. Cypr. *Incumbamus gemitibus aſſiduis, & deprecationibus, hæc ſunt enim nobis arma cœleſtia, quæ ſtare, & perſeuerare fortiter faciunt hæc ſunt arma ſpiritualia, & tela diuina, quæ protegunt*, hinc Abbas Cellenſis. *Sathan tolerabiliùs ſuſtinet flammam ſuam quàm lachrymam noſtram acriùſque contriti cordis lachryma, quam flamma infernalis incendij torquetur.* D. Bernard. poſtquam comparauerit lachrymas puerorum Baptiſmati, per quod culpa deletur abſque pueri diſpoſitione ita inquit. *O felices lachrymæ, per quas maculæ interiores purgantur, per*

de gradib. humilitat.

ser. 19. ad fratres in heremo.

ser. 2. Dñ. 2. post Paſcha.

ser. 7. in pſ. 118.

lib. 1. ep. 1

lib. de panib. c. 12.

in Scal. clauſt. tit. de ſignis Spir. Sancti

quas peccatorum incendia extinguimur. Idem. *Eſt, & Baptiſmus aliquis in compunctione cordis, &*
lachrymarum aſſiduitate; Baptiſmi Sacramentum; quoniam iterari, non licet, his, qui ſæpè in multis *ſer. 1. in*
offendimus, frequenti oportet ablutione ſuppleri. D. Chryſoſt. *In ſæcularibus iudicijs, quantumlibet* *oct. paſch.*
poſt acceptam ſententiam lamenteris, & lugeas, non tamen effugies flendo ſupplicium; hic verò, ſi
toto corde ingemueris ad Deum ſolniſti repente ſententiam, veniamque conſequutus es, vnde de D. Pe-
tro dicit D. Antiochus. *Petrus amarulentis lachrymis vna hora profuſis, non peccatum modò ab-*
negationis promeruit ſibi condonari, ſed, & in earum gratiam illi concredita ſunt claues Regni Cœlo-
rum, & Diuus Ambr. loquens de Magdalena, in illa verba Luc. 7. lachrymis cœpit rigare pe-
des eius, ait. *Bonæ lachrymæ, quæ non ſolùm noſtrum poſſunt lauare delictum, ſed etiam Verbi cœle-*
ſtis rigare veſtigium, vt greſſus in nobis eius exuberent, idem. *Vide quantum fletus profuerit Petro,* *ſer. 46. de*
antequam fleret lapſus eſt, poſtquam fleuit; erectus eſt, & qui ante lachrymas præuaricator extitit, *pœnit. Pe-*
poſt lachrymas, paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit, qui priùs, ſe ipſe non rexit, hinc Di- *tri.*
uus Aug. ſic vocat lachrymam. *Paſſionis Chriſti vicaria,* D. Bern. ait. *Vtinam mihi daret quis* *ſer. 11. ad*
capiti meo aquas, & oculis meis lachrymarum fontes, forte enim non reperiret ignis exurens, quod in- *fratr. in*
terim fluens lachrymas diluiſſet, & Petrus Cellenſis. *De fonte peccatorum vena exiliunt omnium* *heremo.*
lachrymarum, mirum tamen in hoc artificis Dei ingenium, vt lachryma de pœnis erumpens peccato- *ſer. in illa*
rum abſorberet omne peccatum, lachryma naufragium eſt vitiorum, portuſq; naufragatorum, D. Leo *verba Iob*
Felices Sancte Apoſtole lachrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem ſacri habuere *5. in ſex*
baptiſmatis, & D. Chryſoſt. introducit Dauidem hom. 6. in Marc. dicentem. *Lachrymæ meæ* *tribulat.*
mihi fuerunt pro baptiſmate, & hom. 6. in Matth. *Sicut ex aqua, & ſpiritu ſic rurſus ex lachrymis,* *liberabit*
& confeſſione purgamur, & D. Aug. ſer. 11. ad fratres in Heremo comparat lachrymas herbæ *te.*
Fullonis Malach. 3. & ait. *Hæc lachryma eſt herba cœleſtis illius Fullonis quæ veſtes ſeruorum* *li. de pan.*
ſuorum deturpatas à ſorde quotidie purgat. Petrus Cellenſis cit. expendens verba Dauid Pſal. 41. *c. 12.*
fuerunt mihi lachrymæ meæ panis, &c. ait. *Panis itaque lugentium abundantia eſt lachrymarum* *ſerm. 9. de*
ſicut enim panis eſurientem, ſic lachryma reficit animam dolentem, deficit eſuriens ſine pane, lacera- *paſſ. de la-*
ta languet anima, ſine lachrymarum effuſione, vnde Greg. Nazian. orat. 3. dicebat. *Lachrymæ* *chr. Petr.*
ſunt peccati diluuium, mundi pigmentum, iter ad Deum, & D. Ambr. de lachrymis Petri in Lucã.
Petrus doluit, & fleuit, quia errauit, vt homo, non inuenio quid dixerit, ſcio quod fleuit, lachrymas
eius lego, ſatisfactionem non lego, ſed quod defendi non poteſt ablui poteſt, lachrymæ veniam, non
poſtulant, ſed merentur, vnde Auctor imperfectus dixit. *Cum autem conſolatio ſit lugentium ceſ-* *hom. 9. in*
ſatio luctus, qui ſua peccata lugent conſolabuntur indulgentiam conſequuti, vnde Chriſtus dicebat. *Matth.*
Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur;

Ariſtoteles docet, quod cum parentes proprium filium lugentem intuentur, non debent
tales lachrymas prohibere, ille enim fletus magnum iuuamen puero affert, dùm humiditatem
illam, qua puer abundat, & quæ ei nocere poſſet, per lachrymas foras emit, at huiuſmodi fle-
tus debet hominibus prohiberi tamquam noxius, cum non abundent humiditate; puerulos
peccatores, & viros Dei ſeruos eſſe omnes affirmant; pueri idest peccatores, ſemper plorare
debent, at iuſtorum lugentium miſeretur Deus; abſterget Deus omnem lachrymam ab ocu-
lis eorum, vnde D. Bern. ait. *Felices lachrymæ, quas benigna manus conditoris abſterget, & Bea-* *in declam.*
ti oculi, qui in talibus liquefieri fletibus elegerunt. Bis Magdalenam fleuiſſe legimus, in domo
Phariſæi, dùm Chriſti pedes lachrymis rigabat, & tunc, quia peccatrix erat, illæ lachrymæ ma-
gnũ iuuamen erant Magdalenæ, vnde Chriſtus, non prohibuit Magdalenã lachrymari, erat
enim in numero tunc puerorum, ideſt peccatrix, at cum eſſet Sancta, & ad ſepulchrum perge-
ret, vt Chriſtum inuenire potuiſſet Magdalenæ lachrymarum miſeratus Chriſtus dixit. *Mu-*
lier, quid ploras? quaſi diceret, ne plores, quia non es amplius puerula, ideſt peccatrix ſe vi-
rago, ideſt ſancta, ita inquit Rupertus Abbas. *Mulierem ſinebat flere peccatricem, ſed non ſine-*
bat ſanctam. Sed animaduertendum eſt, ne effundentur lachrymæ pro rebus temporalibus,
peccarunt parentes noſtri in Terreſtri Paradiſo, vnde ab eo voluptatis loco expulſi fuere, pe-
tijt ab eis Deus, cur diuino præcepto aduerſari auſi fuerint, tunc Eua plorans reſpondit; *ſer-*
pens decepit me, quod perpendens D. Greg. inquit. *Quod flebat Eua, non quia Deum offendit, ſed*
quia ſerpens decepit eam, promittens illi diuinitatem, & D. Bern. in illa verba flere cum flentibus, *ſer. in feſto*
ait. *Numquid Apoſtolus præcipit flere rerum amiſſionem, intermiſſionem voluptatum, filiorum* *B. Mariæ*
mortes, morborum inſtantiam, grauitatem inopiæ, potentiam fortiorum? abſit plorandi enim ſunt, qui *Magd.*
taliter plorant, religioſa enim triſtitia, aùt alienum luget peccatum, aùt proprium, vnde Petrus Cel-
lenſis cit. inquit. *Flendum ſolummodo eſt; aùt pro peccato commiſſo, aùt pro amiſſo Paradiſo.* *hom. 107*

Lachrymæ quidquid exoptant, impetrant; vnde D. Antiochus dicebat. *Vbi lachrymæ,* *de comp.*
ibi exorabilis Dei clementia, & D. Chryſoſt. de lachrymis Annæ ait. *Idcirco ſterelitatem eius, in* *hom. 6. in*

hom. 79. ad *fecunditatem Deus mutauit, & quaſi è duro quodam ſaxo, agrum fertilem reddidit,* & loquens de
pop. [illegible] Anna inquit. *Quæcumque volebat, expediuit, & deficientem correxit naturam, & matricem con-*
de triũph. *cluſam aperuit, ex ſterili ſemine fecundam meſſem ſegetem*, & D. Laurent Iuſtin. *Sicut Anna Sa-*
Chriſti A- *muelis mater coràm Domino, quamobrem ſterilitate depulſa Deo gratiſſimam meruit ſuſcipere pro-*
gone c. 15 *lem*, & D. Antioch. cit. *Lachrymæ præſentantem Deo Orationem, eamque gratiſſimam reddunt, &*
hom. 12. in *acceptabilem*, & D. Chryſoſt. *Lachrymæ pulchram oſtendunt faciem, lachrymæ faciunt grauem, &*
ep. ad eph. *honeſtam.*

Lachrymarum donum magnum eſt diuini fauoris inditium, iam cunctis patet inter omnes Chriſti Diſcipulos, magis dilectum Chriſto fuiſſe Ioannem Euangeliſtam, vnde de eo, dicitur.
[illegible] *Hic eſt Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus*, hic ſimul cum fratre ſuo Iacobo rogarunt matrem,
[illegible] vt à Chriſto peteret dexteram, & ſiniſtram in Regno eius, *dic, vt ſedeant, &c.* quibus dixit
Chriſtus, *poteſtis, &c.* & cum ipſi reſponderent, *poſſumus*, tunc ſubdit Chriſtus dicens. *Calicē*
in illa ver- *quidem meum bibetis, &c.* quæ verba expēdens Hugo Card. inquit. *Hunc Calicem eſſe calicem la-*
ba pſ. 15. *chrymarum, & tribulationis*; dùm ergo Chriſtus hunc lachrymarum calicem amicis tribuit,
quid retri- eſſe ſignum dignitatis honoris, & dilectionis, hinc D. Greg. loquens de hæreditate quàm Axa
buam Dñ. petijt à Patre ſuo Caleb Ioſuè 15. ita inquit. *Irriguum ſuperiùs accipit anima, cum ſe lachrymis*
[illegible] *Regni Cœleſtis deſiderio affligit bis terra cordis irrigatur, augentur virtutes, & creſcunt, nos etiam de*
[illegible] *virtute in virtutem properamus vſq; ad videndum Deum Deorum in ſion*, hinc concludit D. Gregor.
[illegible] *Non ergo lachrymarum donum leue eſt diuini fauoris inditium.*

lib. medit. Hinc D. Aug. hoc lachrymarum donum his verbis à Domino expoſtulabat. *Da mihi Do-*
c. 36. *mine euidens ſignum amoris tui irriguum lachrymarum fontem, iugiter manentem, vt ipſe quoque la-*
[illegible] *chrymæ, ſuum in me teſtentur amorem, ipſe prodant, ipſe loquantur quantum te diligit anima mea,*
dùm præ nimia dulcedine amoris tui nequit ſe à lachrymis continere, & lib. 20. de Ciuit. cap. 17. di-
[illegible] cebat. *Quanto quiſque eſt ſanctior, & deſiderij ſancti plenior tanto ſit eius in orando fletus vberior*,
hom. 30. & D. Chryſoſt. loquens de lachrymis Dauid. *Quid nam dic oro oculis illis formoſiùs, perpetuò*
in gen. *lachrymarum imbre, & quaſi margaritarum decore ornatis?* & in illa Verba Pauli act. 20. *Per tri-*
ennium die, & nocte non ceſſaui cum lachrymis monens vnumquemq; veſtrum, ait. *Ex quo nam fonte*
hom. 12. *tanta emanarunt fluenta, vt ex illius oculis lachrymæ? quem nam fontem vis comparare cum his la-*
in ep. ſt. ad *chrymis? illum ne, qui eſt in Paradiſo, qui irrigat vniuerſam terram? ſed nihil dices æquale?*
Coloſſ. Habent, & ſuas voces lachrymæ, quæ clamant ad Deum, vnde Ouidius Poeta dixit. *In-*
terea lachrymæ pondera vocis habent.

Sunt ita Deo gratiſſimæ lachrymæ, vt numquam inuenies eum ſine lachrymarum aqua,
li. de Bap. audire Tertull. his verbis. *Numquam ſine aqua Chriſtus prima rudimenta poteſtatis ſuæ vocatus*
ad nuptias aqua auſpicatur, cum ſermonem facit ſitientes ad aquam ſuam inuitat ſempiternam, cum de
agape docet, aquam calicem patri oblatum inter opera dilectionis probat, apud puteum vires reſumit,
ſuper aquam incedit libenter, & transfretat, vnde Abbas Cellenſis cit. de hac aqua dixit. *Aqua*
hæc aut facit, aut inuenit Paradiſum, & Bacchiar. perpendens quare Chriſtus voluerit naſci ex
ep. de rec. ea, quę fuit Vriæ, ait. *Talis filius naſcitur ex pœnitentia talē parturiunt gemitus, & lamenta*, vnde
lap. D. Ambr. inquit. *Dauid dicebat lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis, ſtratum*
de pœnit. *meum rigabo, & ideo meruit, vt ex eius familia virgo eligeretur, quæ nobis partu proprio Chriſtum*
l. 2. c. 8. *ederet.*

Ita Chriſtus fuit lachrymarum amator, vt D. Chryſoſt. dicat. *Itaque flentem illum frequen-*
hom. 6. in *ter inuenies nunquam verò ridentem, ſed nec breuiter ſemel ſubridendo gaudentem, ſed nec nullus ſan-*
Matth. *ctorum, vel de ſe ipſo, vel de alio quopiam tale quid aliquando ſignificaſſe narratur, de ſola Sarra legi-*
mus hoc dictum Gen. 18. ſed illa cō Dei voce correpta eſt, & de filio Noè Gen. 9. ſed propter illum ri-
ſum ſeruus factus eſt ex libero, & hom. 12. in Epiſt. ad Coloſſ. *Nihil eſt lachrymis iucundiùs quo-*
uis riſu ſunt hæ iucundiores, ſciunt qui lugent quantam hæc res habeat conſolationem, & D. Ambr.
ait. *Eſt pijs affectibus quędam etiam flendi voluptas, & plerumq; grauis lachrymis euaporat dolor*,
or. de obi- & in orat. funebri de obitu fratris ſui Satyri, ait. *Non ſolus dolor lachrymas habet, habet, & læ-*
tu Valent. *titia lachrymas ſuas, lachrymæ ergo pietatis indices non illices ſunt doloris*, D. Chryſoſt. in pſ. 50.
Dicam tibi quid valeant lachrymæ, attende diligentiùs, quid martyribus maius, qui animam ſuam po-
nunt pro amico ſuo? grandis gloria martyrum; martyres effundunt ſanguinem, peccatores effundunt
lachrymas, meretrix illa non fudit ſanguinem, ſed fontes lachrymarum profudit, & deleuit peccata
ſua, & de Petro loquens, *numquid ſanguinem fudit? nonnè amarè fudit lachrymas, & abſterſit pec-*
catum ſuum, & recepit priſtinam dignitatem.

D. Chryſoſt. *Cur fundis lachrymas vt in vanũ mortuus eſt, filius ploraſti? ſic reuertit? non, infirmus*
hom. 5. ad *fuiſti? lachrymatus es? ſic ſanitatem accepiſti? non.* Deinde Sanctus Doctor concludit di-
pop. cens.

Digitized by Google

cens. *Peccaſti? Deum offendiſti? ſic: lachrymatus es? ſic: ſanaſti? Deum placaſti? equidem flora ergo, & lachrymas funde.* D. Aug. *Maria Mater Domini dùm iuxta Crucem ſtaret, non ſua pecca a flebat, quæ nullum peccatum habebat flebat non tantum filij paſſionem, ſed & Iudæorum damnationem,* idem ibidem. *Sunt in te chriſtiane viſcera compaſſionis, quibus ploras corpus, à quo receſſit anima non ploras animam à qua receſſit Deus,* & D. Chryſoſt. *Triſtitia nobis data eſt, vt doleamus, non de morte, aut alia re, ſed tantum de peccato ibi enim solùm vtilis eſt triſtitia, cum alibi ſit inutilis nec enim dolendo poſſum mortuum, aut rem amiſſam reuocare, & recipere, ſed tantum gratiam peccato amiſſam dolendo, ac pœnitendo poſſum recuperare, hic ergo tantum vtilis eſt dolor.*

ſer. 11. ad fratres in heremo.

hom. 5. ad pop.

Geneſ. 19. poſtquam Sancto Loth mandatum fuit, vt exiret de Sodoma, ne, & ipſe cum illis peſſimis habitatoribus vitam perderet, fuit pariter vxori Loth ab Angelis præceptum, ne reſpiceret poſt tergum, at quia fuit inobſequens ſtatim in ſalis ſtatuam verſa eſt, demiratur D. Chryſol. quare Deus ſtatim puniuit hanc mulierem, cum quadraginta annis Aaron in obſequentiam diſſimulauerit? num. 33. quare hoc? quia Deus omnino punire volebat Ciuitates illas, & timebat ne ſi mulier reſpexiſſet poſt tergum vidiſſetque illarum vrbium incendium lachrymis Deum placare conaretur hæc ſunt verba Sancti Doctoris. *Tanta eſt vis, in lachrymis peccatorum, vt deleant omne facinus, & latam diuina promulgatione ſententiam.* Hinc volens ipſemet Deus in Iſa. cap. 21. vt Hieruſalem ab exercitu Babylonico deſtrueretur, dixit. *Omnem gemitum ceſſare feci ab eis,* quia vt ait D. Hieron. *Nemo ad Deum aliquando flens acceſſit, qui non impetrauerit, quod poſtulauerit, nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non acceperit,* vnde D. Laurentius Iuſtin. perpendens lachrymarum vim demiratur cur Chriſtus inclinato capite tradidit Spiritum, & non potiùs erecto capite cœlum aſpiceret vbi aſcenſurus erat? at quia iuxtà Crucem ſtabat Maria lachrymoſa, inclinauit Chriſtus caput, vt lachrymis matris frueretur, quaſi lachrymæ illæ ad ſe Chriſti caput traxerint, audite verba D. Laurentij. *O lachryma benedicta, quæ vincis inuincibilem, ligas omnipotentem, & Filium Virginis inclinas.* Non ſolùm lachrymæ Virginis Filium inclinant, ſed detinebant ne in Cœlum aſcenderet, voluit Chriſtus Dei Filius Cœlum aſcendere, & duxit Diſcipulos in Montem Oliuetum, & illis videntibus eleuatus eſt, vnde eorum oculi, eo quod tanto præceptore priuarentur, lachrymis abundabant quibus cum inuenies comitabantur, quæ lachrymæ Chriſtum detinebant ne cœlum aſcenderet quod cum ægrè ſuſtinerent Angeli, Apoſtolos obiurgant, & vt lachrymis finem darent promiſerunt eis Chriſtum denuò venturum dicens. *Viri galilæi, quid ſtatis aſpicientes in Cœlum? hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in Cœlum,* totum hoc eleganter dixit D. Hydelphonſus cap. 1. *Chriſtum denuò Apoſtolis Angeli promittunt, ne per eorum lachrymas, ipſo in perpetuum priuentur.* Diuus Chryſoſt. in illa verba. *Niſi efficiamini ſicut paruuli non intrabitis Regnum Cælorum,* perpendens quod Chriſtus dixerat Matt. 11. *Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud,* demiratur Sanctus, nam ſi violenti rapiunt, ſi vim patitur, quomodo. *Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum Cælorum?* ſed animaduertens Sanctus Doctor, quod paruulorum arma quibus à parentibus obtinent quidquid cupiunt, alia non eſſe niſi lachrymas, ita inquit. *Cogimus Regnum Cælorum, & vim quodammodo facimus, non compellendo, ſed flendo, non iniurijs prouocando ſed lachrymis exorando.*

ferm. 9.

in hunc loc.

in lib. vitæ cap. 9.

Matt. 18.

Acceſſit Magdalena in domum Phariſæi, vt peccatorum veniam obtineret à Chriſto, ad cuius aſpectum proſtrata nullum legitur protuliſſe verbum, quid agis Magdalena? loquere, & pete quod vis, ipſa ſilet, solùm lachrymis rigauit Chriſti pedes, & non ceſſabat lachrymari, & pro vocibus lachrymas adhibuit, & veniam obtinuit peccatorum, nam ipſæ lachrymæ vociferabantur, vnde dixit Ouid. *Interea lachrymæ pondera vocis habent.*

Hoc idem eleganter dixit D. Ambroſ. *Lachrymæ tacitæ quodammodo ſunt preces, veniam non poſtulant, & merentur, cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur,* hinc ſcribit Belarm. Diuã Catharinam Senenſ. de lachrymis ita fuiſſe loquutam B. Raymundo. *Hæc eſt Bulla Indulgentiarum,* D. Ephræm. *O vis lachrymarum in cuius præſentia atque confidentia Angelorum ordines, cœleſteſq; omnes virtutes ſemper exultant,* & ſubdit. *O lachrymarum potentia, quomodo in ictu oculi, quaſi præpetibus ſublata pennis in Cœlum euehis, atque aſcendis, & poſtulata à Deo Sancto obtines.*

in verba lachr. capit rigare pedes eius

in tract. 5 Cath. Sen.

ſer. 3. de comp.

D. Chryſoſt. ait, *Poſt vehemẽtes pluuias, mundus, ac purus aer efficitur; ita, & poſt lachrymarum pluuias ſerenitas mentis ſequitur atque tranquillitas,* & Ioannes Gerſon tract. 67. de perfect. Relig. lit. K. *Eſt enim lachrymis aliquid dulce, & muliebre expletur enim,* dixit alius, *lachrymis egeriturque dolor,* in illa lucta Iacob cum Angelo, in qua præualuit Iacob vt ſcribit Oſea 12. *Et inualuit ad Angelum, & confortatus eſt flens, & rogauit eum,* poſt quem fletum Deus interrogauit Iacob, quomodo vocabatur, qui reſpondit, *Iacob,* tunc dixit Deus Gen. 32. *Nequaquam*

hom. 47. in Matth.

Digitized by Google

ſer. Dom. 2. quadr. de dignit. anim. art. 2. cap. 1.

quam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael, quæ Dei verba expendens D. Antonius de Padua, ita inquit. *Iacob poſt luctum vocatus Iſrael, & non ante*, & D. Bern. Senenſ. *Quia Deus propriè plorare, non poteſt, aſſumpſit humanam naturam, vt plorare poſſet.*

lib. de pænit. *ſer. de Cæna Dom.*

D. Petrus Chryſol. ſer. 93. loquens de lachrymis ita clamat. *O quanta vis in lachrymis peccatorum, rigant Cœlum, Terram diluunt, extinguunt gehennam; delent in omne facinus latam diuinæ promulgatione ſententiam.* Imò vna tantum guttula lachrymarum ſufficiens eſt ad vitam æternam emendam, audite Abatem Cellenſem. *Aqua hæc, aut facit, aut inuenit Paradiſum.* Felices ergo lachrymæ, quibus, & Cœlum emitur, & peccatorum noſtrorum remiſſionem obtinemus, vnde D. Cyprianus dicere ſolebat. *Quoties te in conſpectu Domini video ſuſpirantem, Spiritum Sanctum non dubito adſpirantem; cum intueor flentem ſentio ignoſcentem.*

Quaſi diceret inter lachrymas, & gratiam nulla morula, nullum ſpatium interponitur; ob cuius rei probationem; præcepit Deus Ezech. Prophetæ dicens. *Sume tibi laterem, & ſcribes in eo Ciuitatem Hieruſalem, & ordinabis aduerſus eam obſedionem.* Quod Nicolaus de Lyra explicat. *Sume tibi laterem ſcilicet crudum, vt poſſint ibi protrahi figuræ, & deſcribes in eo Ciuitatem Hieruſalem, & ordinabis aduerſus eam obſedionem.* Magnum quidem Myſterium, quod in paruulo latere, & crudo deſcribi iuſſerit Deus Ciuitatem magnam Hieruſalem: magnum exercitum, in quo infinita ferè ſunt bellica inſtrumenta, & omnia directa aduerſus Hieruſalem. Perquirit hoc Cornelius à lapide, & poſt multam digreſſionem concludit Hieruſalem inimico exercitu circumdatam, ſignificare animam in peccato, & in crudo latere deſcriptam, ſeu delineatam, qui later facilè aqua diſſolui poteſt, quia aqua lachrymarum eius peccata diſſolui poſſit, hæc ſunt verba Cornelij.

in cap. 4. Ezech.

Hieruſalem obſeſſa eſt anima poſita in peccato, contra quam omnes diuinæ iuſtitiæ munitiones diriguntur. Verùm hæc omnia in latere, non decocto, ſed crudo, qui facilè aqua diſſoluitur, deſcribuntur, vt intelligamus omnes diuinæ iræ, munitiones aduerſus peccatores diſpoſitas, pœnitentiæ lachrymis poſſe diſſolui, atque adeò totam Dæmonis accuſationem deleri, hinc benedixit Diuus Effrem. *magnum delictorum Chyrographum, modicis lachrymis deleatur,* & Diuus Chryſoſt. *Peccata tua in libro ſcripta ſunt, lachrymas mitte, & obliterantur, & purus ille liber inuenitur.*

hom. 3. de comp.

Imò tanta eſt vis lachrymarum, vt inuincibilem Deum vincat; mementote quæſo illius prælij, inter Deum, & Iacob; quod per totam noctem durauit, & cum deficerent vires Iacob; & non potuerit ſuperare Deum, lachrymas pro armis appræhendit, & his ita ſtrenuè pugnauit, vt vicerit inuincibilem. *Inualuit Angelum Iacob*, ait Oſea, *& confortatus eſt, fleuit, & rogauit*, ita vt ipſemet Deus ne videretur victus rogabat Iacob, vt eum demitteret, *dimitte me aurora eſt*; vnde Rupertus dixit. *Non potuit Deus ſe continere, fle te illo, quin de multitudine viſcerum ſuorum ſpiritum paracletum effunderet in eum.* Hinc benedixit ei in eodem loco, hinc D. Ambr. dicebat. *Lachrymæ meæ arma mea ſunt.*

lib. 2. de proceſſ. Spirit. Sancti.

Comminatus fuerat Deus Ciuitatem Niniue quod ob vniuerſa facinora eam proſternere, & deſtruere volebat, ſed Ciues illi Niniuitæ appræhenderunt arma (quibus potuiſſent diuinæ reſiſtere Iuſtitiæ) lachrymas ſcilicet, & ignem diuinæ indignationis extinxerunt, vnde D. Hieron. dixit. *Comminatus eſt Dominus per Ionam, & imminentem gladium, lachrymarum, & gemitum multitudo ſuperauit.*

in cap. 4. Hierem.

Et D. Ambr. dicebat. *Cogimus Regnum Cœlorum non compellendo, ſed flendo, non prouocando iniurijs, ſed lachrymis exorando*, & idem Ambr. inquit. *Ipſa, ideſt, lachryma Cœlum aperit, & in Paradiſum ducit.*

lib. de pænit.

DE LIBIDINE.

de fuga ſeculi.

1 Diuus Aug. Perſequuntur nos peccatorum illecebræ, & ſequitur libido; ſed tu fuge, tamquam furioſam dominam, quæ ſi comprehenderit nec die, nec nocte requieſcere ſinit, excitat, agitat, incendit; fuge auaritiam, ne te interiùs apprehendat, glorioſa enim fuga; fuge à facie peccati.

in ep. 40.

2 Idem. Valdè turpe eſt, vt quem non vincit homo, vincat libido, & obruatur vino, qui non vincitur ferro.

ſer. 47. ad frat. in herem. to. 10

3 Idem. O luxuria peſſima, virtutum deſtructio, vitiorum augmentatio, delectationis combuſtio, charitatis diminutio, burſarum euacuatio, dulcis es, ſed ecce omnis dulcedo in amaritudinem grandem mox conuertitur.

ibidem.

4 Idem. O luxuria per te pax deſtructa eſt, per te homicidium factum eſt, per te Ciuitates com-

combuſtæ ſunt, per te Regna perdita ſunt, per te omnia ferè mala facta ſunt.

5 D. Hieron. Pallebant ora ieiunijs, & mens deſiderijs æſtuabat, in frigido corpore, & ante hominem ſuum iam carne præmortua ſola libidinum incendia bulliebant itaque omni auxilio deſtitutus ad Ieſu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubiugabam. *ep. 22. ad Euſtoc. de cuſt. Virg.*

6 Idem. Fugite luxuriam nam ſicut Virginitas hominem æquat Angelis, immò plus eum facit, quàm Angelum, ita luxuria hominem quaſi beſtificat, & (vt ita dicam) multo peius beſtia eum efficit. *in ep. Euſeb. ad Damaſ. de mort. Hieron.*

7 Idem. Loquens de ſanctorum fortitudine ait, cumque à nullo ſuperari queant, ſolùm mortiferæ libidinis calore diſſoluuntur.

8 D. Ioannes Chryſoſt. Ex fornicatione bella oriuntur quotidiana, irreconciliabiles pugnæ, & aſſuetæ contentiones. *l. 3. in c. 7. Amos to. 5*

9 Idem, *loquens de fornicatione*. Reuera namque quoſuis hoc malum corrumpit ac perdit. *ſer. 24. in ep. ad Rō.*

10 Idem. Procul hic, procul amoue armatorum manum, & electam congrega ſpeciem puellarum; forma vincit armatos, ferrum pulchritudo captiuat, vincentur ſpecie, qui non vincuntur prælio. *in ep. Teſs.*

11 Idem. Captiuantur Iſraelitæ, non ferro ſed luxu, nec virtute, ſed libidine. *ibidem.*

12 Origen. Explicans conſilium quod Balaam num. 25. dabit Regi Balaam cum dicit populus hic non proprijs viribus, ſed Deum colendo vincit, & pudicitiam conſeruando, ait, ſi vis eum vincere, primo eorum pudicitiam deijce, & ſponte vincentur, ſed aduerſum hæc non virtute militum, ſed mulierum decore pugnandum eſt, nec armatorum vigore, ſed mollitiæ feminarum. *hom. 20. in nu. to. 1*

MANTISSA
AD LIBIDINEM.

INter omnia peccatorum genera, quibus diuina læditur Maieſtas, nullo magis Deus offenditur, quàm libidinis peccato eique procliuiorem intuemur hominem, ad hoc enim perpetrandum, à ſæuiore hoſte, carne ſcilicet, quàm blanditijs, & voluptatibus ſecum nutrit, & fouet infelix homo incitatur, vnde D. Paulus Apoſtolus dixit ad Galat. 5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, quod peccatum, omnia bona à nobis ſurripit, diſſipat, ac diſperdit, vt videre eſt apud Lucam Euangeliſtam cap. 16. vbi ſic ſcribitur. *Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud eum, quaſi diſſipaſſet bona illius, &c.* & per hunc villicum D. Gaudentius, *Dæmonem intelligit*, Theoph. *Prælatos*, Tertull. *Populum*. D. Chryſoſt. Ambr. Auguſt. Beda, Euthym. & alij omnes. *Diuites intelligunt*, nos autem, *l. 3. Alleg.* *Carnales homines intelligemus*. Quod facilè probari poteſt, nam de hoc villico dicitur, quaſi diſſipaſſet bona domini ſui, & idem Euangeliſta loquens de Filio Prodigo dixit; poſtquam diſſipaſſet ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè, ergo carnis peccatum infelices peccatores diſperdit, reliqua peccata magnum quidem detrimentum nobis afferunt, at peccatum carnis, omnia diſſipat, conſumit, & diſperdit: cum Diabolus alicui infelici homini aliquam vanam mulierculam proponit, omnia mundi mala afferet ei.

Cum miles ad bellum pergit, vnum tantummodo armaturæ genus eligit, ſcilicet lanceam, aùt arcum, &c. non ſecum tormentum murale, nec cuncta arma defert; Diabolus autem, cùm ad bellandum contra homines pergit, vna tantummodo armatura eſt contentus, vt ſuperbia, auaritia, &c. at dùm eis aliquam vanam mulierculam proponit, non vnam armaturam, ſed omnia ad nocendum ſecum defert; ita vt quidquid Cant. dicitur de Sanctæ Sponſæ pulchritudine, *collum tuum*, ſcilicet, *ſicut Turris Dauid mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium*, dici etiam poteſt de meretrice muliere, quæ ſuis vanitatibus, & aſpectibus, omnem armaturam defert.

Ciuitas ab hoſtibus circumſeſſa; triginta, quinquaginta, & centum milites parum eam damnificare poterunt, at maius detrimentum recipiet ab abditis cuniculis, per quos tota Ciuitas, & diſperdi, & comburi, conſumique poteſt, cum Diabolus aliquem gula, ſuperbia, aùt auaritia impugnat, videtur belligerare lancea, telis, &c. at aggrediens hominem aliqua vana, & impudica muliere, tunc cuniculis vtitur, & cum penitus diſperdere perquirit; diuinum eſt

implo-

implorandum auxilum. Holofernes cum vidiſſet Iudith ornatam ait, Sacer Text. *Cor autem Holofernes concuſſum eſt, erat enim ardens in concupiſcentia eius;* fuit quidam cuniculus, & dicere poterat cum Daniele 13. *Species decepit me, & concupiſcentia ſubuertit cor meum*, ita vt vitam perdiderit, reliqua peccata gratiam, & charitatem auferunt, ſed non fidem, per carnis autem peccatum, fidem amittitur. In Actis Apoſt. 1. Gentilibus, qui ad fidem conuertebantur, hoc tantum fuit impoſitum. *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hac neceſſaria*, ſed quæ ſunt hæc neceſſaria? *Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & fornicatione*. Quaſi idem eſſet thus idolis offerri, & formicari.

Peccatum carnis, eſt omnium vitiorum culparumq; coaceruatio, & qui eo, fœdatus eſt, omnia ſcelera in ſe habet; hinc de Diua Magdalena ſcribitur, *ecce peccatrix*, & tamen de nulla peccatorum ſpecie fit mentio, quamuis multas tunc haberet, quo peccato cum eſſet Dauid pollutus dicebat, *Non dominetur mei omnis iniuſtitia*, quia compendium omnis iniuſtitiæ eſt, & qui hoc monſtrum ſequitur, pro certò ſciat ad lanienam Dęmonum duci, vnde Salamon Prou. 6. dicebat. *Qui ſequitur eam, quaſi bos portatur ad victimam*; carnales enim homines, bona, Animam, honorem, & etiam fidem amittunt, & ad extremam miſeriam reducuntur, Prou. 6. *Pretium ſcorti vix eſt vnus panis*, quod D. Hieron. de carnalibus intelligit, qui ad talem deueniunt inopiam, vt fruſtum panis exoptent, & ad mortem ducantur; Plutarchus refert, quod olim funeralia vendebantur in templo veneris; vt oſtenderetur carnis vitium, & mors ſimul cohabitare.

Peccatum carnis, ita hominem opprimit, quod nec permittit, infelicem peccatorem oculos ad Cęlum eleuare, nec de Deo cogitare, vnde Ose. 5. *Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuum, quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum, non cognouerunt*.

l. de legib. Peccatum carnis quaſi priuat hominem intellectu, Plato ait, quod hoc verbum, *Venus*, ſignificat *abſq; cerebro, Ve*, vult ſibi, *Sine Nus*, vult ſibi, *mente*, ideſt, *ſine mente*, vnde D. Iacobus in ſua Canonica dixit; *Vnuſquiſq; tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, &c.*

Tàm magnum eſt detrimentum, quod męretrix, ſeù carnalis homo affert, quod ſi in paradiſo diuerſitas temporum, vt Paſcha, aùt quadrageſima daretur, dicerem, quod quando in aliqua vrbe adeſſent carnales, & meretrices, cęleſtes illi Spiritus maxima afficerentur triſtitia, & ſi Deus capax eſſet męrore, & triſtitia, tunc maxima detineretur męſtitia, cum aliquem carnis peccato incumbentem intueretur, & ſi in paradiſo diuerſitas temporum daretur; Paſcha, in quo Alleluia canitur tunc eſſet, quando męretrix aliqua moritur, cum ſit peſtis, quæ mortem cunctis afferat, ita teſtatur Ioannes ſe audiuiſſe in Cœlo, Apoc. 19. *Audiui vocem turbarum multarum dicentium, alleluia, quia fecit iudicium de męretrice magna, & iterum dixerunt alleluia*, quod perpendens D. Chryſoſt. ait. *Quod in Cælo canitur alleluia, quando occiditur męretrix*.

Immo eumdem laborem ad liberandam adulteram mulierem, videtur ſubſtinuiſſe Chriſtus, quem ſubſtinuit pro redemptione totius generis humani, hoc annotauit D. Chryſoſt. perpendens quod Chriſtus, vt humanum genus redimeret in Monte Oliuarum dedit initium ſuæ paſſioni, vbi factus eſt ſudor eius, &c. ita, & antequam adulteram mulierem abſolueret, & liberaret ait ſacer Textus in montem Oliuarum peruenit, vnde hæc ſimilitudo? reſpondet Sanctus Doctor. *Vt agnoſcant eumdem laborem redimere mulierem peccati carnis, quam redimere totum genus humanum à peccato originali*.

Si vnquam Inferni via amitteretur, domus męretricis, vel cuiuſcumque carnalis hominis, eſt ianua Inferni, ita ait ſapiens. *Via Inferni domus illius penetrantes interiora mortis*, & Pſalmographus dicebat. *Dolores Inferni circumdederunt me*, & cum ab huiuſmodi doloribus fuiſſet liberatus dixit. *Eruiſti animam meam ex Inferno inferiori*, in Inferno adſunt flammæ ardentes, & in domo męretricis, *ſuperçacidit ignis, &c.* in Inferno tenebræ, & in domo męretricis, *non viderunt Solem*, in Inferno ſitis inextinguibilis, & męretrices, *numquam dicunt, ſufficit:* Infernus eſt domus Dęmoniorum, & domus męretricis, *facta eſt Babylon domus dęmoniorum*.

Ser. 65. in Cant. D. Bern. loquens cum quibuſdam hæreticis; qui homines cum mulieribus habitare permittebant; ita inquit. *Cum fęmina ſemper eſſe, & fęminam non tangere, maius eſt quam mortuum reſuſcitare*.

Primo Reg. 25. Dauid duxit vxorem Abigail, deinde accepit Achiſtaen quod cum audiſſet Saul, Dauidem ſcilicet duxiſſe Achiſtaen tulit ei filiam ſuam Michol, & dedit eam Falti, ita ait Sacer Textus. *Saul autem dedit filiam ſuam Falti*, at mortuo Saul, eius filius Isboſet tulit ſororem ſuam Michol à Falti, & reddidit eam Dauidi; multi Doctores affirmant quod dùm Michol fuerit in domo Falti, Deum non permiſiſſe quod Falti tangeret filiam Saul, aliter Dauid,

ter Dauid,

Digitized by Google

ter Dauid, tenuiſſet denuò accipere eam; quod factum enarrans Spiritus Sanctus 2. Reg. 3. non vocauit amplius eum Falti, ſed *Faltiel*, addens, *el* ita Sacer Textus. *Miſit ergo Isboſet, & tulit eum viro Faltiel*, in diuina Scriptura, nulla eſt litera, quæ aliquod myſterium, non ſignificet, & præcipuè in permutatione nominis, voluit Deus conſtituere Abraham Patrem multarum gentium, & vocauit eum Abraham, mutauit nomen Iacob, vocans eum Iſrael; quia contra Deum fortis fuiſti, quare ergo mutatum fuit nomen, *Falti in Faltiel*, cum additione duarum litterarum? inter decem nomina Dei, adeſt hoc nomen, *El*, quod ſignificat, *Deus fortis, & patiens*. Mulier intacta exiens è domo Falti, hoc non eſt opus humanum, ſed diuinum, ideò Faltiel vocetur, D. Hieron. ait. *Solus cum ſola omnino non ſteteris, ſi infamiam metuis, & ruinam, nam credas mihi, quod non poteſt cum Deo puro corde ambulare, & lucem famæ ſuæ ſeruare immaculatam, qui mulierum colloquijs delectatur.* in quadam Epiſt.

Ioannes Apoc. 6. *Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret*, ſedens hic, virum caſtum, & equus albus, corpus mundum ſignificat, ita Iſa. 31. equi eorum caro, ſedens habet arcum, dum orationis inuigilat, coronã defert, quia de omnibus vitijs triumphat, vt ſciremus quod, qui de luxuria triumphare deſiderat, ſit orationum, & ieiuniorum telis armatus, aliter vincetur, audite D. Bernard. *Luxuria omnem ætatem corrumpit, omnem ſenſum confundit, omnem ordinem ſoluit, omnem gradum peruertit, inuadit iuuenes, occupat ſenes, inuoluit mares, & fęminas, ſuperat prudentes, & ſimplices, non fugit, ferrum non timet, cilicium non curat, laſciuiat in plumis, infeſtat in paleis nulli vnquam præſtat requiem, niſi per orationem, & abſtinentiam fuerit fugata, omni occaſione ſubtracta*. Iudic. 20. inimici filiorum Beniamin inſidiatoribus Gabaor hoc ſignum dederunt; quod ſtatim ac vidiſſent fumum; pro certo haberent, quod ciuitas iam capta eſſet, & ecce apparuit ſignum, & ingreſſi inſidiatores occiderunt filiõr Beniamin, Gabaot interpretatur vallis męſtitiæ, & ſignificat animam à carnali concupiſcentia præuentam, & vallis męſtitiæ vocatur, nam luxuria corpori, & animæ omnem mœrorem affert; vnde Innocent. de vilitate conditionis humanę ait. *O extremæ libidinis turpitudo, quæ non ſolùm mentem effęminat, ſed corpus exeruat, non ſolùm maculat animam, ſed corpus, vel perſonam, fędat*. Inſidiatores ergo Dęmones, vt hanc vrbem caperent, in fumo, ideſt ex vanitate agnoſcunt, ex ſenſibus externis, ex quo fumo cognoſcitur ignis carnalitatis, & luxuriæ, & ſic Dęmones occidunt filios Beniamin, qui interperratur filius dexteræ, exterminant bona opera, & virtutes, propter quas meretetur homo Chriſti dexteram cum electis, & implens animam vitijs occidunt eam, vnde D. Hieron. loquens de luxuria, ſic clamat. *O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma, ſuperbia, cuius ſcintillæ, praua eloquia, cuius fumus, infamia, cuiut cinis, inopia, cuius finis gehenna.* in quadam Epiſt.

Saluator noſter cum dixiſſet mulieri Samaritanæ; Ioann. 4. *Quinque viros habuiſti, & hunc quem habes non eſt tuus vir*, ſtatim ac Samaritana hoc audiuit, cucurrit ad Ciuitatem clamans. *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæ feci*, & tamen nihil aliud ei dixerat, niſi quinque viros habuiſti, & hunc quem habes; non eſt tuus vir, vnde ergo hoc? niſi quia qui facit contra caſtitatem omnia in ſe peccata cõtinet, de Magdalena dixit Marcus Euang. quod ab ea ſeptem Dęmonia exierant; & D. Greg. inquit. *Quid per ſeptem dęmonia, niſi vniuerſa vitia deſignantur*; & poſtea concludit dicens. *Septem ergo dęmonia Maria habuit, quæ vniuerſis vitijs plena fuit.* hom. 33. in Euang.

Eccl. 9. *Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius*, & Hierem. in Thren. 3. *Oculus meus, deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ*, in quæ verba D. Hieron. ait. *Interiorem fructum, per exteriorem viſum perdidit: per oculum corporis; pertulit prędam cordis*, & Iob, *pepigi fędus cum oculis meis, vt ne cogitarem de Virgine*, D. Hieron. ſubdit rationem dicens. *Ne priùs incautè aſpiceret, quod poſtmodum inuitus amaret; nam ſemel ſpecies formæ, cordi per oculos alligata, vix magni luctaminis manu ſoluitur, intueri non debet, quod non debet concupiſci, vt munda mens in cogitatione ſeruetur, deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam*, & D. Chryſoſt. admirans Sancti Iob, cautionem inquit. *Iob Diabolum quidem videns accedentem, non fugit: ſed manſit ſicut Leo viribus fidens, Virgine autem viſa, non ſtetit, neque moratus in contuenda pulchritudine, ſed ſtatim receſſit.* in quodam ſerm. de Ioſeph Patriarcha to. 1.

Ex quo clarè patet quod ne labamur in tàm crudele malum, concupiſcendi ſunt oculi, quia non licèt intueri, quod non debet concupiſci, & qui oculos edomabit, facilè cuncta ſuperabit. Plinius teſtatur, tempore Claudij Imperatoris inuentum fuiſſe modum færociſſimos Leones edomandi. Nam, cum quidam ſæuiſſimus Leo inuaderet paſtorem quemdam, Paſtor, vt ſe defenderet, pallium ſuum Leonis capiti ſuper inijciens, eius oculos cooperuit, ita vt videre haud poſſet, ex quo ſęuiſſimus Leo propriam ferocitatem amittens, facilè paſtor Leo- li. 12. c. 17

Digitized by Google

nem vinxit, & illicò in Vrbis Theatrum fuit traductus, omnis ergo robur huius beſtiæ in
oculis ſita eſt, vnde edoceamur, ſi carnem noſtram edomare velimus, oculos noſtros compe-
ſcere debemus, intuitus enim oculorum, ſunt veluti illi ſerpentes, qui Dardi vocantur, de qui-
l.12.c.12 bus Plinius dicit, quod cum ſupra arbores morentur, veluti ſagittæ, in pertranſeuntes impe-
tum faciunt, eoſque veneno inficiunt, quidam Philoſophus olim fuit interrogatus, quid nam
eſſet homo, & reſpondit. *Eſt arbor inuerſa*, ſuper has arbores morantur ſerpentes Dardi, &
1. de nat. ſunt oculi mulieris, qui pertranſeuntes mortem afferunt. Aſpidis morſus, eſt cunctis ſerpen-
animaliũ. tibus peſtilentior, mulierem autem, Aſpidis morſu peſtilẽtiorem eſſe affirmat Aelianus, Aſpis
in morſu, mulier autem, ſolo aſpectu, & contactu necat, & communi adagio circumfertur.
Telum aſpidis mulier improba. Nonnulli affirmant: quod ij, qui ab Aſpide ſunt morſi, in qua-
tuor horarum ſpatio vitam finiunt, nec Aſpis ſui morſus ſignum aliquod relinquit, ſed placi-
dè morſu ſoporem inducit, & ſic perit, huiuſmodi eſt peccatum laſciuiæ, quod omnibus dif-
ficiliùs curari poteſt, non per quatuor horarum ſpatium, ſed illicò in momento mortem af-
fert, & veluti ſyrena falſo cantu, talem peccatori inducit ſaporem quod non ſolum cęleſtium,
ſed, & ſui ipſius obliuiſcatur, narrat etiam Plinius Aſpidem nunquam ſolùm vagari, ſed ab
alijs Aſpidibus comitari, ita vt ſi quis vnum interficiat, ab alijs mordeatur; ita carnis pecca-
tum numquam ſolùm reperitur, ſed ab alijs comitatur, videlicet à iurgijs, bellis, &c. vt euerſa
Troia teſtari poteſt.

Sed quis carnem edomare poterit? vnde D. Paulus clamabat. *Qui liberabit me de corpore
mortis huius?*

l.7.c.51. Plinius narrat in quibuſdam Regionibus, quoſdam homines inueniri, qui ſolo viſu faſci-
nant, & necant, quos intuentur, & maximè iratis oculis.

D. Bern. perpendens illud Gen. 8. *Vidit mulier quod eſſet bonum ad veſcendum*. Euam allo-
quitur his verbis. *Quid tuam mortem tam intentè intueris? quid ſpectare libet, quod manducare
de gradib. non licet? oculos inquit tendo, & non manum, non eſt interdictum ne videam, ſed ne comedam*, & ſe-
humilit. quitur Sanctus Doctor. *Etſi culpa non eſt, tamen occaſio eſt latenter in cor tuum ſerpens illabitur,
auget curam, dùm incitat gulam, acuit curioſitatem, dùm ſuggerit cupiditatem, offert prohibitum, &
aufert conceſſum, porrigit pomum, & ſurripit Paradiſum*. Quem caſum Euæ perpendens D. Hie-
in cap. 3. ron. inquit. *Hinc ergo penſandum eſt, quanta debemus moderamine erga illicita viſum reſtringere,
Thren. nos, qui mortaliter viuimus, ſi, & mater viuentium per oculos ad mortem venit*.

Cauendum ergo nobis eſt, ne curioſè mulieres aſpiciamus, vnde Salamon dicebat Eccl. 9.
Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius, muliere, quaſi armis validiſſimis
lib. de ho- vtitur Sathan ad debellandos fortiſſimos viros, vnde D. Aug. dicebat. *Inter omnia certamina
neſt. mulie chriſtianorum ſola dura ſunt prælia caſtitatis, vbi quotidiana eſt pugna, & rara victoria, grauem
rum c. 2. namque ſortita eſt caſtitas inimicum, cui quotidie reſiſtitur, & ſemper timetur*, hinc D. Ambr. ait,
*Qui cum ab vxore Domini conueniretur, teneri veſte potuit, animo capi non potuit, ac ne ipſa quidem
de fuga Io verba, diù paſſus eſt contagium enim indicauit, ſi diutiùs moraretur, ne permanus adultera à libidinis
ſeph Pa- incentiua tranſiret*.
triarc. c. 5 Auctor Imperfectus loquens de Matre filiorum Zebedei, circa petitionem dexteræ, & ſini-
hom. 35. ſtræ aſſerit ad hanc petitionem mulierem fuiſſe inductam à Dęmone his verbis. *Vidit enim
in Matth. Diabolus, quia per illos ipſos aduerſus eos agere non valebat, contulit ſe ad conſueta arma mulierum;
Adam per Euam ſpoliauit, ita etiam iſtos per matrem ſuperaret, nam ſi mater erat mulier erat*, vn-
Diet. ſa- de D. Bonau. inquit. *Alia peccata vendicant ſibi ſpecialia hominum genera, ſed luxuria, nulli par-
lut. tit. 3. cit, & ferè ad omne genus hominum ſe extendit*, Cato dicere ſolebat. *Si mundus eſſet abſque mu-
cap. 5. lieribus, noſtra conuerſatio, non eſſet abſque Dijs*, & D. Ambr. conferens Adæ tentationem in
ſer. fer. 2. Paradiſo, cum illa Chriſtum in Deſerto, ita inquit. *Videte rem miram, in Paradiſo Diabolus
Dom. 2. cum Adam certat, in Deſerto cum Chriſto Diabolus dimicat, vbi inſidiatur homini, vbiq; congreditur,
quadrag. ſed vbi mulierem inuenit vincit mulierem, vbi non inuenit victus recedit*.
hom. 5. in Origen. loquens de Loth, qui Sodomæ flammas aufugit, ſed non filiorum concupiſcen-
Gen. tias, inquit. *Vritur ille flammis mulierum, quem ſulphurea flamma non vſſit*. Tàm horrenda
eſt luxuriæ culpa, vt ad eam debellandam, & fugiendam, non ſufficiat vna virtus, ſed innu-
merabiles ferè requiruntur.

Mementote quæſo, quod primo Reg. cap. 11. & cap. 15. ſcribitur, & cap. 11. quod intu-
ens Rex Saul tres Reges, Moab ſcilicet, Amnon, & Edon, maximum, & validiſſimum exer-
citum coaceruiſſe, vt eum Regno priuarent, atque deſtruerent, Rex Saul abſque armorum
ſtrepitu, elegit ſibi tantum paucos illos milites, qui eum in Hieruſalem cuſtodiebant, quibus
tres illos Reges aggreſſus eſt, eoſque ita vicit, ac ſuperauit, vt cunctis Regnis illis, ac prouin-
cijs, ti-

Digitized by Google

cijs, timorem incuſſerit ita Text. 1. Reg. 11. quocunque ſe vertebat, ſuperabat, at primo Reg. 15. audiens Rex Saul Regem Amalech exercitum comparaſſe, vt contra eum pugnaret, illicò ſtrenuiſſimos Duces, ac milites innumerabiles totius Regni coaceruauit; validiſſimum exercitum inſtruxit, vt Sacer Textus affirmat dicens, cum veniſſet Saul ad Ciuitatem Amalech, habebat ducentum millia peditum, & viginti millia equitum, peto modo quare exiens ad pugnam contra tres Reges, quaſi eos ſpernens, paucos elegit milites, at pugnans contra Amalec validiſſimum comparauit exercitum? & tamen, ſolus Rex Edom potentior erat Rege Amalec; hoc perpendens D. Greg. ibidem dicit, quod Amalec interpretatur. *Populus labens*, ideſt, *Populus luxurioſus*. Ad quem expugnandum, non ſufficiunt pauci milites, non ſufficit vna virtus, ad liberandum hominem luxurioſum, opus eſt, vt omnes cęleſtes Spiritus pro eo intercedant, at tres illi Reges, reliqua peccata ſignificabant, ſcilicet, ſuperbiam, vanam gloriam, auaritiam, &c. audite D. Greg. *Cur contra Moab, Amon, & Edom pugnaſſe, & vicisse dicitur, non tamen exercitum congregauit, & contra Amalec turbam congregauit copioſam? quia ad extinguendum fornicationis ſpiritum, virtus vna, non ſufficit.*

Peccatum carnis eſt tàm horrendum monſtrum, vt nonnullos Dęmones, propriæ antiquæ nobilitatis memores pudeat de luxuria homines tentare, ita inquit D. Thom. *Sunt aliqui Dęmones, qui memores ſuæ antiquæ nobilitatis, dedignantur de hoc peccato luxuriæ hominem tentare.* Ob cuius rei confirmationem, audiens Sathan Matth. 8. Chriſtum ingreſſum Deſertum, acceſſit ad tentandum eum, tribus peccatorum generibus, Gula ſcilicet. *Dic, vt lapides iſti panis fiant*, vanagloria, *ſi Filius Dei es mitte te deorſum*, & Auaritia. *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me*, ſi peccatum carnis communis, & faciliùs in id incidunt homines, vnde dictum eſt, peccatum fragilitatis, quare Diabolus hoc peccato non eſt aggreſſus Chriſtum? quia omnes fęrè Sancti Doctores affirmant hunc Diabolum, qui Chriſtum tentauit in Deſerto fuiſſe Luciferum maximum omnium Principem, & cum memor fuiſſet ſuæ antiquæ nobilitatis; vnde dixit Iſa. 14. *Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris*, pudebat eum tentare Chriſtum de luxuriæ peccato, & potiùs debellari voluit, quàm Chriſtum aggredi hoc peccato, audite D. Tho. *Signum huius eſt Lucifer tentans Dominum in Deſerto, qui de hoc peccato luxuriæ ipſum* de Or. pri.
tentare auſus non eſt. Monſtrum ita horrendum eſt luxuriæ peccatum, quod Deum ipſum pudeat (vt ita dicam) huiuſmodi peccatores punire; non vult Deus, quod aliquis audeat dicere; Diuinam Iuſtitiam ſe exercere in puniendis ſimilibus peccatoribus, ſed eos tradit Diabolo, vt ipſe puniat, ita annuit Paulus Apoſtolus Cor. 1. *Oportet huiuſmodi hominem tradere Sathanæ in interitum carnis*, hinc Chriſtus Apoc. 18. contra quamdam libidinoſam mulierem dixit. *Quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum.* Peto modò, ſi ita diuina Pietas ſplendeſcit, quod etiam in Inferno, radij diuinæ Miſericordiæ videantur, cum peccatores illos puniat citra condignum, quare ergo dicitur; quantùm glorificauit, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum ita vt Dęmones puniant huiuſmodi libidinoſos ſecundum menſuram delictorum? vt ſciamus magnum eſſe diſcrimen, inter Dei, & Sathanæ punitionem, Deus enim punit citra condignum, ideſt multò minus, quàm męremur, Diabolus autem vltra condignum, multò plùs, quàm delicta noſtra merentur, at quia peccatum huius mulieris, fuit libidinis, & Diabolo fuit tradita, ad eam puniendam, ideò dicitur, quantum glorificauit, &c. audite Caſſiodor. *Ad libidinum deteſtationem de purpurata męretrice, dixit exequutoribus ſuis: quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit; tantum date ei tormentum, & luctum.* de anima cap. 22.

Peccatum luxuriæ, tàm graue eſt, quod luxurioſus, etiam homicidij pęna mulctari mereatur, vnde Ezech. 16. dicitur. *Męretrix*, audi verbum Dei, *iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium ſanguinem*, quaſi vix homo luxurioſus poſſit eſſe, quin non ſit etiam, & homicida, audite D. Chryſoſt. *Talis certè res luxuria eſt, non petulantes ſolùm verùm homicidas facit, nec* hom. 50.
ad vnius hominis interitum, ſolùm impellit, verùm etiam ad omnium ad quos ſui dedecoris infamia in Matth.
pertinet. Vt patet in Hærodiade, quæ vt ait Euangeliſta Marcus 6. inſidiabatur Ioanni Baptiſtæ, & quærebat interficere eum, immò non ſolùm luxurioſus eſt homicida, ſed, & idolorum cultor dici poteſt, vnde dixit Tertull. *Męchum de medio excipis idolatra ſucceſſorem; homicida* de pudici-
anteceſſorem vtriuſque collegam. tia c.6.

Prou. 7. de Mæretrice dicitur: *Via Inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis*, & per mortem intelligit Infernum. quæ mors ſecunda appellatur à Ioann. Apoc. 2. *Qui vicerit, non* lib. 2. in
lædetur à morte ſecunda, quæ verba expendens Hrabanus Maurus ait. *Interiora autem mortis* prou. Sal.
acerrima gehennæ tormenta, quaſi arctiora, & obſcuriora dicit, quibus fornicarios conſtat eſſe mer- c.20.
gendos.

DE SACRATISSIMO MARIÆ NOMINE.

de laud. Virg. 1 Diuus Anſel. Sæpè quidem vidimus, & audiuimus, plurimos homines in ſuis periculis recordari nominis Beatæ Mariæ, & illicò omni periculi malum euaſiſſe.

l. de exc. Virg. c.6. 2 Idem. Velociter eſt nonnumquam ſalus memorato nomine Mariæ, quàm inuocato nomine Domini Ieſu vnici Filij ſui. Et id quidem non ideò fit, quod ipſa maior, & potentior eo ſit: nec enim ipſe magnus, & potens eſt per eam, ſed illa per ipſum. Quare ergo propitior ſalus in recordatione eius, quàm filij ſui ſæpè percipitur? Dicã quid ſentio. Filius eius Dominus eſt, & Iudex omnium diſcernens merita ſingulorum: dùm igitur ipſe à quouis ſuo nomine inuocatus non ſtatim exaudit, profectò id iuſtè facit. Inuocato autem nomine Matris, & ſi merita inuocantis non merentur, vt exaudiatur, merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiatur.

Dom. 3. in quadrag. 3 D. Antonius de Padua. Nomen Mariæ iubilus in corde, mel in ore, melos in aure.

ſer. de Aſſũp. Virg. 4 D. Bern. O fœlix Maria, qui te diligit, Deum honorat, qui tibi adhæret, à Deo numquã derelinquetur, qui nomen tuum puro corde inuocat, quidquid poſtulat, indubitanter conſequitur.

in Cant. hom. 2. ſuper miſſus eſt. 5 Idem. Vbi nomen Mariæ inuocatur, Dęmonum nocumentum effugatur, quia Maria terribilis eſt, & caſtrorum acies ordinata.

6 Idem. Cœli rident, Angeli gaudent, mundus exultat, Infernus contremiſcit, Dęmones fugiunt, cum dicitur, Aue Maria.

ibidem. 7 Idem. O nomen Glorioſæ Virginis ſuauiſſimum: certè non ſum dignus te nominare, ſed ſi non ſum dignus propter me, ſum dignus ꝓpter te, quia tu es digna nominari, & ab omnibus amari, & reuereri, quia per te gratiam acquirimus, gloriam impetramus.

ſuper miſſus eſt. 8 Idem. Dęmones non ſolùm Virginem pertimeſcunt, ſed audita hac voce, Maria, contremiſcunt.

ibidem. 9 Idem. Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum, reſpice ſtellam, inuoca Mariam. In periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs. Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat à corde.

S. Bonau. in ſpec. Virg. c 3. 10 Idem. Non ſic timent hoſtes viſibiles quaſi caſtrorum aciem copioſam, ſicut Dęmones Mariæ vocabulum, patrocinium, exemplum fluunt, & pereunt à facie ignis, vbicumque inueniunt huius nominis recordationem, deuotam inuocationem, ſolicitam imitationem.

to. 2. ſer. 49. 11 D. Bernardinus Senenſis. Nomen Mariæ eſt quod dedit cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, ſermonem mutis.

l. 4. reuelat. c.9. 12 D. Brigitta, *loquens de nomine Mariæ*. Angeli boni audito hoc nomine ſtatim appropinquant magis iuſtis, quibus dati ſunt ad cuſtodiam, & gaudent de profectu eorum.

ibidem. 13 Idem. Omnes Dęmones verentur, & timent, quia audientes hoc nomen Maria, ſtatim relinquunt animam.

in ſpecul. cap. 3. 14 D. Bonau. Non ſic timent hoſtes viſibiles, quaſi caſtrorum aciem copioſam, ſicut aereæ poteſtates Mariæ vocabulum.

in Pſalt. de nomin. Mariæ. 15 Idem. Glorioſum, & admirabile eſt nomen tuum, qui illud retinent, non expaueſcunt in puncto mortis.

in ſpecul. Virgin. 16 Idem. Sicut Chriſtus quinque vulneribus ſuis contulit planè remedia mundo, ſic Maria ſuo Sanctiſſimo Nomine, quod quinque literis conſtat, confert quotidie peccatoribus veniam in hoc mundo.

l. 3. de laudib. Virg. art. 3. 17 D. Dionyſius Cartuſianus. Maria interpretatur mare, quia ſicut nullus valet guttas maris dinumerare, ſic miſericordiam, gratiam, excellentiam, gloriamque Mariæ nullus valet exprimere.

l. 3. de laudib. Virg. 18 Idem. Qui in purgatorio ſunt, gaudent nomine Mariæ audito, quemadmodum æger iacens in lecto, cum audit verbum ſolatij.

19 D. Epiph.

19 D. Epiph. Mariam interpretari ſolemus Dominam, atque etiam ſpem, peperit enim Dominum, qui eſt ſpes totius mundi, nempe Chriſtum. *to. 2. BB. PP. li. de laud. Virg.*

20 D. Ephræm *Orat. ad Virg.* Nomen Mariæ eſt reſeratorium portæ Cęli.

21 D. Gerardus. Inuitus quoque Infernus inuocato nomine Mariæ vlulat, & procaciſſimi Dęmones clamant. *Mariæ. ſer. de laudib. Virg. Mariæ.*

22 D. Germanus. *Orat. 3. in Zonam Deiparæ.* Tu nequiſſimi hoſtis inuaſiones ſola tui nominis inuocatione repellens, tutos, atque incolumes ſeruas.

23 D. Hieron. *refert Angelum dixiſſe Ioachim.* Anna vxor tua pariet tibi filiam, & vocabis nomen eius MARIAM. *hiſt. de ortu Deip.*

24 D. Ioannes Chryſoſt. Sunt nobis incantationes ſpirituales ipſum nomen Mariæ, huiuſmodi incantatio non ſolùm Draconem à ſpeluncis abigit, atque ita in ingem conijcit, ſed, & vulneribus quoque medetur; hoc igitur nomine ornemur, ipſo, hoc tamquam muro nos muniamus. *hom. 8. in c. 4. ad Roman.*

25 Idiota. Tanta eſt virtus tui Sanctiſſimi Nominis ò Maria, quod mirabiliter emollit, & penetra duritiam cordis humani. *lib. de contempl. Virgin. c. 5.*

26 Idem. Mariæ nomen ſuper omnia Sanctorum nomina reficit lapſos, ſanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat feſſos, vngit agoniſtas, & iugum Diaboli extrudit. *ibid. c. 5.*

27 Idem. Tanta eſt dulcedo tui Sanctiſſimi Nominis ò ſemper benedicta Virgo Maria, quod ad inuocationem eius Cęlum ridet, Terra gaudet, Angeli lætantur, Dæmones contremiſcunt, & Infernus conturbatur. *de laud. V. M.*

28 Idem. Tantæ excellentiæ, & virtutis eſt nomen tuum, vel ad eius inuocationem Cęlum rideat, Terra lætetur, Angelique congaudeant. *ibidem.*

29 Idem. Dedit tibi Sancta Trinitas nomen, quod poſt nomen ſuper benedicti filij tui, eſt ſuper omne nomen: vt in nomine tuo omne genuflectatur, Cœleſtium, Terreſtrium, & Infernorum, & omnis lingua confiteatur huius Sanctiſſimi nominis gratiam, gloriam, & virtutem. *lib. de contēp. Deip. cap. 5.*

30 D. Petrus Chryſolog. ſuper illud Ioann. 11. *Mittitur ad Mariam.* Quia ſine Maria, nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari, veniat Maria, veniat materni nominis, Baiula. *ſer. 64. loquens de Magd.*

31 Idem. Maria Hebręo ſermone, Latine Domina nuncupatur, vocat ergo Angelus Dominam, vt Dominatoris Genitricem trepidatio deferat ſeruitutis, quam naſci, & vocari, Dominam ipſa ſui germinis fecit, & imperrauit authoritas. *ſer. 142.*

DE MARIÆ CONCEPTIONE.

1 Diuus Anſel. Decuit Virginem ea puritate niteri, qua nequit ſub Deo maior intelligi. *l. de Concep. c. 16.*

2 D. Aug. *de Natura, & Gratia.* De Maria propter honorem Domini nullam prorſus cum de peccatis agitur volo habere quæſtionem.

3 Idem. Magnifica illum ò Virgo Beatiſſima, qui te ab omni peccato ſuper omnes homines præſeruauit. *ſer. de Natiu. Virg.*

4 Idem, in verba Gen. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipſa conteret caput tuum.* Cum ſubiectio originalis peccati caput ſit Diaboli, tale caput Maria contriuit: quia nulla peccati ſubiectio ingreſſum habuit in animam Virginis, & ideò ab omni macula immunis fuit. *lib. 12. de Gē. ad lit.*

5 D. Bern. in verba Cant. 6. *Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens?* Aurora ſemper noctem ſequitur, nox præcedit aurora, quid autem eſt nox frigida, & obſcura, niſi originale peccatum, frigidum concupiſcentia, obſcurum ignorantia? Tu ergo proceſſiſti vt aurora lucida, & rubicunda, quia ſuper originali peccato in vtero matris nata es lucida cognitione veritatis, & rubicunda amore virtutis. *ſer. 4. ſuper Salue*

6 Idem, in verba Apoc. 12. *Et luna ſub pedibus eius.* Ideò Luna ſub pedibus Mariæ, nam, & defectus omnis ſub ea, quidquid fragilitatis, ſeù corruptionis excellentiſſima quadam ſublimitate præ cæteris omnibus excedit, & ſupergreditur creaturis. *ſer. de verbis Apoc.*

7 Idem. Ideò Luna eſt ſub pedibus Mariæ, quia ipſa omnem humanæ corruptionis defectum calcat. *ibidem.*

8 D. Bern. Sen. Certum eſt, quod Deus creauit Adam ſine peccato originali ex limo terræ; deinde ex coſta eius creauit Euam ſine peccato. Et certum eſt, quòd Chriſtus Incarnatus fuerit Deus, & homo, & fuit maior quàm Adam, & Eua, & maioris dignitatis; & tantum *to. 4. ſer. 49. par. 1.*

intereſt

intereſt inter eos, quantum inter Creatorem, & creaturã. Modò non eſt credendum quod ipſe Filius Dei voluerit naſci ex Virgine, & ſumere eius carnem, quæ eſſet maculata ex aliquo peccato originali. Immò credendum eſt, quòd voluit ſumere carnem ex carne puriſſima, & quòd eius Mater fuerit pluſquam Eua, & Adam, qui creati fuerunt ſine peccato originali.

ſerm. 52. art. 1. c. 1
9 Idem. Aue Beata Virgo ſine væ, id eſt ſine tyranno peccati originalis, quia ſine eo concepta es.

in 3. diſt. 3 p. 1. art. 1 quæſt. 1.
10 D. Bonau. Congruebat aduocatum generis humani, vt nullum haberet peccatum: congruebat vt Virgo ita vinceret Diabolum, vt nec ei ſuccumberet ad modicum: congruum etiam fuit, vt ſic eſſet immaculata mente, ſicut intemerata carne.

ſer. 2. de B. Virg.
11 Idem. In ipſius Conceptionis primordio Spiritus Sanctus Mariam ſingulari gratia à peccato originali præſeruauit.

li. 6. reuel. c. 49.
12 D. Brigitta. Veritas eſt, quod ego concepta fui ſine peccato originali.

de B. Vir.
13 D. Caniſius. Nullus eſt ex Adam quin Sathan non tenuerit præter Mariam, & Filium eius.

li. 6. in Io. c. 15.
14 D. Cyrill. Alex. Omnes homines, excepto illo, qui de Virgine natus eſt, & Sacratiſſima etiam Virgine, ex qua Deus homo prodijt in mundum excepta, cum peccato originali naſcuntur.

l. 1. de laudib. Virg. art. 34.
15 Dionyſius Carthuſ. in verba Cant. *Tota pulchra es amica mea, &c.* Tota pulchra dicitur, id eſt corpore, & anima alioqui non eſſet tota; nam ſi pulchritudini animi corporis venuſtas deeſſet, illius ſplendor obtunderetur.

ibidem.
16 Idem. A planta pedis, vſque ad verticem capitis nihil penitus fuit in Virgine, neque in corpore, neque in anima indecens, interpræhenſibile indecorum.

17 D. Hieron. *ad Euſtochium de cuſtodia Virginit.* Tantæ puritatis Maria extitit, vt mereretur effici Mater Dei.

in contempl. Deip. c. 2.
18 Idiota, in verba Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Tota pulchra es Virgo Glorioſiſſima, non in parte, ſed in toto, & macula peccati, ſiuè mortalis, ſiuè venialis ſiuè originalis non eſt in te, nec vnquam fuit, nec erit.

ſer. de puriſ.
19 D. Idelphonſ. Archiep. Tolet. Conſtat illam ab omni peccato originali fuiſſe immunem, per quàm non ſolùm maledictio Matris Euæ ſoluta eſt, verùm etiam, & benedicto omnibus condonatur.

de ſac. Cõnub. Animæ, & Verbi.
20 D. Laurent. Iuſtin. A pœna originalis delicti nemo liber extitit, exceptis Chriſto Ieſu, & ipſius Matre.

21 Idem. *lib. de gradibus perfectionis, de culpa origin.* Ab hoc quippè originali delicto nullus excipitur, præter illam, quæ genuit mundi Saluatorem.

in tract. de caſto connubio c. 7.
22 Idem. Quotquot ex ipſa nati ſunt propagine, exceptis dumtaxat mediatore Dei, & hominum Chriſto Ieſu, & eius Matre, ſub hac peccati lege ſunt conditi.

23 Nicolaus de Lyra in verba Luc. 2. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, &c.* Benè dixit, ſuperueniet in te, quia priùs venerat Spiritus Sanctus ſuper Virginem adhùc in vtero Matris exiſtentem, illam ab originali præſeruando, ſed in Conceptione Filij Dei ſuperuenit Spiritus Sanctus.

in orat. ob Hypopantem Dom.
24 D. Method. Mart. Qui dixit: honora Patrem, & Matrem, vt decretum à ſe promulgatum obſeruaret, atque adeò in hac parte alios excederet, omnem Matri gratiam, & honorem impendit.

ſer. de Aſſũp. B. M.
25 D. Petrus Dam. Caro Mariæ de Adam aſſumpta, maculam Adæ non admiſit, ſed ſingularis eius puritas in candorem lucis æternæ conuerſa eſt.

ibidem.
26 Idem. A peccato primi parentis tenebræ factæ ſunt ſuper terram vſque ad Mariam Virginem.

li. 7. de arcanis c. 5.
27 Petrus Galatinus, in verba Cant. 1. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: lectus noſter floridus,* Quemadmodum ego abſque originali labe concepta ſum, ita tu quoque amicus meus, & idcircò pulcher es, & formoſus. Lectulus noſter, hoc eſt conceptio noſtra eſt florida, & odorifera abſque peccati corruptione.

28 Rupertus, in verba Cant. 7. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis?* Idcircò ancillæ, nempè Euæ calcaneum à ſerpente admorſum, quia diſcalceata erat, tu verò ô filia principis, probè calceata ſerpentis caput contriuiſti.

in hũc loc.
29 Riccardus de S. Victor. in verba Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Tota Virgo pulchra dicitur, quia pulchra facie fuit; nemo enim tam Sanctus, qui maculam non

Digitized by Google

Iam non habuerit, & defectum præter Mariam; Tota enim pulchra fuit, quam totam
poſſedit gratia, quia nullum in ea locum habuit peccatum.

39 D. Thomas Aquinas. *In expoſitione Salutationis Angelicæ*. Ipſa puriſſima fuit quantum
ad omnem maculam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.

31 Idem. Puritas intenditur per receſſum à contrario, & ideò poteſt aliquod creatum in- *1. ſēt. diſt.*
ueniri, quo nihil puriùs eſſe poteſt in rebus creatis ſine vlla contagione peccati, & talis fuit *44. art. 2.*
puritas B. Virg. quæ peccato originali, & actuali fuit immunis. *1. ſēt. diſt.*

32 Idem. Tantam puritatem habuit Beata Virgo, vt ab actuali, & originali peccato fue- *44. q. vnica art. 3.*
rit immunis.

33 Idem, in verba Iob 3. *Expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ*. Expectet *ad 3.*
lucem, ideſt Chriſtum, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ, ideſt Virginis, quæ in *3. p. q. 27.*
ſuo ortu, ſeu natiuitate à peccato originali fuit immunis. *ar. 2. ad 2.*

34 Magiſter, *Hyſtor Scholaſt.* Salue dies veneranda Conceptionis, in qua initiatum eſt Sa- *de Concep.*
cramentum noſtræ redemptionis, per quam extincta eſt flamma verſatilis, & aperta ianua *Virg.*
noſtræ ſalutis.

DE MARIÆ NATIVITATE, ET ANNVNCIATIONE.

1 DIuus Ambroſ. Gabriel etiam vbi ſolebat reuiſere, inuenit, & Angelum Maria, & quaſi *initio l. de*
viri ſpecie mota, trepida quaſi non incognitum audito nomine recognouit. *Virginib.*

2 Idem. Sic Mariæ pulchritudine tenebatur Chriſtus, ſic irretiebatur amore, vt ni ſibi in- *ſer. 18. in*
ferret vim ab illa exire nequiret. *Cant.*

3 Idem. Tanta erat Virginis gratia, vt non ſolùm in ſe Virginitatis gratiam ſeruaret, ſed *de inſtit.*
etiam ijs, quos inuiſerit, integritatis inſigne conferret, ita vt quamuis eſſet pulchra corpore, *Virg. c. 7.*
à nullo tamen concupiſci potuerit.

4 D. Albertus. Beatiſſima Virgo ſpecioſiſſima, & pulcherrima fuit inter filias hominum, *ſuper miſ-*
& ipſa habuit ſummum, & perfectum gradum in pulchritudine, quæ potuit eſſe in mortali *ſus eſt.*
corpore ſecundum ſtatum viæ.

5 Albertus Magnus. Sicut Chriſtus fuit ſpecioſus præ filijs hominum, ſic Virgo pulcher- *l. de laud.*
rima fuit inter filias hominum. *Virg.*

6 D. Anſel. exponens illud. *Et continuò diſceſſit Angelus ab ea*. Diſceſſit Angelus à Maria *l. de excel*
admirans pulchritudinem eius. *lent. Virg.*

7 D. Anton. Florent. Deipara Virgo ad ea pulchritudinis faſtigia peruenit, vt in natura *4. p. tit. 15*
rationali nulla alia præſtantior excogitari queat. *c. 10. §. 3.*

8 D. Athanaſ. Spiritus Sanctus in Virginem deſcendit cum omnibus ſuis eſſentialibus vir- *ſer. de An*
tutibus, quæ illi per rationem diuini Principatus adſunt, imbuens eam in gratia, vt in om- *nunc. San*
nibus gratioſa eſſet. *ctiſſ. Virg.*

9 D. Aug. Dominus tecum, tecum in corde, tecum in animo, tecum in vtero, tecum in *ser. de nat.*
auxilio.

10 Idem. Tota pulchra, tota formoſa, tota delectabilis, tota glorioſa. Tu macula nulla *ſer. de In-*
fuſcaris, tu omni decore veſtiris, tu omni ſanctitate ditaris, tu ſuper omnes virtutes ſancta *carn. Chri*
in carne, tu cunctas fęminas vincis pulchritudine carnis, & omnes Angelicos ſpiritus ex- *ſti.*
cellentia ſanctitatis.

11 Idem, in illa verba Cant. *Pulchra es amica mea, & decora ſicut Hieruſalem, &c.* in hoc eſt
perfectio pulchritudinis, quod non ſolùm ſuauis, nec ſolùm terribilis, ſed vtrumque es, &
ſuauis, & terribilis, ſuauis ſicut Hieruſalem, terribilis, vt caſtrorum acies, quæ benè or-
dinata eſt.

12 D. Bern. Eſt maius aliquid quod mireris in Maria, ſcilicet cum Virginitate fœcunditas. *homil. 1.*

13 Idem, loquens de Gabriele, *Qui dicitur Fortitudo Dei*. Vt Virginem natura pauidam, quæ *ſuper miſ-*
de nouitate miraculi expaueſceret, tota Dei fortitudo, & virtus confortaret. *ſus eſt.*

14 Idem. Turbata eſt, neque enim illi accidit, vt Danieli, qui Gabrielem audiens iacebat *hom. 3. ſu*
conſternatus, & facies eius hærebat terræ, non ſic Virgo, quæ eundem audiens, modeſtia *per miſſus*
pleno vultu, & animo ſtabat, & nonnihil turbata, non protinus ſalutata reſpondit, ſed co- *eſt.*
gitabat qualis eſſet noua iſta ſalutatio.

15 Idem. Inueniſti quod quærebas, & quod nemo ante te inuenire potuit, inueniſti gra- *ibidem.*
tiam apud Deum, quàm gratiam Dei, & hominum pacem, & mortis deſtructionem, vitæ
reparationem.

16 Idem.

hom. 4. ſuper miſſus eſt.
16 Idem. *Fiat mihi ſecundum Verbum tuum.* Fiat mihi de Verbo ſecundum Verbum tuum, quod in principio apud Deum, fiat caro de carne mea ſecundum Verbum tuum, fiat obſecro mihi Verbum non prolatum, quod tranſeat, ſed conceptum, vt maneat carne; videlicet indutum, & non aere; fiat mihi non tantum audibile auribus, ſed, & viſibile oculis, palpabile manibus, & geſtabile humeris; fiat mihi incarnatum, & viuum, non ſcriptum, & mutum mortui calami, depictione in impellibus, ſed forma humana caſtis meis viſceribus viuaciter impreſſum Sancti Spiritus operatione; eò videlicet modò fiat mihi, quo nemini ante me factum eſt, & nemini poſt me faciendum.

ſerm. de Adu.
17 Idem. Gratioſus tuus vultus Beata Virgo mihi appareat in extremis, formoſitas faciei tuæ lætificet ſpiritum meum egredientem, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis, vt eodem alueo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo influxit.

in medit. cap. 4.
18 D. Bonau. Non fuit Virgo turbata de viſione Angeli, quia eos videre ſępè ſolita erat, ſed in ſermone.

19 Dionyſ Carthuſ. in illa verba Cant. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias Hieruſalem.* Quamuis fuerint multæ Virgines Sanctæ, tamen reſpectu Virginis, quaſi ſpinæ fuiſſe videntur: quamuis enim in ſe fuerint mundæ; fuerunt tamen alijs ſpinæ, qui ex earum intuitu concupiſcentia pungebantur. Porrò Virgo Deipara intuentium corda ſic penetrauit ſua ineſtimabili caſtitate virginea, quod à nullo potuit concupiſci, imò potiùs extinſit ad horam illorum libidinem.

hæreſ. 72.
20 D. Epiphanius. Quotidie Sanctus Ioſeph Mariam aſpiciebat, ſplendorem à facie eius in modum radij Solis exire videbat, ſicut à facie Moyſi quando de Monte Syna deſcendit, vbi cum Domino locutus fuerat.

21 D. Euſeb. Emiſſ. explicans illud Lucæ, *Turbata eſt in ſermone eius.* Turbata eſt non in vultu Angeli, vt Daniel, & Zacharias, ſed in ſermone: non enim Angelum, ſed Verbum Angeli attendebat, & quid illa tàm officioſa ſalutatio prætenderet cogitabat.

ſerm. de lud. Virg.
22 Fulgentius. Sic enim legitur Angelum tali taſſe, *Aue gratia plena*; cum dixiſſet Aue ſalutationem illi cęleſtem exhibuit, cùm dixit Gratia plena, oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & plenam benedictions gratiam reſtitutam.

lib. 18. moral. c. 12.
23 D. Greg. Vmbra à lumine formatur, & Corpore, Dominus autem per diuinitatem lumen eſt, qui mediante anima in vtero Virginis fieri dignatus eſt, per humanitatem corpus.

ſerm. de Chriſt. natiu.
24 D. Greg. Nyſſen. explicans illud. *Quomodo fiet iſtud, &c.* Audi puræ Virginis vocem, Angelus partum denunciat, & illa virginitatem amplectitur, caſtitatem præferens Angelicæ apparitioni addamus, & tali annunciationi, ita vt ſi aliquam exinde virginitatis ſuæ paſſa fuiſſet iacturam, ex ſe noluiſſet Mater Dei eſſe.

ſerm. de Aſſump.
25 D. Hieron. Iam cum Virgine erat, qui ad Virginem mittebat Angelum, & præceſſit nuntium ſuum Dominus, ſed ab eo non receſſit, nec teneri potuit locis, qui omnibus habetur in locis, & totus vbique eſt, ſine quo nihil totum.

hom. de interdict. arbor ad Adam.
26 D. Ioann. Chryſoſt. Seductio Euæ attulit mortem, conſenſus Mariæ peperit à ſæculo Saluatorem.

27 Idem, ſuper illud. *Ne timeas Maria inueniſti gratiam apud Deum.* Timet qui perdidit, ſed ſed non qui inuenit; Virgo ideò ne timeas, quid enim timeret, quæ ſecuritatem rerum concipit ſęculorum, & ſuſcepit eum, quem timent omnia, quæ timentur.

ſerm. 2. hom. 49. in Gen.
28 Idem, explicans. *Quomodo fiet iſtud.* Ne quæras ò Virgo, naturæ modum, & ordinem, quando ſupra naturam ſunt, quæ fiunt.

l. 3. c. 33.
29 Iræneus. Virgo obaudiens, & ſibi, & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis, iam Domina Cęli, terræque efficitur, ſed in his omnibus mira humilitate deprimitur dicens, Ecce Ancilla Domini.

30 Orig. ſuper illud Matth. 2. *Ioſeph non cognouit eam, &c.* Quamdiù Virgo Beata habuit in ſuo vtero Solem Iuſtitiæ, tantus fulgor exibat de facie eius, quod Ioſeph eam agnoſcere, & diſcernere non valebat, nec in eius faciem intendere poterat, donec eius vterus fuerit euacuatus.

de Natiu. V. M.
31 Diuus Petrus Dam. Quæ eſt iſta quæ naſcitur, per quam omnes renaſcimur?

ſer. de nat. Virg.
32 Idem. ſuper illud 3. Reg. 10. *Non eſt factum tale opus in vniuerſis Regnis.* Et ſi multa magna facta ſunt in creaturis mundi, nihil tamen excellens, tàm magnificum fecerunt, opera digitorum Dei. Virgo Dei Genitrix, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur.

ſer. 1. de nat. Virg.
33 Idem. Fęlices Angelici Spiritus, qui Beatę Virginis habent præſentiam; hic nos memoriam ſuauitatis eius excitamus. Si dulcis memoria, quid præſentia?

34 Riccard.

Digitized by Google

34 Riccard. de S. Vict. Tota pulchra meritò dicitur Virgo, quia pulchra facie fuit, pulchra mente, & corpore, (& eodem loco) vultum habuiſſe Angeli. *Cant. 26.*

35 Theodoret. ſuper illud. *Dimitte me iam enim aſcendit aurora.* Quod igitur magni teſtamenti Angelum victum ſe eſſe aſcendente aurora, confitetur nihil eſt aliud, niſi quod Mariæ Chriſtus aſpectu infirmum ſe eſſe oſtendat, & peccatori dicat. Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. *q. 28. in Gen.*

36 D. Thom. Aquin. Humanitas Chriſti ex hoc quod eſt vnita Verbo, & beatitudo creata ex hoc quod eſt fruitio Dei, & Beata Virgo ex hoc quod Mater Dei habet quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus, & ex hac parte non poteſt aliquid fieri meliuſculus, ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo. *1. p. q. 25. art. 6. ad 4*

37 Idem. Gratia ſanctificationis non tantum repreſſit in Virgine motus illicitos, ſed etiam in alijs efficaciam habuit, ita vt quamuis eſſet pulchra corpore, à nullo vnquam concupiſci potuerit. *in 3. d. 3. q. 9. ar. 2.*

38 Idem. Pulchritudo Beatæ Virginis, intuentes ad caſtitatem excitabat. *ibid. q. 1. ar. 2.*

39 B. Thomas à Villanoua. Sacra, pura, & immaculata Virgo, cui etiam præ alijs erat hoc Virginitatis inſigne, vt inſpectatores ſuos (vt ita dixerim) Virgines faceret. Erat enim, (vt Prophetæ vtar eloquio) Virgines germinans Virginitas. *conc. 2. de Annunc.*

DE MARIÆ HVMILITATE.

1 Diuus Ambr. Vide humilitatem, vide deuotionem Ancillam ſe dicit Domini, quæ Mater eligitur. *in 1. cap. Lucæ.*

2 D. Anton. Beata Maria quanto maior fuit, tanto minor ſibi ipſi videbatur. *4. p. tit. c. 5. §. 1.*

3 Idem, in verba Luc. 1. *Magnificat anima mea Dominum.* Non dicit Sponſum, non Patrem, non Filium, quamuis quodlibet eorum dicere potuerit verè, ſed tantum dicit Dominum: vt omni via proprias laudes fugeret. Si dixiſſet Sponſum in multum ſe laudaret, ſi dixiſſet Patrem, vel Filium æquæ laudis eſſet, ſed dicit Dominum, quod eſt relatiuum ad ſeruum, & ancillam. *p. 4. tit. 15 c. 28. §. 3.*

4 D. Aug. in verba Luc. 2. *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Non eſt prætermittenda fratres tàm ſancta modeſtia Virginis Mariæ, meruerat parere Filium Altiſſimi, & erat humillima, nec ſe marito, nec in ordine nominis præferebat, vt diceret. Ego, & Pater tuus, ſed Pater tuus, inquit, & ego; non attendit ſui vteri dignitatem, ſed ordinem coniugalem. *ſer. 65. de diuerſis cap. 11.*

5 Idem. Eua propter ſuperbiam abiecta eſt; Maria vero propter humilitatem electa eſt. *ſer. de natiu. Virg.*

6 Idem. O Sancta venerabiliſque humilitas, tu Filium Dei de ſinu Patris deſcendere feciſti in vterum Sanctæ Mariæ Virginis. *ſer. 11. ad fratres in heremo.*

7 Idem. Facta eſt certè humilitas Mariæ ſcala cæleſtis, per quam deſcendit Deus ad terras. *Quia reſpexit*, inquit, *humilitatem Ancillæ ſuæ.* Et quid eſt dicere, reſpexit, niſi placuit ei humilitas mea? *ſer. 35. de Sanctis.*

8 Idem. Virginis Mariæ nos, intereeſſioni committamus, eius patrocinia omnes imploremus; ſed quid prodeſt eam interpellare vocibus, niſi etiam humilitatis eius exempla teneamus. *ſer. de natiu. Virg.*

9 Idem, in verba Eccl. 8. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, ita in Maria omnes aquæ gratiarum quæ fuerunt in alijs Sanctis, intrauerunt in Mariam Virginem, & tamen illud mare plenum omni gratia non redundauit excedens limites ſuos in aliquam elationem, vel iactantiam. *4. p. ſummæ tit. 15 c. 14. §. 2.*

10 Albertus Magnus. Maria non tantum pro eo, quod erat mundiſſima, ſed potiùs pro eo, quod erat humillima meruit concipere Filium Dei, ſicut ſemetipſam teſtatur. *Reſpexit*, inquit, *humilitatem Ancillæ ſuæ*, non ait, caſtitatem, licèt eſſet caſtiſſima, ſed humilitatem. *ſer. 6. de Nat. Dñ.*

11 Arnold. Carn. Maria Domina, & licèt ipſa ſe Chriſti profiteatur Ancillam, hoc ſeruitutis genus omni Regno ſublimiùs eſſe intelligit. *to. 1. BB. PP.*

12 D. Bern. Humilis fuit Maria in corde, humilis in verbis, humilis in conuerſatione, humilis in obſequijs. *ſuper miſſus eſt.*

13 Idem. Sine humilitate audeo dicere, quòd nec Virginitas Mariç Deo placuiſſet, ſi placuit Virginitate, tamen ex humilitate concepit. *ſer. 22. in Cant.*

14 Idem. Inde felix, & inde beata, quia humilis eſt, non quia in vtero Verbum caro factum eſt: audeo dicere, quòd ſine humilitate, neque Virginitas Mariæ Deo placuiſſet. *hom. 1. ſuper miſſus eſt.*

ſer. de Aſſumpt. 15 Idem. Nunquam ſuper choros Angelorum ſublimata aſcendiſſet, niſi priùs infra homines humiliata deſcendiſſet.

ſuper miſſus eſt, hom. 4. 16 Idem. Quæ eſt hæc tàm ſublimis humilitas, quæ cædere non nouit honoribus, inſoleſcere gloria neſcit? Mater Dei eligitur, & Ancillam Dei ſe nominat. Non mediocris reuera humilitatis inſigne, neque (oblata tanta gloria) obliuiſci humilitatem. Non magnum eſt eſſe humilem in abiectione, magna prorsùs, & rara virtus humilitas honorata.

hom. 1. de laud. Virgin. 17 Idem. Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ Deus potius, quàm Virginitatem, & ſi placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit.

ſer. de verbis Apoc. 18 Idem. Maria quanto maior erat, humiliauit ſe, non modò de omnibus, ſed, & præ omnibus: vnde meritò facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat Ancillam.

ſer. de verbis Apoc. 19 Idem. Meritò facta eſt nouiſſima prima, quæ prima cum eſſet omnium, ſe nouiſſima faciebat.

ſer. 42. in Cant. 20 Idem, *loquens de humilitate Mariæ*. Bonus humilitatis odor, qui de hac Valle plorationis aſcendens, perfuſis circumquaq; vicinis regionibus, ipſum quoque accubitum grata ſuauitate reſpergat.

hom. 4. ſuper miſſus eſt. 21 Idem. Humiliter Virgo reſpondit, vt ſedes gratiæ præpararetur, ſicut enim aquarum ſedes eſt vallium humilitas, ita gratiarum ſedes humilitas hominum.

ibidem. 22 Idem. Quæ eſt hæc tàm ſublimis humilitas, quæ inſoleſcere gloria neſcit? Mater Dei eligitur, & Ancillam ſe dicit, & nominat.

ibidem. 23 Idem Maria Virginem ſe oblita gloriatur de humilitate, & tu negligendo humilitatem blandiris tibi de virginitate.

ſer. 51. 24 Idem. Continuo Maria conſiderabat Dei Maieſtatem, & ſuam humilitatem.

in ſpec. Virg. c. 4. 25 D. Bonau. O mira, & profunda humilitas Mariæ! Ecce Mariam Archangelus alloquitur: Maria gratia plena dicitur, ſuperuentio Spiritus Sancti promittitur, in Matrem Domini aſſumitur, iam omnibus creaturis anteponitur, iam Domina Cęli, & Terræ efficitur; & pro his omnibus non extollitur, ſed in his omnibus mira humilitatis deprimitur, dicens. *Ecce Ancilla Domini.*

ſup. Pſalt. Virg. 26 Idem. Quia ergo humiliſſima fuiſti, Verbum incarnatum ex te carnem ſumere coegiſti.

ſuper Magnif. 27 Hugo de S. Vict. Reſpexit Deus humilitatem Mariæ, cui per humilitatis meritum dedit, vt Filium ſuum in carne conciperet, & de ſita carne Deum, & hominem omnium Saluatorem generaret.

ſer. de Aſſumpt. 28 D. Hieron. Prima eius virtus fundamentum omnium virtutum, & cuſtos eſt humilitas ipſa. Idcirco, & vos humilitatem ſectemini, & Matrem Domini, quæ ſe ancillam vocat, cordis amore imirari procurate.

ibidem. 29 Idem. Maluit Deus de Virgine incarnari propter humilitatem, quàm propter aliam quantumcumque virtutem.

ibidem. 30 D. Hideiph. in verba Luc. 2. *Magnificat anima mea Dominum*. In nullo de ſe præſumit Virgo, in nullo de ſe aliquid altum ſapit, ſed tota in Deum exultat, & tota eius Anima Dominum magnificat. Nihil ſibi tribuit meritorum, nihil ſibi de ſe applaudit, ſed ſolummodo quæ Dei ſunt requirit, & ſapit; idcirco in illo tota exultat, ſolùm ſibi vendicat humilitatem ancillæ, quæ Mater Saluatoris ab Angelo veneratur.

In vita ſolit. c. 15. 31 B. Laurent. Iuſtin. in verba Luc. 1. *Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ*. Non ait; reſpexit Virginitatem, non innocentiam, non virtutes cæteras, ſed humilitatem tantum, vt manifeſtaret quantum præmineret reliquis, quantumque Deo placeret humilitas.

l. 1. ſuarũ reuelat. 32 D. Metild. Prima virtus in qua Virgo nata, & infans ſe ſingulariter exercuit, fuit humilitas, quia ita modeſtè de ſe ſentiebat, vt cum tot gratias haberet, nulli creaturæ ſe prætulit, nec antepoluit.

Cant. 33 D. Rupert. Humilitas Virginis Deum vnicè delectauit, velut ſuauis odor, qualis de nullo vnquam vſque ad ipſum ſpirauit, vel ſpirante potuit ſacrificio.

DE MARIAE EXCELLENTIA.

lib. de inſtit. Virg. 1 Diuus Ambroſ. ait. *De Maria relicta Ioanni defenſori à Chriſto*. Dominus Ieſus pauliſper publicam differt ſalutem, ne Matrem inhonoratam relinquat, legator Matri, pudoris defenſio teſtimonium integritatis.

in ſpec. c. 8 2 Idem. *Citatus à Sancto Bonau.* Si Chriſtus eſt credentium Pater, cur non ipſa, quæ genuit Chriſtum credentium ſit Mater?

Digitized by Google

3 Idem. Nimirum ſi Dominus redempturus mundum, operationem ſuam inchoare *in Luc. c.1.*
à Matre.
4 Idem. Incompræhenſibilis incompræhenſibiliter operatur in Maria. *de laudib.*
5 Idem. Tanta erat Virginis gratia, vt non ſolùm in ſe virginitatis gratiam reſeruaret, *Virg. c.4.*
ſed etiam iis, quos viſeret, integritatis inſigne conferret. *lib. de inſt.*
6 Idem. Benè ſola gratia plena, dicitur, quæ ſolàm gratiam, quàm nulla alia meruerat, *Virg. c.7.*
conſecuta eſt, vt gratiæ repleretur. *in c.2 Luc.*
7 Idem. Credimus Mater Chriſti tantam habere gratiæ plenitudinem, quantam nullus *de excell.*
recipit mortalium. *Virg. c.8.*
8 D. Anſelmus. Immenſitatem gratiæ, & gloriæ; & fęlicitatis tuæ conſiderare cupienti, *in 4. Cant.*
ô Virgo ſenſus deficit, lingua fatiſcit. *ſer. de nat.*
9 Alanus. Maria hortus concluſus, Angelorum cuſtodia circumſeptus. *Virg.*
10 Alcuinus, *loquens cum Maria:* Tu bellatrix egregia primo eum, qui primus Euam ſup- *ſer. de Aſ*
plantauit expugnare viriliter aggreſſa es. *ſumpt.*
11 D. Antoninus, in verba Gen. 1. *Congregentur aqua, quæ ſub Cęlo ſunt, in locum vnum; con-* *4. p. tit. 15*
gregationeſque aquarum appellauit Maria. Congregatis igitur omnibus gratijs Sanctorum *c.4. §.3.*
in vnum locum, ſcilicet in Animam Virginis, appellauit eam Mariam; quaſi mare gratia-
rum. Omnia enim flumina intrant in mare, ideſt omnes gratiæ in Mariam.
12 D. Athanaſ. Spiritus Sanctus in Virgine deſcendit cum omnibus virtutibus ſuis, imbu- *ſer. de Să-*
ens eam gratia, vt in omnibus gratioſa eſſet. *ctiſs. Deip.*
13 D. Bern. Non eſt quòd me magis delectet, non eſt quòd terreat magis, quàm de gloria *ſer. 4. de*
Virginis habere ſermonem. *Aſ. Virg.*
14 Idem. Ipſa eſt Virginis noſtræ gloria ſingularis, & excellens prærogatiua Mariæ, quod *ſer. ſignũ*
Filium vnum, eumdemque cum Deo Patre meruit habere communem. *magnum.*
15 Idem. Quæ nam poterit lingua, etiamſi Angelica ſit, dignis extollere laudibus Virgi- *ſer. 4. de*
nem Matrem; Matrem autem non cuiuſcumque ſed Dei? *Aſſumpt.*
16 Idem, in verba Eccl. 24. *Et in plenitudine Sanctorum detentio mea.* Relatus à Bonau. me- *Virg.*
ritò in plenitudine Sanctorum detentio Mariæ, cui nec defuit fides Patriarcharum ſpes *in ſpecul.*
Prophetarum; zelus Apoſtolorum, conſtantia Martyrum, ſobrietas Confeſſorum, Caſti- *Virg. c.7.*
tas Virginum; fęcunditas coniugatorum, imò neque puritas Angelorum.
17 Idem. Et quid mirum ſi Deus, qui mirabilis legitur, & cernitur in Sanctis ſuis; mirabi- *hom. 1. ſu*
lem ſe exhibuit in Matre ſua? *per miſſus*
18 Idem. De hac, & ob hanc, & propter hanc, totus mundus factus eſt, & hæc gratia *eſt.*
Dei plena eſt, & per hanc homo redemptus eſt, Verbum Dei factum eſt, Deus humilis, & *ſer. 1. in*
homo ſublimis. *Salue.*
19 Idem, in verba Luc. 1. *Aue gratia plena:* Quid mirum ſi gratia plena erat Maria, cum *ſer. 42. in*
quo Dominus erat? *Cant.*
20 D. Bern. Sen. Tanta gratia Virgini à Deo data eſt, quanta vni creaturæ puræ dari poſ- *Conc. 61.*
ſibile eſt, tantaq; fuit perfectio eius, vt ſoli Deo cognoſcenda reſeruetur. *ar. 2. c. 41.*
21 Idem. Elegit ab æterno præordinando; prælegit eam ideſt præ omnibus alijs excellen- *ſer. 52. de*
tiorem diſpoſuit facere. *B.V. ar. 4.*
22 Idem. Tantum differt glòria Virginis à gloria omnium Beatorum, quantum ſol à cæ- *c.4. §.3.*
teris luminaribus Cęli quodammodo ſicut cętera luminaria irradiantur à Sole, ſic tota cę- *ſer. 61. ar.*
leſtis Curia à glorioſa Virgine lętificatur, & decoratur. *2. c. 3.*
23 D. Bonau. Opus admirabile eſt Maria, de qua dicitur in Eccleſiaſtico. Vas admirabile, *in ſpec. B.*
opus excelſi; verè opus mirabile, quia numquam inuenitur ſimile, vnde de hoc dicitur. Non *Virg. c.7.*
eſt factum tale opus in vniuerſis Regnis; non in Regno cęleſtium, nec terreſtrium, nec in-
fernorum; hoc enim opus plenum eſt Dominica gloria, quia ſupra omnem puram creatu-
ram refulta; & relucet pleniſſimum. Beata Maria vas admirabile, opus excelſi.
24 Idem. Ipſa eſt qua maiorem Deus facere non poſſet. Maiorem mundum poſſet face- *ibid. c. 8.*
re Deus, maius Cęlum poſſet facere Deus, maiorem, quàm Matrem Dei, non poſſet fa-
cere Deus.
25 Idem. Immenſa fuit Mariæ gratia, qua ipſa fuit plena. Immenſum enim vas non po- *ibid. c. 5.*
teſt eſſe plenum, niſi immenſum ſit illud, quo eſt plenum. Maria autem vas immenſiſſi-
mum fuit, ex quo illum, qui in Coelo maior eſt, continere potuit.
26 Idem. Beata Virgo tantam habuit gratiam quod de facto non poterat plus recipere, & *in 1. ſent.*
quantam pura creatura recipere potuit. *diſt. 49.*

in ſpecul. Virg. c. 8. 27 Idem, in verba Prou. 31. *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Supergreſſa eſt Maria cunctas filias; ſupergreſſa eſt in natura, ſupergreſſa eſt in gratia, ſupergreſſa eſt in gloria vniuerſas filias, ideſt vniuerſas animas, & vniuerſas intelligentias angelicas.

ibidem. 28 Idem. Filia Agnes, Filia Lucia, Filia Cæcilia, Filia Agatha, Filia Catharina, & multæ aliæ Filiæ, & multæ aliæ Virgines Sanctæ, & multæ animæ iuſtæ congregauerunt diuitias virtutum, & gratiarum, diuitias meritorum, & premiorum, ſed Maria vniuerſis diuitijs ſupergreſſa eſt excellentiſſimè vniuerſas.

in ſpecul. Virg. c. 5. 29 Idem, in verba Eccl. 8. *Omnia flumina intrant in mare.* Omnia flumina intrant in mare, dum omnia charifmata intrant in Mariam. Flumen enim gratiæ Angelorum intrat in Mariam flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum intrat in Mariam, flumen gratiæ Apoſtolorum, flumen gratiæ Martyrum intrat in Mariam, Confeſſorum, Virginum, & Doctorum intrat in Mariam: Omnia flumina intrant in mare, ideſt omnes gratiæ intrant in Mariam.

ibidem. 30 Idem. Maria dicitur mare propter affluentiam, & copiam gratiarum. Vnde ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico. Omnia flumina intrant in mare, ideſt omnes gratiæ intrant in Mariam. Vnde ipſa optimè dicere poteſt illud Eccleſiaſtici. In me omnis gratia viæ, & veritatis, & in me omnis ſpes vitæ, & virtutis.

in 1. Reg. cap. 1. 31 D. Greg. Papa, in verba Iſa. cap. 2. *Et erit præparatus mons domus Domini in vertice montium.* Mons quippè in vertice montium fuit Beatiſſima Virgo Maria, quæ omnem electæ creaturæ celſitudinem erectionis ſuæ dignitate tranſcendit. An non mons ſublimis Maria, quæ vt ad conceptionem Aeterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſupra omnes Angelorum Choros, vſque ad ſolium deitatis erexit.

or. de Zona Virg. 32 D. Germanus. Omnia in Virgine ſunt admirabilia, & vires naturæ excedentia; in qua Deus ſuam exercuit potentiam; *fecit enim*, inquit, *mihi magna qui potens eſt.*

33 Hugo Card. in verba Eccl. 24. *In omni populo, & in omni gente primatum habui.* Inter omnes Sanctos, & omnes Angelos Principatum obtinuit, vt ſicut ad primatum recurritur pro omni grauamine, & afflictione; ita ad me recurrant omnes homines.

in cap. 8. Exod. 34 D. Hieron. Maria quotidie diuina viſione fruebatur, quæ eam à malis omnibus cuſtodiebat, & bonis omnibus redundare faciebat.

ſer. de Aſſumpt. 35 Idem, in verba Luc. 2. *aue gratia plena.* Benè dicitur gratia plena, quia cæteris per partes præſtatur, Mariæ verò tota ſe infundit gratiæ plenitudo.

de Virg. Maria. 36 Idiota cap. 4. Sanctorum omnium priuilegia Virgo omnia habes in te congeſta; nemo maior te, niſi Deus.

ibidem. 37 Idem. Inter omnia opera æterni opificis, poſt operationem illam, qua naturæ noſtræ vnitus eſt filius tuus ſpeciale opus fuiſti tò Beatiſſima Virgo Maria, qui ad hoc te fecit, vt quòd de primo opificio fuerat deformatum, per te deformaretur.

hom. 1. in c. 1. Matt. 38 D. Ioan. Chryſoſt. Maria ſpecioſior facta fuit, & dignior, quàm totus mundus: quia quem totus mundus capere non poterat, nec merebatur accipere, in cubiculo vteri tui ſola ipſa ſuſcipere meruit.

homil. 1. operis imperf. in Matth. 39 Idem, in verba Matth. cap. 1. *Et non cognouit eam Ioſeph donec peperit.* Verè enim non cognouit eam ante, cuius fuerat dignitatis, quæ Vnigeniti Dei facta fuerat Mater, ſed poſtquàm peperit, tunc cognouit eam, hoc eſt præcioſiorem, & digniorem factam fuiſſe, nouit, quàm eſſet totus mundus.

ſer. 6. de Aſſump. Virg. 40 D. Idelphonſus. Cæteris electis ex parte gratia datur, huic verò Virgini, tota ſe infudit plenitudo gratiæ.

Orat. 1. de natiu. 41 D. Ioann. Damaſc. Virgo mons eſt ille, qui collem omnem, & montem, ideſt Angelorum, & hominum ſublimitatem exuperat: Mons in quo beneplacitũ eſt Deo habitare in eo.

ſer. de laudib. Virg. 42 Idem. Solo Deo excepto, cunctis ſuperior exiſtit Beata Virgo, cui prædicanda, nec hominum, nec Angelorum ſufficit lingua.

ibidem. 43 Idem. Quid dicam, aut quid loquar de præclara, ac Sancta Virgine? Deſiderium me trahit, vt de Deipara verba faciam, & formido me retinet in ſilentio, vt qui non habeam facultatem dicendi pro dignitate.

ſer. 1. de Aſſũp. V. 44 Idem. Virginem non hominum lingua, nec ſublimior Angelorum mens, dignis laudibus efferre poteſt.

ſer. 2. de nat. Virg. 45 Idem. Virgo omnium encomiorum legem excedit, nec ſi omnes in toto orbe diſperſæ linguæ in vnum coeant, eius laudes oratione conſequi poſſent.

46 Idem.

Digitized by Google

46 Idem. *Virgo Angeli ore commotior est, vt quæ cum viris colloqui minime conſueuiſſet:* orat. 1. de
ſiquidem virginitatem ſeduló ſeruare conſtituerat. dormi. Vir-
47 Ireneus. Quemadmodum Eua per Angelicum ſermonem ſeducta eſt, vt effugeret Deũ; ginis.
ita, & hæc nempe Beata Maria per Angelicum ſermonem euangelizata eſt, vt portaret lib. 5. c. 9.
Deum obediens verbo eius.
48 D. Laurent. Iuſtin. Non ex Angelico aſpectu quaſi inſolito, quippe quia iugiter viſita- ſerm. de
batur ab Angelis, ſed ob excellentiam diuini præſagij, quod propria merita præcellere vide- Annunc.
batur: vnde poſt turbationem dicitur, quod non reſpondit, ſed cogitabat, vt prudentia
ſimul aduertatur.
49 Idem. Solo igitur mente, & corpore proſtrata humillime, inquit. *Ecce Ancilla Domi-* ibidem.
ni, fiat mihi ſecundum Verbum tuum.
50 Idem. Nullus mortalium, quamuis donorum cœleſtium numeroſitate ſit præditus, Vir- ſer. de na-
gini valet coæquari; Patriarcharum vtique Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, om- tiu. Virg.
niumque Sanctorum merita, Beata Maria tranſcendit.
51 Origen. Soli Mariæ hæc ſalutatio ſeruabatur; ſi enim ſciuiſſet ad alium quempiam ſi- hom. 2. in
milem factum eſſe ſermonem, habebat quippe legis ſcientiam nunquam quaſi peregrina- Luca de
eam ſalutatio terruiſſet. Angel. ſa-
52 Petrus Damian. Dominus tecum, inquit Angelis Deus, ſed non cum Angelis: quia cum lutat.
illis eiuſdem non eſt eſſentiæ: habitat Deus in Virgine, habitat cum illa, cum qua vnius na- ſer. de na-
turæ habet identitatem. tiu. Virg.
53 Idem. *Loquens de Deo qui in Maria inuenit requiem, & habitaculum.* In qua ſola ſe poſt ſer. de An-
tumultus Angelorum, & hominum reclinaret, & requiem inueniret. nũc. Mariæ
54 Idem. Nullus humanus ſermo in laude Virginis inuenitur idonius, & impar eſt illi om- ibidem.
ne humanæ linguæ preconium.
55 Idem. Quid mirum ſi hæc ineffabilis Virgo in ſuis laudibus modum humanæ laudis ibidem.
exuperat cum, & ipſam humani generis naturam excellentium meritorum dignitate tran-
ſcendat; ad cuius efferenda præmia non Rhetoricorum diſerta facundia non dialectico-
rum ſubtilia argumenta, non acutiſſima Philoſophorum apta reperiuntur ingenia.
56 Idem. Multa magnalia facta ſunt in mundi creaturis; nihil tamen excelſius, nihil ma- ibidem.
gnificentius, nihil grandius Virgine fecerunt opera digitorum Dei. ſer. 143.
57 D. Petrus Chryſolog. Stupuit altitudo, quia ingreſſu Angeli, Virgo ſenſit Diuinitatis de Annũc.
ingreſſum.
58 Idem. *Reddit rationem Angeli ad Mariam aduentantis.* Peruolat ad Sponſam feſtinus in- ſer. 140.
terpres, vt à Dei Sponſa humanæ deſponſationis arceat, & ſuſpendat affectum.
59 Idem. *Loquens ad Virginem Mariam:* Deus ipſe ad te veniet, quia te pœnituit ad homi- ſer. 142.
nem peruenisse, nec iam caro ad carnem, ſed Spiritus Sanctus ſuperueniet in te.
60 Idem. Ita agit cum Maria Angelus de ſalute, quia cum Eua egerat Angelus de ruina, vt ibidem.
noſtræ perditionis initio conueniens; noſtræ reparationis principium reſponderet.
61 Idem. *Loquens de Gabriele Archangelo.* Audiſtis fragilem noſtræ carnis naturam ad por- ibidem.
tandam totam deitatis gloriam Angelica exhortatione roborari.
62 Idem. Sicut enim Chriſtus interdum per Angelum confortari voluit, ita debuit Virgi- ibidem.
nem per Angelum animari.
63 Idem. Tanta eſt Virgo; vt quantus ſit Deus ſit Deus ſatis ignoret, qui huius Virginis ſer. 104.
mentem non ſtupet, animum non miratur.
64 Rupert. in illud Cant. cap. 1. *Oculi tui columbarum.* Beata Virgo rapta fuit in tertium
Cœlum, & vidit arcana myſteria, quæ non licèt homini loqui, perfectiùs, & excellentius,
quàm Paulus.
65 D. Thom. Beata Virgo Maria propinquiſſima Chriſto fuit ſecundum humanitatem, 3. p. q. 27.
quia ex ea accepit humanam naturam, & ideò præ cæteris maiorem debuit à Chriſto gra- art. 5.
tiæ plenitudinem obtinere.
66 Idem. Putandum eſt Deum quicquam gratiæ Mariæ non denegaſſe, quàm ſecundum 3. p. q. 7.
ſuam potentiam puræ creaturæ dare poteſt. ar. 10.
67 Idem. *Alij Sancti ſpecialia quædam opera virtutum exercuerunt, quia aliùs fuit humi-* Opuſc. 8.
lis, aliùs caſtus, aliùs miſericors, & ideò ipſi datur in exemplum ſpecialium virtutum; ſed
Beata Virgo in exemplum omnium virtutum; quia in ea reperis exemplum humilitatis, &
caſtitatis, & omnium virtutum.

68 D. Lau-

de carne 65 Christi. D. Tertullianus. In Virginem introducendum erat Dei Verbum, extructorum vitæ, vt quod per huiuſmodi abiret, in perditionem, per eundem ſexum redigeret in ſalutem.

DE GENITRICE DEI MARIA.

de excell. Virginis. 1 DIuus Anſelmus. Magis propter peccatores, quàm propter iuſtos factam eſſe Dei Matrem.

lib. de exc. Virg. c. 2. 2 Idem. Hoc ſolùm de Sancta Virgine prædicare, quod Dei Mater eſt, excedit omnem altitudinem, quæ poſt Deum dici, vel cogitari poteſt.

de excell. Virg. 3 Andreas Cretenſ. Salue perpetua Angelorum Chorea.

4 Idem. Ex quo translata es à terra, te vniuerſus mundus continet commune propitiatorium o vitæ ſuppeditatrix, & vita viuentium, & cauſa vitæ.

de Aſſump. Virg. 5 Andreas Hieroſolym. Vocat Mariam, Dei ſuiſſimum ad inhabitandum aſylum.

ſer. de Annunc. 6 D. Aug. Facta eſt Maria feneſtra cœli, quia per ipſam Deus verum fundit ſeculis lumen: facta eſt Maria ſcala celeſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terram, & per ipſam homines aſcendere merentur ad Cœlum, facta eſt Maria reſtauratio fœminarum, quia per ipſam à ruina primæ maledictionis probatur eſſe ſubtractæ: maledicta Eua fuerat, quàm nunc credimus per Mariam ad benedictionem gloriæ remeaſſe.

ſer. 15 de tempore, qui vndecimus natiuitatis. 7 Idem. Tanta eſt Virginis dignitas, eo quod Mater Dei ſit, vt planè excedat non ſolùm omnium hominum dignitatem, verùm etiam Angelorum, cum longè præſtabiliùs, & excellentiùs ſit, eſſe Matrem Principis, quàm miniſtrum. Tanto enim perfectior vnaqueque res appellatur, quantò magis vnitur, & coniungitur Deo, qui eſt ſumma perfectio.

libri de Symb. ad Catechumenos. cap. 4. 8 Idem. Ipſe enim Chriſtus Virginis Filius, & Virginum Sponſus, attulit Matri fecunditatem, ſed non abſtulit Virginitatem.

ibidem. in orat. de Annunc. 9 Baſil. Epiſcop. Seleuciæ: Virgo vniuerſos Martyres ſuo ſplendore tantum excedit, quantum Sol reliqua Aſtra.

ibidem. 10. Idem. De Virgine, qui omnia illuſtria, & glorioſa dixerit, nunquam is à veritatis ſcopo aberrauerit, attamen dignitatis magnitudinem nulla vnquam oratione exæquabitur.

ſermo 9. 11 D. Bern. exponens illud Prouerbiorum 19. *Sapientia ædificauit ſibi domum*. Hæc itaque ſapientia, quæ Dei erat, & Deus erat de ſinu Patris ad nos veniens, ædificauit ſibi domum ipſam ſcilicet Matrem ſuam Virginem Mariam.

In ſer. de verb. Apoc. 12 Idem. Sola inter mulieres Virgo fuit à communi maledicto, & dolore parturientium aliena.

ſer. 1. ſuper miſſus eſt. 13 Idem. Curre Eua ad Mariam, Filia pro Matre reſpondeat, ipſa mortis opprobrium auferat, ipſa patri pro matre ſatisfaciat, quia Eua ſi vir cecidit per fœminam, iam non erigitur, niſi per fœminam.

ſer. 4. de Aſſumpt. 14 Idem. Non eſt quod me magis delectet, non eſt quod terreat magis quàm de gloria Virginis Matris ſermonem habere.

ſer. de B. Virg. 15 Idem. Maria eſt à Natura reuerenter conſeruata, & à lege diligenter venerata, & à gratia clementer eſt prælecta.

ſer. de Deipara Maria. 16 Idem. Pater in conſecratione Virginis exhibuit claritatem, Filius humilitatem, Spiritus Sanctus caritatem; Pater authoritatem contra peccatum, Filius humilitatem contra mundum, Spiritus Sanctus charitatem erga Deum, & proximum.

17 Idem, *loquens de Chriſto*. Redempturus humanum genus pretium vniuerſum contulit in Mariam.

ſer. de Aquæduc. 18 Idem. Quid dicemus de te ò pulcherrima feminarũ? ſi Solem dixerim ſplendidior es, ſi cinnamomum, & balſamum aromatizanz, omnes aromaticas ſpecies præcedis.

ſer. ſignũ magnum. 19 Idem. Ipſa eſt Virginis gloria ſingularis, & excellens prærogatiua Mariæ, quod Filium vnicum, eundemque cum Deo Patre meruit habere communem.

ſer. 2. de Incarnat. Verb. 20 Idem. Sola hæc eſt Beata Deipara, in qua Virginitas, & Maternitas obuiauerunt ſibi: in ea factum eſt, quod factum non fuerat, nec fiet in æternum.

ſer. ſignũ magnum. ſer. 61. ar. 3. cap. 6. 21 D. Bern. Senenſ. Tot creaturæ ſeruiunt Glorioſe Virgini, quot ſeruiunt Trinitati, ille enim qui Filius Dei eſt, & Virginis benedictæ volens paterno principatu, principatum æquiparare maternum ipſe, qui Deus erat, Matri famulabatur in terra, & erat ſubditus iiis, propterea hæc vera propoſitio diuino imperio omnia famulantur, etiam *Virgo*, & iterum hæc eſt vera propoſitio imperio *Virginis* famulantur, etiam Deus.

ſer. 61. to. 3. ar. 3. c. 3 22 Idem. Ad tantam contemplationem ſublimata eſt Virgo, vt perfectiùs etiam in ventre matris

matris contemplaretur Deum, quàm vnquam fuit contemplatus, aliquis in perfecta ætate; magiſque in contemplatione Dei exceſſit dormiendo, quàm aliquis aliùs vigilando.

23 Idem. *de Maria.* Licèt in vtero Matris dormiret, attamen ſomnus, qui abyſſat, & ſe- *to. 2. ſer.*
pelit in nobis rationis, & liberi arbitrij actus, & per conſequens actum merendi; non credo *5 1. art. 1.*
quod talia in Virgine fuerit operatus, ſed omnia eius liberè, ac meritorio actu tunc tende- *cap. 2.*
bat in Deum, vnde illo tempore perfectior contemplatrix, quam vnquam fuerit aliquis
alius dùm vigilauit.

24 Idem. Adeò Beata Virgo ſuper omnes Angelos coronatur, vt inter Trinitatis gloriam *ſerm. de*
ipſa ſola ampliùs ſit erecta. *Aſſumpt.*

25 D. Bonau. *V*irgo eſt Mater, qua maiorem facere non poſſet, maiorem mundum poſſet *inſpec. c. 8*
facere Deus, maius Cęlum poſſet facere Deus, maiorem Matrem, quam Matrem Dei non
poſſet facere Deus.

26 Idem. Ecce Mariam Archangelus alloquitur, gratia plena in Matrem Dei aſſumitur, *ibid. c. 4.*
iamomnibus creaturis anteponitur. *in ſpecul.*

27 Idem. *V*irgo re vera Domina eſt Cęleſtium, Terreſtrium, & infernorum. *Virg. c. 3.*

28 Idem. Quidam Iudæi aſſerunt hoc mirum fuiſſe in *V*irgine, quod cum eſſet pulcherri- *3. ſentent.*
ma, tamen à nullo vnquam viro fuerit concupita. *diſt. 3. q. 3*

29 Idem. Quàm latè, quàm longè, & quàm altè arbor illa magna Maria ramos ſuos ex- *inſpec. c.*
tendit, quàm latè ad homines, quàm longè ad Angelos, quàm altè ad Deum. *13. de Ma*

30 Idem. *V*irgo de manu Angeli eſcam accipere ſolebat. *ria.*

31 Idem, ſuper illud. *Aue gratia plena.* Benè ergo plena dicitur Maria, plena inquam il- *ibid. c. 5.*
luminatione ſapientiæ. *in medit.*

32 Idem. *Aue gratia plena.* Hoc eſt plena inundatione gratiæ. *cap. 3.*

33 Idem. *Aue gratia plena.* Hoc eſt poſſeſſione bonæ vitæ. *inſpec. c. 7*

34 Idem. *Aue gratia plena.* Hoc eſt plena vnione miſericordiæ. *ibidem.*

35 Idem. Benè gratia plena, quæ, & virginitatis gratiam tenuit, & fęcunditatis gloriam *ibidem.*
acquiſiuit.

36 Idem, ponderans illa verba. *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni.* Ager iſte eſt Maria, *ibidem.*
in qua theſaurus Angelorum immotus Dei Patris abſconditus eſt.

37 Idem, ſuper illud Prou. 31. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, &c.* Supergreſſa eſt Ma- *inſpec. c. 8*
ria cunctas filias; ſupergreſſa eſt in natura; ſupergreſſa eſt in gratia; ſupergreſſa eſt in gloria
vniuerſas filias, ideſt vniuerſas animas, & vniuerſas intelligentias Angelicas.

38 Idem. Quodlibet corpus glorificatorem omnium corporum genuit. *inſpecul.*

39 D. Cyprianus. Quid mirum videtur ſi Virgo conceperit cum Orientis auem, quàm *Virg.*
Phęnicem vocant, in tantum ſine coniuge naſci, vel renaſci conſtet, vt ſemper, & vna ſit, & *inſymbol.*
ſemper ſibi ipſi naſcendo, vel renaſcendo ſuccedat? *Apoſt.*

40 D. Cyrill. Salue per nos Sancta Deipara pretioſus totius Orbis theſaurus, lampas inex- *hom. 6. cō*
tinguibilis, corona virginitatis, ſceptrum rectæ doctrinæ, templum inſolubile, locus eius, *tra Neſt.*
loco capi nequit. *tom. 4.*

41 D. Cyrill. Alexandr. Salue Sancta Deipara, per quàm Diabolus de Cœlo cecidit, & pro *in Concil.*
lapſo palma in Cœlum recipitur. *Epheſ.*

42 D. Cryſippus. Aue fons lucis illuminans omnes homines. *de laudib.*

43 Dionyſ. Carthuſ. ſuper illud. *Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia Aromata.* Tanta eſt *V. M.*
ſuauitas virtutum Matris Dei, quod cuncta mundi odoramenta tranſcendit, imo, & totam *Cant. 4.*
perfundit Eccleſiam triunfantem; inſuper Eccleſia militans in fętoribus huius exilij degens
odore, & ſuauitate huius Deiparæ Virginis Dominæ ſuæ recreatur, fouetur atque exhi-
laratur.

44 Idem. Nulla vnquam inornata affectio, diſtractio, fragilitas mentem Virginis à con- *in Cant.*
templationis lumine reuocauit, neque occupatio vlla exterior. *l. 2. de lau*

45 Idem, *loquens de Maria.* Etiam Saraceni, qui Legem Mahometi ſuſcipiunt, dicunt eam, *dib. Virg.*
præ vniuerſis mulieribus omnium ſęculorum electam. *art. 8.*

46 Dionyſ. Areopag. Niſi tua diuina doctrina me docuiſſet ò Deus hac verùm Deum cre- *ep. ad Pa-*
didiſſem, quoniam nulla videri poſſet maior gloria Beatorum, quàm fęlicitas illa quàm ego *ul. Apoſt.*
tunc fęliciſſimus deguſtaui. *de Maria.*

47 Ephrem. Salue Præſepe ſacrorum dogmatum. *de laud. Ba*

48 D. Epiphan. *in orat. de laud. Virg.* Solo Deo excepto cunctis ſuperior exiſtis. *ſil. de Ma*

 ria.

lib. 3. ad- 50 Idem. Non permiſit Deus Beatæ Mariæ dare baptiſma, non benedicere Diſcipulos, non
uerſus hæ imperare in terra, ſed ſolam ipſam ſanctificationem eſſe voluit.
reſ. c. 79. 51 Idem. *BB. PP. tom. 2. de laudibus Virginis Mariæ.* Multoſcula effecta eſt.
de laudib. 52 Idem. Inuenitur Virgo eſſe Cæleſtis Sponſa, & Mater quæ donorum ante nuptialium
Virg. nomine Spiritum Sanctum accepit, dotis verò gratiæ, Cœlum vna cum Paradiſo.
ibidem. 53 Idem Angeli accuſabant Euam; nunc verò Mariam gloria proſequuntur.
ibidem. 54 Idem. Virgo mons nullatenus inciſus habens petram Chriſtum de qua Daniel ait. Abſciſſus eſt lapis ſine manibus, ideſt abſque viro, ſolidam petram Chriſtum Virgo peperit.
to. 2. BB. 55 Idem. *Vocat Mariam.* Seraphim incompræhenſæ viſionis.
PP. de lau 56 Idem. O Virgo Sanctiſſima, quæ exercitus Angelorum in ſtuporem induxiſti.
dib. V. M. 57 Idem. *Vocat Mariam.* Clibanus intellectualis, qui ignem, & panem vitæ calidum mun-
de laudib. do in eſcam attulit.
V. M. 58 Idem. Dico enim illam eſſe Cœlum thronum, ſimul & Crucem; extendens enim ſanctas vulnas Dominum portauit.
ibidem.
59 Idem. Ipſa eſt enim Cæli æterni mediatrix, quæ vnionem naturaliter peregit.
tract. 2. 60 Idem. *Vocat Mariam.* Sacerdotem pariter, & Altare, quæ quidem menſam ferens de-
BB. PP. de dit nobis Cæleſtem Panem, Chriſtum in remiſſionem peccatorum.
laud. V. M. 61 Idem. *Vocat Mariam.* Cruci formis.
de laudib. 62 D. Greg. Venetus, *loquens de Maria.* Redemptionis Chriſti primiceriam.
Mariæ. 63 D. Greg. Nyſſ. O miraculum ingens! *Virgo* Mater fit, & *Virgo* permanet. In alijs fœ-
ibidem. minis quamdiù *Virgo* aliqua eſt, Mater non eſt; cum autem Mater facta fuerit, virginita-
in ſua orat. tem non habet. Hic verò virginitas, neque partum prohibuit, neque partus virginitatem
or. de Chri ſoluit.
ſti natiu. 64 Idem. Mons in vertice montium, quia altitudo Mariæ ſuper omnes Sanctos refulſit.
1. Reg. 1. 65 D. Germanus. *Vocat Mariam,* Pretium pretiorum, & libertatis fons.
in feſto præ 66 D. Hieron. Si diligentiùs conſpicias, nihil virtutis, nihil ſpecioſitatis, nihil eſt candoris,
ſent. & gloriæ, quod ex ea non reſplendeat.
ſer. de Aſ 67 Idem. Maria quotidie diuina viſione fruebatur.
ſumpt. 68 Idem. Si Cælum te vocem, altior es, ſi matrem gentium, præcedis, ſi formam Dei te
in b. ſt. nat. appellem, digna exiſtis, ſi Dominam Angelorum, primum eſſe probaris, quid ergo de te
Virg. dignè dicam?
ep. ad Pau 69 Idem. Quidquid humanis poteſt dici verbis, minus eſt à laude Virginis.
lam, & 70 Hugo Victor. Pudeat hominem tibi reſiſtere ò Maria cum te videat, etiam in Deum
Euſtoch. triumphare.
libello de 71 Idem. Neſcio an fortè maius ſit te Deum dicere, aùt Deum ſuperaſſe.
charit. 72 D. Ioann. Chryſoſt. *apud Metaphr.* Aue igitur Mater Cœlum, Puella, Virgo, Tronus Eccleſiæ noſtræ, Decus, gloria, & firmamentum, aſſiduè pro nobis præcare Ieſum Filium
hymno 4. tuum, & Dominum noſtrum, vt per te miſericordiam inuenire poſſimus, & quæ repoſita ſunt ijs, qui diligunt Deum, bona conſequi.
orat. 1. de 73 D. Ioann. Geometra, *loquens cum Maria.* Salue præſidium vrbanum, tu mœnibus ho-
natiu. ſtes, arces, & moles concutis horriferas.
ſer. de nat. 74 D. Ioann. Damaſc. Virgo mons eſt ille, qui collem omnem, ac montem, ideſt Angelo-
Virg. rum, & hominum ſublimitatem exuperat.
75 Idem. O Deo digna filia, primigeniæ Matris, Euæ correctio.
orat. 2. de 76 Idem. *orat. 1. de dormit. Deiparæ.* Pater prædeſtinauit Mariam, ſpiritus prærigauit, &
Aſſump. V. Filius domum in ea commoratus eſt.
BB. PP. 77 Idem. Virgo omnium Encomiorum legem excedit, nec ſi omnes toto Orbe diſperſæ
tom. 2. de linguæ in vnum coeant, eius laudes oratione conſequi poſſint.
laud. B. M. 78 Iſichius Epiſcop. Hieroſolym. Hæc autem vniuerſum Trinitatis complementum, quan-
ibidem. doquidem, & Spiritus Sanctus adueniebat, atque hoſpitabatur, & Pater obumbrabat, & Filius vtero geſtatus inhabitabat.
79 Idem. Vnigenitus enim Dei Filius mundi conditor, velut in infans geſtabatur ab ea, &
ibidem. Adamum reformabat, Euamque ſanctificabat, excludebat Draconem, Paradiſum aperiebat, Sigillum vteri muniens.
ſer. 5. de 80 Idem. Salue Cathedra Cherubica.
Aſſump V. 81 Ildephonſus. Omnis eius vita, & actio intenta fuit ſermoni Dominico.
de virg. 82 Idem. Non Matrem, virginitatis deſerit decus: non *Virginem* maternus impedit partus:
Mariæ c. 2 & *Vir-*

& Virginem non violat fœtus; & Matrem nobilitat pudor virgineus: & Virginem nobilitat fœtus: & Matrem non violat pudor Virgineus.

83 D. Laur. Iuſtin. Hæc eſt Virgo pudiciſſima, quæ chyrographum aboleuit decreti, & protoparentum abſtulit opprobrium quæ toti ſæculo ſtillicidia gratiæ irrorauit, & idipſum fœcunda ditauit fruge, quæ pereunti mundo, & aquarum diluuio inundanti, portum ſalutis aperuit. *lib. de caſto connubio c. 9.*

84 Idem. Hæc eſt Virgo Sanctiſſima, quæ virtutum omnium ornata decore, & gratiarum plenitudine, atque donorum cœleſtium irradiata fulgore, Cœlorum Regem ſuo ad ſe traxit odore. Nimio namque innocentiæ, virginitatis reſperſa candore tanquam præ cæteris ſanctior, Dei Mater efficitur. *ibidem.*

85 Methodius, *orat. de purif. Virg. loquens cum Maria.* Euge quæ debitorem Deum ſemper habes.

86 Origen. Semper fuit noſter Paradiſus lucidus, & ſplendidus, peccatorum tenebris numquam obſcuratus. *hom. 2. in Cant. de Maria.*

87 B. Petrus Damianus. Cùm Deus in alijs rebus ſit tribus modis, in Virgine fuit quarto ſpeciali modo, quia idem eſt, quod ipſa. Hinc taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis immenſitatem. *ſer. de Annunc.*

88 Idem. *loquens de Maria.* Vt ſicut ſine illo nihil factum eſt, ita ſine illa nihil refectum ſit.

89 Idem. Nullus humanus ſermo in laude Virginis inuenitur idoneus, & impar eſt illi omne linguæ præconium. *ſer. 1. de Incarn.*

90 Idem. Vita actiua, & contemplatiua Virginem ambierunt, adeò vt nec actio contemplationem moueret, & contemplatio non deſereret actionem. *ſer. 2. nat. ſer. 1. de nat. Virg.*

91 Idem. Cùm Deus in alijs rebus ſit tribus modis, in Virgine fuit quarto ſpeciali modo, ſcilicet per identitatem, quia idem eſt cum ipſa. *ibidem.*

92 Idem. Hæc eadem B. Virgo ante conſtitutionem mundi in Conſilio æternæ Sapientiæ electa, & præelecta fuit. *ibidem.*

93 Idem. Superat Virgo omnes Sanctos in gloria, ſicut Sol in luce, & claritate Stellas excedit. *ſer. de Aſſumpt.*

94 D. Petrus Chryſol. Verè benedicta Virgo, quæ, & Virginitatis poſſidet decus, matris, & pertulit dignitatem. Verè benedicta, quæ, & diuini germinis ſuſcepit gloriam, & Regina extitit totius caſtitatis. *ſer. 143.*

95 Idem, *loquens de Maria.* Vna arca claudit totius ſæculi portum.

96 Idem. Quantus ſit Deus ſatis ignorat, qui huius Virginis mentem non ſtupet animum non miratur. *ſer. 147. ſer. 141. de Ann. Virg.*

97 Rupertus. Ita coronaberis ò Virgo, vt in Cœlis Regina Sanctorum, & in Terris Regina ſis Regnorum. *Cant. 4.*

98 Idem, ſuper illud Cant. *Oculi tui columbarum.* Rapta eſt Maria in tertium Cœlum, & vidit arcana myſteria, quæ non licèt homini loqui perfectiùs, & excellentiùs, quàm Paulus.

99 Idem. ſuper illud Cant. 4. *Hortus concluſus ſoror mea.* Per terram Paradiſi tamquam per mammam aquæ dulciores factæ ſunt, ita per mammam Eccleſiæ Mariam, quæ terra Paradiſiaca eſt, aquæ diuinitatis nobis dulciores factæ ſunt.

100 Idem. Quando naſceres, o Virgo Beata, tunc vera nobis aurora ſurrexit; Aurora prænuntia Dei ſempiterni, quia ſicut Aurora quotidiana finis preteritæ noctis eſt, & initium diei ſequentis, ſic Natiuitas tua ex ſemine Abrahæ, ex clara Stirpe Dauid, *ad quos facta eſt repromiſſio benedictionis,* finis dolorum, & conſolationi fuit initium. *lib. 6. Comment. in Cant.*

101 Riccard. de S. Vict. Carnalia in te Chriſtus vbera ſuxit, vt per te nobis ſpiritualia fluerent, & cum miſericordia Dei ſit ab æterno amplior cæpit eſſe ex tempore, & cum ex te cæpit initium eius quoque largitas per te ſumpſit augmentum; in te ergo concreuit lac diuinæ miſericordiæ, & ex te nobis profluxit, ipſa priùs repleta es, & ex te nobis deſcendit hæc abundantia. *part. in Cant. c. 25 de Maria.*

102 Tertull. Bonitas finxit hominem, eadem bonitas adiutorium proſpexit; non eſt enim bonum hominem eſſe ſolùm, ſciebat illi ſexum Mariæ profuturum. *lib. contra Marc. c. 4*

103 Theophilatus, in verba Luc. 2. *Inueniſti gratiam apud Deum.* Multæ enim, & aliæ inuenerunt gratiam coràm Deo, ſed quòd in vtero conceperit Filium Dei, hoc ei ſingulare eſt, quod nulli alteri conceſſum.

104 D. Tho. Humanitas Chriſti ex hoc quo eſt vnita Deo, habent quandam dignitatem *1. p. q. 25. ar. 6. ar. 4*

infinitam, ex bono infinito quòd eſt Deus, & ex hac parte non poteſt aliquid fieri melius eis, ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo.

ſer. 2. de nat. Virg. 105 Beatus Thomas à Villanoua, in verba Matth. 1. *De qua natus eſt Ieſus.* Euangeliſtæ omnia collegerunt cùm dixerunt, ex ea natum fuiſſe Ieſum. Quid amplius quæris, quid vltra requiris in Virgine? Sufficit tibi, quod Mater Dei eſt.

ibidem. 106 Idem. Sancti Euangeliſtæ de eius laudibus ſilent, quoniam ineffabilis eſt eius magnitudo ſatisfuit de ea dicere. De qua natus eſt Ieſus.

DE MARIÆ PROTECTIONE.

in Luc. c. 1 1 Diuus Ambr. Benè enim ſola gratia plena dicitur, quæ ſola gratiam quàm nulla conſecuta eſt.

de inſtit. Virg. 2 Idem, ſuper illud, *Vmbilicus tuus crater tornatilis.* Verè autem aluus ille Mariæ crater tornatilis eſt, in quo erat ſapientia, quæ miſcuit in cratere vinum ſuum indeficientem, cognitionis piæ, gratiam diuinitatis ſuæ plenitudine ſubminiſtrans.

ibidem. 3 Idem. Maria ſuis non alicuius moribus defendebatur.

in quodam ſer. 4 D. Anſel. *loquens de Maria.* Neſcit Mater aliud agere quàm inceſſanter miſerere peccatoris, & pro nobis omnibus adſtare omnium Saluatori.

lib. orat. 5 Idem. O Maria tu peccatorem toti mundo deſpectum materno affectu complecteris, nec deſeris quouſque Deus per te placatus ipſum ſuæ grauæ recuperabit.

ibidem. 6 Idem. O felix Maria: ſicut omnis peccator à te auerſus, & à te deſpectus, neceſſè eſt, vt intereat, ita omnis peccator ad te conuerſus, & à te reſpectus, impoſſibile eſt vt pereat.

lib. ſuarũ orat. 7 Idem. Scimus, & credimus ò Domina, quoniam te pro nobis orante Filium tuum, cæteri omnes orabunt; te verò tacente nullus orabit, nullus iuuabit.

li. de exc. Virg. c. 12 8 Idem. Cur non iuuabis nos peccatores, quando propter nos in tantam celſitudinem es eleuata, vt te Dominam habeat, & veneretur omnis pariter creatura?

ibidem. 9 Idem. Si ipſa propter peccatores, ſcilicet propter me, meique ſimilis facta eſt Dei Mater, quomodo immanitas peccatorum meorum cogere poterit deſperare veniam eorum, cum tàm ineffabile bonum ſit factum ex ea, ob curationem eorum.

cit. à S. Anton. 4. p. tit. 15. c. 14. §. 7. 10 Idem. Impoſſibile eſt, quod illi, à quibus Virgo Maria oculos miſericordiæ ſuæ auertit, ſaluentur; ita neceſſarium, quòd hi, ad quos conuertit oculos ſuos pro eis aduocans iuſtificentur, & glorificentur.

11 Idem. *de laud. Virginis cap. 12.* Te Deus ò Virgo ſic exaltat, vt omnia tibi ſecum poſſibilia eſſe donauit.

de excell. Virg. c. 6. 12 Idem. Velocior eſt non vnquam ſalus inuocato nomine Mariæ, quàm inuocato nomine Ieſu.

4. p. tit. 15 §. 4. 13 D. Anton. Sol materialis per Zodiacum diſcurrens, in ſignum Leonis eſt ardentiſſimus, & animalium corpora nimio calore languida reddit; ſed ingrediens ſignum Virginis mitigatur; ita Sol Iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter in veteri Teſtamento erat, vt Leo rugiens Deus vltionum peccatores terribiliter puniens, vt patet exemplis in ſacris literis, ſed feruentiſſimo amoris calore in vterum Virginis intrans, factus eſt totus benignus, ſuauis, & humanus.

ſer. 2. de Coronat. Mariæ. 14 Idem. Omnes liberationes, & indulgentias, factas in veteri Teſtamento, non ambigo Deum feciſſe, niſi ſolùm propter benedictæ Virginis reuerentiam, & amorem, quibus eam Deus præhonorandam in cunctis ſuis operibus ab æterno præordinauit.

ibidem. 15 Idem. Data eſt tibi, ò Domina, omnis poteſtas; in Cælo, & in Terra, vt quicquid volueris valeas efficere.

4. p. ſum. tit. 15. c. 14 §. 2. 16 Idem. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, ita, & in Maria omnes aquæ gratiarum, quæ fuerunt in alijs Sanctis intrauerunt in Mariam Virginem, & tamen illud mare plenum omni gratia non redundauit excedens limites ſuos in aliquam elationem, vel iactantiam.

in ſer. de Virg. 17 D. Aug. Maria multum gaudeo, multum audeo; nos enim tibi, teque nobis mira viciſſitudo confœderat, vt licèt pro nobis habeas, id eſſe, quod es, nos verò per te id eſſe, quòd ſumus; ſi enim nulla proceſſiſſet noſtra tranſgreſſio, non eſſet ſequuta noſtra redemptio, & ſi neceſſarium non eſſet redimi peccatorem, non eſſet neceſſarium parere Redemptorem.

ſer. de Annunc. 18 Idem. Tu es ſpes vnica peccatorum, quia per te ſperamus veniam omnium delictorum, & in te noſtrorum eſt expectatio præmiorum.

in Cõmẽt. pſ. 17. 19 Idem, ſuper illud. *Perfecit pedes meos tamquam Ceruorum, loquens de Maria.* Deus perfecit

Digitized by Google

feeit amorem meum ad tranſcendenda ſpinoſa, & vmbroſa implicamenta huius ſęculi, & ſuper cęleſtem habitationem fixi intentionem meam.

20 Beda, *loquens de Viſitat. Mariæ Eliſabeth*. Typicum exemplum Virgo tribuit; quod omnis anima, quæ verbum Dei conceperit virtute, ſtatim celſa cacumina greſſu conſcendat amoris. *in Luc.*

21 D. Bern. Neſcirem quo nam refugerem, quodnam ſperarem, quomodo me ſaluarem, ſi non me totum Mariæ gratiæ commendarem. *in lib. dulced. anim.*

22 Idem. Filioli hæc peccatorum ſcala; hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. *ſer. de nat. B. V.*

23 Idem. Ad Mariam recurre, exaudietur enim, & ipſa pro reuerentia ſua, exaudiet vtique Matrem Filius. *ibidem.*

24 Idem. Vade ad Matrem Miſericordiæ, & oſtende illi tuorum plagas peccatorum, & ipſa pro te oſtendet Filio pectus, & vbera. *ibidem.*

25 Idem. Quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? nihil auſterum in ea, nihil terribile, tota ſuauis eſt. *ſer. de verbis Apoc.*

26 Idem. Ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia peruenis. *ſer. 2. ſuper miſſus eſt.*

27 Idem. Aduocata præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tamquam Iudicis Mater, & Mater miſericordiæ ſuppliciter, & efficaciter ſalutis noſtræ negotia pertractabit. *ſer. de Aſſumpt.*

28 Idem. Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non tranſiret.

29 Idem. *ſer. ſignum magnum*. Quemadmodum Sol ſuper bonos, & malos indifferenter oritur, ſic ipſa quoque Beata Virgo omnibus ſe exorabilem, omnibus clementiſſimam pręber, omnium denique neceſſitates ampliſſimo quodam miſereatur affectu. *ſer. 98. in Cant.*

30 Idem. Habe piiſſima Domina me indignum tibi commendatum; ad te hodie vnica ſpes miſerorum confugio plenus fiducia tibi me ipſum recommendo, & hodie in Matrem, & patronam præ cunctis præopto. Noli ergo pia Mater ſpernere me propter eum, qui amore mei nudus, & laceratus pependit coràm te in Cruce. *ſer. de ſuper miſſus eſt.*

31 Idem. Ipſam ſequens non deuias; ipſam rogans non deſperas; ipſam cogitans non erras; ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis ipſa duce non fatigaris; ipſa propitia. Ille ſolus huius virginalis laudes ſileat, qui fideli prece appellatam ſuis neceſſitatibus ſenſerit defuiſſe. *ibidem.*

32 Idem, *loquens de Maria*. Omnibus debitricem ſe fecit, omnibus miſericordię ſinum aperuit plenitudinem eius accipiunt vniuerſi, captiuus redemptionem, ęger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, Angelus lętitiam, tota Trinitas gloriam, denique filij perſona carnis humanę ſubſtantiam, vt non ſit qui ſe abſcondat à calore eius. *ſer. 2. de Aſſumpt.*

33 Idem. Sileat miſericordiam tuam Virgo Beata, ſi quis eſt, qui inuocatam te in ſuis neceſſitatibus, ſibi meminerit defuiſſe. *ſer. 4. de Aſſumpt.*

34 Idem. Si peccata tua prę munt te, vt liqueſias ſicut cera à facie ignis, vade ad Matrem miſericordię, & oſtende ſibi vulnera, & ipſa pro te filio ſuo oſtendet pectus, & vbera, & Patri latus, & vulnera. Pater non negabit Filio poſtulanti, neque Filius negabit Matri interpellanti, neque Mater negabit peccatori ploranti. *ibidem.*

35 Idem. Quęramus gratiam, & per Mariam quęramus, quia quòd quęrit inuenit, & fruſtrari non poteſt. *ſer. de nat.*

36 Idem. Habet homo mediatorem cauſę ſuę ante Patrem ipſum Filiũ, & ante Filium Matrem: Chriſtus Patri oſtendit latus, & vulnera, Maria Chriſto pectus, & vbera; nec omnino poteſt eſſe repulſa, vbi concurrunt, & orant omni lingua diſertius hęc clementię monumenta. *ſer. ſuper Salue.*

37 Idem. Conuenienter vocatur Regina miſericordiæ, quod diuinę pietatis abyſſum, cui vult, & quando vult, & quomodo vult, creditur aperiri, vt quiuis enormis peccator non pereat, qui Sancta Sanctorum patrocinij ſui ſuffragia pręſtat. *ibidem.*

38 Idem. Nihil auſterum, nihil terribile, tota ſuauis eſt, omnis miſericordiæ ſinum aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi; captiuus redemptionem, æger curationem triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam. *de verbis Apoc.*

39 Idem. Ferrum pertranſijt animam eius, & appropinquauit cor illius, vt ſciat compati infirmitatibus meis. *ſuper Cãt. hom. 61.*

Digitized by Google

ſer. 1. in Dom. poſt oct. Ep.ph. 41 Idem, ſuper illud Ioan. 2. *Vinum non habent, &c.* Quid de fonte pietatis procederet, niſi pietas? quid mirum ſi pietatem exhibent viſcera pietatis?

42 Idem. *hom. 2. ſuper miſſus eſt.* Non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis ſuffragium, non deſeras conuerſationis exemplum.

ſer. 4. de Aſſump. 43 Idem. Quis miſericordiæ tuæ ò Virgo benedicta longitudinem, ſublimitatem, & profundum, queat inueſtigare? nam longitudo eius vſque in diem nouiſſimum inuocantibus eam ſubuenit vniuerſis; latitudo eius replet Orbem Terrarum, vt tua miſericordia plena ſit omnis terra, ſic, & ſublimitas eius Ciuitatis ſupernæ inuenit reſtaurationem, & profundum eius ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis obtinuit redemptionem.

ſer. de natiu. V. M. 44 Idem. Nihil Deus non habere voluit, quod per manus Mariæ non tranſiret.

ſerm. 61. 45 D. Bern. Senenſ. *loquens de Maria.* Viſceroſa, & maternæ magnificentia pietatis ex Chriſti Matre reſplendeſcit. Hæc autem Matris magnificentia amplius magnificat Deum, quàm omnis alia creatura ſimul ſumpta.

ibidem. 46 Idem. Aduerte diligenter quod hæc benedicta puella tantam perfectionem attulit vniuerſo quod vlterioris perfectionis.

47 Idem. *Vocat Maria.* Fons, & taberna gratiarum.

ibidem. 48 Idem. Non timeo dicere, quod omnium gratiarum effluxus quamdam iuriſdictionem habuerit hæc Virgo, de cuius vtero, quaſi de quodam diuinitatis Oceano riui, & flumina emanabant omnium gratiarum.

ſer. 2. de Aſſump. 49 Idem. A tempore, quo Virgo benedicta concepit Verbum Dei, in vtero, iuriſdictionē, & auctoritatem habuit ſuper omni miſſione temporali Spiritus Sancti, quia non vult Spiritus Sanctus, niſi per eam communicari.

in ſpec. c. 5 50 D. Bonau. Abyſſus etiam eſt Maria in bonitate, & miſericordia profundiſſima, vnde etiam profundiſſimam miſericordiam Filij ſui pro nobis interpellat, quaſi abyſſus, abyſſum

in ſpecul. Virg. c. 6. 51 Idem. Te ſolam ò Maria pro Sancta Eccleſia ſollicita præ omnibus Sanctus ſcimus.

in ſpecul. V. M. 52 Idem. Tu nobis es ad Deum mediatrix, ad Angelos Pacificatrix, ad Dæmones defenſatrix, ad noſmetipſos illuminatrix.

in ſpec. c. 6 53 Idē. Fratres ſciamus indubitanter, & per hoc gratias agamus inceſſanter, quia ſicut Maria apud Deū omnibus Sāctis eſt potētior ita pro nobis apud Deū omnibus Sāctis eſt ſolicitior.

in ſtimulo diuini amoris p. 3. c. 10. 54 Idem. In hac vita quis adeo deſperatus, adeò miſer, cui non impetres miſericordiam Saluatoris, ſi ad tuum declinauerit regimen,

in ſpecul. Virg. c. 6. 55 Idem, ſuper illud Geneſ. 12. *Dic obſecro te, quod ſoror noſtra ſis.* O Sarra noſtra dic obſecro, quod ſoror noſtra ſis, vt propter te bene nobis ſit à Deo, & ob gratiam tui viuant animæ noſtræ in Deo. Dic inquam, caſtiſſima Sarra noſtra, quod ſis ſoror noſtra, vt propter talem ſororem Aegyptij, ideſt Dęmones nos reuereantur, vt etiam propter talem ſororem Angeli nobis in acie coniungantur, vt inſuper propter talem ſororem Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus noſtri miſereantur.

opuſc. de ſpec. B. V. 56 Idem. Ipſa quoque Maria non ſolùm in plenitudinem ſanctorum detinetur, ſed etiam detinet. Nimirum Dęmones ne noceant, detinet filium ne peccatores percutiat: Ante Mariam non fuit qui ſic Dominum detinere auderet, teſtante Iſaia. Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te.

in pſalt. Virg. 57 Idem. In die mortis meæ ò Domina conforta animam meam, deduc me ad portum ſalutis, & ſpiritum meum redde factori ſuo.

ibidem. 58 Idem. Gratioſus vultus tuus mihi appareat in extremis, formoſitas faciei tuæ lætificet ſpiritum meum egredientem.

ibidem. 59 Idem. In exitu animæ meæ de hoc mundo occurre illi Domina, & ſuſcipe eam: conſolare eam vultu ſancto tuo, aſpectus Dęmonis non conturbet; eſto illi ſcala, & ad Regnum Cœlorum, & iter rectorum ad Paradiſum Dei; ſuſtine deuotos ante tribunal Chriſti, ſuſcipe cauſam eorum in manibus tuis.

in ſpecul. Virg. c. 8. 60 Idem. Magna fuit erga miſeros miſericordia Mariæ adhùc exulantis in mundo, ſed multo maior erga miſericordia eius iam regnantis in Cęlo.

in ſpec. c. 3 61 Idem, *loquens de deſiderio Mariæ ſaluandi nos.* Tale certæ officium eſt Stellæ noſtræ Mariæ, quæ nauigantes per mare mundi in naui innocentiæ, vel pęnitentiæ dirigit ad littus Cęleſtis Patriæ.

in ſpecul. Virg. c. 5. 62 Idem. Gratia Maria, gratia veriſſima, gratia immenſiſſima, gratia multipliciſſima, & gratia vtiliſſima eſt.

ſer. 2. de B. V. 63 Idem. O verè magna Mariæ gratia, qua multi ex eis ad miſericordiam colliguntur, qui à Do-

qui à Doctoribus, & Rectoribus tamquam incorrigibiles relinquuntur.

64 Idem. Maria eſt quadruplex gratia præmiorum, gratia priuilegiorum, & labiorum. *in ſpec. c. 6*

65 Idem, ſuper illud. *Omnia flumina intrant in mare*. Flumen gratiæ Angelorum intrat in Mariam, flumen gratiæ Apoſtolorum, flumen gratiæ Martyrum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Confeſſorum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Virginum intrat in Mariam; omnia flumina intrant in mare, ideſt omnes gratiæ intrant in Mariam. *in ſpec. c. 3*

66 D. Cyprianus. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, non dicit pono ne ad Euam pertinere videtur, ſed ponam, ideſt ſuſcitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi, non ſolùm te non audiat, ſed ab ipſo etiam Gabriele deferente Verbum, rationem de proſſimorum exigat nouitate. *ſer. de natiu. Virg.*

67 Epiphan. Ipſa eſt in Celi æterni mediatrix, quæ vnionem naturaliter peregit. *tract. 2. BB. P P. de laud. V. M.*

68 Idem. ſuper illud. *Inter ſemen tuum, & ſemen illius*. Nuſquam autem reperitur ſemen ſolius mulieris, niſi in Maria, proindè non poteſt totum in Eua impleri. *l. 3 aduerſ. hæreſ.*

69 Ephrem Syrus. *In Thren. de lament. Virg.* O ſacroſanctiſſima deſperantium ſpes, & damnatorum patrocinatrix.

70 Idem. Eripe nos ò Virgo Sancta, atque intemerata, à quacumque neceſſitate ingruente, & à cunctis tentationibus Diaboli. Eſto noſtra Aduocata in hora mortis, atque iudicij, nóſque à futuro inextinguibili igne, & tenebris exterioribus libera. *in l ment. Deip. ſup. Paſſ. Dõ.*

71 Fulgent. Dudum Cœlum, & terra ruiſſent, niſi Maria precibus ſuſtentaſſet. *lib. 4. MythOlog.*

72 Gulielmus, in verba Cant. 1. *Paſce hædos tuos*. Paſce hædos tuos, quia eos qui à ſiniſtris in iudicio erant collocandi, tua interceſſione efficies, vt collocentur à dextris.

73 Germanus Patriarcha. Quis poſt tuum Filium curam gerit generis humani ſicut tu? quis ita nos defendit in noſtris afflictionibus? quis in ſupplicationibus? quis in ſupplicationibus adeò pugnat pro peccatoribus? *homil. de Zona Virg.*

74 Idem. Nullus enim eſt, qui ſaluus fiat ò Sanctiſſima, niſi per te nemo eſt qui liberetur à malis, niſi per te ò puriſſima. *ſer. de Zona Virg.*

75 Guarricus Abb. Maria cupit formare iterum Vnigenitum ſuum in omnibus filijs adoptionis, qui etſi geniti ſunt Verbo veritatis, nihilominus parturit eos quotidie deſiderio, & cura pietatis, donec formetur illis Chriſtus. *ſer. de nat.*

76 Gloſa, ſuper illud. *Aue gratia plena*. Iſta gratia non ſolùm impleuit eius ventrem, ſed eius animam. *in Luc. c. 1*

77 D. Hylarius. Quantumcumque quis fuerit peccator, ſi Mariæ vt debet deuotus extiterit, penitentiam agendo, numquam in æterno peribit. *Cant. 12. in Matth.*

78 Hugo Card. Quæſiuiſti gratiam vbi erat, ſcilicet apud Deum, non apud mundum cuius gratia eſt fatuorum. *in Luc. c. 1*

79 D. Hieron. Verè Beata Virgo plena gratia, quia cæteris gratia per partes præſtatur Mariæ autem tota ſe infudit gratiæ plenitudo. *de Maria. ſer. de Aſſumpt.*

80 D. Ignatius Martyr. Impoſſibile eſt aliquem ſaluari peccatorem, niſi per tuum ò Virgo auxilium, & fauorem. *in epiſt. ad B V.*

81 Innocent. Papa. Luna lucet in nocte, Aurora in diluculo, Sol in die, nox autem eſt culpa diluculum pœnitentia, dies gratia, qui ergo iacet in nocte culpæ, reſpiciat Lunam, deprecetur Mariam; & qui ad diluculum pœnitentiæ ſurgit reſpiciat auroram, deprecetur Mariam. *ſer. 2. de Aſſump.*

82 D. Idelph. Hæc eſt illa Sancta Mulier quæ pro nobis preces effundens, de inimicis amicos, de iniuſtis iuſtos, de peccatoribus iuſtificatos, & de maledictis à Deo longè recedentibus ad ipſum pietate ſua ad Deum reuocat benedictos. *lib. de exc. Virg. c. 1.*

83 Idem. Potentiorem ad placandum iram Iudicis inuenire non poſſumus, quàm te, quæ meruiſti Mater exiſtere eiuſdem Redemptoris, & Iudicis. *ſer. 9. de Aßump.*

84 Idiota. Cæteri Sancti, iure quodam patrocinij pro ſibi ſpecialiter commiſſis plùs poſſunt prodeſſe in Curia Altiſſimi, quam pro alienis: Beatiſſima verò Virgo Maria, ſicut eſt omnium Regina, ſic eſt omnium Patrona, & Aduocata, & cura eſt illi de omnibus. *in contẽpl. Virg. c. 2.*

85 D. Ioann. Chryſoſt. Ideo tu Mater Dei prælecta es ab æterno, vt quem Deus per ſuam non poteſt ſaluare meritiſſimam iuſtitiam, tu per tuam ſaluares pietatem, & miſericordiam. *homil. de prærogat. Maria.*

86 D. Ioann. Damaſc. Inuenit Maria gratiæ abyſſum, quæ duplicis virginitatis nauem incolumen ſeruaret, animamque non minus, quam corpus incolumem cuſtodierat. *orat. 1. de dorm. Mariæ.*

87 Idem. *orat. 1. de Nat. Virg.* Quonammodo honeſtiſſimum tuum ò Virgo inceſſum exprimam? quonammodo amictum? quonammodo oris tui venuſtatem ſenilem in iuuenili

corpore

Digitized by Google

corpore prudentiam, honeſtus veſtitus, molliciem omnem ne luxum fugiens, greſſus honeſtus, ac ſedatus, atque ab omni mollicie remotus, mores ſeueri, atque hilaritate temperati, ſermo iucundus ex leni animo progrediens.

ſer. de An nunc. 88 D. Laurent. Iuſtin. Gratiæ plenitudinem, quæ in Maria erat præſenſit cęleſtis nuncius, cognouit, manifeſtauit. Aue gratia plena.

in Hypopant. Dñ. 89 D. Methodius Mart. Mariæ virtute, & precibus pęnè innumeræ peccatorum conuerſiones fiunt.

in Gen. c. 3 90 Nicolaus de Lyra. Per Mariam mediante Filio, poteſtas Dæmonis eſt contrita.

in Cant. 91 Oroſius. Maria ſiquidem non ſolùm ſicut Deus, ſed quaſi priuſquam Deus; quos non poteſt ſaluare Deus per iuſtitiam, ipſa per ſuam ſaluat miſericordiam infinitam.

ſer. de nat. 92 Petrus Damian. *loquens de Maria.* Nihil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt; deſperatos in ſpem beatitudinis reuocare; quomodo illa poteſtas poterit tuæ potentiæ obuiare, quæ de carne tua carnis ſuſcepit originem?

ſer. de nat. Virg. 93 Idem. Fecit tibi magna qui potens eſt, & data eſt tibi omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra, & nihil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt deſperatos in ſpe beatitudinis releuare.

ſer. de An nunc. 94 Petrus Chryſol. O Virgo gratia te Matrem præſtitit, non natura, ſed quæ gratia? certè incarnationis.

lib. 4. de laud. Virg. 95 Riccardus à S. Laurent. in verba Cant. 1. *Faſciculus Myrrhæ dilectus meus: inter vbera mea commorabitur.* Faſciculus fuit Chriſtus in veteri lege quia terribilis, ſed inter Mariæ vbera factus eſt ſuauis, & mitis.

lib. 2. de laud. Virg. 96 Idem, in verba Cant. 4. *Tenui eum, nec dimittam.* Tenui eum, ne ſcilicet percuteret peccatores, nec dimittam, ſed continua præcum inſtantia, furorem ipſius retinebo.

l. de laud. Virg. p. 1. 97 Idem, in verba Iob cap. 17. *Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.* Potens eſt Maria ad protegendum: vnde ipſi poteſt ſecurè dicere ſeruus eius, illud Iob. Pone me iuxtà te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.

in expoſit. Cant. c. 29 98 Riccard. à S. Vict. Quia humilitas locus eſt gratiæ Dei, adeò, vt tantum gratiæ capax ſit aliquis, quantum fuerit humilis, ſicut Virgo virtutem hanc perfectè, & totam poſſedit, ita totam eam gratia impleuit, totamque decorauit.

Cant. 26. 99 Idem. Virgo tota lucida fuit opere, nihil tenebroſum habens, vel ſiniſtrum, ſed totum lucidum, & perfectum, vt aliorum aſpectibus pateret, & exemplo luceret, induta veſtitu de aurato virtutum, & circumdata varietate meritorum.

lib. 3. de Trin. c. 19 100 Rupertus Abbas. Beata Maria mulier eſt illa, inter quam, & ſerpentem inimicitias poſiturum ſe eſſe dixit, & poſuit Deus.

homil. de B. V. 101 Theoph. Antioch. O Domina ſcio quia tu es maxima protectio hominum, quis enim ò Immaculata Virgo ſperauit in te, & confuſus eſt, aùt quis hominum precatus eſt clementiam tuam, derelictus eſt?

lib. de Incarn. 102 Theophil. Alexand. Gaudet Filius orante Matre, & omnia quæ nobis præcibus ſuæ Genitricis euictus donat ipſi Matri ſe dare putat.

DE MARIÆ VIRGINITATE.

ſuper miſſus eſt c. 82 1 ALbertus Magnus. Beata Virgo eſt Mater omnium in virginitate, quæ prima ſine præcepto conſilio, vel exemplo virginitatis munus Deo obtulit, per quod omnes Virgines per imitationem virginitatis genuit.

lib. de virginit. perpet. B. M. 2 D. Ambr. Minus erat hominem reſuſcitare, quàm Virginem parturire; etenim Heliæ precibus, Heliſæi orationibus mortui ſurrexerunt; ſed nec ante, nec poſt hanc Virgo generauit.

l. de inſtit. Virg. c. 6. 3 Idem. Maluit Deus aliquos de ſuo ortu, quàm de Matris pudore dubitare; ſciebat enim tenentem eſſe Virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris.

l. t. de inſtit. Virg. 4 Idem. Maria, quæ ſignum ſacræ virginitatis extollit, & vexillum leuauit.

de inſtit. Virg. c. 5. 5 Idem. Egregia Maria, quæ ſignum ſacræ virginitatis extulit, & intemeratè integritatis pium Chriſto leuauit vexillum.

innocat. 6 D. Anſelmus. O tu benedicta inter mulieres, quæ Angelos vincis puritate, & ſanctos ſuperas pietate.

Virg. de excell. Virg. c. 4. 7 Idem. Virgo tenera, & delicata, regali ſtirpe progenita, & ſpecioſiſſima, totum amorem ſuum, totum ſtudium ſuum ad hoc intendit, vt corpus, & animum ſuam Deo virginitatè perpetua conſecraret.

8 D. Aug.

Digitized by Google

8 D. Aug. ſuper illud. *Virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Ne timeas Maria æſtum libidinis, quia potentia Dei tamquam vmbraculum te ab ardore libidinis defendet. *ſerm. 50.*

9 D. Bern. Stella Virgo eſt, quia ſicut ſine corruptione ſydus emittit radium, ſic abſque læſione ſui parturijt Filium, nec ſyderi radius ſuam minuit claritatem, nec Virgini Filius ſuam virginitatem. *hom. 2. ſuper miſſus eſt.*

10 Idem. Vt eſſet Sancta corpore, accepit donum virginitatis, vt eſſet, & mente accepit humilitatis. *ibidem.*

11 Idem. Tu Virgo non dicam præceptum virginitatis, ſed nec conſilium, nec exemplum habebas, niſi quod vnctio docebat te de omnibus, ac ſermo Dei viuus priùs tibi factus eſt Magiſter, quàm Filius. *hom. 3. ſuper miſſus eſt.*

12 D. Hieron. Chriſtus, & Maria vtriuſque ſexus virginitatis dedicauere principia. *ep. ad Pamach.*

13 Idelph. Prima omnium fœminarium Deo virginitatem obtulit.

14 D. Ioann. Damaſc. Tu ò Virgo virginitatis feraciſſima planta, per te enim virginitatis pulchritudo latiſſimè ſeſe diffudit. *ſer. 5. de Aſſumpt. or. 2. nat.*

DE MARIAE DOLORIBVS.

1 Diuus Anſelm. Quicquid crudelitatis inflictum eſt corporibus martyrum leue fuit, aùt potiùs nihil comparatione tuæ paſſionis. *lib. de excell. Virg.*

2 Idem. O Domina quos fontes lachrymarum dicam erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis, cum attenderes vnicum Filium tuum innocentem coràm te flagellari, ligari, mactari, & carnem de carne tua ab impijs crudeliter diſſecari. *ſer. de cõpaſſ. Virg.*

3 Idem. Verè interijſſet præ magnitudine doloris, niſi ab eo præſeruata fuiſſet. *l. 1. c. 10.*

4 Idem, *loquens de Maria.* Per ſingula momenta dolor vitam eius extinguere ſufficiens fuiſſet, niſi ex ſpeciali miraculo diuinitus conſeruaretur. *lib. de excell. Virg.*

5 Idem, *loquens de Maria.* Oportuit vt illa in qua Chriſtus omnem gratiam collocauit, non careret honore martyrij, & ad hoc cruci adſtare illam oportuit; quale autem illud martyrium fuit, ac ſi ipſa occideretur, quia plùs Filium diligebat, quàm ſe ipſam. *ſer. de paſſ. li. de laud. Virg.*

6 Idem. Quis exiſtimare poteſt quanta triſtitia, & mærore vulnerabatur cor Mariæ ſuper vnici, & naturalis filij paſſiones, quem caſtè concepit, tàm gaudioſè peperit, tàm dulciter aluit, vidit eum ligatum, & ſoluere non potuit, vidit corpus vulneratum, & vulnus ligare non valuit, ſanguinem in faciem fluere, & abſtergere nequit; caput inclinatum, & ſuſtentare non potuit; flentem per triſtitia, conſolari nequit, audiuit eum dicere ſitio, & aquam miniſtrare non valuit. *ſer. de paſſ.*

7 Idem. Vtique pia Domina non crediderim te potuiſſe vllo pacto ſtimulos tanti cruciatus (quin vitam amittere) ſuſtinere, niſi ille ſpiritus vitæ ſpiritus conſolationis, ſpiritus ſcilicet dulciſſimi filij tui, pro quo moriente tantopere torquebaris, te confortaret. *ibidem.*

8 Antoninus. Gladius animam eius pertranſiuit; illa tamen modeſtiæ metas non tranſiuit. *4.p.tit.83 c.4.§.1.*

9 Idem. Virgo ſtabat ante Crucem verecunda, modeſta, lachrymis plena, doloribus im merſa, ita tamen diuinæ voluntati conformis, quod ſi oportuiſſet ad implendam voluntatem Dei, ipſum Filium in Cruce poſuiſſet, atque obtuliſſet, nec enim minoris fuit obedientiæ, quàm Abraham. *ibidem.*

10 Arnold. Carnot. *loquens de Maria iuxta Crucem.* Intuetur te illa benedicta in mulieribus, & fixis in te oculis vulnera tua pietate conſiderat, & parentis affectu commoritur. *de ſeptem Verbis.*

11 D. Aug. Lancea Longini non inuenit in Chriſti carne Animam Chriſti; ſed ibi erat quaſi amans anima Mariæ, quàm licèt vulnerare, pertranſirique potuit, non tamen potuit illam euellere. *in medit. cap. 22.*

12 D. Bern. O dolores inexplicabiles, ò ineffabiles, reciprocatio ſancti amoris, filius patitur, & intus valdè compatitur Matri, Mater verò compaſſa eſt patienti filio. *hom. ſtabat iuxta Crucem.*

13 Idem. *loquens de Maria.* Cernens eum oneratum ligno tàm grandi quod primo non viderat, ſemimortua eſt præanguſtia, nec verbum dicere potuit. *lib. medit. cap. 77.*

14 Idem, reſpondet Mariæ dicenti. *O vos omnes, qui tranſitis per viam, &c.* Dolor meus nullus, quia nullus fuit amor, ſicut amor tuus. *ibidem.*

15 Idem. Iuxta Crucem ſtabat emortua Mater, quæ ipſum ex Spirito Sancto concepit, vox *l. de lamentat. Virg.*

illi non

Digitized by Google

Illi non erat, quia dolore attrita, iacens pallebat, quaſi mortua viuens, viuebat, moriens, moriebatur viuens, nec mori poterat, quia viuens mortua erat.

ſer. de Annunc. 17 Idem, ſuper illud. *Simeonis tuam ipſius animam, &c.* Verè tuam ô Beata Mater animam gladius pertranſiuit, quando crudelis lancea Filio iam mortuo latus aperuit; ipſius nimirum anima ibi non erat, ſed tua; planè ibi aderat vt pluſquam martyrem non immeritò prædicemus, in qua ſenſum corporeæ paſſionis exceſſit affectus; compaſſionis re vera fuit pertranſiens animam, & quaſi pertranſiens vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus.

de plantu Virg. 18 Idem. Lachrymatum tanta vbertas effluebat, vt carnem cum ſpiritu omnem in lachrymas diſſolui putares.

ſer. de lament. Virg. 19 Idem, *loquens de Maria, & Ioanne iuxta Crucem*. Duo Virgines, duo martyres, & quaſi iam mortui iuxta Crucem propter Verbum Dei, & teſtimonium Ieſu.

ibidem. 20 Idem. Non credo plenè enarrari, vel meditari poſſe dolorem Virginis, niſi tantum fuiſſe credamus quantum vnquam dolore potuit, de tali Filio, talis Mater.

ibidem, 21 Idem. Iuxta Crucem ſtabat emortua Mater, quæ ipſum ex Spiritu Sancto concepit. Vox illi non erat, quia dolore contrita iacens pallebat, quaſi mortua viuens, nec mori poterat, quia viuens mortua erat.

to. 1. ſer. 61 art. 3. 22 Idem, ſic habet. Tantus fuit dolor Virginis, quod ſi in omnes creaturas; quæ dolorem pati poſſunt diuideretur, omnes ſubito interirent.

li. 1. c. 10. 23 Brigitta, *de Maria*. Dolor eius erat dolor meus, quia cor eius, erat cor meum.

in ſtimulo diuini amoris c. 7. 24 Bonau. O Domina vbi ſtas? numquid iuxta Crucem? immò in Cruce cum Filio Crucicaris; ibi enim Crucifixa es ſecum; hoc ſolùm reſtat, quod ipſe in corpore, tu verò in corde es paſſa, nec non ſingula vulnera per corpus eius diſperſa, in ſuo corde generaliter ſunt vnita, quia nempè tuam ipſius animam gladius pertranſiuit.

ibidem. 25 Idem. O dulciſſima Domina, cur iuſſi immolari pro nobis, numquid non ſufficiebat nobis Chriſti paſſio, niſi crucifigeretur, & Mater? ô ſuauiſſimum cor amoris, cur conuerſus es in cor doloris? aſpicio cariſſima Domina cor tuum, & iam non eſt cor, ſed fel amarum, myrrham, & abſynthium video; quæro Matrem Dei, & inuenio ſpinas, clauos, lanceam, ſpongeam, atque acetum; in Cruce quoque quæro Mariam, & inuenio ſputa.

in curſu de compaſſ. 26 Idem, *loquens de Maria ſtante iuxta Crucem*. Hæc maiorem dolorem habuit, quàm Saluator, qui tot ſubſtinuit.

B. M. V. lect. 1. 27 Euthymius, in verba Luc. 2. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*. Gladium nominauit dolorem acutiſſimum; manimeque diuidentem, qui penetrauit cor Matris Dei, dùm Filius eius Cruci affixus eſt, de hoc enim cruciatu nunc vaticinatus eſt.

ſer. de Aſſumpt. 28 Guarricus, in verba Ioan. 18. *Stabat autem iuxta Crucem Ieſu Maria Mater eius*. Planè iuſta Crucem Ieſu Maria ſtabat; cuius mentem dolor Crucis ſimul crucifigebat, ſuamque ipſius animam tàm multiplex pertranſibat gladius, quantis confoſſum corpus filij cernebat vulneribus.

in quodam ſerm. 29 D. Hieron. Quot læſiones in corpore Filij, tot vulnera in corde Matris; claui, quibus Corpus Chriſti pendebat in Cruce, & cor Virginis confixum habebant: nullum ictum recipiebat corpus, cui non triſtis Echo reſponderet in corde Matris.

ibidem. 30 Idem. Quot læſiones in Corpore Chriſti, tot pugiones in corde Matris; quot ſpinæ pungentes, tot claui perforantes; quot ictus carnem rumpentes, tot ſagittæ per oculos intrantes, & tot cor, & Animam Mariæ Virginis vulnerantes, vt ipſa dicat; non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.

ſer. de Aſſump. Virgin. 31 Idem. Plus omnibus dilexit, propterea, & plus doluit, in tantum, vt animam eius totam pertranſiret, & poſſideret vis doloris, ad teſtimonium eximiæ dilectionis: quæ quia mente paſſa eſt, pluſquam martyr fuit, nimiumque eius dilectio amplius fortis, quàm mors fuit, quia mortem Chriſti ſuam fecit.

ibidem. 32 Idem. Beata Dei Genitrix, & Martyr, & Virgo fuit, quamuis in pace vitam finierit. Nam quòd verè paſſa ſit, teſtatur Simeon Propheta ad eam loquens. *Et tuam ipſius Animam pertranſibit gladius*. Ex quo conſtat quod ſupra Martyrem fuit. Alij enim Sancti, etſi pro Chriſto paſſi ſũt, paſſi ſunt in carne, tamẽ in Anima quia immortalis eſt, pati nõ potuerunt. Beata verò Dei Genitrix, quia in ea parte paſſa eſt, quæ impaſſibilis habetur, ideò (vt ita fatear) quia ſpiritualiter, & atrocius paſſa eſt gladio paſſionis Chriſti, pluſquam Martyr fuit.

in li. 4. de fide c. 15. 33 D. Ioan. Damaſc. Quos Beata Virgo in partu dolores effugerat, paſſionis tempore ſubſtinuit, vt quæ materno affectu viſcera ſibi lacerari ſenſerat, & dùm eum quem Deum gignendo

gnendo

Digitized by Google

gnendo norat, vt fontem, & facinoroſum morte affici conſpiceret, intimis cogitationibus, tamquam gladio diſcerperetur.

34 Riccardus de S. Victore. Sicut non fuit amor ſicut amor eius, ita nec fuit dolor ſimi- *p. 2. in*
milis dolori eius. In martyribus magnitudo amoris, dolorem leniuit paſſionis, ſed Beata *Cant. c.26*
Virgo quanto plus amauit, tanto plus doluit, tantoque ipſius martyrium grauiùs fuit; grauiùs paſſa fuit mente, quàm Martyres carne.

35 Idem, in verba Iſa.63. *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.* Quid eſt *lib. 1. de*
quòd Dominus dicit per Iſaiam. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir me- *laud. Vir-*
cum? Verùm eſt Domine, quod non eſt vir tecum, ſed mulier vna eſt tecum, quæ omnia *gin. c.5.*
vulnera, quæ te ſuſcepiſti in corpore, ſuſcepit in corde, & ſicut lancea militis perforauit latus tuum, ita gladius doloris eius animam pertranſiuit.

36 Rupertus, in verba Cant. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Maria fuit lilium inter ſpinas, quia quæcumque ſpina filium, eędemque Matrem confixerunt, & lacerarunt vulneribus compaſſionis.

MANTISSA
AD IMMACVLATAM
MARIÆ
CONCEPTIONEM.

DE Sanctiſsima Dei Matre Maria, libentiſsimè ſermonem haberem, niſi ab eius infinitis encomijs, priuilegijs gratijs, atque excellentijs meæ opprimerentur vires, & lingua deficeret, & lingua non ſolùm hominum, ſed, & Angelorum, vnde D. Ioann. *ſer. 1. de*
Damaſc. concinit. *Virginem non hominum lingua, nec ſublimior Angelorum mens di-* *Aſſump.*
gnis laudibus efferre poteſt. Virgo omnium encomiorum legem excedit, nec ſi omnes in toto orbe di- *Virg.*
ſperſæ lingua, in vnum coeant, eius laudes oratione conſequi poſſent, & B. Petrus Damian. *Nullus* *ſer. 2. de*
humanus ſermo in laude Virginis inuenitur idoneus, & impar eſt illi omne humanæ linguæ præconium, *nat. Virg.*
& ibidem ſic annuit. *Quid mirum ſi hac ineffabilis Virgo, ſuis laudibus modum humanæ laudis exuperat cum, & ipſam humani generis naturam excellentium meritorum dignitate tranſcendat, ad cuius efferenda præconia, non Rethorum diſerta facundia, non dialecticorum ſubtilia argumenta, non acutiſſima Philoſophorum apta reperiuntur ingenia*, & D. Bern. *Non eſt, quod me magis delectet,* *ſer. 4. de*
non eſt, quod terreat magis, quàm de gloria Virginis habere ſermonem. Ex quibus verbis clarè pa- *Aſſump.*
tet, nos potiùs Virginis encomia ſilere debere, quàm de ijs dignè nos loquuturos excogitare, *Virg.*
cum nec Mariæ dignitatis immenſitatem aſpicere valeamus, ita nos docet, D. Petrus Dam. his
verbis. *Hinc taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis im-* *ſer. 5. de*
menſitatem. *nat. Virg.*

At ne tamquam ingrati filij tantæ Matris encomia reticentes æſtimaremur, ipſius Matris gratia adiuuante, quidquid nonnulli de ea dixere, breuiter referemus, ita, nos docet D. Hie- *ſer. de Aſ*
ronym. his verbis. *Si ad hac nemo idoneus inuenitur, votis tamen omnibus ceſſare non debet quilibet,* *ſumpt.*
etiam peccator à laudibus, quamuis explicare nequeat, & vt aliquo ordine progrediamur, ab eius Immaculata Conceptione exordiemur. Et primò quod Sacratiſſima Dei Mater ab omni originalis culpæ labe fuerit immunis, innumerabilibus fœrè diuinæ Scripturæ locis, Sanctorumque Patrum auctoritatibus, ac congruentijs facilè probari poteſt.

Cant. 7. loquens Spiritus Sanctus de Maria, & admirans eius pulchritudinem, dixit. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis*, quaſi diceret, licèt tota pulchra ſis Maria; quod tamen magis me rapit, ſunt greſſus tui, quibus venuſtè incedis. *Pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis.* Mirum quidem; nam Deus cupiens aliquem ei appropinquare, ſoluere calceamenta iubet, ita dixit Moyſi, Exod. 3. *Solue calceamenta, &c.* & lib. Leuit. Spiritus Sanctus cuncta Summi Sacerdotis veſtimenta deſcribens, omnia veſtimenta commemorat,

Digitized by Google

ſolùm de calceamentis, nullam prorſus mentionem facit, & præcipit Summum Sacerdotem diſcalceatis pedibus, ad eum accedere, quare Spiritus Sanctus pulchros eſſe greſſus Mariæ in calceamentis affirmat? audite myſterium, pedes ſunt ſymbolum affectuum, qui ſi benè regantur ad Cœlum, ſi malè ad inferorum ima deducunt: vnde Diuus Aug. dicebat. *Pes tuus affectus tuus; amor meus pondus meum*. At iſti humani affectus propter culpam originalem ad malum ſunt propenſi, vnde ſcribitur Gen. 8. *Videns Deus, quia omnis cogitatio hominis prona eſſet ad malum*, & hoc in pœna peccati, imò ſæpè ſæpiùs peccatum ſub pedum ſimilitudine ſignificatur, vnde Dauid dicebat Pſal. 35. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ*; & Iſa. 60. *Auerte veſtigia pedum meorum*; & cap. 41. *Non valens pedibus conſiſtere*, & Deus Gen. 3. dixit ſerpenti, *Tu inſidiaberis calcaneo eius, & Diabolus ad peruertendos affectus noſtros multum inuigilabat*.

Hinc Dauid dicebat. *Iniquitas calcanei mei circumdabit me*, Pſalm. dicit ergo Deus Moyſi, *ſolue, &c.* quaſi diceret, ne tui affectus peruertantur, & propter dignitatem, qua te extuli, ne ſuperbias, ſcias te eſſe hominem, ſicut ſunt cæteri originali culpa fœdati, & per conſequens, affectus ad malum pronos habentes, ideò *ſolue, &c.* at cum agitur de Sacratiſſima Dei Matre, non dicitur, vt ſoluat calceamenta, ſed pedibus indutis affectibus accedat, argumentatur ad negationem cauſæ; nam cum pedes calceati affectuum malè inclinatorum ſint ſymbolum, Mariæ habet affectus, non malè inclinatos ergo caret culpa originali, nam cauſa affectuum malè inclinatorum, eſt peccatum originale, progreditur Spiritus Sanctus vocans Mariam *Filia Principis*, quaſi diceret perpendite quæſo, hoc diſcrimen eſſe, inter Filiam Principis, & Filiam vulgaris hominis, hæc enim cum è cubiculi ſurgit, parum refert, an calceatis ſeù diſcalceatis pedibus per domum ambulet, illa autem ſtatim, ac è cubili ſurgit parati ſunt ſerui illicò ad crepidas ei afferendas, quibus eius pedes calceantur, & non permittunt eam nudis pedibus terram tangere, ne noxios terræ humores ad ſe traheret. Maria Filia Principis ſtatim ac è cubili ſurgit, ideſt in ſua Conceptione prompta adeſt gratia diuina, quæ Mariæ pedes illicò Innocentiæ crepidis calceat ne peſſimos originalis culpæ humores attraheret, hinc Dei Filius Mariam alloquens inquit Cant. 1. *Si ignoras te pulcherrima mulierum, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum*, dixerat Maria, *nigra ſum, ſed formoſa*, modò dicit Chriſtus, dilectiſſima Mater ita venuſtè incedis, vt omnium corda rapias. *Et ſi ignoras te, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum*, & per greges intelliguntur peccatores, beſtijs ſimiles. *Nolite fieri ſicut equus, & mulus*, & Iſa. *facti ſunt ſicut equi*, & ſi alios peccatores intueberis, ex eorum pedum veſtigijs, nonniſi veſtigia peccatorum videbis, at greſſus tui ò pulcherrima mulierum, non ſunt huiuſmodi, ſed Filiæ Principis. *Quam pulchri ſunt greſſus tui Filia Principis in calceamentis*, longinqui ab huiuſmodi affectibus, & per conſequens ab eorum cauſa, quæ eſt culpa originalis, hoc innuere voluit ipſemet Deus, qui poſt diuini præcepti tranſgreſſionem, antequam contra Adam mortis ſententiam promulgaret dixit ſerpenti. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius*. Gen. 3. quæ verba non de Eua, ſed de Maria intelliguntur, inſidiaberis calcaneo eius, vt in culpæ originalis barathrum cadere

hom. 2. ſuper miſſus eſt.

poſſet, ſed fruſtra laboras, vnde D. Bernard. ait. *De Maria dictum eſt ad ſerpentem, inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipſa conteret caput tuum*, & Rupert. Abbas. *Beata Maria, mulier illa eſt, inter quam, & ſerpentem inimicitias poſiturum, ſe eſſe dixit, & poſuit Deus*.

lib. 3. de Trinit.

Imò D. Cyprian. obſeruans illud Verbum. *Ponam, ait, inimicitias ponam inter te, & mulierem, non certè pono dicit, ne ad Euam pertinere videretur, ſed ponam ideſt ſuſcitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi, non ſolùm te non audiat, ſed ipſo etiam Gabriele deferente Verbum, rationem de promiſſorum exigat nouitate*. Nec poſſunt illa verba intelligi de Eua cuius caput ſerpentis contriuit, ſed iuxta D. Bern. ſenſum intelliguntur de Maria. *Ipſa conteret caput tuum, nimirum ipſa eſt quondam à Deo promiſſa mulier ſerpentis antiqui caput, pede virtutis contritura*, & ſer. 9. ex paruis. *Niſi fallor hæc Virgo eſt quæ apud Salomonem legitur, mulierem fortem quis inueniet? quæ adeò fortis eſt, vt illius ſerpentis caput contereret, cui à Domino dictum eſt; inimicitias ponam inter te, & mulierem ipſa, conteret caput tuum*, & Rupert. Abb. expendens illa verba Cant. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis Filia Principis. Idcircò Ancillæ nempè Heuę calcaneum à ſerpente ad morſum, quia diſcalceata erat, tu verò Filia Principis probè calceata ſerpentis caput contriuiſti*: Imò bellum hoc inter Luciferum, & Mariam fuit antequam Adam peccaſſet, imò fuit paulò poſt ipſam Angelorum creationem, quibus cum fuiſſet denunciatum, quod humana natura foret à Deo extollenda ad hypoſtaticam vnionem, & Maria Mater Incarnati Verbi exaltanda ſuper omnes Angelorum Choros, vt annuunt D. Bern. Rupert. Abb. D. Cyrill. B. Petrus Damian. & alij, & cùm hanc non tantum Filij, ſed Matris Mariæ magnitudinem Lucifer ægrè tulerit, ſe rebellauit à Deo, tertiam Angelorum partem ſecum trahens,

lib. 2. aduer. Iud. c. 9.

ſer. 4. in Apoc.

vnde.

Digitized by Google

vnde. *Factum eſt prælium magnum in Cœlo Michael præliabatur, & Draco pugnabat.* Apocal. & quod hæc verba diuinæ Apoc. intelligantur de pugna Luciferi cum Maria; audite, dixerat Ioannes eodem cap. *Signum magnum apparuit in Cœlo, Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius Corona Stellarum duodecim, &c.* & paulo poſt ſubdit. *Et Draco ſtetit ante Mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperiſset Filium eius deuoraret,* & ſtatim factum eſt præliū magnum in Cœlo, & quod hæc Mulier Mariam, Draco verò Diabolum ſignificet; audite D. Aug. *Draconem Diabolum eſſe, nullus veſtrum ignorat, Mulierem verò illam Virginem Mariam ſignificaſse, quæ caput noſtrum integrum peperit,* & quod bellum hoc fuerit ob eius Immaculatam Conceptionem, audite eumdem Ioannem cit. *Veh terra, & mari, quia deſcendit ad nos Diabolus habens iram magnam,* quæ nam eſt hæc ira, niſi ira culpæ originalis? quia omnes naſcimur filij iræ, & quid ſibi vult quod ſequitur Ioannes dicens. *Miſit Draco ex ore ſuo poſt mulierem aquam, tamquam flumen, vt faceret eam trahi à flumine?* hæc flumina ſunt peccata quorum fons eſt culpa originalis, hinc Eccleſia canit. *Flumina peccatorum non obruent Mariam,* iratus Draco in mulierem, & abijt facere prælium cum reliquis hominibus, vnde dixit D. Aug. *Hac Virgine excepta, ſi dixerimus, quod peccatum non habemus mentimur.* Et loquitur de originali nam ab actuali nõnulli fuerunt immunes, per totum caput ergo duodecimum diuinæ Apoc. ſermo eſt de Immaculata Mariæ Conceptione, hinc Mariam Dei Matrem alloquentes dicere poſſumus cum D. Cyrillo. *Salue, ſalue Virgo, per quam tentator ipſe Diabolus Cęlo cecidit,* & cum D. Petro Damian. *Pugnant pro nobis (in Chriſto, & Maria,) Angeli, vt illud, factum prælium magnum in Cœlo, vincunt pro nobis, ſicut ibidem ſubiungitur, nunc facta eſt victoria.*

lib. 4. de ſymb. ad cathec.

li. de nat. & gratia

hom. cõtr. Neſtor.

ſerm. 2.

Hinc Maria gratias agens Deo pro hac victoria dicebat Pſ. 48. *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli,* quem locum exponens Abulenſ. in Matth. dicit: *Caput principium vitæ eſt; dies autem belli eſt infans illud Conceptionis, in quo Dęmon peccati originalis macula dominatur de anima, principium autem vitæ Beatæ Virginis obumbratum fuit ab inſtanti conceptionis ex vi prauiſionis meritorum Chriſti, & nullam contraxit maculam originalem: vnde gratias agens Deo pro tanto beneficio dixit, obumbraſti ſuper caput meum in die belli.* Ita vt de Maria poſſumus dicere cum Riccardo de Sancto Victore in cap. 4. Cant. *Tota Virgo pulchra dicitur quia pulchra facie fuit, & pulchra mente fuit, nemo enim tàm Sanctus, qui maculam non habuerit, & defectum præter Mariam, tota enim pulchra fuit quàm totam poſſedit gratia, quia nullum in ea locum habuit peccatum.* Et Sapiens Idiota contemp. de Virg. Maria, ait. *Tota pulchra Virgo Glorioſiſſima, non in parte, ſed in toto, & macula peccati ſiuè mortalis ſiuè originalis non eſt in te, nec vnquam fuit, nec erit.*

Cant. 4. dicitur. *Emiſſiones tuæ Paradiſus,* quæ verba ſecundum Ruperti Abbatis intelligentiam cum Maria loquitur Spiritus Sanctus emiſſiones tuæ, ideſt primus tuus egreſſus in mundum qui fuit Mariæ Conceptio fuit Paradiſus quæ verba Pagninus legit. *Plantationes tuæ Paradiſus,* quaſi diceret ò Cœlorum Imperatrix Maria, nam cum in hoc mundo plantata fuiſti, non ſicut cæteri. Adæ filij ſpinis originalis culpæ circumdata fuiſti, ſed Paradiſus ab omni culpa immunis, & Paradiſus malorum punicorum, ſed petes quare Sacratiſſima Mariæ Conceptio malis punicis aſſimilatur? quia ſcilicet mala punica à corona incipiunt eſſe, & eam in ipſis primum intuemur, ita, & Sacratiſſimæ Virginis Mariæ initia eius ſcilicet conceptio tamquam Regina coronata apparuit cæteri Adæ filij principium habent à ſeruitute naſcuntur enim filij iræ, Diabolo ſubditi propter originalem culpam Mariæ principia, ideſt eius conceptio, qui via prorſus fuit immunis ab originali culpa Domina apparuit, & coronata vniuerſique Imperatrix, hinc Dauid dicebat. *Aſtitit Regina à dextris tuis,* ideſt ſemper firma, & ſtabilis nunquam cecidit, nunquam lapſa eſt in aliquam culpam ſemper Regina coronata, de peccato triumphans, à dextris tuis, non fuit in ſiniſtra, ſed ſemper in dextera, in gratiæ dextera, & Textus Hebræus legit. *Aſtitit ad inſtar columnæ,* ſemper fortis, ſemper in gratia, Abac. cap. 3. ait. *Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo tuo.* Plato diuinum intellectum vocauit. *Habitaculum idearum,* Propheta ergo vult dicere cum in mente diuina omnes fuerint lapſi in culpam originalem, ſolùm non ceciderunt Sol, & Luna, Sol ideſt Chriſtus, per naturam, & Luna, ideſt Maria per gratiam, vt ſic dicere poſſemus de Maria. *Emiſſiones tuæ Paradiſus, aſtitit Regina coronata à dextris tuis,* quod D. Hieron. ex Hebræo traducit. *Aſtitit coronata triumphans,* triumphat Maria de peccato originali, vnde D. Laurentius Iuſtin. de grad. per. de culpa originali dixit. *Ab hoc originali delicto nullus excipitur præter illam quæ genuit Saluatorem.* Quod vt referunt Galatinus, & Caniſius de Beata Virgine; etiam impius Maumett. in ſuo Alcuran. affirmat dicens. *Nullus naſcitur ex filijs Adam, quem non tangat Sathan, præter Mariam, & Filium eius.* Quod innuere voluit Spiritus Sanctus Cant. 8. ita Mariam alloquens. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

lib. 7. de Arc.

D. Clemens Alex. obſeruat antiquitus mulierum monilia fuiſſe in ſerpentis figura. *In ſerpentis figura*, ait Clemens, *erant monilia*. Quare modò Spiritus Sanctus, vt Sanctiſſimę Virginis collum ornaret, monilia in figura murenæ facit? Origen. ibidem hoc perpendens ait. *Latet myſterium*, ſed quod nam myſterium latere poteſt? vt indicaret ſcilicet Mariam in ſua Conceptione immunem fuiſſe ab originali culpa, dicit enim D. Baſil. in Examer. hom. murenam filiam eſſe ſerpentis, nam cupiens ſerpens murenam generare ad maris litus aduentat, & antequam murenæ ſe coniungat, deponit ſeù euomit venenum hæc ſunt verba Baſilij. *Venenum iaculante beſtia vnitur*, hinc quamuis murena filia ſit ſerpentis, veneno tamen omnino caret, ita, & Sanctiſſimæ Virgini monile conuenit in figura murenæ, & non ſerpentis, nam quamuis, à venenatis parentibus (veneno ſcilicet culpæ originalis) ortum habuerit, omnino tamen caruit culpæ originalis veneno, vnde D. Damaſc. clamat. *O Beatos Ioachim lumbos ex quibus prorſus immaculatum ſemen effluxit, ò præclaram Annæ vuluam, in qua tacitis incrementis ex ea actus, atque formatus fuit fœtus Sanctiſſimus.*

orat. 1. de nat. Virg.

ſer. de nat. Virg.

Et vt clariùs pateat dixit Iſa. cap. 11. de Mariæ Conceptione, loqnens. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*, D. Petrus Damian. admiratur cur Iſaias dixerit. *Egredietur virga*, & non potiùs dixerit. *Egredietur arbor*, Arbor enim quacumque virga magnificentior eſt, talis erat Maria, vnde dixit. *Magnificat anima mea Dominum.* Arbor producit flores, fructus, & vmbram, haud virga, hæc omnia produxit Maria, audite Cant. 2. *Ego flos campi, fructus honoris, & honeſtatis, ſub vmbra illius quem deſideraueram ſedi*, ergo potius Maria dicenda erit arbor quàm virga, & tamen vocatur virga, ad oſtendendum Mariam fuiſſe immunem à peccato originali, nulla enim Arbor abſque nodoſitatis aùt curuitatis defectu inuenitur, quæ nodoſitas, & curuitas in ſacris litteris peccatum denotet, vnde Pſalmographus dicebat Pſal. 34. *Iniquitates meæ incuruauerunt animam meam*, at virga nullam habet nodoſitatem, neque curuitatem, ita, & Maria numquam habuit, neque venialis, neque originalis, neque mortalis culpæ nodoſitatem, aùt curuitatem, hæc ſunt verba D. Petri Damian. *Benè hæc incomparabilis Virgo, virga dicitur, quæ per intentionem deſiderij ſemper ad ſuprema emicuit, neque per cæcitatem peccati diſtorta nodoſitatis vitium aliquando incurrit.* Ita etiam canit de Maria Eccleſia. *In Conceptione tua Virgo immaculata fuiſti*, & hoc ita verùm eſt, quod vbi Maria adeſt, nec licèt peccatum nominare, narrat Luc. Euang. cap. 1. quod cupiens Deus, animare, & conſolatione afficere Diuum Ioſeph Mariæ Sponſum miſit ad eum Archãgelum Gabrielem, vt nunciaret ei quod futurus eſſet Pater Chriſti, & inquit Gabriel. *Vocabis nomen eius Ieſum ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*, & Matthęus Euang. cap. 1. deſcribit eumdem Archangelum veniſſe ad Virginem, & annuncians ei Diuini Verbi Incarnationem ait abſolutè, *& vocabis nomen eius Ieſu*, & non ſubiunxit, vt dixerat Sancto Ioſepho. *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*, quare hoc? quia Archangelus cum Maria loquebatur, & ideò non licuit de peccato mentionem facere, quia Maria ab omni peccato fuit immunis, ita vt nec nomen peccati fuerit nominandum, vt annotauit quidam pius Doctor dicens. *Potuit Angelus cum Sancto Ioſeph loquens peccati mentionem ingerere, quia non conſtat eum ab originalis peccati debito immunem fuiſſe ſicut fuit Maria.* Hinc deſcribens Dauid venturum Meſſiam, & in caſtiſſimo Virginis vtero manſurum, ait. *Deus in medio eius non commouebitur*, ideſt, erit immobilis in vtero Virginis, non ſic in alijs creaturis, non quod Deus realiter commoueatur, quia Deus eſt vbique ſed dicitur commoueri, cum ab anima peccatrici propter culpam diſcedit, tunc dicitur commoueri, at quia Beata Virgo omni prorſus culpa caruit, ideò dicitur. *Deus in medio eius non commouebitur*, audite D. Ambr. *Deus in medio eius non commouebitur, quia nullius peccati prolapſione, commouetur verò Deus, vbi aliquis grauiùs peccat, vt ab eo tranſeat, vnde, & Adæ peccanti deambulare viſus eſt.* Et quod maioris admirationis eſt, qui negabit Mariam fuiſſe immunem ab originali culpa, videtur idem aſſerere de Chriſto, audite quæſo Propheta Iſa. cap. 7. loquentem de Chriſto venturo. *Butyrum, & mel comedet*, potius Prophetam dicere debebat. *Butyrum, & caſeum comedet*, cum oues nobis butyrum, & caſeum, & non mel tribuant, quare ergo non dixit butyrum, & caſeum? hoc diſcrimen eſt inter butyrum, & caſeum, butyrum ex puro lacte conficitur abſque alia, commixtione; caſeus verò fit ex lacte, & coagulo, D. Bernard. ibidem inquit. *Butyrum ſignificatur humana natura in ſtatu innocentiæ, & per caſeum ſignificatur eadem natura à coagulo peccati deprauata.* Hinc ergo vt Chriſti humanitatem abſque peccati coagulo fuiſſe cognoſceremus, dixit Propheta. *Butyrum, & mel comedet*, & non dixit caſeum comedet, & vt ſciremus idem eſſe dicendum de Maria; audite verba venerabilis Bedæ. *Conceptus ex vtero virginali non de nihilo, non aliundè ſed materna traxit ex carne.* Quod ſi Maria contraxiſſet culpam originalem, oporteret dicere

Nouar. in vmbr. vig. p. q. 3.

Pſal. 41.

in pſ. 45.

l. 4. c. 49.

Carnem Chriſti aliquo modo fuiſſe maculatam peccato, quod abſit dicere, dicunt enim medici quod. *Filij matrizant*, & legis periti. *Partus ſequitur ventrem*. Filij exugentes lac, matris qualitates earum ebibunt, audite verba D. Bern. *Duo ſunt in lacte, ouis butyrum, & caſeus, butyrum comedes, caſeum verò non, quia abſque coagulo culpa originalis ex matris alueo traxerat.* Nullum fuit inſtans in quo, Beata Virgo, non fuerit ab aquis diuinæ gratię irrigata, & per conſequens ſemper in gratia, & abſque culpa originali, Apoc. 7. cupiens Deus ſuos electos, & ſeruos oſtendere, ſuæ diuinæ gratiæ ſignaculo, in fronte ſignauit eos. *Quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum*, & Ezech. cap. 9. *Signa Thau in frontibus virorum gentium*, at Cant. 8. Spiritus Sanctus loquens de Maria dicit Deum diuinæ gratiæ ſignaculo in fronte ſignaſſe Mariam. *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum*, quod ſeptuaginta legunt. *Vt ſigillum ſuper cor tuum*. Quare Dei ſerui in fronte fuerunt ſignati: at Maria Virgo in corde?

Ariſt. in informatione hominis ait, primum à natura formatum eſſe cor, tamquam principium, & fundamentum totius operis, & cauſa vnica vitæ. *Cor eſt primum*, vltimo autem loco formatur caput tamquam ſedes quinque ſenſuum, dùm ergo agitur de alijs Sanctis, ſignatur eorum frons, quia diuina gratia ſero peruenit ad eos ſanctificandum poſtquam ſcilicet fuerint formati imò in lucem editi, hinc de Ioanne Baptiſta dicitur. *Hic menſis eſt ſextus*, at Maria Virgo in corde ſignata eſt, vix cæpit eſſe, quin fuerit ſignata, ita vt, nullum detur inſtans quin diuina gratia non fuerit repleta. *Adiuuabit eam Deus mane diluculo*, audite Abbatem Celleſem. *Simul collecta gratiæ plenitudo, quia ab exordio ſuæ conceptionis aſperſione Spiritus Sancti, tota Deitatis gratia eſt ſuperfuſa.*

lib. de animal.

li. de pan. c. 12.

Cum Chriſtus Dominus noſter in cęnaculo pedes Diſcipulorum lauare voluiſſet, perueniens ad Petrum, & intuens Petrus Chriſtum proſtratum ante ſuos pedes obſtuporem tantæ humilitatis exclamauit. *Domine tu mihi lauas pedes? non lauabis in æternum*, cui dixit Chriſtus, ſi non lauero tibi pedes non habebis partem mecum, hoc audiens Petrus reſpondet. *Non tantum pedes, ſed, & manus, & caput, pero modo, aderat in cęnaculo Maria Chriſti Mater, cur Chriſtus Virginis pedes non lauit, cum fuerit Virgo, cunctis Apoſtolis dignior? animaduertendum eſt id*, quod D. Ambr. ſcripſit, ſcilicet quod per pedum immunditias, culpæ originalis; & per manuum immunditias mortalium feditates intelliguntur, & quia Petrus, & cæteri Apoſtoli culpa originali erant inquinati, ideò eorum pedes Chriſtus lauit, at Virgo Maria cum eſſet ab omni originali culpa immunis, non fuit opus eius pedes lauare, imò Spiritus Sanctus pedes Mariæ veluti Sanctos, laudauit, & exaltauit dicens. *Quàm pulchri greſſus tui Filia Principis in calceamentis*, audite verba Ambr. cit. *Mundus erat Petrus, & plantas lauare debebat, vt hæreditaria peccata tollerentur non ſic in Dei Matre.*

lib. de his qui in miniſter. c. 6

Chriſtus Dei Filius Mariæ pulchritudinem exaltans ait Cant. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*, & Maria Filium alloquens reſpondit. *Ecce tu pulcher dilecte mi, ecce tu pulcher es, & decorus*, quare ergo Chriſtus bis laudauit Matrem, dicens. *Tu pulchra es, tu pulchra es, & Mater Filium?* duplicauit laudem, vt intelligeres nullum fuiſſe inſtans in quo diuina gratia non inhabitaſſet in Virgine, pulchra es in Conceptione, ſine labe peccati originalis, per gratiam, & in Chriſto per naturam, pulchra es in toto vitæ curſu quia ſemper in gratia fuit, ideò duplicauit laudem, vnde ſubiungit lectulus noſter floridus. *Hoc eſt*, ait Petrus Galatinus lib. 1. cap. 5. *Conceptio noſtra eſſe florida abſque corruptione*, & idem Galatinus cit. ſubiungit dicens. *Duplicat ſermonem, vt oſtenderet ipſam pulchram, ideſt puram, & in Conceptione, & in vita futuram fuiſſe.*

D. Ambr. & Rupertus Abbas perpendens illa verba Cant. 8. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui Filia Principis in calceamentis*, dicunt. *Greſſus Conceptio Deiparæ eſt*, & idem Rupertus in Cant. cap. 2. ait. *Filia Principis fęminini generis eſt, ob libertatem laudatur ex calceamentis cum ſerua diſcalceata incedant.*

Caniſius de Deipara. *Si Angeli à peccato fuerunt præſeruati, ergo longè maius Maria, quæ ſuper Angelos erat exaltanda.* *lib. 1. c. 7.*

D. Anſelmus inquit. *Decuit Virginem ea puritate nitere, quàm maior ſub Deo nequit intelligi.* Si poſt Deum nulla datur puritas maior puritate Virginis, ergo Maria, purior eſt Angelis, vnde D. Hieron. loquens de Maria. *Vincis Angelos puritate*, ſed quomodo vinceret niſi eſſet ab originali culpa immunis? ſed audio nonnullos dicentes, quod ſi Maria eſſet immunis ab originali culpa, Chriſtus ſuæ Matris non eſſet Redemptor, quod inconueniens eſſet dicere, ſed reſpondeo Mariam poſſe eſſe immunem ab originali peccato, & eſſe redemptam à Chriſto, non à culpa originali, quàm non contraxit, ſed ab ea, quàm contrahere potuiſſet, hinc Pſal. 143. ſcribitur. *Qui redemiſti David ſeruum tuum de gladio maligno, eripe me*, Nicolaus de Lyra legit.

l. 2. de Cõcep. Virg. c. 16.

Digitized by Google

legit. *Qui redemiſti Dauid ſeruum tuum de gladio Golia maligno.* Et tamen numquam Gigans Goliath dominatus eſt Dauidi, nec Dauidem Goliæ ſubditum fuiſſe legimus, quare ergo dicitur, qui redemiſti Dauid de glaudio Goliæ? reſpondet Philo Hebræus, quod pugnans Dauid contra Goliath, apud Dauidem aderat Deus, cum defendens à ſeruitute, & captiuitate, in quam poterat incidere, ſi Deus Dauidi auxilium non preſtitiſſet, vnde Philo Hebræus dicit, quod cum Dauid cucurriſſet ad obtruncandum Goliæ caput, antequam interfeciſſet dixit Dauid Goliæ. *Antequam moriaris aperi oculos tuos, & vide interfectorem tuum, qui te interfecit,* & aperiens oculos ſuos ita loquutus eſt. *Non tu me interfeciſti, ſed is, qui tecum eſt, cuius vultus eſt, ſicut vultus Dei*, & hæc diuina defenſio, redemptio vocatur, dicunt etiam perpendentes illud Sapientiæ 2. *Inuidia Diaboli peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors*, quod cum peccati effectus ſit mors, & Beata Virgo obijt, ergo non fuit abſque culpa originali, nam vbi adeſt effectus non eſt deneganda cauſa, quæ eſt culpa originalis, ſed facilè poſſumus reſpondere dicentes, quod peccatum originale non fuit cauſa, homines eſſe ex natura mortales, ſed cum natura ſit à contrarijs compoſita neceſſariò ſequitur mors, vnde dixit Vigerius. *Licèt Beata Virgo mortua fuerit, mors tamen non fuit illi pæna peccati, ſed conditio naturæ.* Progrediuntur vlterius dicentes cum Paulo Apoſtolo. *Omnes in Adam peccauerunt, & nemo mundus à ſorde*, ergo dicunt, neminem excludit, reſpondetur eſſe modum loquendi per figuram, non ita intelliguntur hæc verba Apoſtoli, quod non ſit aliquis exceptus, & fuit Sacratiſſima Dei Mater Maria, quæ fuit immunis ab originali culpa, cum Adam meridie diuinum præceptum transgreſſus fuiſſet, vnde ad auram poſt meridiem legitur veniſſe Deum ad Adam puniendũ; & vt intelligatur, quod Maria non peccauerit in Adamo ſicut cęteri mortales, fauet Mariæ id quod Cant. 1. dicit, Sponſum alloquens. *Indica mihi vbi paſcas; vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam*, notandum eſt verbum illud. *In meridie*, nam eo tempore, quo Adam peccauit, quod fuit meridie, tunc Maria Deo erat vnita elongans ſe à peccato Adæ, hinc Septuaginta interpretes legunt. *Ne efficiar ſicut velata*, ideſt ne delinquens videar, ne alij putent me Adæ peccato aſſenſum præbuiſſe, nam nomen hoc, *Velata*, culpam dicit, mementote de Aman, qui cum à Regis gratia cecidiſſet, ob culpæ inditium, Regis æquites, ſtatim Aman faciem operuerunt, idem accidit Suſannæ, cum duceretur ante tribunal, vt damnaretur, ex hoc ergo clarè patet Mariam fuiſſe immunem ab omni culpa.

Archangelus Gabriel Mariæ annuncians dixit. *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*, D. Bern. in ſpec. c. 2. animaduertens illud. *Aue*, inquit. *Propter omnimodam culpa carentiam, & immunitatem, propter omnimodam innocentiam, & puritatem, meritò ei in principio ſalutationis dicitur Aue ideſt ſine Va.* Nam, *Væ* ſecundum eiuſdem Sancti Doctoris intentionem, peccatum ſignificat, gratia plena, D. Hieron. ait. *Cæteris per partes Mariæ verò tota ſe infudit plenitudo gratiæ.*

tom. 1. c. 3 Pater noſter Nouatus de Eminentia Virginis; nonnulla loca diuinæ Scripturæ affert ad
q. 3. confirmandum Beatam Virginem Mariam, ab originali culpa fuiſſe immunem, quæ hic refe-
l. 2. teſtim. ram, & primo ex illo Gen. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen*
cap. 9. *illius*, & per mulierem intelligit Mariam, vt inquit Cypr. *Mater Domini noſtri Ieſu Chriſti in illa muliere promiſſa eſt, hæc inimicitijs oppoſita eſt ſerpentis, ponam inquit inimicitias, inter te, & mulierem, non certè pono, dicit: ne ad Euam pertinere videretur verbum promiſſionis.* Per ſemen iſtius mulieris, Nouatus intelligit Chriſtum, qui ex ſola Virginis ſubſtantia abſque virili ſemine Spiritu Sancto obumbrante fuit genitus, per ſemen ſerpentis intelligit peccatum, ſicut inquit per ſemen generantur Filij, ita Diabolus per peccatum generat filios peccatores, iuxta illud Ioan.
c. 3. ep. 1. 8. *Vos ex patre veſtro Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere, & qui facit peccatum ex Diabolo eſt, quoniam ab initio Diabolus peccat*, & ſicut Chriſtus perpetuas inimicitias habuit cum omni peccato, ita, & Maria cum Serpente infernali, & conſequenter cum omni peccato, cu-
lib. 2. cur ius author fuit Demon, & ſicut Chriſtus ex omni parte per vnionem hypoſtaticam peccato
Deus ho- inimicus fuit, vnde Anſelm. inquit. *Primus Adam peccare potuit, quia purus homo; ſecundus*
mo. *peccare non potuit; quia eſt Deus.* Ita, & Maria per gratiam ex omni patre inimica fuit Diabolo, vnde dicitur, & ipſa conteret caput tuum, & Septuaginta legunt. *Ipſe conteret caput tuum*, vterque ſcilicet Chriſtus, & Maria contriuit caput infernali Serpenti, dùm neuter peccatum originale contraxit Chriſtus per naturam, Beata Virgo per gratiam.

to. 2. ſer. Eccl. 1. legitur. *Ipſe creauit illam in Spiritu Sancto vidit dinumerauit, & menſus eſt eam*, quem
51. ar. 3. c. 1 locum D. Bern. intelligit de Beata Virgine, vidit in Spiritu Sancto, ait Nouatus. *Quaſi dicat ſtatim atque Deus Animam Virginis creauit vidit in Spiritu Sancto non infecta Adæ Maſſa, quia Spi-*
ſer. de An *ritus Sanctus eam ſtatim repleuit*, vnde Petrus Dam. *à Deo electam, & præelectam totam rapuit ſibi*
nunc. *Spiritus Sanctus.*

Pſal. 45.

Digitized by Google

Pſal.45. *Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus*, ait Nouatus. *Dicitur altiſſimus, vt talis dignoſcatur, dum ſanctificauit Matrem ſuam, fuit ergo operatio huius ſanctificationis digna altiſſimo ſanctificatore, & fuit tabernaculum, ita ſanctificatum, vt dignum eſſet altiſſimo, ergo tale tabernaculum numquam fuit maculatum culpa originaria, quàm tantoperè horret altiſſimus.*

Idem Pater Nouatus colligit Mariam eſſe cooperatricem, & mediatricem conuerſionis omnium gentium; adducens illud Cyrill. Alex. hom. 5. in Neſtorium. *Per te omnis creatura idolorum errore detenta cõuerſa eſt ad agnitionem veritatis, & fideles omnes ad Sanctũ Baptiſmã peruenerunt; atque in toto terrarum orbe conſtructæ ſunt Eccleſiæ, te adiutrice gentes veniunt ad pœnitentiam*, & D. Method. in Hypopante. *Maria virtute, & precibus pęnè innumeræ peccatorum conuerſiones fiunt*. Ratione muneris mediatricis inquit Nouatus, immunitatem à peccato originali maximè Mariæ conueniſſe, ſicut enim Chriſtus, quia fuit mediator noſter, debuit eſſe omnino. *Sanctus, innocens, impollutus, & ſegregatus à peccatoribus*, vt ait Apoſtolus ad Hebræos 7. ita Virgo, quæ in huiuſmodi mediationis conſortium ex priuilegio fuit aſſumpta debuit quantum fieri poſſet, ſimillima eſſe Chriſto filio mediatori, & conſequenter Sancta per gratiam ſanctificantem excludentem omne peccatum mortale, innocens ideſt aliena ab omni, vel leuiſſima veniali macula, impolluta, & à peccatoribus ſegregata, ideſt non incluſa, in communi illa, & infecta humanæ propaginis maſſa, cuius ſimilitudinis inter Chriſtum, & Mariã, typum habemus Gen. 2. vbi Deus creato Adamo, pergens ad creationem Euæ dixit. *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, ſicut enim in primo Adamo figuratus fuit Chriſtus, vt docent Patres: ita in Eua adumbrata eſt Deipara. *Faciamus ergo adiutorium ſimile ſibi*, hoc eſt Virginem in mediatione inter Deum, & homines adiutorium demus Chriſto, ſed ex ſingulari priuilegio, *ſimile ſibi*, hæc Nouatus.

tom. 1. de Emin. Virgin. c. 13. q. 2. cocl. 2.

Paulus Oroſius ait. *Coràm Deo noui, & in veritate comperi, quod nulla mulier, in partu periclitatur, ſuper quàm deuotè Mariæ gratia imploratur, & dies Conceptionis eius celebratur.* *ep. ad Euſtoch.*

DE MARIÆ NATIVITATE.

MAgna quidem admiratione digna eſt humanæ naturæ conditio, illud enim intuentur, & admirantur omnes, quod raro euenire ſolet, quod nam cęleſtibus hiſce ſphæris pulpulchriùs opus, conſpici poteſt? per ipſas enim veluti per tot libros edocemur, & creatoris pulchritudo nobis panditur, vnde Pſalmographus dicebat. *Cęli enarrant gloriam Dei*, ſunt iſti Cęli, veluti luminoſa diuinæ potentiæ ſpecula, varij, attamen concordes, vaſti, & ſunt veloces inalterabiles, incorruptibiles, impenetrabiles, inacceſſibiles, ſunt ornati ſtellis, planetis, innumerabilibus admirandis, & tamen horum omnium pulchritudinem raro contemplamur, niſi quando aliquod præter ordinem ignitum ſydus, quod, cometa vocatur, apparet, aùt cum interpoſita Luna, inter Solem, & terram fit Eclypſis, hoc admirantur, & contemplantur omnes, ſed ſi huius rei cauſa perquires, reſpondet D. Aug. dicens. *Hoc mirantur homines, & non illud, non quia maius, ſed quia rarum.* Cum ergo hoc verùm ſit, en in venuſto Cęlo Sanctæ Eccleſiæ recens ſydus magna pulchritudine ornatum apparet, quod tùm mortalium, tùm Angelorum oculos rapit, & eſt Sacratiſſima Virgo Maria, quæ licèt ſub ſymbulo nunc Lucis, nunc Cęli, nunc Solis, nunc Lunæ, nunc Auroræ, nunc Terræ, nunc Floris, nunc Lilij, nũc Roſæ, nunc Arcis, nunc Vrbis, nunc Paradiſi, &c. extollatur, eam quæſo modò ſub cometæ ſymbulo, vt eius magnitudinum partem aliquam percipiamus contemplari non pigeat, eſt cometa quædam terreſtris materia ignita, ſeù exalatio quædam, quæ radiorum Solis, virtute attrahitur, & vſque ad ſupremam aeris regionis eleuatur, & ibi virtute motus accenſa, vt inquiunt Metheoræ profeſſores, perlucida, ac flammea apparet, ita, & Sacratiſſima Virgo Maria, quoad eius natalem eſt terra arida deſcendens ab Adamo, cui dictum fuit donec reuertaris in terram, &c. virtute radiorum diuini Solis in altum eleuata, *trahe me poſt te curremus, &c.* & diuini amoris igne accenſa perlucidiſſima euadit, vnde ipſa dicebat. *Reſpexit humilitatem, &c.* vt innueret, quod in altum eleuabatur diuinorum oculorum virtute. *Ecce enim ex hoc Beatam medicent, &c.*

tract. 34. in Ioann.

Ariſt. inquit, cometam ita imparatè apparere, quod Philoſophorum nemo præuidere poteſt, ſimili modò, & Beatiſſima Virgo, ita mundo imparatè apparuit, quod eius Natiuitas, non ſolùm non expectabatur, ſed naturaliter loquendo erat impoſſibilis, eius enim Mater Anna propter ætatem nullatenus concipere poterat, cometa apparens, bella, & Principum depopulationem denotat, ita, & Maria infernalibus principibus exitium attulit, vnde Gen. ſcribitur. *Inimicitiam ponam, &c. ipſa conteret, &c.* nunc princeps huius mundi, &c. cometa in-

li. 15. Metheor.

tuentium oculos rapit, & Maria non ſolùm homines, ſed, & Angelos ipſos in admirationem
inducit, vnde de ea dicunt. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens pulchra vt Lu-
na, &c.* & alio cap. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut virgula fumi*. Cometa eſt quædam ignea ma-
teria, igne accenſa ſtabilis, & permanens, & hæc eſt dicit Ariſt. differentia inter cometam, &
trabem ignis, trabs enim paululũ ſiſtit, ſtatim euaneſcit, cometa autem diù perſeuerat. Maria
ſemper igni diuini amoris fuit accenſa, qui ignis per diuinam gratiam in Maria, ita fuit ſtabi-
lis, vt numquam ab eius viſceribus diſceſſerit, vnde de ea dicitur. *Optimam partem elegit ſibi
Maria, quæ non auferetur ab ea in æternum*, cometa vocatur crinita ob venuſtam radiorum co-
mam, à qua veluti à corona condecoratur, & Mariæ non deſunt comæ, nam tantummodo
crine vulnerauit, & rapuit Regis Cęleſtis cor. *Vulneraſti cor meum, &c.* Cometa eſt Stella,
non errans, non fixa, ſed prodigioſa, ita, & Maria non fuit Stella errans, quia numquam ali-
quo errore, aùt culpa fuit maculata, vt dictum eſt, in eius Conceptione, non fuit Stella fixa,
dicens de ea Salamon Sap. 8. *Girum Cęli circuiui ſola, &c.* ſed Stella eſt Maria prodigioſa, & per
lucidiſſima, quæ ſe numquam ſe iungit à filio, vt ipſamet teſtatur dicens. *Tenui eum nec dimit-
tam*, vnde dicere poterat; *ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius*, cometa nõ interdiù, dùm Sol
refulget apparet, ſed nocte, ita, Maria nata eſt tempore, quo in mundo tenebrarum errores
dominabantur, cometa in terra, & in àere ſiccitatem, ardorem, & ariditatem argumenta-
tur, at ſi poſt eam, pluuia euenict, fęlices euentus denotabit, ita, & Maria licèt bella, & inimi-
citias annunciauerit, nobis autem, nonniſi cęleſtes gratiarum imbres attulit, vnde Dauid di-
cebat. *Deſcendit ſicut pluuia in velius*, & Iſa. *Rorate Cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum, &c.* &
de ea Eccleſia canit. *Natiuitas tua Dei Genitrix Virgo, &c. quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ, qui ſol-
uens maledictionem dedit benedictionem, &c.* ſed quæ nam erit huius cometæ Mariæ lux? gra-
tiam eſſe dicimus, nam ſi lux eſt ditiùs, & ornatius corporibus opacis ornamentum, ita, &
gratia erit venuſtiùs ornamentum, quod anima poſſet habere, ſi lux tenebroſum corpus ſplen
deſcere facit: ita, & per gratiam ex peccatorum tenebris transferimur ad lucem, ſi luce medi-
ante foueas, & per gratiam, de Diaboli laqueis, & offenſionibus liberamur, vnde Paulus nos
monens dicebat. *Induamur arma lucis*, quod Primaſius. Diui Auguſtini Diſcipulus de cęle-
ſti gratia expoſuit, qua ab inimicorum inſultibus defendimur, hac diuina gratia Maria abun-
dè fuit repleta, vnde Archangelus Gabriel, Mariam alloquens. *Aue gratia plena*, & quidquid
Deus potentia ordinaria potuerit puræ creaturæ communicauit, & ratio; quia quantò magis
luci propinquiores ſumus, eò magis de eius effectibus participamus, Deus per eſſentiam fons
lucis eſt, lux eſt, & in eo tenebræ non ſunt vllæ, at nulla creaturarum magis ad Deum aduen-
tauit, quàm Maria, vnde cęleſtis Sponſus de ea dicebat, tota pulchra es amica mea, quod Ori-
hom. 3. in gen. traducit. *Tota pulchra es amica mea*, ergo Maria cunctis creaturis ſimul magis luminoſa
hunc loc. fuit, ita vt Mariæ gratiam neſcio, quid infinitatis ſapere videatur, non in genere entis, non
phyſicè, ſed moraliter cum ſit Maria Mater Dei Filij infiniti, gratia infinita in genere moris ei
debebatur, hinc D. Epiphanius vocat Mariam. *Prodigium gratiarum miraculorum omnium ma-
ximum*, vnde Angeli eam intuentes dicebant. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit delitijs affluens*; notan-
da ſunt hæc verba, *delitijs affluens*, affluentia proprium fluminum eſt, & mortalium oculos ra-
pere, non poteſt, niſi quando cum magno impetu fluunt, dùm ergo Angelorum oculi rapiun-
tur, oportet aſſerere maximo impetu fluere, audite Pſalmographum. *Fluminis impetus lætificat
Ciuitatem Dei*, de huius fluminis aquis omnes Sancti participiant, quarum aquarum diſpen-
ſator eſt Spiritus Sanctus, tribuens ſingulis pro vt vult, vnde Paulus 1. Corinth. dicebat. *Di-
uiſiones gratiarum*, cui hanc, cui aliam tribuens gratiam, at Mariæ totum flumen gratiarum
tribuit, audite D. Hieron. *Cæteris præſtatur gratia per partes, Mariæ autem tota ſe infundit pleni-
tudo gratiæ*. Benè ergo dicunt Angeli. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit delitijs affluens*.

Beata Virgo Maria nata eſt anno à mundi creatione 5184. vt benè notauit noſter Nouatus
to. 1. c. 4. de Eminent. Deiparæ, & nata eſt menſe Septembri, quia eo tempore Dęmon, magis conaba-
q. 1. tur Dauidicam Stirpem, à qua Meſſias naſciturus erat, per ſceleſtiſſimum Herodem demoliri,
or. de dor- vnde benè Ioann. Damaſc. nuncupauit Mariam. *Remedium aduerſus Dęmones*, pro cuius rei
mit. Virg. confirmatione Caniſius dixit. *Quàm verò pulchrè quàm commodè, tunc Maria naſcitur, quo fu-
lib. 1. de ribundus, ſimul, & ſtolidus diuini conſilij impugnator Harodes Regium Dauidis genus extinguere, ne
Deip. c. 11. quiſquam Meſſias procreetur vi ſumma conatur, vndè in communi ferè omnium deſperatione, & cum
Sathan diuinum perturbare Decretum maximè nititur Ioachim, & Anna ex Dauidis Stirpe ſuperſti-
tes coniuges diuinitus eliguntur, qui Meſſiæ Matrem electiſſimam, vel inuitis Harodianis in lucem pro-
ferant*. Nata eſt, eſt menſe Septembri Maria, quia, vt refert Caniſ. loc. cit. eodem menſe con-
ditus fuit orbis, & eò menſe per culpam humanum genus in communem incidit ruinam, tunc
naſci

Digitized by Google

naſci debuit Maria, vt humano generi remedium afferret, vnde meritò à D. Bernard. *Paren-* hom. 2. de
tum reparatrix, nuncupata fuit, & à Bernardino Buſtenſi in fine ſui Marialis. *Renouatrix hu-* laud. Mar.
manæ naturæ.

Imò pie credendum eſt Mariam abſque Matris dolore natam eſſe, quod vt refert noſter No- to. 1. c. 4.
uatus, affirmat Stephanus Mendez in ſuo Mariali dicens; Virginem aſſimilari ortui Stellæ, q. 2.
orietur Stella ex Iacob, &c. Stellæ autem ortus tenebras fugat, & gaudium affert. lib. 4. c. 3.

In Paradiſo Terreſtri nullus erat partus dolor futurus, quod colligitur ex ſacro Textu in do- §. 1.
lore paries, dixit Dominus Euæ poſt peccatum, ergo priùs non erat paritura cum dolore cui
ſententiæ fauere videtur D. Hidelphonſus ſer. de Natiu. Virg. dicens. *Maria non ſic eſt nata*
ſicut ſolent pueri, & puellæ naſci vnde canit Eccleſia de Maria. *Natiuitas tua Dei Genitrix Virgo* l. 6. c. 56.
gaudium Annunciauit vniuerſo Mundo, & in reuelat. Sanctæ Brigittæ, Beata Virgo ita alloquitur
Brigittam. *Verè Filia, dico tibi, quod natiuitas mea initium fuit verorum gaudiorum, ergo piè credi*
poteſt Diua Anna parenti dolorem non attuliſſe.

Nam ſicut D. Hidelphonſus B. Virginis; loquens de Maria Chriſtum parturiente inquit. lib. de Vir
Non poteſt fieri, vt qui iuxta vocem Angeli, gaudium vniuerſorum affert; tormenta in ortu ſuo Matri ginit.
attulerit; inter Angelorum excubias, & laudes, non credo, quod Matri gemitus, & dolores triſtitiaſq;
Euę contraxerit. *Simili modo*, ait noſter Nouatus, *licèt nobis in re noſtra diſcurrere, neque enim*
conueniens, videbatur, vt illa, quæ gaudium vniuerſo mundo naſcens afferebat, tormenta in ortu ſuo
ſols Matri afferret, & ſubdit. *Si Eua abſque dolore Adami fuit ex eius coſta extracta cur non dicemus*
Beatam Virginem, Eua longè præſtatiorem, abſque dolore Annæ fuiſſe in lucem editam? Si vt refert lib. 1. c. 9.
Beata Brigitta in ſuis reuelat. Mariæ Conceptio maximum miraculosè attulit gaudium San-
ctæ Annæ, his verbis. *Cum Anima ſanctificaretur, & Corpori coniungeretur, tanta Matri meæ ve-*
nit lætitia, vt impoſſibile eſſet dictu. Ergo inquit Nouatus veriſimile etiam erit Beatæ Mariæ or-
tum nullius doloris. ſed potiùs magni gaudij cauſam fuiſſe Sanctæ Annæ.

D. Bern. ait. *Tolle corpus ſolare, quod illuminat mundum, vbi dies? tolle Mariam, hanc maris Stel-* in nat. Ma
lam, maris vtique materni, & ſpatioſi, quid niſi caligo, & vmbra mortis, ac denſiſsimæ tenebræ re- rię de aquę
linquuntur. ductu.

Et Rupertus Abbas, Mariam alloquitur his verbis. *Quando nata es Virgo Beata, tunc nobis*
vera aurora ſurrexit, aurora prænuncia diei ſempiterni, quia ſicut aurora quotidiana finis eſt prçteritę l. 6. in Cāt.
noctis, & initium diei ſequentis, ſic natiuitas tua, natiuitas ex ſemine Abrahę, clara ex Stirpe Dauid,
ad quos cum iuramento facta eſt repromiſsio benedictionis, finis dolorum, & conſolationis fuit initium
finis triſtitiæ, & lętitię nobis extitit principium.

Quę eſt iſta, quę progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra, vt Luna, electa, vt Sol terribilis, vt
caſtrorum acies ordinata? Cant. 6. meritò Sanctiſſima Maria Mater Dei Aurora vocatur. Nam
vt Rupertus obſeruauit, Aurora finis eſt tranſactæ noctis, & principium ſequentis diei, ita, &
Mariæ Natiuitas finis fuit tenebroſæ noctis ærumnarum hominum, & principium diei gau-
diorum hominum; quiſnam negare poterit prætetita ſęcula ab Adam, vſque ad Virginis Na-
tiuitatem, non fuiſſe obſcuratiſſima nocte obtenebrata propter grauiſſimorum ſcelerum cali-
ginem? vt manifeſtè innuit Hugo de S. Victore. *Totum namque tempus quod ab Adam, vſque ad* ſerm. 34.
Virginis ortum pręceſſit, quaſi nox extitit: nox longa, & obſcura. Sed peracta hac infęliciſſima
nocte peccatorum; ecce iam apparuit nobis dulciſſima aurora, Mariæ ſcilicet Natiuitas prin-
cipium clariſſimi diei gratiarum; ita fatetur Rupertus. *Quando nata es Virgo Beata, tunc vera* l. 6. in Cāt.
nobis ſurrexit aurora, prænuncia diei ſempiterni; quia ſicut aurora finis eſt prçteritę noctis, ac initium
diei ſequentis, ſic natiuitas tua finis dolorum, & conſolationis fuit initium, idem fęrè affirmat D. Pe- ſer. de Aſ-
trus Damianus. *Nata Virgine ſurrexit aurora, quia Maria veri pręuia luminis Natiuitate ſua ma-* ſumpt.
ne clariſsimum ſe emanit. Hęc eſt Aurora, quàm ſequitur, imò de qua naſcitur Sol Iuſtitię. Aurora
hæc fabricata fuit ab ipſomet Deo, vt fatetur Pſalmographus. *Tu fabricatus es Auroram, &* Pſal. 73.
Solem. Aurora, quod ſonat aurea hora; ideſt tempus Mariæ tempus aureum, nam ea adue-
niente pertranſiuit ſæuum, & crudele bellum diuinæ indignationis, contra genus humanum
propter culpas, quod videtur ſignificatum in illo prælio ſeù lucta Iacob cum Deo, in qua præ-
ualuit Iacob, & quaſi vt (ita mihi dicere liceat) viſus eſt Deus timore affectus, & victus; vnde
dixit. *Dimitte me iam aſcendit Aurora*, quaſi diceret, iam venit Aurora, ideſt Mariæ Natiuitas Gen. c. 32.
propter quam omnis mea indignatio, & omne bellum contra humanum genus ceſſabit. Hoc
videtur affirmare D. Theodor. his verbis. *Dimitte me iam enim aſcendit Aurora; quod dicitur* q. 28. in
magni Conſilij Angelus victum ſe aſcendente Aurora confitetur; nihil eſt aliud, niſi quod Marię aſpectu Gen.
Chriſtum infirmum ſe eſſe oſtendat, & peccatori dicat dimitte me; iam enim aſcendit Aurora. Et
quod per hanc Auroram ſcilicet Mariam diuina indignatio, & bellum ceſſauerit, audite

orat. 2. de dorm. Dei par.

D. Ioann. Damaſc. *Per hanc diuturnum illud bellum, quod nobis cum Creatore erat ſublatum, & extinctum eſt, per hanc cum eo reconciliatio ſancita, pax, & gratia donata eſt.*

Quod Maria apparuerit, vt Luna clarum eſt, quia ſola Maria inter omnes diſcendentes ab Adam fuit formata ſuper diuina gratiæ luce, nam ſicut Luna cunctis Stellis ſuper eminet, quæ veluti tot aulici eam circumdant, & quaſi vt Reginæ obſequium præſtant, ita cuncti Sancti, & eminentiores Spiritus Beati, quaſi tot famuli eam venerantur, & lumine omnium gratiarum plenam fatentur.

D. Bonauent. *Domina noſtra omnia habuit Dei dona, quę in Sanctis alijs ſunt diuiſa; vnde dicit in plenitudine Sanctorum detentio mea*, cuius ſplendor tantus fuit, vt videatur ſimilis ſplendori ipſius Solis, Dei ſcilicet verbo iuxta illud Iſa. 30. *Erit lux Lunę ſicut lux Solis*, & ſicut Luna copioſè nobis ſuum lumen præſtat, ita hæc Sacroſancta Virgo omnes Chriſti fideles diuinæ gratię donis locupletatur ita innuit D. Bern. *Totius gratię plenitudinem poſuit in Maria; vt proinde ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratię, ſi quid ſalutis; ab ea nouerimus redundare.*

ſer. 3. in nat. Virg.

Electa, vt Sol, ſicut enim Sol licèt tangat, & pertranſeat per omnes ferè immunditias, & ſordes, non tamen maculatur, ita Virgo Sacratiſſima licèt nata ſit ex Ioachim, & Anna originalis culpæ commaculatis, ipſa tamen originalem maculam in ſe non admiſit, vt innuit Diuus Petrus Dam. dicens. *Caro Virginis ex Adam aſſumpta, maculas Adę non admiſit.*

ſer. de Aſſumpt.

Electa, vt Sol, nam ſtatim, ac Sol in noſtro Orizonte apparet omnes Stellæ, quaſi abſcondunt ſe, nec audent videri; ita ſtatim, ac hic Sol, Virgo ſcilicet ſua ſplendidiſſima luce apparuit, ſplendor Sanctorum obfuſcatur, vt videtur idem D. Petrus citatus ſentire his verbis. *Sol lucidius incandeſcens, ita ſyderum, & Lunę rapit poſitionem, vt ſint quaſi non ſint, & videri non poſſint, ſimiliter, & Virgo veri pręuia luminis, in illa inacceſſibili luce perlucens, ſic vtrorumque ſpirituum hebetat dignitatem, vt in comparatione Virginis nec poſſint nec debeant apparere.*

Electa, vt Sol, nam ſtatim, ac Sol materialis apparet ſuo ſplendore vniuerſum illuſtrat orbem, ita Maria, ait D. Bern. ſua Sanctiſſima Natiuitate, non ſolùm Terreſtris, ſed etiam Cęleſtis illuſtratur orbis, hæc ſunt verba Bernardi. *Marię pręſentia totus illuſtratur orbis, adeò, vt, & ipſa Cęleſtis Patria clariùs rutilet virginę lampadis illuſtrata fulgoribus.*

ſer. 1. de nat. Virg.

Electa, vt Sol, ſicut enim Sol inter omnia ſydera, & planctas primatum obtinet, ita Virgo in abundantia gratiæ, & in dignitate diuinæ Maternitatis nulla creatura ei ſimilis inueniri poteſt, ita ſcribit Rupert. Abbas. *Vna eſt electa quia nec inter Angelos, nec inter homines ſimilem, vel primam habet, nec ſequentem eſt habitura.*

l. 6. in Cāt.

Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata magno exercitu aſſimilatur, cuius milites ſunt ferè infinitæ virtutes, perfectiones, ac excellentiæ, quibus omnium inimicorum viſibilium, & inuiſibilium victoriam reportauit, & pręcipuè caput Sathanæ obtruncauit, & omnes Dęmones vicit: vnde D. Damaſc. clamat dicens. *O Sanctiſſima quę Principatu, & Poteſtates ſefelliſti atque ignea maligni tela extinxiſti, quę in Spiritus Sancti thalamo verſa es, atque immaculata conſeruaſti in Dei Sponſam.*

orat. 1. de nat. Virg.

Eiidem S. Doctor citatus clamat. *O Sanctiſſima Filia, in maternis vlnis conſpicua rebellibus Angelis formidabilis; quę etiam ipſis principibus tenebrarum terribilis fuit, vt ad eam accedere non preſumpſerint.*

DE SANCTISSIMO MARIAE NOMINE.

hiſt. de ortu Virg.

FVit hoc Sanctiſſimum Mariæ Nomen, vt teſtatur D. Hieron. à Deo aſſignatum, & diuinitus per Angelum Ioachim, & Annæ intimatum, vnde D. Hieron. inducit Angelum ſic alloquentem Mariæ parentes. *Vxor tua pariet tibi filiam, & vocabis nomen eius Mariam*, & Paulo poſt. *Miſſus ſum ad te Anna, vt annunciem Filiam naſcituram, qua Maria vocata ſuper omnes mulieres eris benedicta*, & D. Antoninus inquit. *Die qua nata eſt impoſitum eſt ei nomen Maria à parentibus ſecundum Angelicam reuelationem*, & D. Bonau. in Pſalt. *Benedictum ſit glorioſum nomen, quod os Domini mirabiliter nominauit*, & Fulbertus ait. *Euolutis ergo tot annorum curriculis Miſſus eſt Angelus Domini priùs ad Ioachim, demum ad Annam, nuncians ei naſcituram Filiam, & nomine Mariam, cui ſimilis Sanctitate, nec antea nata fuerit, nec poſtea naſceretur*, & Chriſtophorus de Caſtro ait. *Diuinitus reuelatum fuit parentibus nomen Mariæ*, & D. Petrus Damian. his verbis Mariæ nomen celebrat. *Iniji Deus concilium, fuit ſermonem cum Angelis de reſtauratione eorum, de redemptione hominum, de elementorum renouatione, ac illis ſtupentibus, & mirantibus præ gaudio de modo redemptionis, ſtatim de theſauro diuinitatis Maria nomen euoluitur*, & Sapientiſſimus Idiota lib. de contempl. Virg. cap. 5. Mariam alloquens inquit. *Dedit tibi Virgini Maria, tota ſu-*

4 p. tit. 15. cap. 14. ſer. de nat. Virg. BB. PP. to. 11 ſer. 2. de Annũc. in hiſt. Deip. cap. 2. num. 10.

tota ſuper Sancta Trinitas nomen, quod poſt nomen ſuper benedicti Filij tui, eſt ſuper omne nomen, vt in nomine tuo omne genuflectatur (vti manifeſtè patet) cęleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur Sanctiſſimi nominis gratiam, gloriam, & virtutem.

Mariæ nomen Dęmones cohercet, & Deus in honorem huius Sanctiſſimi Nominis Mariæ affluentiam gratiarum largitur, vnde D. Anſelm. inquit. *Velocior eſt nonnumquam ſalus, memorato nomine eius, ſcilicet Maria, quàm inuocato Nomine Ieſu Filij ſui, & id quidem non ideò fit, quod ipſa maior, & potentior eo ſit (neque enim ille magnus eſt, & potens per eam, ſed illa per ipſum) dicam quod ſentio; ſed Filius eius Dominus eſt, & iudex omnium diſcernens merita ſingulorum, dùm igitur ipſe à quouis ſuo nomine inuocatus non exaudit, iuſtè quidem facit: inuocato autem nomine Matris, & ſi merita inuocantis non merentur, vt exaudiantur, merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiatur*, & D. Germanus ait. *Tu nequiſſimi hoſtis contra ſeruos tuos inuaſiones, ſola tui nominis inuocatione Sanctiſsima repellens, tutos, atque incolumes ſeruas*, & Albert. Magnus. *Si illecebræ carnis te trahant, & ſuperantes iam ad illicitas delectationes te propellant, baptiza te in amaritudine maris, & nomina Mariam, & ſic pro certò in te experieris quod iuſtè vocatum eſt nomen Virginis Mariæ*, & D. Bern. inquit. *Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum: reſpice Stellam, voca Mariam, ſi iracundia, aùt auaritia, aùt carnis illecebra nauiculam excuſſerit mentis, reſpice ad Mariam, ſi criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fęditate confuſus, iudicij terrore perterritus, baratro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo, cogita Mariam in periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam inuoca non recedat ab ore, non recedat à corde*, Methodius. *Tuum Dei Genitrix nomen diuinis benedictionibus, & gratijs, omni ex parte refertum*, & D. Chryſol. nomen Mariæ vocat. *Dei ſacrificium*, & D. Chryſoſt. *Sunt nobis incantationes ſpirituales, ipſum nomen Mariæ: huiuſmodi incantatio non ſolùm Draconem à ſpeluncis abigit, atque ita in ignem conijcit, ſed, & vulneribus quoque medetur; hoc igitur ornemur ipſi, hoc tamquam muro nos muniamus.*

in tract. de exc. Virg. — *orat. 2. in Zon. Deip.* — *in cap. 1. Luc.* — *hom. 2. ſuper miſſus eſt.* — *in orat. hypopant.*

Et quod ad Sanctiſſimi Mariæ Nominis prolationem mortalis corpus inclinet, audite D. Petrum Damian. his verbis. *Exultate fratres, quia de domina illa ſermo ſuccedit, quæ ſingularem in cordibus noſtris ſibi vendicat principatum; hæc eſt ad cuius nomen corpus humiliter inclinatis, cuius horis reuerenter aſſiſtitis, cuius memoriam iugiter frequentatis.* Nec mirum hoc eſt cum altiſſimus Dei Filius ad eum humiliatus deſcenderit, audite Riccardum à Sancto Laurentio, quæ verba illa Iſa. 49. *Vultum in terram demiſſo adorabunt te.* Mariæ accomodat, & inquit. *Vultu in terram demiſſo adorabunt te, ſiquidem ex quo ad eam inclinati ſunt cęli, & Rex Cæleſtis ad eam deſcendit humiliatus, quod innuebat Angelus dicens, Dominus tecum*, Luc. 1. *Benè debemus nos miſeri viſa eius imagine, vel audito nomine, inclinari ad eam.* Accomodatque etiam Riccardus cit. Virg. verba illa Iſa. *Mibi curuabitur omne genu*, & ait. *Ante eius altaria, ſiue eius imagines, & cum recitatur nomen eius genuaflectere quia ipſa dicit cum filio*; Iſa. 45. *Mibi curuabitur omne genu*, & memorandum eſt id quod refert Surius tom. 24. Octobris in vita S. Gerardi de Vngaris vbi hæc ita ſcribitur. *Ipſo Authore ab Vngarica gente non pronuntiatur nomen ipſum Matris Dei ſed Dominam eam vocant, ſi ſit autem pronuntiatum illius nomen ſtatim flexis genibus, ac demiſſis in terram capitibus ſeſe inclinant, at adeò Pannonia à Rege ſuo Stephano, familia Sanctæ Mariæ appellata.*

ſerm. 2. in Annunc. B. M.

Riccardus à Sancto Laurentio ait. *Sicut nomen Ieſu mel in ore in aure melos, in corde iubilus, ſic, & Nomen Maria, & etiam amplius, ſi dicere audeamus*, & ita probat. *Ieſus enim quaſi ſuperbum nomen eſt, & nimium potens; noſtrum humilius nomen affectus decet, vt ſi in Ieſu, aùt deitatis, aùt ſexus virilis auſteritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam, in qua nihil horum ſuſpectum.*

l. 1. de laudib. Virg. c. 2.

DE MARIAE PROTECTIONE.

VT oſtendatur quàm magnum ſit Mariæ Patrocinium, & Protectio, non ſolùm Iuſtorum, ſed etiam peccatorum, ſufficiens eſſet Chriſti Genealogiam à D. Matth. Euang. cap. 1. enarratam legere, vbi quamplures peccatores inueniemus quod perpendens D. Hier. in dictum caput ita ait. *Notandum eſt in Genealogia Saluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum ſed earum, quas Scriptura reprabendit, vt qui propter peccatores venerat de peccatoribus naſcens omnium peccata deleret*, & D. Chryſoſt. explicans illa verba, Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar ait. *Quid agis homo? nobis talis recordationem infers hyſtoria, quæ adulterium turpe continetur? quid hoc verò res eſt? quia ſi nudi tantummodo hominis deſcriberetur genus, meritò hæc reticuiſſet, quia verò de incarnati Myſterio ſcribimus Dei non modò non tacere iſta, verùm oſtentare debemus, ſic enim magis virtus eius, ac pietas refulgebit, venit enim non vt noſtra fugeret opprobria, ſed vt ea potiùs extingueret, ſicut enim admirabilis iudicatur, non quia mortuus tantum, verùm etiam*

hom. 2. in Nat.

quia Crucifixus, & ſepultus eſt, quamquam eſt certè res iſta per ſe exprobatione pleniſſima, ſed quanto magis exprobabile illud eſt, tanto magis illum oſtendit de miſericordia glorioſum: ſic etiam in generatione illius dici poteſt, quod non ſolùm, quia ſuſcepit carnem, & homo factus eſt admiratione ſit dignus, ſed quia etiam natus tales progenitores habere dignatus eſt, nihil de noſtris vtilitatibus erubeſcens; idque ex ipſis naſcendi primordijs oſtendit, quàm nil eum pudeat omnino noſtræ carnis aſſumptæ. Et licèt diuina Scriptura Deut. 23. Ammonitæ, & Moabitæ ab ingreſſu Eccleſiæ Domini fuerint excluſi, his verbis. *Ammonites, & Moabites; etiam poſt decimam generationem non intrabunt in Eccleſiam Domini in æternum; quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua in via, quando egreſsi eſtis de Aegypto, & quia conduxerunt contra te Balam filium Beor de Meſopotamia Syriæ, vt malediceret tibi.* Merita tamen Mariæ tanta, ac talia ſunt, quod etiam diuinis legibus non obſtantibus, per eam venia concedatur, vt accidit Ruth Moabites, cui non ſolùm poſſe in Eccleſiam Domini ingredi conceſſum eſt, ſed etiam digna fuit reponi in Genealogia Chriſti, quæ Mariæ poteſtas diſpenſandi ſcilicet in diuinis Legibus fuit figurata in illa Arca fœderis, quæ continebat virgam, & Legem, quæ quidem Arca, vt volunt D. Ambr. Andrea Cretenſis, & D. Bern. fuit Typus Sacratiſſimæ Virginis Mariæ, vnde Eccleſia de ea canit. *Fœderis Arca.*

ſerm. 8 t. orat. 2. de dormit. ſer. 2. de nat.

Tigris licèt ſit crudeliſſimum Animal referunt tamen naturales, quod ſi ante illud ponatur ſpeculum ſtatim placatur, ita Deus aliquando, quaſi ſæua Tigris, & rabidus Leo contra peccatores indignatur, vnde per Oſeam cap. 13. *Ego ero eis quaſi Leena, & quaſi pardus in via Aſſiriorum occurram eis quaſi Vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & conſumam eos,* ibi quaſi Leo, beſtia agri ſcindet eos; vt ergo placari poſſit ſpeculum ante eum ponere neceſsè eſt, duo ſpecula ſunt in Cœlo, vnum, quo Pater Aeternus placatur, & eſt Chriſti humanitas, vt Dauid affirmat ijs verbis. *Reſpice in faciem Chriſti tui,* quàm humanitatem Aeternus Pater intuens illicò placatur, vnde idem ipſe Dauid de longè hoc ſpeculum intuens, quaſi Paradiſo tutus ſubdit, melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia, aliud ſpeculum eſt Maria. *Speculum ſine macula,* in quod conuerſus Dei Filius ſtatim placatur; vnde cum nos Mariam depræcantes dicimus. *Miſericordes oculos ad nos conuerte,* ipſa filium intuetur, qui illicò miteſcit, quod Deus ipſe promittit Geneſ. poſt diluuij punitionem dicens. *Statuam pactum meum vobiſcum,* & quod ſignum dabis nobis pijſſimè Domine? *Arcum meum ponam in nubibus Cęli,* hic arcus eſt Sacratiſſima Virg. vt omnes ferè affirmant Sancti Patres, quem intuens Deus omnem deponit cōtra hominem Indignationem, qui arcus formatur ex repercuſſione radiorum ſolarium in aliqua nubecula roſcida, dùm Sol eſt in occaſu, ita cum Sol Iuſtitiæ fuerit in occaſu roſcidum pietatis affectum erga roſcidam nubeculam Matrem emiſit, quæ ſtabat iuxta Crucem lachrymoſa conſecrans, & offerens ei dilectum Filium Ioannem. *Mulier ecce Filius tuus,* & tunc Maria ex pio Filij aſpectu, pulcherrima pietatis iris facta eſt, vnde meritò dicitur Mater Miſericordiæ.

Hugo Cardinalis in illa verba Eccl. 24. *quaſi Platanus, &c.* petit quare Deipara Platano aſſimiletur, & reſpondet, quia eſt Arbor habens folia velut tota ſcuta, vt ita oſtenderet, quod omnes, qui ſub patrocinio, & tutela. Deiparæ ſunt, offendi nullatenus poſſunt, quia innumerabilibus Mariæ ſcutis circumdantur, vnde Cant. 4. dicitur de Maria: *ſicut Turris Dauid mille clypei pendent ex ea,* & dùm Sacratiſſima Virgo nos defendit, erunt etiam in propugnatione noſtra Sancti Angeli, & Deus ipſe, quod figuratum fuit Gen. 28, dùm Iacob. iret Meſopotamiam verſus, vidit illam celebertimam ſcalam, per quàm Angeli aſcendebant, & deſcendebat, & Dominum innixum ſcalæ, vt Iacob non timeret conſiderans ſe, & Angelos, & Deū habere defenſorem, & expergefactus Iacob dixit. *Quam terribilis, eſt locus iſte verè non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta Cæli.* Iacob non dixit ſe vidiſſe Angelos, & Deum, ſed ſatisfuit dicere locum illum fuiſſe domum Dei, quod ibi ſcilicet Maria moraretur, vbi enim Maria, ibi, & ſcala, & Angeli, & Deus ipſe adſunt in noſtrum auxilium, ab hac Mariæ protectione, & deuotione omnibus viribus Dęmon nos auertere conatur, vnde Ioannes Apoc. cap. 13. dixit. *Et aperuit os ſuum blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum, & eos, qui in Cælo habitant.* D. Methodius Martyr per tabernaculum, Mariam intelligit, ſublata enim Mariæ deuotione, & protectione (quod abſit) victoriam de mundo Dæmon reportaret.

Statim, ac Sacratiſſima Virgo ad Dei Maternitatem fuit aſſumpta, omnium peccatorum protectrix effecta eſt, vnde dixit Diuus Bern. *Omnibus debitricem ſe fecit, omnibus miſericordiæ ſinum aperuit.* Ita Sacratiſſima Virgo peccatoribus patrocinatur, quod ipſummet Deum, qui olim terribilis atque formidabilis cunctis fuerat, miſericordem atq; mitem reddiderit, narrat

Plutar-

Digitized by Google

Plutarchus, mirabile quodam naturæ ſecretum, quod ſcilicet aqua maris cum ex ſe, ſit ſalſa, atque amara, vt dulcis, & ſapida reddatur docemur à natura, ponere hanc maris aquam in aliquod putiſſimæ ceræ vas, in quo aqua breui tempore dulcis, ac ſapida euadet, ita vt videatur quaſi cœleſtis ambroſia, ita quodammodo nos de Deo dicere poſſemus, quod antiquitus erat peccatoribus mare amariſſimum punitionum, atque vltionum, vnde dixit Oſea 14. *Pereat Samaria quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum*, vt ergo aqua hæc Deus ſcilicet dulcis, & miſericors redderetur eam ponere neceſsè fuit ſeù includere in virgineum vas viſcerum Mariæ, in quo vltionum amaritudines in dulciſſimum miſericordiarum mel commutatæ ſunt, vnde dicitur, *Dulcis eſt Dominus, &c.* quod Eſdra innuiſſe videtur iuxta Vatabli lectionem. *Mulier portentum pariet, & in dulces aquæ ſalſæ commutabuntur*. Naturalium rerum exploratores referunt, quemdam piſcem ſtellam vocatum inueniri, qui maximopere ardeat in aquis, cuius flammæ nullatenus extingui poſſunt, niſi (vt ait Greg. Papa,) alicuius puellæ Virginis capillis vinciatur, & tunc piſcis ardores, & flammæ euaneſcunt, ita nobis dicere licebit, Deum antiquitus fuiſſe ignem ardentem; dùm maxima indignatione in peccatores ferebatur, eos puniens, & affligens, vnde de eo dicebatur Deus noſter ignis conſumens eſt, perquirebant olim Patres Sancti, & elaborant hunc magnum vltionum ignem extinguere, nullumq; alium modum inuenire, potuerunt niſi eum Sacratiſſimæ Virginis capillis ligare, & ſtatim, ac fuit hiſce capillis vinctus, euanuit vltionum ardor, atque incendium, hoc innuere voluit Spiritus Sanctus dicens Cant. 6. *Coma capitis ſicut purpura iuncta canalibus*, quod alij legunt. *Coma capitis ſui ſicut purpura Rex ligatus in crinibus, & ita mitis effectus euanuit magnus ille vltionis ignis atque flamma*. Refert Plinius, corallum extra aquam ſolidum fieri, & obdureſcere, cum in aquis maris molle reperiatur, atque tractabile. Deus olim ita vltionis rubeum corallum erat, quod quamcumque offenſam durè vlciſceretur Sap. 18. durus debellator, & proiectus in maxe Sacratiſſimæ Virginis viſcerum ita flexilis effectus eſt, vt facilè noſtris præcibus flectatur, commulceaturque hoc videtur affirmare Iob 28. iuxta Vatabli lectionem. *Morabatur ſapientia in abſconditis corallia commutabuntur in comparatione illius*, & 70. legunt. *Ecce abſcondita concipiet, & corallia commutabuntur*. Immò ita per Mariam Deus effectus eſt flexilis erga peccatores, & tanto amore eos proſequitur, vt pro ipſis ſolùm veniſſe, & iuſti quaſi meritò de eo conqueri poſſe videantur, vnde de Chriſto ſcriptum reperimus, *hic peccatores recipit*, ad cuius rei veritatem confirmandam intuemini quæſo Petrum ter Chriſtum negantem Paulum Eccleſiæ inſectatorem, Matthęum Teloneарium, Zacchęum publicanorum Principem cum his menſam communicaſſe, non modò ſermones miſcuiſſe Chriſtum reperiemus, *hic peccatores recipit*, inuitauerat Simon aliquando Chriſtum, ad quod conuiuium accedens peccatrix Magdalena ſtetit retrò ſecus pedes eius, quàm libenter Chriſtus recipit, imò, vt nonnulli aſſerunt, Chriſtus noluit ad menſam accedere antequam Magdalena veniret, ſe inter peccatores videri cupiebat, eaque conſuetudine apprimè delectabatur, reſurgit Chriſtus à mortuis, & cum eum Magdalena perquireret ſub hortulani ſpecie ſe præbuit videndum cuius ad pedes volens ipſa aduolui, atque deoſculari, dixit Chriſtus. *Noli me tangere?* quare, *noli me tangere?* nonne pijſſimè Domine hæc eſt illa Magdalena, quæ ardenter, & perſeueranter te diligit? nonne in domo Simeonis, & tetigit pedes tuos, & lachrymis lauit, & capillis terſit? ſed reſpondet Chriſtus, licèt hoc veriſſimum ſit, tamen tunc peccatrix erat, modò eſt iuſta, & Sancta, vt oſtenderet Mariam peperiſſe Chriſtum totum pro peccatoribus: non enim iuſtos, ſed peccatores vocaturus venerat, ſed ne iuſti conquererentur, & à Dei Filio abeſſent, diuiniſſimam inſtituit Euchariſtiam, qua, & Chriſti Corpus, & Anima, & Diuinitas continetur ſub illis ſpeciebus Panis, & quæ quidem Sacroſancta Euchariſtia ita ſolùm pro iuſtis eſt, vt nullam in ea partem habeant peccatores, vnde in quoddam conuiuium (quod figura huius Sacramenti fuit) cum intraret quidam peccator dictum fuit ei, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem quaſi diceretur ei hoc conuiuium pro iuſtis eſt, non pro peccatoribus, & ideò eijcierunt eum foras id quod conceptis verbis, Rupertus Abbas explicat. *Chriſtus inquit Dominus in ſpecie Sacramenti ſe obtulit, vt etiam iuſti habeant occurſum ad Deum, ſicut peccatores ad Filium Mariæ.*

Et ſanè cum peccatores ſub Mariæ clypeo degunt, vel prope ipſam ſunt, cõfidentiùs agunt etiam cum eodem Chriſto Domino, mens eſt eiuſdem Anſelmi, qui ita rem exponit. *Ioannes Baptiſta ter habuit Redemptorem ſub pedibus ſuis, quando erat in vtero Matris in viſitatione, & non potuit ſuſtinere ideò exultauit infans, in Iordane habuit Chriſtum ſub pedibus ſuis, quando eum baptizauit, & ideò dixit non ſum dignus ſoluere calciamenta, in gremio Mariæ potuit ſuſtinere, quia homo in gremio Mariæ, eſt alter Dominus*, homo ergo cum ſit ſub Deiparæ protectione tutus aliquo modo eſt à diuinis vltionibus, hinc eſt, vt Ioannes Baptiſta tanta fiducia, tantaque familiaritate

Digitized by Google

tate ſit vſus cum Chriſto, nam cum Chriſtus ſe Dei Filium eſſe cognoſci voluerit reſplenduit facies eius ſicut Sol, quàm maieſtatem tres Apoſtoli intuentes, & contemplantes vix ea de Cœlo Patris audita voce. *Hic eſt Filius meus dilectus, &c.* ſuſtinere non valentes timoreque correpti ceciderunt in faciem, ſuper terram, at verò Ioannes Baptiſta cum eſſet in Iordane, & eamdem Patris vocem, teſtantis audiret. *Hic eſt, Filius meus dilectus:* non legitur timuiſſe, nec cecidiſſe, quod egregiè obſeruat, idem Rupertus. *Intonat*, inquit, *Deus de Cœlo in Iordane, hic eſt Filius meus dilectus, &c. nullus pauor emittit Ioannem Baptiſtam, intonat Deus de Cœlo in Monte Tabor; hic eſt Filius meus dilectus, & vnus Petrus, vnus Iacob, vnus Ioannes præcipuè Apoſtoli ceciderunt, quare? nimirum*, ſubdit Rupertus. *Ioannes Baptiſta habuit fortitudinem in brachijs, & in gremio Sanctiſſimæ Virginis.*

D. Petrus Damianus perquirens quomodo bonus Latro Animæ ſalutem adeptus, fuerit, dicit quod pergens Sacratiſſima Virgo ſimul cum puerulo Ieſu, & Sponſo Ioſepho in Aegyptum, inciderunt in Latrones, inter quos aderat, & hic bonus Latro, qui horum trium heroum diuini ſplendoris radios, qui ab eorum vultibus exibant intuens, & admirans, non ſolùm eis, non nocuit, ſed, & alijs Latronibus ſuaſit, ne nocerent, & humiliter adorans puerulum Ieſum dimiſit eos, hic ergo bonus Latro cum à miniſtris iuſtitiæ captus, & ad Crucem damnatus fuiſſet cum Chriſto in Caluario; intuens eum Beata Virgo gratiam efficacem ei impetrauit, vt ſaluaretur, audite verba D. Petri Damiani. *Idcirco reſpuit bonus Latro, quia Beata Virgo inter Crucem Filij, & Crucem Latronis poſita, Filium pro Latrone deprecabatur hoc ſuo beneficio antiquum Latronis obſequium recompenſans.* Imò D. Chryſoſt. dicit, quod cum bonus hic Latro in Cruce penderet, & Maria ſtaret iuxtà Crucem Filij, & Sol eſſet in occaſu, Virginis vmbra Latronem tangebat, quid ergo mirum? nam ſi Apoſtolorum vmbra ſanitatem conferebat, multò magis Animæ ſalutem Mariæ vmbra conferre poterat, quod contigiſſe huic bono Latroni incomperto eſt, vt ſic agnoſcerent omnes, quàm potens ſit Mariæ patrocinium, vnde D. Anſelmus dicebat. *Auerſus à Maria neceſsè eſt, vt pereat conuerſus ad Mariam impoſſibile eſt, vt pereat.* D. Bern. Senen. dicit, quod Beata Virgo depingi debet ad ſiniſtram partem Crucis Chriſti, qui in Cruce pendens faciem tenebat ad Orientem, & ſiniſtram ad Aquilonem, Aquilo enim ob nimium niuium rigorem, peccatoris eſt ſymbolum, in hac ergo parte depingi debet Virgo, vt pro peccatoribus intercederet, hæc ſunt verba Diui Bern. *Beata Virgo pingi debet ad ſiniſtram Chriſti, qui ſtans in Cruce faciem tenebat ad Orientem, & ſic ad ſiniſtram, ideſt ad Aquilonem ſtabat Virgo Beata, vt oraret pro peccatoribus.*

Ser. 5. art. 3. c. 2.

D. Anſel. ibidem. *Cur ſi duo Latrones in Cruce, Chriſto aſſociati, vnus tantum gloria Paradiſi dignus efficitur?* & reſpondet. *Pendebat ille vbi Virgo genuflexerat, & Virginis vmbra rapere Cœlum fecit.*

Hugo Cardin. in verba Ioan. 19. inclinato capite, &c. quærit, quare Chriſtus antequam è vita excederet inclinare voluit caput, & ita reſpondit. *Inclinato capite tradidit Spiritum, ideſt ex parte Matris ſuæ, quaſi diceret per ipſam veniam petite, ipſa eſt oraculum miſericordiæ.* Gen. 3. legitur mulierem fuiſſe formatam ex coſta Adæ, & numquam fuit dicta *Eua*, niſi poſt peccatum, Eua interpretatur. *Mater viuentium*, cum potiùs poſt peccatum dici deberet Mater morientium, nonnulli aſſerunt, quod Adam poſt peccatum vocauit vxorem ſuam, *Euam*, ob illuſionem, quemadmodum poſt diuini præcepti tranſgreſſionem dixit Deus Adæ. *Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis.* Ita Adam dixit vxori ſuæ, *ecce Eua*, quaſi diceret ex illa, quæ Mater viuentium cupiebat eſſe, nunc facta eſt Mater morientium, ſed communior opinio Sanctorum Patrum eſt quemadmodum Adam fuit figura Chriſti ita, & Eua Mariæ, Eua, ita vocata poſt peccatum, ita Maria Mater eſt omnium viuentium, & ipſiuſmet vitæ, & hoc poſt peccatum, nam ſi Adam non peccaſſet, Chriſtus, & vt plerique doctorum argumentantur carnem non aſſumpſiſſet, nec Maria Chriſti Mater fuiſſet.

Ioann. 14. vocans Chriſtus Petrum Apoſtolum interrogauit eum. *Petre amas me?* reſpondit Petrus, *Domine tu ſcis*, tunc dixit Chriſtus Petro, *paſce oues meas*, cur non dixit paſce hædos meos? hædis enim veluti puerulis magis conuenit nutrix, & rector, quàm ouibus, ſed animaduertendum eſt, quod ſicut per oues iuſti, ita per hædos peccatores intelliguntur, vnde Euang. 25. loquens de æterno Iudice in die illa tremenda Iudicij, dixit. *Statuet quidem oues à dextris, hædos autem à ſiniſtris*, at quia ſola Virgo, eſt peccatorum Protectrix, eique peccatorum patrocinium commiſſum iuxta illud Cant. 5. *Si ignoras te ò pulcherrima mulierum egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos meos*, ideò Petro Apoſtolo ſolùm dictum eſt. *Paſce oues meas*; vnde D. Bern. in Cant. inquit. *Quia Virgo peccatores à confeſſoribus derelictos in ſuo ſuſcepit gremio: ideò dictum eſt paſce hædos meos.*

Cęleſtis

Digitized by Google

Cęleſtis Sponſus cupiens Mariæ pulchritudines enarrare dixit. *Pulchra vt Luna*. Hugo Cardinal, hoc perpendens putat ex hoc præiudicium afferri Virginis meritis, cum Luna ſit ſymbolum inſtabilitatis, & mutabilitatis iuxtà Eccl. 27. *Stultus, vt Luna mutatur*, potiùs dicere Sponſus debebat pulchra, vt Sol, & eo magis, quod D. Ambr. dicit. *Quid ſplendidus ea, quam ſplendor elegit tanta eius pulchritudo, quod Sole lucentior extitit*. Quare ergo dicitur. *Pulchra vt Luna?* Gen. 1. dicitur, Deus duo luminaria creaſſe luminare maius, & luminare minus, illud vt præeſſet diei, hoc vt præeſſet nocti, & per luminare maius, Hugo Cardinalis intelligit Chriſtum. *Orietur vobis Sol iuſtitię Chriſtus Deus noſter*, qui diem iuſtos ſcilicet illuminat, per luminare minus Mariam, intelligit quæ noctem peccatores, ſcilicet illuminat, audiię Hugo Card. *Duo fecit altiſſimus luminaria, luminare maius hoc eſt Chriſtus, vt praeſſet diei, ideſt iuſtis, luminare minus eſt Virgo Maria, vt praeſſet nocti, hoc eſt peccatoribus*.

de laud. Mariæ.

in Gen. 1.

Vnaquæq; ſærè natio, Ciuitas, aùt locus, peculiarem aliquem ſanctorum in patronum ſibi eligere conſueuere, vt Hiſpani Diuum Iacobum Apoſtolum, Gallia D. Dionyſium, veneti Diuum Marcum Euang. & ſic de cæteris, quorum Sanctorum munus eſt, tales nationes, apud Cęleſtem Curiam defendere, & protegere, at Sacratiſſima Dei Mater, quæ Sanctorum omnium Regina eſt, ſuam protectionem, ac patrocinium ad omnes nationes, & gentes extendit, cunctos protegit, atque patrocinatur, ita inter alios ſentit Doctiſſimus Idiota contempl. de Virg. Mar. in Prolog. his verbis. *Cæteri Sancti iure quodam patrocinij pro ſibi ſpecialiter commiſſis plùs poſſunt prodeſſe in Curia Altiſſimi, quàm pro alienis; Beatiſſima vero Virgo Maria, ſicut eſt omnium Regina, ſic eſt omnium Patrona, & Aduocata, & cura eſt illi de omnibus*.

Hinc Salamon loquens de hac Sacratiſſima Virgine Cant. 4. hanc protectionem extollens dixit. *Collum tuum ſicut Turris Dauid, mille clypei pendent ex ea*, inſeruit collum, vt caput cum corpore vniat, caput eſt Deus, corpus eſt Eccleſia, ſeù fideles, quod nam Deum cum Eccleſia vnit niſi Sacratiſſima Virgo? vnde mediatrix inter Deum, & homines dicitur, mille clypei pendent ex ea, quia cæteri Sancti vnum ſcutum habent, vnam ſcilicet defendunt nationem aùt prouinciam, at à Deipara mille clypei pendent infiniti ſcilicet, quia cunctos protegit atque tuetur, vnde vt benè adnotauit Lucas Burgenſis, noluit Sacratiſſima Virgo puerum Ieſum in templo relinquere, vt dicitur feciſſe Anna, dereliquiſſe ſcilicet filium ſuum Samuelem in templo in manibus Sacerdotis Heli 1. Reg. 1. non reliquit Maria puerum Ieſum in templo, quamuis Deo dicato, quia erat templum tantum Hebræorum, at Virgo ſicuti eſt omnium protectrix ita peperit Saluatorem pro omnibus, hæc verba Burgenſis. *Oblatum Dominum puerum noluit Maria relinquere in illo templo, aùt commodare illi tabernaculo Domini, quemadmodum olim Anna Samuelem, non enim voluit eum Synagogæ proprium eſſe pepererat futurum Saluatorem totius mundi*. Sed vnde hoc? quia cura eſt illi de omnibus, hinc de ea dicitur Cant. 6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens pulchra, vt Luna electa, vt Sol*, Maria ſyderibus erratibus, & non fixis aſſimilatur, vt ſunt Sol, & Luna quæ totum orbē illumināt, cæteri Sancti ſunt ſydera fixa, quia ad vnam Vrbem, aùt Prouinciam protegendā incumbunt, Maria autem omnes tutatur, vnde Gabriel dixit Sancto Ioſepho Mariæ Sponſo. *Ioſeph Fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt pariet Filium*. Theophilat. ibidem perpendens hæc verba, ita inquit. *Non dixit pariet tibi Filium; ſed ſimpliciter pariet, non enim peperit illi, ſed toti orbi*. Vt ſic indicaret Mariæ eſſe curam de omnibus, quod etiam oſtenditur illis verbis Cant. 2. *Ego flos campi, & lilium conuallium*, campus hic eſt Sacratiſſima Virgo, & vt ait Bern. *Nec ſulcatus vomere, nec defoſſus ſarculo, nec fimo impinguatus, nec manu hominis ſeminatus*, & idem Sanctus Doctor ſubdit. *In horto flos clauditur, in campo exponitur*. Flos eſt Chriſtus, quem Virgo cunctis exponit, quia illi eſt cura de omnibus, & Sancta Eccleſia vocat Mariam Oliuam campi. *Quaſi Oliua ſpecioſa in campis*, quæ verba D. Anton. Archiep. Florent. expendens ait. *Ad Oliuam ſpecioſam in campis omnes poſſunt accedere, & accipere fructum eius ſic ad Mariam, & iuſti, & peccatores poſſunt accedere, vnde miſericordiam accipiant*. At licèt hoc veriſſimum ſit, negari tamen haud poteſt, quin Mariæ protectio ſpeciali quadam patrocinij ſignificatione, magis in aliqua peculiari vrbe reſplendeat, id quod in imaginibus etiam ſæpiùs eſt videre, per quas ſigna, atque miracula in dies patrare fons ipſa miraculorum dignatur: cum non omnibus ſuis Iconibus id concedat, inter cæteras namque orbis Ciuitates vnam Meſſanam legimus præcipua à B. Dei parente prærogatiua donatam, cum ei, vti à maioribus accepimus, & in dies ſignis comprobatum videmus erga eam effectum dulciſſimam quamdam ſummæ Protectionis Epiſtolam propria manu ſcriptam cuius exemplar non incongruum duxi hùc inſerere; nam peculiarem teſtatur eius in quoſdam benignitatem.

ſer. de Ieſu oblato.

ſer. 47. in Cant.

p. 3. tit. 31. c. 4. §.

EPI-

Digitized by Google



EPISTOLA
B. MARIAE VIRGINIS
AD MESSANENSES.

MARIA VIRGO, IOACHIM FILIA, DEI HVMILLIMA, vel, vt in quadam antiquiſſima Imagine legitur Græcis Characteribus, Humilis Ancilla Dei, Chriſti Ieſu Crucifixi Mater, ex Tribu Iuda, Stirpe Dauid Meſſanenſibus omnibus Salutem, & Dei Patris Omnipotentis Benedictionem.

VOS omnes fide magna legatos, ac Nuncios per publicum documentum ad nos miſiſſe conſtat. Filium Noſtrum Dei genitum, Deum, & hominem eſſe fatemini,& in Cęlum poſt ſuam Reſurrectionem aſcendiſſe: Pauli Apoſtoli electi Prædicatione mediante, viam veritatis agnoſcentes, ob quod vos, & ipſam Ciuitatem Benedicimus, cuius perpetuam Protectricem nos eſſe volumus.

MARIA VIRGO, quæ ſupra, hoc Chyrographum approbauit.

Et quàm

ET quamuis hic meum, non ſit, de veritate huius Epiſtolæ texere Sermonem, cum de eius
euidentia nullus apud me ſit ambigendi locus, huius tamen Sacratæ Epiſtolæ veritatem
euidenter patere fateor, tùm ex quampluribus gratijs, & miraculis per huius Sacræ Epiſtolæ
virtutem conceſſis, tùm etiam, ex Doctiſſimorum virorum auctoritate hanc veritatem affir- *lib. 14. de*
mantium, vt fuerunt celeberrimus ille Flauius Lucius Dexter, qui ob antiquitatem, generis *B.V. ho-*
claritudinem, hyſtoriæ veritatem apud omnes magnæ fuit venerationis, & floruit tempore *mil. 1.*
D. Hieron. Ioannes Carthagena, Franciſcus Arias, Alphonſus Villega, Martinus Nauarrus *l. de Imit.*
tract. de orat. & hor. Canon. cap. 21. *Virg. c. 30*
Thomas Tamaius in defen. ad Luc. Dex. Franciſcus Biuarius in notis ad Dex. ann. 86. ve- *in vita*
nerabilis Petrus Caniſius, Ioannes Bonifacius, Ioannes Burgheſius de bono ſoda. Doctiſſi- *Virg. c. 20*
mus Melchior Encofer Societ. Ieſu, de Epiſt. Virg. doctus ille vir Albertus Piccolus, Alexan- *lib. 5. de*
der Calamatus, Antonius Viperanus, Archangelus Ruffus in manuſcript. Chriſtophorus Ve- *B.V.*
ruchinus, Conſtantinus Laſcharis, Cornelius Muſſius, Felix Attolphus, Franciſcus Mauroli- *li. 1. hyſt.*
cus, Franciſcus Faſanus, Georgius Gualteri, Ioannes Maria Tarſia, Ioannes Petrus Odeſcal- *Virg. c. 18*
cus, Ioannes Paulus Ferrella, Ioannes Baptiſta Lauius, Ioannes Cammarota, Ioſephus Bon- *lib. 2. c. 1.*
filius, Laurentius Maſellus, Mutius Iuſtinopolitanus, Octauius Glorttius, Petrus Antonius
Spinellus, Philippus Gothus, Octauianus Præconius Archiep. Panorm. Silueſter Mauroli-
cus, Benedictus Saluagus, Ioannes Baptiſta Nouatus Mediolanenſis Relig. Cler. Miniſtran-
tium infirmis, de Eminent. Deiparæ, P. M. Philippus Salernus ab Alcara Ordin. Min. Con-
uent. S. Franciſci, & P. M. Philippus Cagliola à Melita eiuſdem Ord. Pater Marcellus Laurus
Societatis Ieſu, D. Marcus Manotopoli, & quamplures alij, & hi omnes, partim ex profeſſo
egerunt, partim verò ſaltem de huius Sacræ Epiſtolæ veritate meminerunt, illam approban-
tes, quis ergo tot, tantiſque Doctiſſimis Patribus, ac viris omni virtute, & Religione non ob-
ſcuris (niſi id zelo faciat veritatis indagandæ) contradicere audebit? ſi quis tamen eſt, ea in
re pertinax, fidem ſaltem præſtet antiquiſſimæ traditioni, quæ tantæ eſt auctoritatis, vt multa
ſint, quæ ad fidem, & Dei cognitionem nos conducant, & tamen non per ſacram Scriptu-
ram, ſed per traditionem habeantur; imò diuinus cultus abſque diuina Scriptura poteſt in
mundo conſeruari, ſed non abſque traditionibus, & hoc patet, quia ab Adam vſq; ad Moy-
ſem duo millia anni defluxere, & tamen tunc temporis multi fuerunt, qui verum Deum vera
Fide, ſpe, & charitate, & externis ceremonijs adorauere, ſed quomodo cultus hic diuinus ſpa-
tio duo millia annorum fuit conſeruatus? non quidem per ſacram Scripturam, quæ non dùm
reperiebatur ſcripta, ſeu per traditores, & à Moyſe vſque ad Chriſtum alij duo millia annorum
defluxere, & tamen inter gentiles multi veri adoratores fuerunt, ad hoc inducti, non lumine
ſacræ Scripturæ, quàm ignorabant, ſed traditionibus: imò ipſimet Hebræi licèt Scripturæ ſa-
cræ lumen haberent tamen ſequuti ſunt traditiones, & ipſemet Deus Deut. 32. has traditiones
ſuis commendat. *Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tibi, maiores tuos, & di-
cent tibi*, & per Iob 8. *Interroga generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam*;
& in Pſal. 77. *Quanta mandauit Patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis, vt cognoſcat generatio al-
tera, Filij qui naſcentur, & exurgent, & narrabunt ea Filijs*, & Eccl. 8. *Non te prætereat narratio
ſeniorum: ipſi enim didicerunt à Patribus ſuis*, imò per traditiones Catholica Eccleſia didicit Sa-
cram Scripturam eſſe diuinam, à Spiritu Sancto traditum, vnde ſi in ſtatu legis naturæ tradi-
tiones tolles, tolles pariter è mundo veri Dei cultum, ſi tolles in lege ſcripta, & mulieres abſq;
culpæ originalis remedio erunt: ſi tolles in lege gratiæ, ignorabitur, quæ Epiſtolæ erunt Ca-
nonicæ ab Apoſtolis traditæ, & quæ ab alijs ſub nomine Apoſtolorum, & ſic quomodo ve-
ram ſacram Scripturam, a falſa hæreticorum diſcernemus? attende ergo quantæ auctoritatis
ſit ipſa traditio, audi D. Chryſoſt. *Traditio eſt, nihil quæras amplius*. D. Athanaſ. *Traditionibus* *hom. 4. in*
inhæret, extra periculum eſt, & D. Baſil. *Apoſtolicum autem arbitror eſſe etiam in non ſcriptis tradi-* *c. 2. Ep. ad*
tionibus perſeuerare, & D. Hieron. *Traditiones Eccleſiaſticas, præſertim, quæ fidei non officiunt, ita,* *Theſſ.*
obſeruandę, vt à maioribus traditæ ſunt, & D. Aug. *In his, quæ per varia loca ſeruantur, vna hæc ſa-* *lib. de In-*
luberrima, regula ſeruanda eſt, quæ non ſunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent ali- *car. Verbi*
quid ad exhortationem vitæ, melioris vbicumque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolùm *lib. de Spi*
non improbemus, ſed etiam laudando, & imitando ſectemur. Quis ergo antiquiſſimam traditio- *ritu Sãcto*
nem Eccleſiæ Meſsanenſis, quæ fære ab exordio naſcentis Eccleſiæ ſeruata eſt celebris ſcilicet *Epiſt. 28.*
Sacratæ Epiſtolæ à Beata Virgine ad Meſsanenſem populum ſcriptæ negare audebit? vultis *ad Innoc.*
ne videre huius Sacratæ Epiſtolæ antiquitatem? legere vos quæſo non tædeat ſupradictos au- *ep. 119.*
ctores citatos, & præcipuè Doctiſſimum, ac Religioſiſſimum virum omni virtute præditum
Flauium Lucium Dextrum, Eccleſiaſticam Hyſtoriam deſcribentem, qui narrans res geſtas

Ddd Anno

Anno Domini octuageſimoſexto, ita inquit. *Apud Meſſanenſes celebris eſt memoria Beatæ Virginis Mariæ miſſa priùs ab eadem dulci Epiſtola*, & de rebus ſpectantibus ad annum 430. quo tempore ipſe Flauius Lucius Dexter floruit, ait.

Hoc tempore in Tabulario Meſſanenſi reperta eſt quædam Epiſtola Hebraicè, exarata à Beata Virgine ad eoſdem Meſſanenſes, & maximè dicitur. Quomodo tàm magnus vir, & doctrina, & pietate, & Religione præditus poterat mentiri? floruit hic Anno Domini 430. quo tempore florebant illa tria maxima Eccleſiæ luminaria, Hieronymus ſcilicet, Ambr. & Auguſt. ſi quæ Flauius Lucius Dexter tunc ſcribebat veriſſima non fuiſſent hi tres Sanctæ Eccleſiæ Doctores vtique confutaſſent, atque contradixiſſent, quos inter S. Hieronymi non eſt prætermittenda oculata ſolertia, qui vt in eius legitur geſtis færè omnes eius æui ſcriptores legerat, & vt emunctæ vir naris erroribus non parcebat, ſi quos offendiſſet veritati, aùt Religioni contrarios, adde etiam quod tunc multi aderant hæretici, qui omni diligentia, & ſtudio in res Catholicorum inquirebant, vt calumniatentur, & calumniati fuiſſent, ſi vera non ſcripſiſſet, hoc ergo poſito, magis, ac magis huius Sacræ Epiſtolæ veritas eluceſcit, nam hæc Epiſtola fuit data Anno Chriſti quadrageſimo ſecundo, & Flauius Lucius Dexter in ſua Hyſtoria, referens geſta anni octuageſimiſexti, inquit, *Apud Meſſanenſes celebris, eſt memoria Beatæ Virginis Mariæ miſſa priùs ab eadem dulci Epiſtola*. Quo tempore multi erant ſuperſtites à die datæ Epiſtolæ, & facilè tali aſſertioni Meſſanenſium contradicere potuiſſent, ſi vera non fuiſſent, vt veriſſima eſt, ad quod magis confirmandum; refert Doctiſſimus Enchofer Deum ob virtutem huius Sacratæ Epiſtolæ, quamplurimas fidelibus gratias conceſſiſſe, referam adhuc quæ Pater noſter No-
to. 2. de uarus, affert in confirmationem veritatis huius Sacræ Epiſtolæ; probat enim ipſe prædictam
Eminent. Epiſtolam verè à Beata Virgine fuiſſe exaratam, & primo ex auctoritate Flauij Lucij Dextri,
Deip. c. 1. ſecundo, inquit, veriſimile eſſe, quod Meſſanenſes, ex prædicatione D. Pauli fama Deiparæ
q. 25. adhùc ſuperſtitis ad ipſos delata, nuncios ad eam miſerint, & conſequenter omni cum probabilitate affirmari poteſt, ipſam ſcripſiſſe Epiſtolam, qua Meſſanenſem populum in ſui tutelam ſe recipere atteſtaretur, ſi enim Virgo etiam ad ſe non confugientes ſolet adiuuare, vt patet ex illis verbis. *Vinum non habent*, ſanè multò magis confugientes. Tertio Eccleſia multum fauere videtur huic parti, quia nunquam talem Epiſtolam improbauit, cuius hyſtoria publicè in Eccleſia Cathedrali Meſſanenſi depicta conſpicitur, imò indulgentijs, & gratijs locupletauit. Quarto, quando populus ad aliquem venerandum confluit, maximum illius ſanctitatis argumentum habetur, id enim ex Spiritus Sancti impulſu fieri exiſtimatur, ita cum prædicta Epiſtola ab vniuerſitate Meſſanenſi pro conſtanti habeatur, quod à Deipara conſcripta ſit, & hinc ad eam peculiari deuotionis affectu venerandam quàm plurimi excitentur, ſanè hanc excitationem Spiritu Sancto eſſe conijcere poſſumus, atque adeò cauſam talis venerationis in veritate fundari piè, & prudentiſſimè credendum eſt.

Nec mirum eſt quod Baronius exiſtimauerit Epiſtolam prædictam fuiſſe apocrypham, quia
to. 4 an- ad eius manus non peruenerat hyſtoria dicti Flauij Lucij Dextri: ipſe enim Baronius affirmat
no 392. Hyſtoriam Flauij Lucij Dextri in magnum damnum noſtrum, & nocumentum multum perijſſe; adhùc enim illo ſuperſtite nondum reperta fuerat, neque prodetat in lucem; ſed reuera talis Hyſtoria non perijt, de cuius veritate legatur Epiſtola, quàm conſcripſit Eutrandus Sancto Patri Regimundo Epiſcopo Illiberitano, quæ extat in principio dictæ Hyſtoriæ Flauij Lucij Dextri impreſſæ Cæſar Auguſtæ Anno 16 : 9. addo præterea multa eſſe, quæ Eccleſiæ authoritate, non ſunt determinata, vt certa, ſed adhùc ſunt veriſimilia, & probabiliſſima, vt patet in multis controuerſijs Theologicis, & moralibus, & de cætero argumentum à veriſimili multum valet ad indagandam veritatem, vt tradunt iuriſperiti, & benè perpendit Eucrardus
nu. 12.3. in ſua Topica loco à veriſimili hæc Nouatus. Addo quod multis ab hinc annis animaduerti,
pag. 78. quod huius Epiſtolæ veritas, videtur mihi ſe habere, ſicut, ſe habuit fides noſtra, in principio
& 79. naſcentis Eccleſiæ, nam tunc quanto magis Tyranni, Dei Eccleſiam perſequebantur, ſanguinem Chriſtianorum effundendo, eò magis fidelium numerus multiplicabatur, & Chriſtiana fides dilatabatur: ita quanto magis huius Sacratæ Epiſtolæ traditio oppugnatur, & contradicitur eò magis, & eius veritas in dies enitet amplificata eſt, & deuotio, & pietas fidelium creſcit, & dilatatur, neſcio ſanè quomodo calumniatores huic tantæ veritati luce ipſa clariori contradicere audeant, ſed ſi tùm ipſi, tùm etiam omnes alij maiorem deſiderant fortaſsè dilucidationem, legere eos non tædeat eruditiſſimum virum Melchiorem Enchofer Societatis Ieſu, cui me ſubſcribo, ſolùm ſubdam nonnulla, quæ quamplures Docti, ac Religioſi viri dixerunt, ſcripſeruntq; tùm quoad explicationem verborum huius Sacræ Epiſtolæ, tùm etiam quoad Mariæ protectionem, & Patrocinium erga Meſſanenſes.

Suſcep-

Digitized by Google

Suſceptâ à Meſſanenſibus Euangelica Fide Pauli Apoſtoli Prædicatione mediante, & audientes Mariam Dei Matrem adhuc ſuperſtitem eſſe, Senatus Meſsanenſis magna cum fide, animique conſtantia legatos miſit ad eam, vt ipſa teſtatur dicens. *Vos omnes fide magna legatos, ac nuncios ad nos miſiſſe conſtat.* Vt etiam refert Mutius Iuſtinopolitanus lib. 1. Sacr. cap. 13. his verbis. *Repleti gaudio Meßanenſes legatos inſtituerunt, qui vna cum ipſo Paulo Nauigio ſe Hieroſolymam contulerunt.*

Bis lego oratores miſſos fuiſſe ad Deiparam, è Cœlo ſcilicet, & à terra, è Cœlo à ſacro illo Senatu Sanctiſſimæ Trinitatis, quando miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem: à terra, à Senatu Meſſanenſi. *Vos omnes fide magna legatos, ac nuncios ad nos miſiſſe conſtat.* O eximia Vrbis Meſsanæ laus, quod primam cunctarum vrbium orbis ad Dei Matrem legatos miſiſſe conſtat.

Et cum perueniſſent Hieroſolymam, magna cum lętitia feſtinauerunt Domum Virginis, è cuius aſpectu, ea diuinæ ſimilis elucebat maieſtas, vt ad ſui adorationem omnes traheret, idcircò eam intuiti, non ſolùm propter Pauli Apoſtoli prędicationem, verùm, & propter ipſam pręſentiam, quę quamdam diuinitatis imaginem pręſeferebat, ad eius pedes proſtrati humiliter ſe, ſuam Patriam, liberos, eius tutelæ patrocinioque committunt ſempiterno, quem pium affectum intuens Deipara, vt oratorum petitionibus annueret, non ſolùm quod poſtulauerunt conceſſit, ſed dulci Epiſtola ad Meſſanenſes omnes manu propria ſubſcripta confirmare voluit, dicens. *Vos, & ipſam Ciuitatem benedicimus, cuius perpetuam Protectricem nos eſſe volumus,* hanc Virginis Protectionem, & Patrocinium pij oratores audientes, ineffabili credendum eſt lætitia exilijſſe, vnde mihi cum D. Amodeo homil. 7. de obitu Virg. liceat exclamare. *Beata gens, & felix generatio, quæ tali ſpectaculo meruit illuſtrari; quis vnquam ab ea ignarus cœleſtium myſteriorum abijt; quis non lætus, & gaudens ad propria redijt impetrato à Matre Domini, quod voluit.*

Vnde, vt quidam refert, dicere poterant. *Sic audiuimus, ſic vidimus*, Pſal. 47. audiuimus, inquam à D. Paulo Apoſtolo in diuinis eſſe Patrem, & vidimus, & legimus in hac dulci Epiſtola. *Dei Patris Omnipotentis benedictionem.* Audiuimus in Diuiniſſima Trinitate eſſe ęternam generationem, & in hac Epiſtola vidimus, & legimus. *Filium noſtrum Deum, & hominem eſſe fatemini.* Audiuimus Chriſti Natalem ex Tribu Iuda, & ex Stirpe Dauid, & in Epiſtola vidimus, & legimus. *Ex Tribu Iuda Stirpe Dauid.* Audiuimus Saluatoris Paſſionem, & in Epiſt. vidimus, & legimus. *Ieſu Crucifixi Mater.* Audiuimus Chriſtum, poſt tres dies reſurrexiſſe, & in Epiſtola vidimus, & legimus. *Poſt ſuam reſurrectionem.* Audiuimus Chriſti Aſcenſionem in Cœlum, & in Epiſtola vidimus, & legimus. *In Cœlum aſcendiſſe.* Audiuimus electorum prædeſtinationem, & in Epiſtola vidimus, & legimus. *Pauli electi.* Audiuimus Euangelicam Prædicationem, & in hac Sacra Epiſtola. *Pauli Apoſtoli electi prædicatione mediante viam veritatis agnoſcentes.*

O dulciſſima Deiparę Epiſtola, tot tantiſque diuinis myſterijs referta, ſed quod Sanctiſſima Dei Mater erga eam Meſſanenſium affectum, deuotionem, & fidem laudare, & extollere voluerit, hoc mirandum valdè eſt, olim Magnus Alexander, ſciens quod Homerus Princeps Poetarum Achillis facta, & actiones laudauerat, quaſi inuidens exclamauit. *O fortunate Adoleſcens, qui Homerum Praconem habere meruiſti.* Sed fęliciſſimus Populus Meſſanenſis, qui non Homerum, non vulgarem hominem, ſed Sanctiſſimam Dei Matrem ſuæ fidei præconem ſortitus eſt, D. Chriſoſt. loquens de Ioanne Baptiſta ab ipſo Saluatoris ore illuſtrato, dixit. *Quàm Beatus, qui talem meruit habere laudatorem*, ita, & ego de Meſſana loquens dicam. *Quàm Beata eſt hac Vrbs, qua talem habere meruit laudatricem, Mariam ſcilicet.* hom. 29. in cap. 11 Matth.

Sed perpendamus quæſo, quàm laudationem Dei Mater Meſſanenſibus tribuerit. *Vos omnes fide magna legatos, ac nuncios per publicum documentum ad nos miſiſſe conſtat.* Laudauit olim Paulus Apoſtolus Romanorum fidem, dicens. *Gratias ago Deo meo,* quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo, ſed non dixit, fides magna, *Fides magna,* magna inquam, fuit Meſſanenſium fides, nam tempore, quo vix Chriſti fides ab Hieruſalem exire, & dilatari cæperat, magna fuerit reperta in cordibus Meſſanenſium, ita vt omnes vnanimes, poſt receptum Euangelium, Pauli Apoſtoli Prædicatione mediante, ad Deiparam legatos miſerint; itineris laboribus, periculis multis, & tamquam magnanimi, magnis expenſis non parcentes, vt ad Dei Matris pedes, mediante oratorum legatione prouoluti, peruenire poſſent, & ab ea dulcem futuræ protectionis, & Patrocinij Epiſtolam impetrare, qua ab omnium hoſtium viſibilium, & inuiſibilium inſultibus, & à cunctis periculis ſe defendere valeant.

D. Chryſoſt. cum ab exilio ad ſuum Epiſcopatum remigraſſet, habens concionem ad po-

Digitized by Google

hom. ad po- pulum, vt fiduciam quàm iugiter in Deo habebat declararet, ita inquit. *Habeo ſcripturam*
pul. Ant. *Domini mei, manum ipſius teneo, ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſęculi; illa mihi cau-*
tio ſatis eſt, illa me ſecurum reddet, & intrepidum etiam ſi orbis terra commoueatur lego manum eius,
& ipſa eſt mihi murus inexpugnabilis, pari modo Meſſana dicere poteſt. *Habeo Scripturam Do-*
minæ meæ, manum ipſius teneo, illa mihi cautio ſatis eſt, illa me ſecuram reddet, & intrepidam, etiam
ſi orbis terra commoueatur, lego manum eius, & ipſa eſt mihi murus inexpugnabilis. Quaſi diceret,
armentur contra me omnes inimici exeant contra me omnes tartareæ legiones nil timebo,
nam. *Lego manum eius, & ipſa eſt mihi murus inexpugnabilis.* Etiam contra diuinæ indigna-
tionis ſagittas, nam ſi Deus, vt contra Hebræos ſcripſit Dauid Pſal. 105. *Dixit, vt diſperderet*
eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſset in confractione in conſpectu eius. Potuit hoc facere Moyſes
Dei ſeruus, quantò magis Dei Mater, vt ipſamet Meſſanenſibus promiſit dicens. *Cuius per-*
petuam Protectricem nos eſse volumus, & vt tantæ protectionis certiores eſſet Meſſanenſes, addi-
dit ipſa Sanctiſſima Mater. *Ob quod vos, & ipſam Ciuitatem benedicimus.* O magnitudo tantæ
benedictionis, ò centies, & millies fęlices Meſſanenſes, qui hac Sanctiſſimæ Dei Matris bene-
dictione digni fuerunt, & quid aliud eſt hoc, niſi Meſſanenſes omnes tutos reddere, (obſer-
uato Euangelio (conſequuturos in die illa tremenda Vniuerſalis Iudicij diuinam Benedictio-
nem, & auditutos à Chriſto Iudice. *Venite benedicti Patris, & Matris meæ poſſidere paratum*
vobis Regnum à conſtitutione mundi, ita vt fas mihi ſit, & verba D. Petri Damiani, ad fauorem
Meſſanenſium vſurpare, quod Deus non poteſt, non concedere Matri, quidquid ipſa pe-
ſer. 5. de tierit, hæc ſunt verba Damiani. *Quomodo illa poteſtas potentiam tuam poterit obuiare, quæ de car-*
Nat. *ne tua carnis ſuæ ſuſcepit originem?* & paulo inferiùs ſubdit. *Accedis ad aureum diuinæ ſeuerita-*
tis Tribunal non rogans, ſed imperans Domina, non Ancilla, & in eodem loco. *Data eſt tibi omnis*
poteſtas in Cœlo, & in Terra, & nil tibi impoſſibile, cui poſſibile, eſt deſperatos in ſpem ſalutis releua-
re, hinc D. Ephrem in throno ſic vocauit Mariam. *O Sacratiſsima deſperantium ſpes, & dam-*
in li. Reg. *natorum Patrocinatrix*, & D. Anſel. vt refert Mend. inquit. *Qui ad Mariam acceſserit impoſsibi-*
to. 4. li. 2. *le eſt, vt pereat*, & idem Anſelm. Mariam alloquens, ait. *Tantummodo itaque velis ſalutem no-*
publ. 9. *ſtram, & verè, nequaquam ſalui eſse non poterimus*, & B. Bern. idem his verbis affirmat. *Ipſa te-*
de excell. *nente non corruis, ipſa protegente, non metuis ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia peruenis.* In die
Virg. c. 121 illa tremenda Iudicij ſalui, & ad gloriam prædeſtinati vocabuntur his verbis à Chriſto Iudice.
ſer. 2. ſu- *Venite Benedicti Patris mei percipite Regnum*, hacmet benedictione vocabuntur Meſſanenſes.
per miſsus *Meſsanenſibus omnibus ſalutem, & Dei Patris Omnipotentis Benedictionem*, hinc Maria Meſſanen-
ſes omnes tamquam dilectos Filios benedicit. *Vos, & ipſam Ciuitatem benedicimus cuius perpe-*
tuam Protectricem nos eſse volumus. Olim Deus volens vniuerſo orbi amorem ſuum pateta-
cere, ſcripſit ei Epiſtolam, vt refert D. Chryſoſt. his verbis. *Litteris ad eos tamquam longè à ſe*
ſer. 30. de *poſitos, & epiſtolis vtitur, quibus eos amicitiæ, & familiaritatis admoneat; primam quidem Epiſto-*
ieiun. *lam per Moſen direxit; continet Epiſtola, in principio creauit Deus Cęlum, & Terram.* Ita, & Dei-
para, vt ſuum affectum, ſuamque protectionem, ac Patrocinium Meſſanenſibus omnibus
demonſtraret, dulcem eis Epiſtolam ſcribere voluit. *Maria Virgo Meſsanenſibus omnibus ſalu-*
tem, & Dei Patris Omnipotentis benedictionem, & ſi Deus vniuerſo ſcripſit orbi, & Maria ſcrip-
ſit Meſsanæ, quaſi eſſet alius orbis, hoc tamen diſcrimine ſcripſit, quod Deus per Moyſen, eò
quaſi ſcriba vſus eſt. *Primam quidem Epiſtolam per Moſen direxit*, at ſacra, & dulcis Epiſtola ad
Meſsanenſes non per alicuius manum, ſed per ipſammet Sacratiſſimam Deiparam ſcripta fuit.
Meſsanenſibus omnibus ſalutem, Dei Patris Omnipotentis benedictionem, vos, & ipſam Ciuitatem
benedicimus, cuius perpetuam Protectricem eſse volumus.

Pulchra Heſter deprecata eſt Aſſuerum, vt ſua noua Epiſtola, omnes retroſcriptas literas
contra Iudæos, tamquam abrogatas haberet, ita ſcribitur Heſter 8. *Si placet Regi, & ſi inueni*
gratiam eius, obſecro, vt nouis Epiſtolis veteres Aman litteræ inſidiatoris, & hoſtis Iudæorum, quibus
eos in cunctis prouincijs perire præceperat, corrigantur, & ſubdit ipſa Heſter. *Quomodo potero ſu-*
ſtinere necem, & interfectionem, populi mei? Ita antequam Meſſana fidei lumen reciperet, quot
putatis Epiſtolas ſuperbus ille Aman (Lucifer ſcilicet) contra eam deſcripſerat? ſed pulcher-
rima Maria, quaſi altera Heſter Meſſanæ erumnas, & pericula commiſerata, non ſolùm æter-
num Regem, vt nouis Epiſtolis veteres corrigantur, deprecata eſt, ſed ipſamet manu propria
tamquam Dei Mater ad Meſſanenſes omnes Sacram, dulcemque Epiſtolam ſcribere dignata
eſt; quaſi diceret, quomodo potero ſuſtinere necem, & interfectionem populi mei, per quam
Meſsanenſis Populus peculiaris Mariæ eſſe declaratur. *Cuius perpetuam Protectricem nos eſſe*
volumus. D. Paulus Apoſt. dixerat 2. Cor. 3. *Non egemus ſicut, & quidam commendatijs lite-*
ris. Cuius rei cauſam ſubdens ait. *Nam Epiſtola noſtra eſtis vos.* Ita profectò Meſſanenſes
omnes

omnes poſſint dicere, Cęleſtem Regem alloquentes, non egemus ſicut, & quidam commendat ijs literis nam Epiſtola noſtra Maria eſt, ipſa nos protegit defendit, & patrocinatur. *Cuius perpetuam Protectricem nos eſſe volumus*, hinc Meſſanenſes omnes cum Theodoreto, vt refert Gloſa, poſſunt dicere. *Non opus habemus literis, res enim ipſa ferunt nobis teſtimonium, & animatam habemus Epiſtolam, qua nobis noſtra commendet.* ord. 2. ad Cor. c. 3.

Iudic. cap. 4. refertur, quod dùm contra Siſaram fuerit miſſus Dux Barac, dictum fuit ei, *Victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Siſara*. Ita, & de Meſſanenſi Populo in tot, tantiſque eius glorioſis triumphis, quos de inimicis iugiter reportaſſe legimus, dicere poſſumus. *Victoria non reputabitur tibi, in manu Maria tradetur hoſtis*, & inter innumerabiles færè Meſſanenſes de hoſtibus triumphos, & victorias; veniat quæſo in mentem, crudele bellum, quod contra Mamertinos olim mouit Rupertus Dux Calabriæ, qui magno accenſus furore, magnoque exercitu, & impetu Meſſanam aggreſſus eſt, & dùm eam capere deprædari, & demoliri pro certò cogitaret, & Mamertinus Populus contra Ruperti furorem, ac rabiem nullam ſalutis ſpem, aùt effugium haberet. *Ciuitate forti obſidione cincta, inſtanti impetu muros, & mœnia, arietauit, quaſſauit*. Ita refert Incofer ver. vind. fol. 305. tunc in ſumma Turri ipſamet Sacratiſſ. Virgo apparuit, tamquam Meſſanæ Protectrix candida veſte amicta, vexillum ferens, è cuius Sacratiſſimo vultu innumerabiles ſplendoris radij fulgurabant, quæ ita hoſtes cunctos perterruit, vt omnes ſe fugæ dederint, & Meſſanenſis Populus glorioſam victoriam reportauerit, his verbis Inchofer cit. hoc narrat. *Tùm in ſumma Turri comparuiſſe Virginem Vrbis Tutelarem, candida amictam palla, manu tuliſſe vexillum, fulgurantem radios: oculos aduerſariorum perſtrinxiſſe*, & hoc videtur prædixiſſe Habacuc cap. 3, *In luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplendore fulgurantis haſta tua*, & ſi Ioſaphat Rex, vt narratur 2. Paralip. 17. ita cunctos populos, nationes, ac Regna perterruerat, eò quod Regnum ſuum libro quodam munierat. *Factus eſt*, ait Textus. *Pauor ſuper omnia Regna, nec audebant bellare contra Ioſaphat*. Sed vnde hæc Ioſaphat fortitudo? ſubdit Textus. *Trahentes librum legis circuibant ſingulas Ciuitates, atque erudiebant populum*, vnde D. Bern. vt refert Bonif. *Sacris voluminibus etiam, vt armis ſæpenumero vſus eſt Deus, quibus, & Reges terrefacit, & Regna*, quomodo ergo Meſſana, hac Sacratiſſima Dei Matris Epiſt. non tuta, & contra omnes hoſtes, & aduerſarios non optimè munita jugiter non permanebit? 1. ad Theſſ. 5. D. Paulus ſcribens ad Theſſal. ait. *Adiuro vos per Dominum, ut legatur Epiſtola hæc omnibus Sanctis Fratribus*. Idem Meſſanenſes omnes alloquens dicam, adiuro vos ò Meſſanenſes per Dominum, vt legatur Epiſtola hæc Mariæ cuius monita memoria retinere vos deprecor. Sed video æquo plùs calamum, in hac Epiſtola ad Meſſanenſes tractatione excurriſſe, quod licèt pietati, & patriæ amori condonandum ſit, non fuit tamen præter propoſitum inſtitutum, cum, & in efficaci Virginis protectione perſtiterimus, & adhibito peculiari Meſſanæ exemplo comprobauerimus. lib. 2. perf. Eccl. ep. 117

DE MARIA DEI MATRE.

Licèt Sacratiſſimæ Virginis Mariæ encomia magnitudines, & excellentiæ ſint fætè innumerabiles, quod tamen Dei Mater ſit, excedit omnem hominum, & Angelorum intelligentiam, & quidquid de ea vnquam dici poſſet, hoc D. Anſelmus, his verbis teſtatur. *Hoc ſolùm de Sancta Maria Virgine prædicare, quod Dei Mater eſt, excedit omnem celſitudinem, quæ poſt Deum dici, vel cogitari poſſit*, D. Aug. inquit. *Tanta eſt Virginis dignitas, eò, quod Mater Dei ſit: vt planè excedat, non ſolùm omnium hominum dignitatem, verùm etiam Angelorum, cum longè præſtabilius, & excellentius ſit eſſe Matrem Principis, quàm miniſtrum; tantò enim perfectior vnaquaq; res appellatur, quanto magis vnitur, & coniungitur Deo, qui eſt ſumma perfectio.* li. de exc. Virg. c. 6. lib. 3. de ſymb. ad Cathec.

Dionyſius Richelius, hæc habet. *Quod Maria Mater Dei ſit, tantam dignitatem continet, quantam ne ipſa Virgo percipere poteſt, niſi contempletur Dei eſſentiam.* de laudib. B. M.

Petrus Cellenſis ait. *Si Cęli Reginam, ſi Angelorum Dominam, vel quodlibet aliud excellentiſſimum, tàm ab humano corde quàm ore excogitatum protuleris non aſſurget, non aſſurget ad hunc ſuper indicibilem honorem, quo creditur, & prædicatur Dei Genitrix.* de panib. c. 12.

Caniſius de Deip. inquit. *Nihil ergo mirum à veteribus tria numerari, quæ tanta ſint, vt ne diuina quidem potentia, maiora illis in ſuo quoque genere effici poſſint, nempè humanitas Chriſti, Maternitas Virginis, & eſſentialis Beatorum gloria, qua in aperta ſummi boni contemplatione conſiſtit.* Et hæc Mariæ dignitas in aliquo ſenſu poteſt dici infinita vt à D. Thoma dicitur, cuius verba hæc ſunt. *Humanitas Chriſti ex hoc quod eſt vnita Deo, & Beatitudo creata, ex hoc, quod eſt fruitio Dei, & Beata Virgo ex hoc quod eſt Mater Dei habent quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod* li. 4. c. 23. 1. p. q. 25. ar. 6. ad 4

to, quod eſt Deus, & ex hac parte non poteſt fieri melius eis, ſicut non poteſt aliquid eſſe melius Deo, & D. Bonau. *Ipſa eſt Mater, quæ tali Filio eſt decentiſſima ipſa eſt Mater, cui talis Filius decentiſſimus fuit, ipſa eſt qua maiorem Deus facere non poſſet, maiorem mundum poſset facere Deus, maius Cœlum poſset facere Deus, maiorem quam Matrem Dei non poſset facere Deus*, hinc fit quod Diuus Matth. Euang. poſt quam Chriſti Genologiam ſcripſerit, volens tandem de Virgine loqui, dixit tantum, *de qua natus eſt Ieſus*, quaſi diceret ſufficit Mariam Chriſti Matrem eſſe affirmare, audite Beatum Thomam de Villanoua. *Sancti Euangeliſtæ de eius laudibus ſilent quoniam ineffabilis eſt eius magnitudo; ſatisfuit de ea dicere, de qua natus eſt Ieſu*.

In ſpecul. Virg. c. 8.

ſer. 2. de nat. Virg.

Ezechiel cap. vlt. deſcribens magnam Ciuitatem, muris fortiſſimis munitam, magnifico templo decoratam, ac Regio Principis Palatio ornatam, & omnia, quæ ad perillustrem, & celeberrimam Ciuitatem pertinent; cupiens tandem huic Ciuitati nomen tribuere dixit. *Et nomen Ciuitatis illius ex illa die (Dominus ibidem,)* quaſi diceret, omnes magnitudines, & excellentiæ huius Vrbis ortum habent ex eo, quod Dominus habitat in ea, ita accidit Mariæ de qua dicitur. *Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei*, tanti fecit Chriſtus hanc Maternitatem, quod ne talis conceptus, apud alios imminueretur, potiùs voluit, quod Dei Filiationis gloria occultaretur, cum Chriſtus clauis affixus penderet in Cruce, vndequaque pœnis, & martyrijs afflictus, & cum audiret Hebræos dicentes. *Si Filius Dei es, deſcende de Cruce, & credimus tibi*, noluit tamen deſcendere, ſed inclinato capite tradidit ſpiritum, quare è Cruce non deſcendiſti piiſſime Domine, vt Dei Filius habereris? ſed mihi videtur Chriſtus reſpondere dicens, *ſi è Cruce deſcendam*, me Dei Filium eſſe fatebuntur Hebræi, ſed non credent me eſſe Filium Mariæ, cum apud Hebræos impoſſibile ſit, quod aliquis ſit Filius Dei, & Filius hominis, Filius Creatoris, & Filius Creaturæ, ſi non deſcendam, me Mariæ Filium eſſe exiſtimabunt, & non Filium Dei, non ergo Maternitatis dignitati præiudicium afferam, nolo è Cruce deſcendere, audite D. Hildelfonſum ibidem. *Noluit è Cruce deſcendere, vt ſe verùm hominem, & Mariam veram Matrem demonſtraret*. Et vt hoc magis pateat, attendite duo egreſſus Chriſti deſcribuntur; primus è Cœlo in vterum Virginis, ſecundus ex vtero Virginali ad Crucem, de primo egreſſu præ nimio deſiderio ingrediendi in vterum Virginis, ſcribitur deſcendiſſe tanta celeritate, vt videretur alas habuiſſe, *Exultauit, vt gigas ad currendam viam, Pſal. 17.* at de egreſſu ex vtero, vt ad Crucem pergeret, & redemptioni fine daret, tanta dulcedine in illo Virginali vtero fruebatur, vt viam egrediendi ignorare videretur, ita vt fuerit opus, quod Pater Aeternus ex vtero extraheret eum, de quo conqueritur Chriſtus Pſal. 137. *Quoniam tu extraxiſti me de vtero Matris meæ*, quare hoc? vt videretur quanti Chriſtus faceret Virginis Maternitatem, egrediens enim è Cœlo, Patrem, at egrediens ex vtero Virginali, Matrem relinquebat, audite D. Ambr. *Tanta erat in vtero Virginis pulchritudo, quod niſi Pater Cœleſtis inferret ſibi vim, ab illo exire omnino nequiret*.

ſerm. 28.

Tanti facit Chriſtus Filium eſſe Virginis, vt omnes honores, & magnitudines quarum particeps Virgo non fuerat, Chriſtus reſpuerit, vt colligi poteſt ex Ioan. 6. & ex Luca 4. Ioan. 6. videntes Iudæi ſigna, & prodigia, quæ faciebat Ieſus, perrexerunt ad eum, vt facerent Regem, at Chriſtus reſpuens hos honores fugit in montem ipſe ſolus, at in Præſepe Bethleem; cum eſſet cum Maria, voluit, & à paſtoribus, & à Regibus adorari. *Intrantes Domum inuenerunt puerum, cum Maria Matre eius, & procidentes adorauerunt eum*, quare hoc? quia cum Iudæi voluerint regio honore afficere Chriſtum, abfuerat tunc Maria, ideò reſpuit Chriſtus tales honores, at in Præſepe aderat Maria, ideò permiſit adorari, vt agnoſceret mundus quanti Chriſtus æſtimaret Filium ſe eſſe Virginis, audite D. Militonem. *Noluit in deſerto coronari, voluit in Præſepio adorari, quia ibi Maria Mater eius, non erat hic autem habebatur*.

ſer. 5. de Dom.

Tanti fecit Chriſtus Matrem, quod præceperit omnibus, vt Mariam tamquam Dei Matrē venerarentur, & numquam eam à Filio ſepararent, & quia ſemel inopinanter, Petrus Apoſtolus talibus honoribus Mariam non affecit, permiſit Chriſtus Petrum inculpam negationis incidere, dùm enim in Monte Tabor Chriſtus transfiguratus eſt, Petrus intuens Chriſti Gloriam, dixit. *Bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum*; & nullam fecit prorſus mentionem de Maria, ideò dedignatur Chriſtus contra Petrum, qui ſaltem dicere debebat, faciamus hic quatuor tabernacula, tibi vnum, Mariæ vnum, Moyſi vnum, & Haliæ vnum, & propter hoc inquit D. Chryſoſt. ibidem, Petrus incidit in negationem, audite verba Chryſoſt. *Non nam in Monte Transfigurationis in me peccaſti cum velles tria tabernacula fabricare, & me ſine Matre mea in eodem ordine cum amicis meis collocare? ideò negaſti*.

Hanc Mariæ Maternitatem tanti Chriſtus fecit, quod maior pœna, quàm Chriſtus per totum vitæ

tum vitæ curſum ſenſerit, fuit inuenire modum, quo ad Cęlum regredi, & in Sacratiſſimo Virginis vtero commemorari potuiſſet, & vt Cęlo, & Matri ſatisfaceret, diuiniſſimam inſtituit Euchariſtiam, ita ſenſit Diuus Ambroſius, in illa verba Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, hæc ſunt verba Ambr. *Quod in cęna geſſit, hoc totum dico, quare vt ſacrata puella viſcera denuo viſitaret*. Imo in tota Chriſti paſſione, hoc ſolùm attulit Chriſto conſolationem, conſiderans ſcilicet ſe eſſe Filium Mariæ, quod ſi perquires; quando Maria receperit Diuiniſſimam Euchariſtiam, cum abfuerit à Cęnaculo, vbi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum fuit inſtitutum, & Diſcipulis traditum? pro reſponſione conſiderandum eſt, quod proditor Iudas, qui cęnæ, adfuit non ſe communicauit, quoad Chriſti corpus; licèt inuitus ſanguinem biberit, vt ait Theoph. in Matth. 26. his verbis. *Iudas panem accepit, & occultauit, vt oſtenderet Iudæis, quod corpus ſuum panem vocaret Ieſus, poculum autem inuitus bibit, quia non habebat vnde occultaret*.

Cum ergo Ieſus ante Hebræos duceretur, vt ad mortem damnaretur, tunc Hebræi porrigentes Chriſto illum ſacratum panem ob deriſionem dixerunt ei, accipe hunc panem, quem corpus tuum eſſe dicis, cui minimè credimus, imò, hoc tuo pane mortem tibi inferemus, mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium; accepit ergo Chriſtus hunc diuinum panem, eumque conſeruauit quouſque Maria obuiám venerit ei in via, dùm ad Caluarium ducebatur, vt crucifigeretur, eique panem illum diuinum tradidit Chriſtus, ita ſenſit Pater Riberius his verbis. *Tunc ſacratæ puellæ viſcera viſitauit, quando in via Crucis Filij ſinum amplectendum buccellam priùs Iudæ traditam, Matri commendauit*. Tanti fecit Chriſtus ſe eſſe Filium Mariæ, vt quodammodo potiùs Dei Filium ſe eſſe, quàm Matræ voluerit occultare, cum enim duceretur Chriſtus ad Lazari ſepulchrum, vt ad vitam eum vocaret, opus diuinæ Potentiæ exercens, & quod ad patrem attinebat, tunc lachrymatus eſt Ieſus, at cum idem Chriſtus damnaretur ad mortem, hoc magnam attulit Chriſto lætitiam, & conſolationem, ita aſſerit Diuus Paulus ad Hebræos 12. *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem*, & tamen eò tempore mors Crucis, ita ignominioſa, & opprobrioſa erat apud omnes, vt de ea fuerit ſcriptum Deut. 21. *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*, quare ergo lachrymatus eſt, Chriſtus, cum opus diuinæ Potentiæ exerceret, & lætatus eſt cum iret ad Crucem, quod eſt effectus humanitatis cui Deus non ſubiacet? quia nimirum per illud opus diuinæ potentiæ, Chriſtus ſe eſſe Dei Filium declarabatur, at per mortem ſe Filium eſſe Mariæ declarabatur, audite D. Hidelphonſum his verbis. *Vt te veram Matrem oſtenderet, ſe verùm Filium patiendo tormenta monſtrauit*, & Pater Ponferradiens 7. die ait. *Benignus atque amantiſſimus Filius, qui maluit paternitatem diuinam celare; quàm temporalem maternitatem*. q. 2. or. 5. ſer. 2. de nat. Virg.

Huius maternitatis excellentiam ex verbis Archangeli Gabrielis aptè poſſumus conſiderare, dixit enim Gabriel Mariæ, *Dominus tecum*, ſi Gabriel diuina præſentia fruebatur, quare ergo non dixit Dominus nobiſcum D. Tho. reſpondet his verbis. *Aliter eſt Dominus cum Beata Virgine, aliter cum Angelo, quia cum ea, vt Filius, cum Angelo, vt Dominus*. Ex quo clarè videtur Maternitatis excellentia; Dei enim Filius obediebat Mariæ tamquam Filius Matri, vnde Lucæ cap. ſcribitur. *Et erat ſubditus illis*.

Omnes færè Pictores cunctis imaginibus ab eis depictis ſubſcriptionem per tempus imperfectum addere ſolent: hinc de Apelle dicitur. *Pingebat Apelles, Apelles pinxit*, & hoc vt denotaret, quod ab alio pictore ſe excellentiori poterat ſuperari, nam ſi præterito perfecto vſus fuiſſet, vtique oſtenderet imagines ab eo depictas, ita perfectiſſimas fuiſſe, quod nullus alius pictor ijs perfectiores depingere potuiſſet, vt refert Pauſania, Phidiam feciſſe, qui cum quoddam Iouis ſimulacrum efformaſſet, hanc ei poſuit ſubſcriptionem. *Phidias Carmidæ Filius Athenienſis me fecit*. Ita in creatione omnium rerum huius mundi vtitur Scriptura tempore imperfecto, dicens, Prou. 8. quando præparabam Cęlos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat, abyſſos, quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum, quando circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, quando ponebat fundamenta terræ; at loquens diuina Scriptura de Virginis exaltatione ad Dei Maternitatem, tempore perfecto vtitur, vt oſtenderetur, quod maiorem Matrem, quàm Matrem Dei facere Deus, non poteſt, audite Hierem. 31. *Creauit Dominus ſuper terram, mulier circumdabit virum*, non dicit creabat in tempore imperfecto; *ſed creauit*, in tempore perfecto, quaſi diceret perfectior creatura Dei Matre, creari non poteſt, quod innuere voluit Archangelus Gabriel Lucæ cap. 2. dicens. *Spiritus Sanctus ſuperuenit in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, nam Verbum, *Obumbrabit*. Theophil. apud Maldon. ibidem ex Græco legit. *Extrema picturæ lineamenta ducet*.

Refert

de cohibē. iracun. Refert Plutarcus, Imperatorem Neronem ſericum quoddam operimentum tot, tantiſque pretioſis margaritis acu pingi iuſſiſſe, quod omnes, qui illud intuebantur in admirationem induçebat, ita vt omnium humanarum diuitiarum miraculum maximum videretur, quod operimentum, cum Imperator oſtenderet Senecæ, illud ex omni parte conſiderans, & admirans, dixit tandem ſapiens ille Neroni. *Declaraſti te eſſe pauperem.* Quaſi diceret, priùs habebaris à cunctis diuiſſimus, at modo cum nobiliſſimum hoc operimentum omnibus tuis pretioſis gemmis, ac margaritis condecorari volueris, te verè pauperem vocare coactus ſum, ita quodammodo poſſumus dicere cęleſti Imperatori, qui tot, tantiſque donis, ac cęleſtibus gratijs Sanctiſſimam Dei Matrem condecorauit, quod maiorem Matrem facere non poteſt, & de eo aliquo modò poſſumus dicere. *Declaraſti te eſſe pauperem.* Nam quid gratiarum cuilibet Dei amico, & omnibus Sanctis ſimul conceſſum vnquam fuit, hoc omne, & cuncta, quæ creaturæ ab infinita Dei potentia concedi poſſunt, vbertimè Sacratiſſimæ Dei Matri conceſſa fuere, hinc perquirens Beatus Petrus Damianus, quare Beata Virgo, dùm vixerit, non legitur, (vt de alijs Sanctis) aliqua effeciſſe miracula, cum ipſa ſit omnibus Sanctis Sanctior, & reſpondet Beatus Petrus in vita S. Rodulph. cap. 11. his verbis. *Maria in ſolo partu, quem edidit, omnium proculdubio Sanctorum virtutes, & ſigna precellit.* Quaſi innueret, ex eo, quod Maria facta fuerit Dei Mater, hoc eſt miraculorum maximum, vt ipſamet fatetur, dùm Sanctæ Eliſabet eam exaltantem, & dicentem, *vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me*, reſpondit. *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, & Sanctum nomen eius*, & quod Maria his verbis loquatur de Dei Maternitate, audite D. Bernardinum Senenſem in perſona Virgi-
to. 3. ſer. 6 art. 2. c. 1 nis. *Qualia autem ſunt, non ex primo, quia nec planè auris angelica intelligere poteſt, iſta autem magna, non ſolùm creaturis ſunt maxima, ſed etiam maxima, & inſuperabilia ſunt illi, qui potens eſt, imò omnipotens eſt, & Sanctum nomen eius: & tamen, nec potentiora, nec ſapientiora ille facere potuit, quàm, quæ in me ipſe fecit.*

Vnde Doctiſſimus Suarez in Præfat. perquirit, quare Chriſtus dùm vixit in terra Matrem non laudauerit, ſicut feciſſe legimus apud Euangeliſtas laudans Petrum Apoſtolum, Magdalenam, Centurionem, Cananeam, & alios? & tamen Virgo, eſt his, & omnibus alijs creatu-
in 3. p. q. 22. ris Sanctior, ſic reſpondet Suarez. *Vbi res ipſa, & opera, quibus Chriſtus Matrem honorauit, clamabant, verba non erant neceſſaria.* Quaſi diceret ſufficit Mariam eſſe Dei Matrem, opus clamare non verbum voluit; Chriſtus Dei Filius tanti fecit Mariam Matrem ſuam, quod ne aliquam infamiæ notam ipſa pateretur, potiùs voluit ſignarij, qua Dei Filius haberi, veniens enim in hunc mundum; naſci voluit ex Virgine, quæ tamen Virgo Sponſum haberet nomine tantum, vt ſic Mariæ honor ſaluaretur, ne pariens adultera putaretur, & ipſe Ioſeph, & non Dei Filius vocaretur, imo tanti fecit Chriſtus Mariam, quod videtur Chriſtus quodammodo magis obedientiam exhibuiſſe Matri, quàm Patri, nam cum Chriſtus, & Maria adeſſent, in nuptijs Canæ Galileæ, dixit Maria Chriſto, *vinum non habent*, cui reſpondet Chriſtus, quid mihi, & tibi Mulier, quibus verbis, ita Matrem honorauit, & exaltauit, vt ęquiparauerit Mariam Aeterno Patri imò quodammodo maiorem eò videtur effeciſſe, Sancti enim Doctores affirmant Chriſtum præceptum habuiſſet à Patre, quod ante prædicationem miracula non efficeret, vnde cum rogaretur à Matre, vt aquam in vinum conuerteret, reſpondit Chriſtus non dùm venit hora mea, quaſi diceret, quamuis iuxta Patris præceptum tempus faciendi miracula, non dùm aduenerit, tamen, vt tibi Mater Sacratiſſima obediam miracula efficere cogor, quod perpendens D. Leo ibidem ait. *Niſi Chriſtus Matri ſuæ dixiſſet, non dùm venit hora mea, numquam mundus capere potuiſſet, tantam eſſe authoritatem Matris erga Filium, quod Filius magis obedire Matri quàm Patri.*

Conſiderans quidam pius Doctor Mariæ Excellentias, & magnitudines, & magnam obedientiam, & reuerentiam quàm Dei Filius exhibet Matri, petit. *Quam nam ſedem putatis Mariam obtinuiſſe in Cęlis? audio*, inquit ille Dauidem dicentem. *Aſtitit Reginam à dextris tuis*, ſed ſi à dextris Patris, ſedet Filius. *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis*, quomodo ſedet Maria? ſed animaduertendum eſt, tantas eſſe Mariæ excellentias, & magnitudines, quod cum Chriſtus in Matrem, & Mater in Chriſtum per vim amoris eſſent transformati, propria eademque ſedes conceditur Matri, ſupra quàm ſedet Filius, audite Rupertum Abbatem. *Qui non eſt dedignatus manere per nouem menſes in vtero Virginis, non eſt dedignatus in ſuo Throno ponere Mariam Virginem Matrem.*

Cupiens Sacratiſſima Virgo proprias excellentias, & magnitudines deſcribere, Eccleſiaſt. cap. 24. inquit. *Ego quaſi vitis fructificaui, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis*, & hoc quia ipſummet Deum æmulari videtur, nam hæc glorioſa Mariæ vitis, ita ſe extollit, tot gratijs,

& magni-

Digitized by Google

& magnitudinibus fuit locupletata, quod D. Bonauent. dixerit fuiſſe immenſa his verbis.
Immenſa fuit Maria gratia, qua ipſa fuit plena: immenſum enim vas non poteſt eſſe plenum, niſi im- in ſpecul.
menſum ſit illud, quo eſt plenum, Maria autem vas immenſum fuit, ex quo illum, qui in Cęlo maior eſt, B.V. c. 5.
continere potuit, & idem. *Beata Virgo tantam habuit gratiam, quod de facto non poterat plùs reci-*
cipere, & quantam pura creatura recipere potuit, & D. Bern. Senenſ. *Tanta gratia Virgini à Deo* in 1. ſent.
data eſt, quanta vni creaturæ puræ dari poſſibile eſt, tantoque fuit perfectio eius, vt ſoli Deo cognoſcen- diſt. 49.
da reſeruetur, & idem ſer. 51. vocat Mariam. *Fons, & taberna gratiarum*, immo omnes diuinę Conc. 31.
gratiæ per Mariam effluunt, ita vt in ipſis quamdam iuriſdictionem videtur habere Maria, ita ar. 2. c. 31
idem D. Bernard. ſer. 61. aſſerit his verbis. *Non timeo dicere quod omnium gratiarum effluxus*
quamdam iuriſdictionem habuerit hæc Virgo, de cuius vtero, quaſi de quodam diuinitatis Oceano riui,
& flumina emanant omnium gratiarum. Meritò quidam pius Doctor intuens quantum hæc
Glorioſa Mariæ vitis, diuina gratia mediante, in altum ſe extendat, dixit. *Deum eſſe fulcimen-*
tum Maria. Et huius vitis altitudinem admirans D. Bern. clamat. *O Virgo virga ſublimis in* ſer. 2. de
quam ſublimem verticem caput Sanctorum erigis? vſque ad ſedentem in Throno, vſque ad Dominum Adu.
Maieſtatis, vnde quidam ingenioſus, tale ſtemma effecit, *vitem*, depinxit, quæ, cuidam altiſ-
ſimæ arbori inhærebat, tali dicterio ornans. *Quo altiùs fulcimentum*, at quia fulcimentum
vitis Mariæ fuit, quo altiùs excogitari non poteſt, meritò ergo dicit Maria. *Ego quaſi vitis*,
Chriſtus eſt vitis vera, Chriſtus eſt Deus per naturam; at Maria, ego quaſi vitis, quaſi dice-
ret, ego ſum Dea per gratiam.

Cæteræ arbores propriæ altitudinis metam habent, ſola vitis metam non habet, ita cæteri
ſancti metam habent gratiarum, vnde D. Hidelphonſus. *Cæteri electis ex parte gratia datur;* ſer. 6. de
huic vero Virgini tota ſe infudit plenitudo gratiæ. Sed vnde hoc? quia nimirum Mariæ fulci- Aſſump.
mentum eſt Deus, audite D. Bern. ſer. 52. in Cant. in illa verba Luc. c. 1. Aue gratia plena. Virg.
Quid mirum ſi gratia plena erat Maria, cum qua Dominus erat, imò Deus in elargiendis gratijs in ſpecul.
Mariæ fecit quantum facere potuit, ita vt diceret D. Bonau. *Ipſa eſt qua maiorem Deus facere* B.V. 8.
non poſset, & D. Petrus Damian. *Multa magnalia facta ſunt in mundi creaturis, nihil tamen excel-* ſer. 2. de
ſiùs, nihil magnificentiùs, nihil grandiùs Virgine fecerunt opera digitorum Dei. nat. Virg.

Et D. Anſel. *Decens erat, vt ea puritate Virgo niteret, qua maior ſub Deo nequeat intelligi*, & de Concep.
Diuus Petrus Chryſol. admirans Mariæ magnitudinem dixerit. *Tanta eſt Virgo, vt quantum ſit* Virg. 18
Deus ſatis ignoret, qui huius Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur. Quaſi diceret, licèt
cunctæ creaturæ ſint argumenta diuinæ potentiæ, Deus tamen perfectiores, & excellentiores
his poterat creaturas facere, maiorem potentiam poterat oſtendere. *Maiorem mundum poſſet*
facere Deus, maius Cęlum poſſet facere Deus, inquit D. Bonau. cit. *At maiorem Matrem, quàm*
Matrem Dei non poſſet facere Deus, vnde dixit D. Ioan. Damaſc. ſer. de laud. Virg. *Solo Deo ex-*
cepto, cunctis ſuperior extitit Beata Virgo, cui prædicandæ nec hominum, nec Angelorum ſufficit lin-
gua. Ita ſe extulit hæc glorioſa vitis Mariæ, quod etiam (vt inquiunt Rupertus Abbas, &
D. Bern. Senenſ.) dormiens diuina contemplaretur, & mæreretur, hinc Albertus Magnus
dixit. *Vita Virgini fuit iugis, & perpetua contemplatio*. de B. Virg.

Et licèt B. Virg. laboraret in ſeruiendo Chriſto, eodem tamen tempore eleuabatur in con- cap. 67.
templationem diuinorum myſteriorum, ſed quomodo hoc poſſit fieri? audite, illæ actiones,
quas natura ſecundum potentiam obedientialem operatur, non impediuntur ab his actioni-
bus, quas quis operatur per virtutem naturalem, vnde ſi Deus ſuæ diuinæ Maieſtatis viſionem
alicui in hac vita, communicaret, quod facere poteſt, imò nonnulli autumant de facto eue-
niſſe; non ideò actiones ſenſus impedirentur, vnde hic talis deambularet, ſederet, loqueretur,
& cæteras actiones vitales, & naturales faceret, veluti cæteri homines, vt fuit Anima Chriſti
quæ quamuis à primo inſtant, ſuæ Conceptionis ad Deum videndum, & fruendum eleuare-
tur, non ideò ab animæ Chriſti gloria, actiones ſenſus impediebantur, Anima Chriſti Deum
intuebatur, & diuina arcana contemplabatur, quæ, non licèt homini loqui, & etiam res hu-
ius mundi intelligebat, loquebatur, diſcurrebat, cum hominibus verſabatur, & hoc idem erit
poſt vniuerſalem reſurrectionem de animabus Beatis vnitis ſuis corporibus, quod quamuis
Beatus Animæ potentijs fruetur, non ideo ſenſuum corporis actiones naturales impedientur,
erunt enim viſus, guſtus, tactus, &c. ita quamuis vita Virginis fuerit perpetua contemplatio,
laborabat tamen, & Filio inſeruiebat, quia ab exercitio contemplationis actiones naturales
ſenſuum exteriorum, non impediebantur, & ipſamet Sacratiſſima Virgo videtur hoc affir-
mare Eccl. 24. his verbis. *In habitatione ſancta coràm ipſo miniſtraui*, imo dùm Virgo dormie-
bat, & corporei ſenſus ſomno ſopiebantur, tunc contemplabatur, & diligebat Deum, docet ſer. 1. de
hoc D. Bernard. Senenſ. *Præceperat Deus, &c. Ignis in Altari meo ſemper ardebit*, hoc Alta- B. Virg.

Digitized by Google

re eſt cor Virginis, in quo ignis diuini Amoris ſemper ardet, quia ſemper diligebat, & idem D. Bernard. exponens illa verba Hierem. *Virgam vigilantem ego video*, virgam hanc, Virginem eſſe affirmat, quæ iugiter vigilat, etiam dormiens in contemplatione diuinorum myſteriorum, & Rupertus Abbas in illa verba Cant. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat*, corpore dormiebat, ſed potentijs euigilabat, Deumque contemplabatur, & ſi Iacob dormienti fuit conceſſum illam intueri ſcalam, per quam Angeli aſcendebant, & deſcendebant, quanto ma-

lib. 2. de Virg. c. 9. gis fuit conceſſum Virgini dormienti poſſe contemplari, & diligere Deum, hæc Rupert. ſed hanc doctrinam nos priùs docuerat D. Ambr. dicens. *Dùm quieſcebat corpus, anima circa cæ-*

li. 2. contra Iulian. *leſtia morabatur*, & hoc eſt argumentum, D. Aug. dicentis, quod ſi Adam innocentiam, in qua fuit creatus conſeruaſſet, aliter fuiſſet euigilare, & dormire. *Feliciſſima ſomnia*, inquit Aug. *Felices vigiliæ*, nam hoc corporis, & animæ inſtrumentum ita conueniſſent, quod in ipſo ſomno intellectus operari potuiſſet, hoc conceſſo, dùm Sacratiſſimæ Deiparæ tota perfectio ſtatus innocentiæ fuerit communicata, ergo dormiens euigilabat, & Deum contemplabatur. Sed ſi cauſam perquires, cur nos dùm dormimus contemplari, non poſſumus? oritur hoc, quia intellectus tunc non poteſt operari? & reſpondet Philoſophus, quia operatur per phantaſmata, quæ ab exterioribus ſenſibus pendent, iuxta communem propoſitionem. *Oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari*, hæc phantaſmata communicantur ſenſui communi à ſenſibus exterioribus, & purificantur à ſenſu communi, qui ea ſubminiſtrat ſenſui poſſibili, & intellectui agenti, & ita operatur, at dùm dormimus, ſenſus ſuo officio fungi non valent, quia ſunt ſopiti, & vincti, & quamuis dormientes aliquid ſomniamus, hoc non eſt operatio intellectus, ſed ſunt imaginationes impreſſæ in phantaſia, ergo nec intellectus poteſt operari, at ſi in intellectu eſſet ſcientia à phantaſmatibus nō dependens, dormiētes poſſemus contemplari, hinc eſt quod vita Virginis fuit iugis, & perpetua contemplatio, quia Deipara, non ſolùm ſcientiam communem omnibus hominibus, ſed etiam cunctas ſcientias infuſas habuit, & ſi Adamo cum fuit creatus donum omnium ſcientiarum fuit infuſum, quātò magis Deiparę in ipſo inſtanti ſuæ Sanctiſſimæ Conceptionis in ventre Sanctę Annæ omnium ſcientiarum donum fuit conceſſum, & Adamo, & cunctis totius orbis ſapientibus ſapientior fuit, ergo vt contemplaretur ſenſuum auxilio non indigebat, & perconſequens, etiam dormiens poterat contemplari, benè ergo dicitur. *Vita Virginis fuit iugis, & perpetua contemplatio*, hoc innuere voluit Cæleſtis Sponſus Cant. 2. laudans Sponſæ pulchritudines. *Coma capitis eius ſicut purpura Regis iuncta canalibus*, & per capillos omnes færè Doctores intelligunt cogitationes, quę Marię cogitationes ſunt ſicut purpura flammea Regis propter immēſam charitatem, & amorem erga Deum, Septuaginta legunt. *Rex ligatus canalibus*, quia ligauerat Sponſum funibus aureis, & catenis amoris, numquam à ſuo corde diſcedens, ſed cum iugiter, contemplans, nunc eum veluti Deum adorans, modò amplectens eum, vt Filium, nunc eius immenſam magnitudinem admirans cum Pſalmographo dicebat. *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum*, modò gratias de cunctis beneficijs referens clamabat. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi*, nunc paratam voluntatem offerebat dicens. *Calicem ſalutaris accipiam*, modò diù noctuq; ei inſeruire ſpondebat, &c. *Si dedero ſomnum oculis meis, &c.* Nunc veluti Ceruа ſitiens ardebat deſiderio ſitim extinguendi, & ſe in illum lympidiſſimum fontem immergendi, dicebat. *Quemadmodum deſiderat, &c.* nunc ab huius vitę vinculis ſolui exoptabat, & quemadmodum corporaliter eius humanitatem intuebatur, ita deſiderio ardebat eius in Cœlo diuinitatem fruendi, vnde clamabat. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt*, & hoc quia Sponſum amoris catenis vinciebat, quod innuere volebat ipſe Sponſus Sponſam exaltans Cant. 7. *Quam pulchra es chariſſima in delicijs*, quod Septuaginta legunt. *Quam pulchra es*, vel meliùs. *Dilectio in delitijs*, hinc vbi legimus. *Adiuro vos filiæ Hieruſalem ne ſuſcitetis, &c*, Septuaginta legunt. *Ne euigilare faciatis dilectionem*, hoc enim diſcrimen eſt inter amorem, & Amantem, amans enim non ſemper diligit, nunc friget, modò ab amore ceſſat, multoties amorem in odium conuertit, at Amor in abſtracto nullam patitur corruptionem, ſemper eſt Amor non poteſt derelinquere quin non ſit Amor, Amor hic eſt Sacratiſſima Deipara, quę ſemper dilexit. *Quam pulchra es, dilectio, in delitijs*, quod innuere voluit ipſa Virgo in ſuo cantico, dicens. *Magnificat anima mea Dominum*, numquam in ſacra Scriptura inuenietis, quod Dauid in ſuis Pſalmis, & Canticis dixerit. *Laudat*, vel *Magnificat*, ſed ſemper vſus eſt modo imperatiuo, *Lauda anima Dominum*, vel *Benedic anima mea Dominum*, & tamen loquutio imperatiua maiorem oſtendit Maieſtatem, vnde hoc? quia ſcilicet cum Maria ſemper fuerit Amor, ſemper Deum contemplabatur, at quia Dauid non ſemper contemplabatur, opus habebat animę ſuę potentias excitare, exurge gloria mea, exurge Pſal-

Digitized by Google

ge Pſalterium, & Cythera inuitans ſua potentias ad laudandum, & magnificandum Deum, ideò dixit. *Lauda anima mea Dominum, &c.* at Maria ſemper diligebat, ſemper contemplabatur, ideò. *Magnificat anima mea Dominum.*

D. Thom. explicans illa verba Ezechielis 17. ſumam ego de medulla cedri ſublimis, & ponam de vertice ramorum eius, ſic ait. *Medulla cedri ſublimis, eſt æterna ſapientia: alti rami eius ſunt Patres Sancti, vertex ramorum eius eſt Beata Virgo.* Quemadmodum arboris vita conſiſtit in medulla, ita vita totius mundi Chriſtus eſt, vnde dixit Ioann. 1. in ipſo vita erat, rami ſunt omnes Sancti, & ramorum vertex eſt Maria, quia Mariæ magnitudo eſt ſupra omnes Sanctos, hinc D. Bonau. expendens illa verba Pſal. 64. benedices coronæ anni benignitatis tuæ, ſic inquit. *Huius autem anni benedicti corona eſt benedicta Virgo Maria, ipſa certè eſt corona omnium dierum Cęli, corona enim ſuper caput poni ſolet, ſic Maria ſuper caput omnium Sanctorum locata eſt.* Et D. Petrus Damianus attendens quod diuina Scriptura 3. Reg. 10. vocat thronum Salomonis grandem. *Fecit Salamon thronum de ebore grandem,* ita inquit. *Attende Seraphim, & in illius ſuperioris naturæ ſuperuola dignitatem, & videbis, quidquid maius eſt, minus eſt Virgine, ſolumque opificem opus illud ſupergredi.* Et D. German. Archiep. Coſtantinop. Mariam exaltans, & eam alloquens dicebat. *Tu es bonor bonorantium, præmium præmiorum, & altitudo altitudinum,* vnde Albertus Magnus ſuper miſſus eſt cap. 190. inquit. *Homines poſſunt peruenire ad Seraphim, nullus autem, ad ſtatum, & dignitatem Beatæ Mariæ Virginis.* Et D. Bonau. perpendens illud Iob 38. *Numquid oſtendiſti auroræ locum ſuum?* ita inquit. *Iam certè Aurora noſtra Maria ſublimiter locata in Cœlo, locum tenet viciniſſimo Soli æterno.*

de Sacr. Altaris cap. 25. — *in ſpecul. cap. 11.* — *apud Lipom. 21. Nou.* — *in ſpec. c. 9*

Benardin. Senenſ. ait. *Nec potentiora, nec ſapientiora Deus facere potuit, quàm, quæ in Virgine fecit.* *to. 3. ſer. 6 ar. 2. c. 1.*

Inenarrabilis quidem eſt Deiparæ magnitudo: ita vt diuinam æmulari videatur omnipotentiam, creans enim Deus omnia, quæ in vniuerſo orbe reperiuntur dixit abſolutè. *Fiat,* vt fiat Cœlum, & factum eſt Cœlum, fiat Terra, & facta eſt, Terra, &c. tantummodo in creatione hominis mutauit Deus modum loquendi, & dixit. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram,* & Sanctus Euang. Lucas c. 1. loquens de formatione humanitatis Chriſti à Sacratiſſima Virg. refert, Mariam non dixiſſe. *Faciamus,* ſed dixit. *Fiat,* ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum Verbum tuum, quare ergo Deus in creatione hominis non dixit *Fiat, ſed faciamus?* non ſolùm vt declararet quanti Deus faceret hominem, vnde Baſilius hominem alloquens dixit. *Noſce vis te ipſum vel hinc auſpicium ſumito, de nullo enim operum, quæ Deus eatenus condiderat, vox iſta faciamus in literas tranſmiſſa eſt, ſed ſimplici verbo, & mandato Dei omnia creata ſunt, erudire igitur hinc homo, ac edìſce, quanti vnus tu, æſtimandus venias.* Sed vt, & Mariæ omnipotentia oſtenderetur, cui hoc Verbum, *Fiat,* fuit reſeruatum, quod videtur innuere D. Ambr. ibidem dicens. *Incomprahenſibiliter operatur in Deipara, quia in Deipara gratia erat labiorum.* Sed ſi liceret dicerem, neſcio quonammodo videatur Maria Chriſto tribuiſſe omnipotentiam, Lucas enim Euang. loquens de Dei Filio, dixit. *Hic erit magnus, & Filius altiſſimi vocabitur,* potiùs dicere debebat, hic eſt magnus, & non hic erit magnus, quia Deus ab æterno erat magnus, & etiam ſi Maria non peperiſſet eum, adhùc fuiſſet magnus, immenſus, & infinitus, & tamen dicit erit Magnus, vt Mariæ omnipotentia oſtenderetur, vnde ipſa dixit. *Magnificat anima mea Dominum,* Verbum hoc magnifico, ait D. Hieron. nihil ſibi vult niſi. *Magnum facere,* audite D. Bern. *Erit magnus, vt immenſam Mariæ celſitudinem dignitatemque oſtenderet, à qua Filius Dei factus, magnitudinem accepit.*

hom. 10. in hexam. — *ſer. ſuper miſſus eſt*

Et licèt innumerabilia ſint Mariæ encomia, excellentiæ, ac magnitudines, quod magis admiramur, eſt, quod ſcilicet, ſit Mater, & Virgo, maius eſt hoc, quam mortuos ſuſcitare ita aſſerit D. Amb. *Minus erat hominem reſuſcitare, quam Virginem parturire etenim Helia precibus; Heliſæi orationibus mortui ſurrexerunt, ſed nec ante, nec poſt hanc Virgo generauit.* Ita vt de ea poſſemus dicere, nec ſimilis vnquam viſa eſt, nec habere ſequentem, & Rupertus Abb. Cant. 6. *Vna, & electa eſt, quia nec inter Angelos, nec inter homines, vel primam habent, vel ſequentem habitura eſt,* & D. Bern. ſer. Sig. Mag. *Sola hæc eſt Beata Deipara, in qua Virginitas, & Maternitas obuiauerunt ſibi, in ea ſemel factum eſt, quod factum non fuerat, nec fiet in æternum,* refert Gregor. Nazian. apud Græcos ſymbolum puellæ Virginis erat, veſte ex omni parte auro cõtexta indui, & ſymbolum mulieris Matris erat, condecoratis veſtibus, variè ſe veſtire, at Maria erat Virgo, & Mater, hinc de ea dicitur Pſal. 44. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate.*

lib. de Virgin. perp. B. M. — *or. 11. in Cant.*

D. Ambr. de inſtitut. Virg. cap. 1. & D. Bern. dicunt lilium Virginitatis, & frumentum *ſer. 2. de Aſſumpt. Cant. 7.*

Maternitatis ſymbolum fuiſſe: hinc de Beata Virgine dicitur. *Venter tuus aceruus tritici vallatus lilijs*, vt, & Maternitas, & Virginitas indicaretur.

lib. de vera Virg.

D. Baſilius refert apud Aegyptios hyeroglificum Virginitatis fuiſſe Roſam, & fœcunditatis oliuam, hinc vtrique aſſimilatur: nam Eccleſ. 22. dicitur de ea. *Quaſi plantatio roſæ in Hierico, & quaſi oliua ſpecioſa in campis.*

Cant. 4. dicitur. *Emiſsiones tuæ Paradiſus malorum punicorum*, dicunt naturales mala punica, dùm fructus producunt, flores non abijciunt, ſicut cæteræ plantæ, ſed illis quaſi coronantur, vt nobis pateſieret, quod quamuis Maria fructum æternæ vitæ produxerit, florem Virginitatis retinuit, *Flores mei fructus honoris, & honeſtatis*, vnde D. Greg. Nyſſ. exclamat.

in or. d. S. Chriſti natiu.

O miraculum ingens, Virgo Mater fit, & Virgo permanet, in alijs fœminis quamdiù Virgo aliqua eſt, Mater non eſt, cum autem Mater facta fuerit Virginitatem non habet, hic vero Virginitas, neque partum prohibuit, neque partus Virginitatem ſoluit. Quod etiam voluit innuere Hugo de Sancto Victore ſer. 55. perpendens illa verba Eccl. 24. *Flores mei fructus honoris, & honeſtatis*, his verbis. *Hic fructus ſolus eſt, qui Matri ſuæ florem non abſtulit, ſed conſeruauit, ac venuſtauit*, vnde D. Anſelm. loquens de Maria ſuper omnes Mulieres benedictas, inquit. *Aliquæ mulieres ſunt benedictæ, quia Virgines ſed non ſunt fœcundæ aliquæ verò ſunt fœcundæ, ſed non Virgines*, hinc

ſer. 4. de Aſſump.

D. Bern. loquens de Maria dicit. *Fuit ſine corruptione fœcunda, ſine grauedine grauida, & ſine dolore puerpera, vnum eſt in quo, nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, gaudia Matris habens cum Virginitatis honore.* Ioan. in Apoc. cap. 11. teſtatur ſe aliquod magnum vidiſſe. *Signum magnum apparuit in Cœlo, Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite Corona Stellarum duodecim*, & per lucem Solis Virginitas, & per lucem Stellarum Maternitas deſigna-

l. 3. ep. 351

tur: ita D. Iſidor. Peluſiota. *Cum igitur Matres Stellis ſignificentur, & Virgines Sole, non eſt eſt mirum Mariam hæc omnia habuiſſe, quia, & Mater extitit, & Virgo fuit.*

Tanti fecit Maria Virginitatem, quod maiorem iucunditatem, & lætitiam attulerit ei vocari Regina Virginum, quàm Mater Chriſti, memento te quæſo, quod cum Gabriel Annunciaret Mariæ eam futuram eſſe Dei Matrem, ait Lucas Euang. cap. 1. *Turbata eſt in ſermone eius, & expaueſcit Virgo de lumine*, & non eſt turbata Maria, quia Angelum vidit, cum ſolita fuerit, vt D. Bern. fatetur Angelos videre, ſed turbata eſt in ſermone eius, ſed quis fuit ſermo Angeli? dixit Gabriel benedicta tu inter mulieres, at quia nomen hoc, *Mulier*, commune eſt, tùm Virginibus, tùm non Virginibus, ideò turbata eſt quia Virginitatem colebar, & Virgo eſſe cupiebat, vnde ſi Gabriel dixiſſet. Benedicta tu inter Virgines, Maria non fuiſſet turbata, audite D. Bern. Virg. Apoc. *Primo turbata eſt in ſermone, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, quod benedictam ſe eſſe audiuiſſet in mulieribus, quæ nimirum benedici in Virginibus ſemper optabat.*

Iſa. 36. de Maria vaticinans dixit. *Gloria libani data eſt ei, & decor Carmeli*, quare non alijs montibus aſſimilata eſt Virgo Maria? quia nimirum, vt refert Theophilactus, Mons Lybanus ſemper albus, & candidus eſt, propter niuem, qua Mons ille cooperitur, & Mons Carmelus, propter ſuam temperiem copioſiſſimis fructibus omni tempore abundat, Mons ergo Lybanus propter ſuam albedinem, & candiditatem, denotat Virginitatem, & Mons Carmelus propter ſuam abundantiam Maternitatem declarat, ita ex Theophilactus in Matth. & Diuus Bern. cuius verba ſunt hæc. *Sola hæc eſt Beata Deipara, in qua Virginitas, Maternitas obuiarunt ſibi in ea ſemel factum non fuerat, nec fiet in æternum.*

D. Epiph. hæreſ. 7. vocat Mariam. *Virginitatis Coronam.* Chryſol. ſer. 143. *Reginam totius*

tom. 1. de Emin. Virgin. c. 10.

caſtitatis, quia Virginitatis decus, & Matris pertulit dignitatem. D. Bonau. in Litanijs, *Virginum ſignifera*, & in ſpec. cap. 2. *Primitiua Virginum*, D. Bern. ſerm. ſignum magnum. *Virginitatis Primiceria*, nec immeritò tot, & pluribus encomijs Mariæ Virginitas extollitur, nam, vt probat auctoritatibus, Pater noſter Nouatus, ipſa Mariæ Virginitas, in partu quo Chriſtum edi-

ſer. 15. de temp.

dit, fuit aucta, ita D. Aug. his verbis. *Creuit in eius partu integritas corporis potiùs quàm decreuit, & Virginitas ampliata eſt potiùs quam fugata*, & idem. *Audiat omnis ætas, quod numquam*

to. 10. in nat. Dom. ſer. 22.

audiuit; Virgo partu ſuo nupſit, Virginitatem dùm pareret duplicauit, & Chryſol. ſerm. 142. *In tuo conceptu, in tuo partu creuit pudor, aucta eſt caſtitas, integritas roborata.* Probat etiam rationibus, & primò ait, quod conueniens erat, vt Chriſtus ſuo contactu naſcendo Virginitatem non minueret, ſed ſacraret in Matre, quod ſi ipſe de Virgine naſcebatur, vt Virginitatis amorem excitaret in animabus, vt adnotat Cyrillus Catechi. 12. his verbis. *Dominum, vt Virgines efficiat animas de Virgine naſci voluiſſe confirmat.* Secundo Maria parturiendo Chriſtum actu effecta eſt Mater Dei, ergo ratione iſtius maternitatis veluti nouo vinculo tenebatur virginitatem ſeruare, decebat enim Matrem Dei ſemper illibatam permanere, quia eundem cum Patre Virgine habebat Filium, vnde D Ambr. in Conc. de Purific. inquit. *Sine humano concubitu*

Virgo

Digitized by Google

Virgo concepit, ſine aliqua corporis corruptione Virgo peperit, & ſine fine Virgo permanſit. Quibus
verbis innuit Ambr. Virginitatem Deiparæ neſcio, quid infiniti ex partu participaſſe, quate-
nus ſcilicet ſicut congruens fuit, ita de facto Virgo affectum Virginitatis aliquo modò infini-
tum cum infinita Maternitatis Dei dignitate copulauit, tertio ſit vt aducrtit D. Aug. *Oporte-* *l. de S. Virgin. c. 6.*
bat caput noſtrum per inſigne miraculum ſecundum carnem naſci de Virgine, quo ſignificaret membra
ſua de Virgine Eccleſia ſecundum ſpiritum naſcitura, vſque Iſidorus. *Maria Eccleſiam ſignificat,*
quæ cum ſit deſponſata Chriſto, Virgo nos de Spiritu Sancto concepit, Virgo etiam parturit. Ex hoc
ſanè capite Mater Chriſti, ſcilicet, vt Eccleſiam Virginem, & parturientem fideles veriſſimè
ſignificaret, nouo affectu virginitatem redamabat, hæc Pater Nouarus loco ſupracitato, to-
tum hoc poteſt etiam corroborari ex ſequentibus authoritatibus, Sanctus enim Amadæus in-
quit. *Dei Genitrix, nec in carne delectata, nec in carne cruciata, & in Conceptione Virginior, & in* *de laudib. Virg. homil. 4.*
partu extitit ſanior, & Riccard. de Sancto Laurent. *Congruè appellabatur Chriſtus, fructus, quia*
ſicut fructus ex herba naſcitur, vel ex arbore aùt à terra ipſam non vicians, ſic, & Chriſtus de Virgine.
Guarricus Abbas ita clamat. *O Mater Immaculata, Mater intacta, nonnè tuæ tibi conſcia es puri-* *l. 1. c. 7. de laud. Vir.*
tatis? quia ſcilicet integritatem tuam nec conceptus, nec partus violauit, ſed ſacrauit, & D. Fulgent. *ſer. 4. de Purificat. B. M.*
Creuit partu integritas corporis potiùs, quàm decreuit, & virginitas ampliata eſt potiùs quàm fugata,
& D. Chryſol. ſer. 142. *In tuo conceptu, in tuo partu creuit pudor, aucta eſt caſtitas, integritas robo-*
rata eſt, eſt ſolida virginitas, omnes perſeuerare virtutes, ille quo tibi aucta ſunt omnia nihil minuit
Virgo. Ricchardus Victorinus ait. *Accepit natura humana in Beata Virgine Maria, quaſi quaſ-* *de laud. M. lib. 1. de Emm. p. 1 c. 12.*
dam arrhas, vel primitias, futuræ incorruptibilitatis ſuæ, integritatem incorruptibilitatis Virgineæ.

DE MARIÆ PVLCHRITVDINE.

PVlcherrimam fuiſſe Mariam omnes Sancti Patres, ac ſacræ Litteræ teſtantur, & de Mariæ pulchritudine, tùm animæ, tùm corporis, ſunt illa verba Cant. 6. *Pulchra, vt Luna, electa, vt Sol, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata*. Pulchritudo eſt gratioſum Dei donum. Si pulchra fuit Heſter, quia Regis Aſſueri vxor, pulchrior fuit Maria, quia Dei Mater, & Sponſa, & Cęli, Terræque Regina, ſi pulchra fuit Iudith, quia Holofernis caput amputatura erat, pulchrior Maria, quæ Infernalis Serpentis caput eliſura erat. *Ipſa conteret caput tuum*, ſi pulchra fuit Rachel, quia Mater Ioſephi, qui Chriſtum figurauit, pulcherrima Maria, quæ eiuſdem Chriſti Mater futura erat, ſi pulchræ fuere filiæ Iob, ita vt facet Textus 22. affirmat. *Non ſunt inuentæ mulieres ſpecioſæ ſicut filiæ Iob*. Pulchrior fuit Maria, cum corporis pulchritudo ex animæ pulchritudine ortum habeat, & cum futura eſſet Mater illius, de quo dicitur. *Specioſus forma præ filijs hominum*, ergo pulcherrima dicenda eſt Maria: pulchra, vt Luna, nam pulchritudine ſua, omnes alias Virgines ad ſe trahere debebat, afferentur Virgines poſt eam, pulchra, vt Luna, quia Mariæ pulchritudo, non terrena, ſed cęleſtis fuit, vnde Cant. 2. dicitur. *Ego flos campi, &c.* non dicitur flos hortorum, quia flos pumarij, ex induſtria viridarij, flos autem campi ex cęleſti influxu, & Chaldæus legit. *Ego ſimilis lilio tranſlato ex Paradiſo voluptatis*. Ex quo ſequitur Mariam Chriſti Matrem ob ſuam pulchritudinem, & venuſtatem Paradiſum fuiſſe, ideò pulchra, vt Luna. Probare etiam poſſumus Mariæ pulchritudinem, ex cap. 6. Ioan. vbi Chriſtus de ſeipſo ait. *Ego ſum panis viuus, qui de Cœlo deſcendi*, Panis hic, nō ſolum de Chriſti diuinitate, ſed etiam de anima, & de ſuo corpore intelligitur; nam in Euchariſtia adeſt diuinitas, Anima, & Corpus Chriſti, quare ergo dicit Chriſtus, carnem ſuam de Cœlo deſcendiſſe, ſi eam ex Maria ſumpſit Tertullianus inquit. *Ideò Carnem Chriſti vocari cęleſtem, quia Chriſtus, dùm inter nos vixit, cœleſtem duxit vitam*. Alij dicunt vocari cęleſtem, quia in primo inſtanti, caro hæc diuinitati fuit vnita, at ego, vt magis literali ſenſui adhæream, dico de Cęlo deſcendiſſe, quia natus eſt ex Maria Virgine, cuius Sacratiſſimum Corpus, quaſi aliud Cœlum videtur; quid enim in Cœlo intuemur, niſi Solem, Lunam, & Stellas? & de Maria dicitur pulchra, vt Luna, Mulier amicta Sole, & in capite eius Corona Stellarum duodecim, ideò pulchra, vt Luna.

Et ſi verùm eſt Philoſophorum dictum; quod effectus propinquiores ſuæ cauſæ, magis de ea participant, Mariæ præ cunctis creaturis propinquior fuit Chriſto, de quo ſcribitur. *Specioſus forma præ filijs hominum*, pulchritudo agri mecum eſt, &c. ergo Maria creaturarum omnium pulcherrima fuit, vnde Cant. 6. dicitur. *Pulchra es dilecta mea*, quod Septuaginta legunt. *Pulchra es proxima mea.*

Nonnulli Philoſophorum Deo pulchritudinem non conuenire, aſſeruerunt, quia dicebant, puritati, & ſimplicitati repugnare, magna quidem dementia, quia non ſolùm, non repugnat,

Digitized by Google

pugnat, ſed ipſa puritas omnem affert pulchritudinem, dùm Chriſtus transfiguratus eſt in Tabor, reſplenduit facies eius, ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix, Ricchardus, per Solem intelligit diuinitatem, & per veſtes humanitatem Chriſti, quia habitu inuentus, vt homo, Maria Virgo puriſſima dedit Chriſto humanitatem, ergo puritas cauſa eſt pulchritudinis.

Ita pulchra eſt Maria, quod eiuſdem pulchritudinis, ſit imago, hinc dicitur electa, *vt Sol.* Nonnulli Theologorum perquirunt, quare tanto tempore Verbi Dei Incarnatio morata fuerit, & multas afferunt rationes, at ego dico, quod Maria expectabatur, quę cum decimum quartum annum compleuerit, miſſus eſt ad eam Gabriel Angelus, hinc Cant. 6. Spiritus Sanctus de ea inquit. *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora nimis*, alij legunt. *Suauis, & decora ſicut complacentia bona voluntas.* Quia de ea Dei Filius carnem aſſumpſit humanam, ergo omnem ei pulchritudinem communicare debuit, tàm pulchra fuit Beata Virgo, quod niſi Deus ſplendoris radios, qui in Mariæ vultu coruſcabant ab ea ſubtraxiſſet, tamquam Dea habita fuiſſet, nam ſi Moyſes, quia tantum cum Deo locutus eſt, opus fuit, vt ob ſplendorem facies velo operiretur, vt filij Iſrael eam potuiſſent intueri, quid ergo dicendum erit de Maria, quæ non ſolùm nouem menſibus in ſuis viſceribus Dei Filium detulit, ſed tot annis cum eo verſata eſt? hinc eſt quod D. Matth. Euang. ob magnum Mariæ ſplendorem, de ea loquens dixerit, quod Sanctus Ioſeph Mariæ Sponſum, non cognouit eam, & D. Hilarius, & D. Thomas dicunt, quod Sanctus Euang. loquitur de cognitione per viſum, ſcilicet quod poſtquam Maria Dei Filium conceperit, ideò electa, vt Sol tàm pulchra fuit Maria, quod parum abſuit, quin mundus eam, vt Deam adoraret, Deus cunctis creaturis aliquam poſuit imperfectionem, vt cognoſcerentur quod Dij non eſſent, Sol Eclypſim patitur, Luna deficit, Stellæ nocte tantum ſplendent, at Maria eſt Sol, qui Eclypſim non patitur, Luna numquam deficiens, & ſydus ſemper lucens, vnde Dionyſius Areopag. Epiſt. ad Sanctum Paulum admirans Mariæ pulchritudinem ſcripſit. *Cum ductus fuit ad huius aſpectum Virginis, tantus me diuinus ſplendor circumfluxit exteriùs, vt nec corpus inſelix, nec ſpiritus poſſet tanta felicitatis inſigna ſuſtinere, defecit cor meum defecit ſpiritus meus, tanta gloriæ Maieſtate oppreſſus, teſtor Deum, qui erat in Virgine, niſi me diuina docuiſſent eloquia, hanc Deum verùm putauiſſem, quoniam nulla poterat maior gloria videri.* De Mariæ pulchritudine dicitur Cant. 2. *Sicut lilium inter ſpinas*, terrenæ pulchritudines, ſpinæ ſunt, inducentes mortalium corda ad culpam, at Mariæ pulchritudo, lilium eſt, intuentium corda ſanctificans, vnde D. Ambr. loquens de Maria dixit. *Neminem inuiſebat,*
li. de virt. Virg. *quin ei Virginitatis donum, non conferret*, Ioſeph Virgo fuit, quia cum Maria verſabatur; Mariæ aſpectus, omnes inordinatos affectus interficiebat, hinc Cant. 3. dicitur de ea; *caput tuum, ſicut Carmelus*, quod Textus Hebræus legit. *Sicut vir circumciſionis*, quaſi diceret Virginis caput, nos docet impuritatem noſtram circumcidere, vnde de Maria ſunt illa verba. *Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit*, ideſt ſtatim, ac hic pulcherrimus Mariæ flos apparuerit, aduenit tempus prauos, & inordinatos mortalium affectus recidendi. D. Th. ait, quod Mariæ aſpectus, ita hominum corda inflammabat, vt hilariter propter Chriſtum omnes ad martyrium pergebant, & ideò in primitiua Eccleſia, tot fuere Martyres.

Tanta erat Mariæ pulchritudo, vt quaſi Aeternum Verbum ab ea oculos auertere, non poſſe videretur, & ita Mariæ pulchritudine Chriſti cor rapiebatur, quod oportuerit, vt Chriſtus ſibi ipſi dulcem vim intulerit, & ſeiungeret ſe ab aſpectu Mariæ, vt finem humanæ redemptioni dare potuiſſet, hinc Chriſtus Mariam alloqueris dicebat. *Auerte oculos tuos à me, &c.* & Septuaginta. *Quia eleuas me videndo te*, quæ verba expendens D. Ambr. dicebat. *Vult*
ſer. 18. in Cant. & l. de Iſaac, & anim. c. 8. *illam auertere oculos, ne eam conſiderans, quod iam ad ſuperiora ſequi poſſit, eleuetur, ac cæteras animas derelinquat*, cuius rei rationem adducens ſubdit. *Tanta enim eſt Mariæ dignitas, & gratia, vt Deo quodammodo opus ſit mentem, & oculos ab illa auertere, vt illos ad reliquos homines deponere poſſit.*

Narrat Lucas Euang. cap. 2. quod poſtquam Maria inuenerit Filium ſuum in templo, cum Doctoribus diſputantem, dixit ei. *Fili quid feciſti nobis ſic, ecce Pater tuus, & ego dolentes quęrebamus te*, rigidè Chriſtus reſpondit Matri. *Quid me quærebatis? neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* cuius rigidæ reſponſionis cauſam; D. Ambr. cit. inueſtigans ait. *Sic Maria pulchritudine tenebatur Chriſtus, ſic irretiebatur amore, vt niſi ſibi inferret vim, ab illa exire nequiret.*

l. 3. contra hæreſes Her. 79. Sancti Patres demirantur cur Chriſtus è Cruce Mariam alloquens dixit ei. *Mulier ecce Filius tuus*, non vocauit eam Matrem, ſed Mulierem, quæ verba afflictæ Mariæ, afflictionem addere poterant, ſed reſpondet D. Epiphan. *Mulierem appellauit, ne quis Beatam Virginem excellentioris*

leutioris alicuius naturæ crederet, eoque vocabulo, quaſi vaticinans, ad ea ſchiſmata, hæreſeſque refutandas vſus eſt, quas in orbe terrarum olim excitandas cognouerat, nemo, vt Sacroſancta Virginis, vehementiori quadam admiratione permotus, ſeſe ad illius hæreſis nugas, ac deliria conuerteret.

Hinc ingreſſo Gabriele Archangelo ad Virginem, vt eam ſalutaret, tanto ſplendore Virginem circumdatam intuitus eſt, vt quaſi Dea videretur, & quo nomine eam appellaret, quaſi ignoraret, vnde ſalutans eam dixit. *Aue gratia plena*, & vix audita Mariæ reſponſione. *Ecce ſcilicet Ancilla Domini*, diſceſſit Angelus ab ea; nil aliud ſubiungens, vt Cęleſti Oratori conuenire videbatur, eò quod Mariæ ſplendori, ſuperaddito maternitatis ſplendore, ita obſtupuit Archangelus, quod admirans Mariæ pulchritudinem, amplius loqui, non valeret, ita ait. D. Anſel. *Diſceſſit Angelus admirans pulchritudinē eius*, hinc Angeli, dùm Maria in Cęlo aſcendentē intuebantur; dicebant, *quæ eſt iſta, &c.* quaſi dicerent, hæc nō videtur creatura, ſed quaſi Dea, filio ſimilis, audite D. Greg. *Ideò Angeli non cognouerunt eam, quia tanta claritate fulgebat, quod non videretur creatura.* Tanto lumine, & pulchritudine Deiparæ vultus elucebat, quod ſi ponerer in medio, inter Chriſtum, & Mariam, quò me verterem neſcirem, ita Diuo Auguſtino accidiſſe legitur, & hoc mirum non eſt; nam Deipara, amoris vi in Chriſto transformata erat, vt Diuæ Catharinæ Senenſi eueniſſe legimus, quæ ardenter Chriſtum diligens, in Chriſto transformata, à Beato Raymundo viſa eſt.

Magna eſt inter Doctores controuerſia, an in vltima Chriſti Cęna, Maria adfuerit, & maior Doctorum pars Mariam abfuiſſe affirmat, quod ſi verùm eſſet, non poſſem cum D. Leone, non exclamare dicens, quomodo Pijſſimè Domine? hæc cęna vltima eſt, Diſcipulos ob ſignum magni amoris ad hanc cęnam adeſſe permittis, & Matrem excludis? *O altitudo diuitiarum ſcientiæ, & ſapientiæ Dei, quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius.* Ita clamat D. Leo, ſed ſciatis fratres, ideò, Chriſtum noluiſſe, quod Mater adeſſet, quia in hac vltima cœna, Diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum fuit inſtitutum, per quod homines dignè ſumentes in Chriſto transformātur, at quia Mariam iam ad maiorem pulchritudinem, & ſanctitatem peruenire non poterat, ideò non fuit opus Mariam adeſſe in illa vltima cęna, & talis erat Mariæ pulchritudo, venuſtas, atque ſplendor, & ſimilitudo cum Chriſto, quod omnes eam intuentes obſtupeſcerent, & fuit, cauſa, inquit Diuus Petrus Damianus, quod Virgo non peragrauerit orbem, ne ob eius pulchritudinem, & ſplendorem tamquam Dea veneraretur, hæc ſunt verba Petri Damiani. *Ne tota gens obſtupeſceret.*

D. Giorgius Archiepiſcopus Nicomedienſis de Mariæ pulchritudine ſic exclamat. *Opulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum*, & Damaſcenus vocat Mariam. *Totius naturæ venuſtatem*, Riccard. Victor. de Maria ait. *Vultu Angelico tàm corpore, quàm mente*, & Gerſon ait. *Pulchritudo, & ſpecialitas qualibet reperta in creaturis omnibus ſparſim tota colligitur in beata, & pulcherrima mulierum, vel formaliter, vel eminenter.*

apud Lip. 21. Nou. or. de nat. cap. 26. in Cant.

Omnium creaturarum pulchritudinem continebat. *Aſtitit Regina à dextris tuis circumdata varietate*, vnde D. Antoninus Archiepiſcopus Florentiæ inquit. *Conſiderandum eſt Mariam perfectiſſimam fuiſſe Dei Imaginem, ab ipſo Deo ſumma arte, ac ſingulari prouidentia depictam.* Antequam Maria obiret acceſſerunt ad Mariam Angeli, ſic eam depræcantes, reuertere reuertere ſunamitis, reuertere, vt intueamur te, ſi Deus eſt, qui ſummè Angelos in Cœlo, Beatos facit, ad quid Mariæ pulchritudinem intueri exoptant? quia, quemadmodum Deus talis eſt ex natura ſua, & Maria eſt Dea per gratiam, ego dixi Dij eſtis, ita ſicut Deus ex natura Angelos Beatos facit, ſic Maria cęleſtes illos Spiritus felicitate afficit per gratiam, vtrumque ergo Angeli cupientes, dicunt. *Reuertere, reuertere, &c.* audite D. Bernardin. *Quilibet cęlicus ordo lętatur, quia in Beata Virgine reperit aliquid gloriæ ſpeciale, eiuſque pulchritudine beantur.* Hoc ergo diſcrimen eſt inter Dei pulchritudinem, & pulchritudinem Mariæ, eam Deus habet ex natura ſua, Maria autem per gratiam, vnde Abbas Cellenſis de Pan. 16. cap. 12. dicebat. *Quidquid habet Deus, habet à ſe ipſo, & in ſe ipſo: Maria verò tota Deitatis gratia eſt ſuperfuſa.*

Alphab. 82. lit. A

de Aſſūp. ſer. 11. ar. 2. cap. 1.

Hinc Maria Eccl. 29. loquens de ſui pulchritudinibus dicebat. *Excellentium, & ſublimium corda propria virtute calcaui*, intelligitur de Lucifero, Ezechiel 28. dicitur. *Tu ſignaculum ſimilitudinis gloria Domini, plenus ſapientia, perfectus decore*, quod Maria Luciferi caput confregerit, clarè patet ex Geneſ. *Ipſa conteret caput tuū*, ſed quod Luciferi cor calcauerit, nō reperio, & tamen eam dicentem audimus, excellentium, & ſublimium corda calcaui; vnde hoc? quia nimirū Lucifer in corde ſuo cogitauerit iuxta Deū ponere ſolium ſuum Iſa. 14. *Dixi in corde meo, ſedebo in monte teſtamēti, in lateribus Aquilonis, & ſimilis ero altiſſimo*, quaſi ergo diceret Maria, vbi Lucifer cor ſuum ponere ſtatuerat, ego pedes meos collocaui, quod ipſe inordinatè appetijt, ego obtinui, & eò per gratiā perueni, quò ipſe fruſtra peruenire conatus eſt, audite D. Petrum

Digitized by Google

trum Damian. ibidem. *Habitat in Cęlis Deus, ſed non in Angelis, quia cum illis eiuſdem non eſt eſſentiæ, habitat, cum Virgine, cum qua vnius naturæ habet vnitatem.* Ex quo ſequitur Mariæ pulchritudinem per gratiam, eamdem, & ſimilem eſſe pulchritudini Dei, quàm habet ex natura ſua, in mentem quæſo veniat, quod olim Cant. 1. Maria Deum intueri cupiens dixerat. *Oſtende mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, ſed diuinam reſponſionem audiamus. *Si ignoras te ò pulcherrima mulierum egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum*, potiùs videtur, quod Deus reſpondere debebat. *Si ignoras me*: & non, ſi ignoras te, ſed hoc dixit, quia ita Maria, per gratiam Deo ſimilis erat, quod ad videndum Deum ſufficiens eſſet, quod Maria ſe ipſam intueretur, in qua vera Dei imago, & ſimilitudo per gratiam elucebat, audite D. Militonem art. 3. *Vide Deiparæ Matris excellentiam, nam quæ Filium ignorat, & ſeipſam ignorare neceſſè eſt, ac ſi diceret filius, ex te eſt, quod quæris, & imaginem tuam intueri poteris.*

l. 3. c. 128 Quintus Curtius narrat, quod volens Alexander Magnus in quodam belli negotio à ſuo dilectiſſimo Epheſtione conſilium petere, miſit ad eum per nuncium Epiſtolam, at antequam nuncius ad Epheſtionem perueniret, alia via, idem Alexander feſtinauit, & præueniens nuncium peruenit ad domum Epheſtionis, & paulo poſt, cum aduenerit nuncius Alexandri, Epiſtolam Epheſtioni detulit, quàm cum vidiſſet Epheſtio, dixit Alexandro. *Cur Dominus famulum præcurrit?* reſpondit Magnus Alexander. *Epheſtionis fides, & prudentia Alexandros ſpectatores habere debet.* Ita accidiſſe videtur Sacratiſſimæ Deiparæ, mittens enim Deus Cęleſtem nuncium ad Mariam, Deus ipſe gratia ſua præcurrit Cęleſtem nuncium, & prius quàm Archangelus Gabriel veniſſet ad Virginem, peruenit ipſe, patet hoc ex Verbis Cęleſtis nuncij. *Aue*, ſcilicet, *gratia plena*, ergo Archangelus inuenit Mariam, iam plenam diuina gratia, audite D. Bern. *Quid mirum ſi gratia plena erat, in qua Dominus erat, ſed hoc mirandum, quomodo, qui Angelum miſerat ad Virginem, ita ne velocior Angelo fuit Deus, qui feſtinantem nuncium celerior ipſe præueniret ad terras*, & idem Bern. cit. huius præuentionis cauſam adducens ait. *Deus enim, qui vbique totus eſt per ſuam ſimplicem ſubſtantiam, ſpecialiter tamen cum Maria, eius enim pulchritudinis meritò debebat Deus eſſe ſpectator.*

hom. 3. ſuper miſſus eſt.

l. 2. de Virgin. D. Ambr. ait. *Species Corporis ſimulacrum eſt mentis, figuraque probitatis.* Nouatus ait. *Decens erat, vt perfectiſſima venuſtate decoraretur Maria propter Filium, quem ſpecioſum præ filijs hominum, erat paritura.* Ariſt. 2. Phyſ. ait. *Natura eſt vis inſita rebus, ſimillima ex ſimilibus procreans.* Ex quo noſter Nouatus hanc educit conſequentiam. *Ergo ſi natura non impediatur, Filius naſcetur ſimilis generanti, ſed Chriſtus fuit ſpecioſiſsimus, & ex ſubſtantia Virginis generatus: Spiritu Sancto cooperante: ergo debuit eſſe ſimilis Matri, nullum enim impedimentum in tali generatione, & natiuitate potuit interuenire*, hinc illud Marci 6. *Nonnè hic eſt Filius Mariæ*, & quod Chriſtus, fuerit nimia pulchritudine ornatus, habetur Pſal. 41. *Specioſus forma præ filijs hominum*, in quem Pſalmum Genebrardus aſſerit de Chriſto. *Per omnia ſuæ genitrici ſimilem.*

to. 1. q. 6.

Salazarus in Prou. explicans cap. 31. num. 209. ait. *Pulchritudinem Virginis, non ſolùm naturæ, ſed miraculo tribuendam eſſe.* Ita vt noſter Nouatus cit. dicat. *Quod ea erat pulchritudo Chriſti, vt neſcio quid diuinitatis in eius aſpectu emineret, ergo meritò affirmamus Beatæ Virginis aſpectum ſpiraſſe neſcio quid diuinitatis*, audite D. Hieron. de Chriſto. *Fulgor ipſe, & Maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie Chriſti relucebat, ex primo aſpectu videntes ad ſe trahere poterat, ſi enim in magnete, & ſuccinis hæc eſſe vis dicitur, vt annulos, & ſtipulam, & feſtucas ſibi copulent, quantò magis Dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat quos volebat?* & D Chryſoſt. *In vultu Saluatoris fuit aliquid diuinum, quod videntes hominem ſequebantur*, & D. Hieron. in Epiſt. ad Princip. *Niſi Chriſtus habuiſſet in vultu quoddam ſydereum, numquam eum ſtatim ſequuti fuiſſent Apoſtoli.* Idem ergo dicendum erit de Maria Chriſti Mater, licèt ob diuinam naturam, quæ erat in Chriſto nobiliori, & perfectiori modo, diuinitatis fulgor rutilaret, quàm in Virgine Matre, quæ erat pura creatura, hæc noſter Nouatus. D. Germanus Conſtantinopoli. ait. *Salue pulchritudinis Diadema.* Rupertus lib. 1. in Cant. introducit Mariam cum Chriſto ita loquentem. *Verè ergo dicis mihi, ecce tu pulchra es; & dico tibi ecce tu pulcher es, quia tu pulchritudo mea es, quod ego pulchra ſim, totum tibi attribuendum eſt: neque enim virga floris, ſed flos virgæ pulchritudo eſt.* Chriſtus igitur fuit Mariæ pulchritudo, audite eundem Rupertum. *Quando Spiritus Sanctus, in te ſuperuenit, & Filium virgo concepiſti, tunc tu, & ex tunc pulchra pulchritudine diuina.* D. Ignatius Martyr. ſcribens Ioann. Euang. ait. *Magnus eſt concurſus populorum, Reginam Cœli videre, & audire cupientium.* D. Epiphan. ait. *Cum Ioannes in Aſiam inſtituerit profectionem, numquam dicit Scriptura, quod adduxerit ſecum Virginem Mariam, ne ad ſtuporem perduceret hominum mentes.*

in cap. 9. Matth.

hom. 13. in Matth.

or. in nat. Virg.

l. 6. in Cāt.

DE

Digitized by Google

DE MARIÆ HVMILITATE.

MAriæ Humilitas, fuit humilitas Angelica, ita innuere videtur Dauid dicens Pſal. 112. *Quia humilia reſpexit in Cœlo, & in Terra*, & Iob cap. 26. *Columnæ Cœli contremiſcunt*, & per has Cœli columnas D. Tho. Angelos intelligit, ſed quæres, quare contremiſcunt? quia reſpectu Dei infinitatis ſeipſos nihil færè eſſe intuentur, ita, & Sacratiſſima Virgo ob humilem ſui ipſius cognitionem, propter quam nihil ſe eſſe exiſtimabat, Deum contemplans, & gratias ſibi ab eo collatas dicebat. *Reſpexit humilitatem Ancillę ſuę*, imò Mariæ humilitas fuit Seraphica, veniat in mentem quæſo Iſaiæ viſio cap. 6. vidit enim Dominum ſedentem, & Seraphim ſtabant, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, dicit Chryſoſt. quòd Seraphim Dei caput, & pedes non cooperiebant, quia Deus, neque caput, neque pedes habet, ſed ſemetipſos cooperiebant, Seraphim diuinam illam maieſtatem contemplantes, & ſeipſos intuentes, maxima confuſione afficiebantur, ita Sacratiſſima Virgo, ex duplici cogitationis actu, & relatione, ſe nihil eſſe exiſtimabat, & D. Bernardinus Senenſis dicit, quod Maria iugiter diuinam, & infinitam maieſtatem contemplabatur, & propriam nihilitatem, & ex his duobus actibus quædã Seraphica humilitas in ipſa oriebatur, & intuens Maria propriam naturam, abſque gratia cognoſcebat ſe potuiſſe peccare, vnde cunctorum viuentium ſe magis peccatricem eſſe exiſtimabat, ita fatetur Ioannes Gerſon, & talem cognitionem de ſe ipſis habent omnes Sancti, vnde D. Paulus 1 Thrim. 1. dicebat. *Venit Ieſus peccatores ſaluos facere quorum primus ſum ego*, non dicit *Fui*, ſed *Sum*, quia propriam naturam abſque Dei gratia conſiderabat, Seraphica fuit hæc Mariæ humilitas, quia hanc ſuæ vilitatis cognitionem à Deo ortum habere cognoſcebat, vnde dicebat. *Reſpexit humilitatem meam*, ita Euſebius D. Thom. & Chryſoſt. affirmant, vnde inquiunt in diuina Scriptura dicitur, *vidit*, ideſt, *videre facit*, & quando Deus dixit ad Abraham. *Nunc cognoui quod times Deum*, intelligitur. *Cognoſcere fecit*, nam Deus ſemper cognoſcit, & Dauid Pſalm. *Vide humilitatem meam, & laborem meum*, ideſt. *Fac me videre*.

in quodam ſerm. de B. Virg.

in quodam ſer. in cœna Dom.

Tàm magna fuit Mariæ humilitas, quod omnes actus humilitatis cunctorum aliorum Sanctorum, dicere poſſumus fuiſse in Maria, vnde Cant. 3. dicitur. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ſicut virgula fumi*, virgula hæc fumi eſt Maria, quæ à puluere omnium Sanctorum ortum habet, nam actus humilitatis Moyſis, Hæliæ, Hyeremiæ, & aliorum, ſunt puluis pigmentarij, at Maria eſt virgula fumi, naſcitur ex aromatibus myrrhę, & Thuris.

Quamuis Virgo Sacratiſſima ex Illuſtriſſima Stirpe Patriarcharum, Prophetarum, Sacerdotum, Regumque ortum habuerit, ob humilitatem tamen noluit talis haberi, ſed voluit, quod ſua poſteritas ex vili Paſtorum ſtirpe denominaretur, vnde Iſa. cap. 11. dixit. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & per virgam*, (vt omnes færè fatentur) intelligitur Sacratiſſima Virgo Maria, quæ licèt ex Dauid fuerit, ota, cum tamen, non nominat, eo quia Dauid fuit Rex, ſed de radice Ieſſe, qui fuit Paſtor, & hoc ob humilitatem, hinc cum ab Angelo laudaretur, turbata eſt in ſermone eius, & D. Thom. intelligit. *De turbatione admirationis*. Quaſi diceret Maria, *quid ſum ego, vt benedictionem merear*.

Quamuis Pitagorici aſſeruerint, quod terra ſemper moueatur, omnes tamen alij Philoſophi terram ſtabilem, & firmam eſſe fatentur, ſolùm de huius firmitatis cauſa peruiritur, D. Baſilius, & D. Greg. Nazianz. hanc firmitatem diuinæ tribuunt voluntati, Philoſophi autem dicunt, hoc euenire terræ, quia grauis eſt, & omne graue tendit deorſum, & ad centrum, vt requieſcat, Pſalmographus hanc dubitationem; & difficultatem ſoluere perquirens, & Deum alloquens dixit. *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam*, vel vt Textus Hebræus legit. *Super Baſim ſuam*, ſed quæ nam ſit hæc Baſis præclarè Sanctiſſimus Iob declarat dicens cap. 26. *Appendit terram ſuper nihilum*; nos verò relinquendo modò ſenſum literalem, dicimus, hanc terram eſſe Sacratiſſimam Virginem Mariam, de qua Dauid inquit. *Benedixiſti Domine terram tuam, & Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum*, & ſi terra ſemper tendit ad ima, & Maria ſemper fuit in profundo ſuæ humilitatis, ſi terra lilia, flores, ſuauiſſimoſq; fructus producit, & ex Maria ortus eſt Chriſtus, qui de ſeipſo inquit. *Ego flos cãpi, lilium conuallium*, afferens nobis illum diuinum, & benedictum fructum de quo Gabriel dixerat. *Benedictus fructus ventris tui*, vt ergo hæc terra firmior ſit, & melius ſuſtinere valeat, non montes, non colles, non Maria, non flumina, nec Coelos tantum, ſed Coelorum Creatorem; in nullo alio niſi in nihilo fundatur. *Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ*, alia litera habet. *Quia reſpexit nihilitatem*, non dixit, *nihil*, in concreto, vt de terra dixerat Iob, ſed nihilitatem in abſtracto, vt meliùs principia, & fundamenta, in quibus Deus tot magnitudines,

Digitized by Google

& excellentias congregauit appareat, vnde ſubiunxit Maria dicens. *Fecit mihi magna, qui potens eſt*, Cant. 7. ita ſcribitur. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis Filia Principis*, Deus captus videtur amore ſuæ Spõſæ, ſcilicet, Beatiſſimæ Virginis, aùt Animæ Sãctæ ob pulchritudinem pedum, & calceamentorum, hæc autem, nihil ſignificant, niſi humilitatem, de Holoferne narrat ſacra Scriptura Iudith 16. quod ſandalia Iudith rapuerunt animam eius, Alexander ab Alexandro, de quodam Rege commemorat, quod cum Aquila quædam per aerem volitans quemdam perpulchrum calceum roſtro ſuo portaret, calceus cecidit ad pedes Regis, cuius pulchritudo ita illum cæpit, vt per varias, ſui Regni Prouincias, nuncijs miſſis ad explorandum, cuius nam calceus ille eſſet, & agnito cuiuſdam feminæ eſſe, nomine Radopeæ, illam in vxorem accepit. Ita viſa Deus è Cœlo humilitate Beatiſſimæ Virginis, miſit ad eam Angelum, vt nunciaret ei Verbum in illam deſcenſurum, & in Matrem accepturum. *Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ*, Textus Hebræus legit, *Quia reſpexit nihil*,

Tàm magna, & grata fuit Mariæ humilitas, quod maior dolor, quem ipſa in terra ſubſtinuerit, fuit cum agebatur, eam hac virtute expoliari, & hic Virginis dolor, tàm magnus fuit, quod doloribus, & tormentis, quæ Chriſtus in paſſione ſua ſuſtinuit æquiparari poſſe videtur, nam à Luc. cap. 1. ſcribitur Archangelum Gabrielem ad Virginem perturbata deſcendiſſe, vt eam conſolatione afficeret, & his verbis conſolaretur eam; ne timeas Maria inueniſti gratiam, & D. Matth. c. 26. refert deſcendiſſe eumdem Angelum in hortum ad conſolandum Chriſtum poſitum in agonia, Diuus Petrus Chryſolog. inquit, quod hic Angelus fuerit idem, qui ad Mariam venerat. *Apparuit Angelus confortans eum*, dùm Chriſto omnia tormenta, pœnæ, quas in paſſione paſſurus erat repræſentabãtur, ſed quod mirum eſt, Angelus hic Mariam conſolatur tempore, quo Beata Virgo maioribus felicitatibus, quæ à nullo intellectu creato excogitari poſſunt fruebatur, & tamen conſolatione indiget, quare hoc? vt cognoſcat ſcilicet mundus, quàm abiectam Maria ſe reputabat, & quanti faciebat humilitatem, putans ſe nihil eſſe quamuis ad ſupremam Dei Maternitatem fuerit aſſumpta, ita vt omnes magnitu-

In illa verba ne timeas Maria, dines dolorem maximum afferrent humili Mariæ, audite D. Petrum Chryſolog. *Ne timeas Maria ſicut enim Chriſtus interdum per Angelum confortari voluit, ita debuit Virginem per Angelum animari*, Et tamquam humilis reſpondit Angelo, *Ecce Ancilla Domini, &c.* quod admirans D. Ambr. in Luc. cap. 1. ait. *Quæ Mater eligitur ancillam ſe nominat*, Et hæc Mariæ humilitas, videtur leniuiſſe Chriſti tormenta, & pœnas, dùm in Cruce pendebat. Hinc Pſalmographus in perſona Chriſti in Cruce loquens, dixit. *Deus Deus meus reſpice in me, & miſerere mei da imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac Filium Ancillæ tuæ*.

D. Aug. obſeruat, quod Chriſtus non dixit; ſaluum fac Filium dexteræ tuæ, vel Filium Reginæ tuæ, vel Filium Sponſæ tuæ, &c. ſed dixit Filium Ancillæ tuæ, vt oſtenderetur, quàm efficax fuerit Mariæ humilitas ad lenienda Chriſti tormẽta, & pœnas in paſſione ſua, & quemadmodum mediante hac humilitate, quando ſcilicet Sacratiſſima Virgo dixit. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum Verbum tuum*, tunc Chriſtus accepit eſſe in hoc mundo, nam tunc *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, ita voluit Chriſtus hanc met vitam in Cruce, eadem humilitate finire, vocans ſe ipſum Filium Ancillæ, ſaluum fac Filium Ancillæ tuæ, au-

in pſ. 21. dite Diuum Auguſt. *Saluum fac Filium Ancillæ tuæ*, & cuius Ancillæ? niſi illius, quæ dixit. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum Verbũ tuum?* Hæc Mariæ humilitas coegit, vt ita dicam Dei

1. ſuper miſſus eſt. Filium, ad carnem humanam aſſumendam, vnde D. Bern. 1. *Si Maria humilis non fuiſſet ſuper eam Spiritus Sanctus non quieuiſſet*, hinc dixit Iſaia cap. 11. *Egrediatur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendit*, quod virga egrediatur de radice, benè ſe habet, ſed, quod flos eius de radice aſcendat, hoc ignoro, potiùs dicere debebat flos de ramis aſcendet; ſed meam reuoco ſententiam, hoc enim dictum eſt, vt Mariæ humilitatis potentia oſtenderetur, per quam Dei Matrem eſſe meruit, quia tùm naturales, tùm etiam omnes Sancti Patres, arbo-

ſer. 56. de B. Maria. rum radices ſymbolum humilitatis eſſe affirmant, audite Albertum Magnum. *Nota quod non ex ſummitate, ſed ex radice aſcendit flos ideſt Filius Dei, ſpes æterna Beatitudinis.* Imò propter humilitatem, Maria ſuper omnes Sanctos, & ſuper Cherubim, & Seraphim aſcendit, ita D. Maximus Epiſc. Turin. annotauit his verbis, *Numquam Maria ſuper cæli ſolium aſcendiſſet, niſi mentis humilitate priùs omnibus deſcendiſſet*. Et quamuis Sacratiſſima Virgo, ita in terra fuerit exaltata, quod ad immenſam Dei Matris dignitatem peruenerit, ſemper ferè ob humilitatis deſiderium, non Matris, ſed Mulieris, ſiuè Ancillæ nomine appellari læta eſt, vnde nonnulli Doctores perquirentes, quare in nuptijs Canæ Galileæ, vt narrat Ioan. cap. 2. alloquens Chriſtus Mariam non Matrem, ſed Mulierem vocauit, dicens. *Quid mihi, & tibi Mulier?* & in Caluario Ioan. 19. *Mulier ecce Filius tuus*, reſpondit Auctor additionum, Gloſ. ibidem, *Matrem*,

Digitized by Google

trem, cuius humilitatem maximè cognoſcebat, Mulierem vocat, quod eſt nomen commune cuilibet Mulieri, non autem Matrem, quod maximam dignitatem includit. Nam Matris nomē dominum; quod Mulier ſuper hominem haber ſignificat, ò immenſa Mariæ humilitas, hinc cum eam laudaret, & extolleret Eliſabeth, reſpondit Maria, ſe humilians, Magnificat anima mea Dominum Luc. 1. D. Antoninus obſeruat, quod Maria Deum, vocat Dominum, cum poſt Incarnationem eum vocare potuerit Patrem, Filium Sponſum, quare ergo Dominum vocat? reſpondet D. Antoninus. *Non dicit Sponſum, non Patrem, non Filium, quamuis quodlibet eorum dicere potuerit verè, ſed tantum dicit Dominum, vt omni via proprias laudes fugeret, ſi dixiſſet Sponſum, multum ſe laudaret, ſi dixiſſet Patrem, vel Filium aquè laudis eſſet, ſed dicit Dominum, quod eſt relatiuum ad ſeruam, & Ancillam.*

p. 3. tit. 1. c. 28. §. 3.

Alexander ab Alex. Refert de quodam puteo in Achaia quod vento Aquilone, vel aliis ventis eſflantibus, aqua illius potei, nec mouetur, nec conturbatur, ſed tranquilla iacet, at flante Auſtro, illicò conturbatur, & fluctuat. hunc puteum Mariam eſſe poſſumus affirmare, de qua Cant. dicitur, poteus aquarum viuentium, puteus præaltus eſt, Maria ob ſuam humilitatē, & cum perſecutionum, & iniuriarum venti Aquilonares ſufflarent, tranquilla perſeuerat, ita in tēpeſtate Paſſionis Chriſti. Ioan. Euang. c. 18. affirmat de Maria, dicens, *Stabat iuxta Crucem Maria Mater eius,* at ſufflantibus vētis laudum, & magnitudinum, ait Luc. Euāg. cap. 1. *Turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſset iſta ſalutatio.* vnde D. Bonau. exclamabat. *O mira, & profunda humilitas Mariæ, ecce Mariam Angelus alloquitur, Maria gratia plena dicitur in Matrem Domini aſſumitur, iam omnibus creaturis anteponitur, iam Domina Cœli, & terra efficitur, ſed in his hominibus mira humilitate deprimitur dicens. Ecce Ancilla Domini.* D. Bern. ait. *Venit Angelus, vt Virginem de ſuis laudibus pauidam confortaret.*

lib. 6. dierū genial. — *in Spec. Virg. c. 4.* — *Super miſſus eſt.*

D. Idelphonſus Conſiderans, quod Maria, quamuis ab Eliſabeth. fuiſſet exaltata, & ſuper omnes mulieres magnificata, non tamen intumuit, ſed ſe humilians, reſpondit; reſpexit humilitatē Ancillæ ſuæ, ita inquit D. Idelphonſus. *In nullo de ſe præſumpſit Virgo, in nullo de ſe aliquid altum ſapit, ſed tota in Deum exultat, & tota eius animu Deum magnificat: nihil ſibi tribuit meritorum, nihil ſibi de ſe applaudit, ſed ſolummodo, quæ Dei ſunt requirit, & ſapit, id circo in illo tota exultat, ſolum ſibi vendicat humilitatem Ancillæ.*

ſerm. 2. de Aßumpt.

D. Bernardus Senenſis. ait. *Continuò Maria conſiderabat Dei Maieſtatem, & ſuam nihilitatem.* *ſem. 51.*

DE DEI MISERICORDIA.

1 Diuus Ambr. Non dicas virtus mea, & fortitudo hoc mihi tribuit, ſed omnia nutu eris Diuinæ Miſericordiæ depunianda. *ſuper primum pſal.*

2 Idem. Tantæ enim pietatis eſt Dominus Ieſus, vt Iudæ donaret veniam, ſi Chriſti expectaſſet miſericordiam. *in ānotat. in Leuit.*

3 Idem. Et primum clementiam Domini debemus aduertere, quod nullum ipſe condemnat, ſed vnuſquiſque ſibi auctor eſt pęnæ. *in Luc. ſuper illud Mitte nos in porcos.*

4 Idem. De diuina miſeratione tunc ſperandum amplius eſt, cum præſidia humana defecerint. *in Exam.*

5 Idem. Fecit Deus Cœlum, & non lego quod requieuit, fecit Terram, & non lego quod requieuit, ſed lego, quod fecerit hominem, & tunc requieuit, quia habebat cuit peccata dimitteret. *in Exame ron. c. 10.*

6 Idem in verba. Gen 9. *Arcum meum pęnam in nube.* Arcum meum pęnam in nube, non ſagittam: Arcum enim inſtrumentum iaculandæ ſagittæ eſt. Itaq; non ipſe arcus vulnerat, ſed ſagitta. Et ideo Dominus in nubibus arcum magis, quam ſagittam ponit, ideſt non illud, quod vulneret, ſed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non ſoleat. *lib. de Noë, & arca. c. 37.*

7 Idem in verba. Pſalm. 114. *Miſericors Dominus, & iuſtus, &c.* Bis miſericordiam poſuit, ſemel iuſtitiam; in medio iuſtitia eſt gemino ſepto incluſa miſericordiæ: ſuperabundant ergo peccata, ſuperabundet miſericordia. *de Obitu Thodoſij.*

8 Idem. Si Deus peccatoris non indulgeret, quid eſset de Adam, & Eua? quid de Aaron, & Dauide? quid de Petro, Paulo, Matthæo, & alijs innumerabilibus? nullus iſtorum Regnum Cœlorum intraret. *in Epiſt. ad Rom.*

9 Idem. Deus omnia poteſt, ſed non poteſt, non miſereri peccatoribus pœnitentibus ad ſe confugientibus; quia negaret ſeipſum. *cit. à Gloſ.*

lib. 6. in Examer. cap. vlt. 10 Idem in verba. Gen. 2. *Et requieuit ab vniuerſo opere quod patrat.* Fecit cœlum, non lego quod requieuerit; fecit Solem, Lunam, & Stellas, nec ibi lego quod requieuerit; ſed lego quod fecerit hominem, & tunc requieuit, habens cui peccata dimitteret,

ſer. in Dñ. 3. Adu. 11 Albertu Magnus. Tanta eſt diuina miſericordia, quod reſpectu eius omnia peccata hominum quantacumq; ſint, vel qualiacumq; ſunt, quaſi ſcintilla in medio maris, & hoc debet ſpem facere homini verè pœnitenti.

de verbis Domini ho mil. 25. 12 D. Aug. Ideo negatur in pœnis miſericordia diuiti, quia dum ipſe viueret, noluit miſereri, ideò rogans diues, non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudiuit in terris, fecundus eſt ager pauperum, citò reddit donantibus fructum, via cœli eſt pauper, per quam peruenit diues.

lib. de ſpiritu, & Anima. 13 D. Aug. Tardius ſiquidem illi videtur peccatori veniam dare, quam ipſi peccatori accipere.

in pſalm. 102. 14 D. Aug. Peccant homines ſub cœlo, & tamen proteguntur à cœlo, inde enim lux ad oculos, inde aer, & ſpiritus, ſic diuinæ miſericordiæ cœlum, non ceſsat miſericorditèr in corda peccatorum influere, quantumcunq; offendant.

lib. de natura, & gratia Pe leg. to. 7. 15 D. Aug. Miſericordia Dei nos præuenit, vt ſanemus, ſubſequetur etiã vt, & ſanati vegetemur; præuenit, vt vocemur, ſubſequetur, vt glorificemur, præuenit, vt piè viuamus, ſubſequetur, vt cum illo ſemper viuamus, quia ſine illo nihil poſsumus facere.

in pſ. 100 16 D. Aug. Nemo ſibi ad impunitatem blandiatur de miſericordia Dei, quia eſt iudicium, & nemo in melius commutatus exhorreat iudicium Dei, quia præcedit miſericordia Dei.

ſuper illud miſer. & iudicium. 17 D. Aug. *ſuper illud Aut continebis in ira ſua miſericordiam ſuam*, Facilius ille iram, quam miſericordiam continebit.

lib. 50. ho miliar. ho mil. 36. 18 D. Aug. Gratias agamus Diuinæ miſericordiæ, & quantum poſſumus totis viribus laboremus, vt beneficia Dei nobis, non iudicium pariant, ſed profectum, quamuis enim multum præſumere debeamus de miſericordia Dei, non tamen negligenter debemus timere iuſtitiam eius.

ſuper illud pſalm. 31 19 D. Aug. *Dixi confitebor iuſtitiam meam, &c.* O magna pietas, vt ad ſolam promiſſionem peccata dimiſerit nondum pronunciat ore, & tamen Deus iam audiuit in corde.

ſuper illud pſalm. 93. 20 D. Aug. *Tu propitius fuiſti eis, &c.* Ignoſcendo propitius fuerat, & vindicando, non ſolum donans peccata, ſed etiam vindicans propitius fuiſti illi, Deus iraſcitur, quem peccantem non flagellat.

lib. Retrac. cap. 19. 21 D. Aug. De quocumq; peſsimo in hac vita conſtituto, non eſt vtiq; deſperandum, nec pro illo impudenter oratur, de quo non deſperatur,

in Manuali cap. 23. 22 Idem. Qui de venia peccatorum ſuorum deſperat, negat Deum eſſe miſericordem. Magnam iniuriam Deo facit, qui de eius miſericordia diffidit. Quantum in ſe eſt negat Deum habere charitatem, veritatem, & poteſtatem. Non poſsum terreri multitudine peccatorũ ſi mors Domini in mentẽ meam venerit, quoniam peccata mea illum vincere non poſsunt.

lib. confeſſ. 23 Idem. O miſeratio Dei, quæ non poteſt explicari ſermone, quam benigna, quam libera, quam gratuita. Ego peccabam, & tu diſsimulabas, non continebam à ſceleribus, prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, & tu Domine pietatem tuam porrigebas.

lib. de ſpir. & anima. 24 Idem. Nemo de Dei pietate diffidat, quoniam maior eſt eius miſericordia, quam noſtra miſeria; & quiſquis ad eum toto corde clamauerit, exaudiet illum, quia miſericors eſt. Tardius ſiquidem ei videtur peccatori veniam dare, quam ipſi peccatori accipere.

lib. 83. qu. 25 Idem. Deus omnia poteſt, non autem poteſt, non miſereri gemitibus peccatorum, qui ad ſe conuertentur,

lib. 11. de viſit. Infir. 26 Idem, Deus meus, Deus meus, audebo dicere, pace tua dicam; in quodam extaſis tripudio de te præſumendo dicam. Niſi quia Deus es, iniuſtus eſſes, quia peccauimus grauitèr, inhæremus pertinacitè peccator, gaudemus de peccato, & prædicamus peccatum: non abſcondimus, & tu placatus es, nos te prouocamus ad iram, tu nos ad miſericordiam.

27 Idem in verba. Pſalm. 102. *Miſerator, & miſericors Dominus, longanimis, & multum miſericors*, Quid tam longanimum? quid tam multum in miſericordia? peccatur, & viuitur; accedunt peccata, augetur vita, blaſphamatur quotidie, & facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos, & malos.

hom. in Pſ. 32. 28 Idem. Vocat Deus modò auerſos, donat peccata conuerſis, patiens eſt ſuper peccatores donec conuertantur: quandocunq; conuerſi fuerint, præterita obliuiſcitur, futura promittit; magnum ergo hoc miſericordiæ tempus, non pertranſeat nos fratres, non tranſeat nos.

29 Idem

Digitized by Google

29 Idem. Iudicet qui poteſt, vtrum maius ſit, iuſtos creare, quàm impios iuſtificare certè ſi æqualis eſt vtrumq; potentiæ, hoc maioris eſt miſericordiæ. *tract. 72. in Ioan.*

30 D. Bern. Cuncta peccata ab origine mundi commiſſa, diuinæ miſericordiæ comparata, ſunt quaſi vna gutta ad pelagum totius maris. *ſer. de bono latrone.*

31 Idem in verba. 2. Cor. 1. *Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis*, Dicitur pater miſericordiarum, non dicitur pater iudiciorum, quia miſericordia ex ſe ſumit materiam miſerendi, nam quod iudicet, & condemnet nos, eum quodammodo cogimus, miſerendi cauſam, & originem ſumit ex proprio, iudicandi, vel vleiſcendi magis ex noſtro. *ſer. 5. de Natiuit. Domini.*

32 Idem. Ecce quaſi ſaccum plenum miſericordia ſua Deus Pater miſit in terram hunc ſaccum inquam in paſsione conſcindendum, vt effunderetur quod in eo latet pretiũ noſtrum, *in ſer. de Epiphan.*

33 Idem. Miſeratio tua ſuper me Domine, quænam poterit explicari quàm benigna, quàm liberalis, quàm gratuita fuerit? Ego peccabam, & tu diſſimulaba, non continebam à ſceleribus, tu à verberibus abſtinebas. *ſer. de 7. miſericor.*

34 Idem. Ferendi licentiam à Mayſe petit, qui Moyſem fecit. *ſer. de Madalena.*

35 Idem. Non eſt qui ſimilis ſit tibi Munerator copioſiſſime, Remunerator æquiſsimè, gratis reſpicis humiles, miſericorditer ſaluas peccatores. *ſer. 57. in Cant.*

36 Idem. Sicut apis mellis dulcedinem, & habet etiam aculei punctionem; huius apis, quæ Chriſtus eſt, mel, & aculeum non ignorat, qui miſericordiam, & iudicium ei decantat, attamen ad nos veniens ſolum mel attulit, & non aculeum, ideſt miſericordiam, & non iudicium. *ſer. 2. Aduentus.*

37 Idem. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine.* Recuſat iudicium, & poſtulat miſericordiam, nouit naturam diuinam naturaliter piam quæ noſtram nequaquam humilitatem abhorret. *ſup. illud pſalm.*

38 Idem. Ea Dei benignitas eſt, ea hominis infirmitas, vt iſtius opera, meritaq; præueniat ſimul, & ſubſequatur Deus amando, fouendo, ac remunerando. *ſer. 83. in Cant.*

39 Idem. *Quod Deus aliquando neget poſtulata.* Miſericordiæ res eſt hac in parte ſubtrahere miſericordiam, quemadmodum iræ, & indignationis miſericordiam exhibire. *ſer. cõtra vitium ingratitud.*

40 Idem. Magnificè in hac vna conuerſione, & miſericordiæ magnitudo, & efficacia gratiæ commendatur, ſubito, ait Lucas circumfulſit eum lux de cęlo; ò verè inextimabilis diuinæ dignatio pietatis illuſtrat cęleſti fulgore, vel à foris intus adhuc luminis incapacem, qui nec dum infundi poterat, diuina ſaltem circumfunditur claritate. *ſerm. 1. de Conuerſ. Pauli.*

41 Idem. Conſidera, quod ipſe benefactor tuus Deus ita tibi benefacias, vt nihil à te repetat, nec aliqua creatura indiget. *tõ. 20. op⁹ in faſcicu lat. c. 6.*

42 D. Cyrillus. Magnum miſericordiæ Chriſti eſt argumentum non expectare ſemper laborantium preces, ſed ſua miſericordia præuenire. *lib. 2. in Io. c. 124.*

43 D. Clemens Alex. Nam cum ſit bonus ſi ceſsaſſet vnquam benefacere, Deus quidem ceſſauit eſſe, quod nefas quidem eſt dicere. *lib. 6. Stromatum.*

44 Cæſarius Arelat. Nec debet aliquis, quia Deus iuſtus eſt, deſperare, nec quia miſericors eſt, debet nimia ſecuritate confidere, ſed ſic timeat iuſtitiam, & vt quærat miſericordia contremiſcat; quia quanto nos diutius Deus expectat, vt corrigamur, tanto grauius vindicat, ſi de conuerſione tardius cogitemus. *Homil. 6. in BB. VV PP. tõ. 7.*

45 D. Cypr. In eodem articulo temporis, cum iam anima feſtinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerſerit, pęnitentiam clementiſsimi Dei Benignitas non aſpernitur, nec ſerum eſt, quod verùm, nec irremiſsibile, quod voluntarium, & quæcunq; neceſsitas cogat ad pęnitudinem, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enormitas, (ſi vera cõtritio, ſi pura fuerit voluptatum mutatio) excludit à venia. *ſer. de Cęna Dom.*

46 D. Dionyſ. Areopag. Tanta eſt clementia, & benignitas Dei, vt non ſolum ſe quærentes, ſed etiam à ſe auerſos, ac reſilientes, præuaricantes amatoriè ſequatur, contendatque ac deprecetur, ne deſerant. *Epiſt. 8. quæ eſt ad Demoph.*

47 Euthymius, in verba Pſalm. 114. *Miſericors Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſeretur.* Miſericors (inquit Propheta) eſt Dominus; ſi peccaſti non idcircò deſperes: verùm quia etiam iuſtus eſt, caue, ne ſumma illius fretus miſericordia, iterum cadas. Oſtendens tamen ad miſericordiam illum ſemper magis inclinare, quàm ad iuſtitiam, addidit. Et Deus noſter miſeretur.

48 D. Fulgent. Nullus hominum debet ſub ſpe miſericordiæ Dei in ſuis diutius remanere peccatis; tales enim nonnumquam ita præueniuntur repentino Dei furore, vt nec conuerſionis tempus, nec beneficium remiſsionis inueniant. *de fide ad Petrũ c. 3*

so Gloſs.

50 Gloſſa, in verba Iſa.28. *Vt faciat opus ſuum, &c.* Opus Dei eſt miſereri,& parcere,& condonare, non ſuum opus, ſe alienum ab eo eſt iraſci, & punire.

in c.1. Io. 51 Idem. Deus natura ſua miſericors, paratus ut ſaluet per clementiam, quos ſaluare non poteſt per iuſtitiam.

Moral.8. 52 D. Gregor. Hoc ipſum quod iuſte viuimus verè culpe eſt ſi vitam noſtram cum iudicat hanc ad apud ſe diuina miſericordia non excuſat.

hom.62. 2. part. ſup. Ezech. 53 Idem. Tunc nobis Dei miſericordiæ miræ fiunt cum nobis ad memoriam miſeriæ noſtræ reuocantur, nec enim diuinam miſericordiam intelliget, qui ſuæ miſeriæ memor non fuerit.

orat. in plagā grādin. 54 D.Greg. Nazianz. Paternæ beneuolentiæ argumentum eſt obiurgatio, contra verò omnis anima, quæ admonitionis eſt expers incurabilis manet.

in c.2. Ione tom.5. 55 D. Hieron. *Super illud, qui cuſtodiunt vanitates fruſtra miſericordiam ſuam derelinquunt.* Deus natura miſericors eſt, & paratus, vt ſaluet clementia, quos non poteſt ſaluare iuſtitia; nos autem vitio noſtro paratam miſericordiam, & vltro ſe offerentem perdimus, & relinquimus.

in Pſ.76. tom.7. 56 Idem. *Super illud, hae mutatie dextera excelſis.* Niſi dextera eius, hoc eſt filius eius mutatus fuerit, & hominis corpus acceperit, nos miſericordiam accipere non poſſemus.

Epiſt.46. ad ruſt.t.1. 57 Idem. O clementia Dei, ò noſtra duritia, dum, & poſt tanta ſcelera nos prouocat ad ſalutem,& nec ſic quidem volumus ad meliora conuerti.

In c.30. Iſaiæ. 58 Idem. *Super illud, expectas Dominus, vt miſereatur veſtri, & ideo exaltabitur parcem vobis.* Grandis clementia Dei, vt expectet noſtram pęnitentiam, & donec nos à vitijs conuertamur, ille potentem contrahat manum, ne ferire cogatur, ideo autem miſeretur, & parcit, vt exaltatur illius miſericordia, & bonitatis Creatoris nota cunctis fiat.

l.16.c.57 Iſa. 59 Idem, ſuper illud. *Neque cogitaſti, &c. oblita es.* Ego ſum, qui ſemper tacui peccata tua,& ſcelera quæcunque faciebas, quaſi non viderem, diſſimulatione neglexi, & vt ſi non timerem ei ſaltem patientia ad me redires, qui non oculis, ſed palpebris interrogo filios hominum at tu, è contrario oblita es mei, & audire meruiſti, oblita es Legis Dei tui, & ego obliuiſcar filiorum tuorum.

60 Idem, explicans. *Quare Ionas viam trium dierum vno confecerit die?* Impellebat enim eum miſericordia Dei.

in hūc loc. 61 Idem, in verba Iſaię cap.1. *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabo de inimicis meis?* Affectu pij Patris eos licèt inimicis plangit, & percutit, quia pereunt, & pęnitere nolunt.

l.9. c.28. Iſa. 62 Idem, in verba Iſaiæ 28. *Opus ſum, alienum opus ab eo.* Non eſt opus eius punire peccatores, ſed peregrinum, & alieno ab eo vt puniat, qui Saluator eſt.

63 Idem, in verba Iſaiæ cap.30. *Expectat Dominus, vt miſereatur veſtri; & ideò exaltabitur parcens vobis.* Grandis clementia Dei, vt expectet noſtram pęnitentiam, & donec nos à vitijs conuertamur, ille potentem contrahat manum, ne ferire cogatur. Ideò autem miſeretur, & parcit, vt exaltetur illius miſericordia, & bonitas Saluatoris nota cunctis fiat.

ſuper Ioel. cap.5. 64 Idem. Reddite Dominum Deum veſtrum, nec deſperetis veniam ſcelorum magnitudine, quia magna peccata, magna delebit miſericordia, qui non humanam imitatur impatientiam, ſed longo tempore noſtram præſtolatur pęnitentiam.

ad Ruſtic. 65 Idem. Niſi ſic offendit Deum, ſicut cor impenitens, ſolùm deſperationis crimen eſt, quod veniam conſequi non poteſt.

in hūc pſ. 66 Idem, in verba Pſal.76. *Numquid obliuiſcitur miſereri Deus? aùt continebit in ira ſua miſericordias ſuas?* Non potuit pulchriùs dicere; quamuis enim ſe teneat, vt non miſereatur, vincit tamen illum miſericordia ſua.

homil.42 in imperf. 67 D. Ioann. Chryſoſt. Deus inuitus compellitur cum magno dolore peccatores damnare, non enim ſic dolet, quia ab eis oſtenditur, ſed quia quaſi violenter cogitur perdere aliquē.

de Iuda prodit. 68 Idem. O Chriſti miſericordia, ò Iudæ dementia, ille eum triginta denarijs paciſcebatur, vt venderet, Chriſtus ei ſanguinem, quem vendidit offerebat, vt haberet remiſſionem peccatorum.

ſerm.42. 69 Idem. Hæc eſt Chriſti magna larga ſolam miſericordiam, quę iudicium omne in diem ſeruauit vnum, & homini totum tempus ad pœnitentię deputauit inducias.

ſup. Matt. 23. 70 Idem. Talis ſterga homines pietas Dei, vt numquam ſpernat pęnitentiam ſi ei ſincerè, & ſimpliciter offeratur.

ibidem. 71 Idem, ſuper illud Pſal.50. *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.* Miſericordia tua, ait Regius Propheta, inextimabilis eſt omnem excedens ſermonem, peccarorum

Digitized by Google

rum conſolatio, iuſtorum cautela, iuſti miſericordia indigent, vt ex peccatoribus iuſti fiant, & iuſtificati iuſti maneant.

72 Idem. Dixiſti magnam edicito quantam, quanta ſit neſcio, quod grandis eſt noui, quãrum autem non valeo appręhendere, neſcio magnitudinis quantitatem, non compręhenditur verbo, video namque fructum miſericordię grandem, niſi enim immenſum extenderetur, admodum pauci ſaluarentur. Miſerere mei Deus: ò portus omni tempeſtate carens, ò portus omni tranquillitate plenus: ſi impius es, cogita Publicanum: ſi immundus es, attende Meretricem: ſi homicida es, perſpice Latronem: ſi iniquus es, cogita blaſphęmum, conſidera Paulum priùs perſecutorem, poſtea annunciatorem. *hom. 2.*

73 Idem. Quid eſt peccatum ad Domini miſericordiam? tela araneæ, quæ vento flante nuſquam comparet. *ibidem.*

74 Idem, *ſuper Hieruſalem, Hieruſalem quoties volui congregare, &c, & noluiſti.* Miſerabili lamentatione plangebat Iudæos dicens, Hieruſalem, Hieruſalem nam Deus inuitus compellitur cum magno dolore peccatores damnare, non enim ſic dolet, quia ipſe ab eis offenditur, ſed quia, quaſi violenter cogitur perdere aliquem, qui omnes cupit ſaluare. *hom. 46. imperf. in Matt. 10.6*

75 Idem. Quemadmodum in nobis alienum eſt benefacere, ſic, & Deo contra naturam eſt malefacere, aut perdere. *ibidem.*

76 Idem. Numquid nobis Deus ignem parauit? non, ſed Diabolo, & Angelis eius, tantum ne nobis ipſi ignem accendamus. *hom. 22. quæ eſt de pęnit.*

77 Idem. Quemadmodum damnum eſt medico ſi ſubtrahantur infirmi, ſic damnum eſt Chriſto ſi non haberet, quos ſaluet. *in hom. 33*

78 Idem, explicans illud. *Si offers munus tuum ad Altare, &c.* Vide miſericordiam Dei, quæ plùs reſpicit hominum vtilitatem, quam ſuum honorem. *in imperf. in Matth.*

79 Idem. Sicut tempus miſericordiæ iudicium non ſuſcipit, ſic, & tempus iudicij miſericordiam non recipit. *Matt. c. 5 to. 2. hom.*

80 Idem, ſuper illud. *Allevat Dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes eliſos.* Dicit de clementia eſſe maximam Regni ſui gloriam, quod non ſtantes ſolùm contineat, ſed etiam qui ſunt caſuri non permittat, vt id accidat, & qui iacent erigat, & quod eſt magis admirabile non huic, aut illi, ſed omnibus id faciat, ſeù ſint ſerui, ſeù pauperes, ſeù obſcuri, ſeù inſignes; eſt enim omnium Dominus, & nec eos qui iacent prætercurrit, nec eos, qui labent deſpicit. *52. in c. 25. Matt. in pſ. 143.*

81 Idem. Deus inuitus compellitur cum magno dolore peccatores damnare; non enim ſic dolet, quia ipſe ab eis offenditur, ſed quia quaſi violenter cogitur perdere aliquem, qui omnes cupit ſaluare. *hom. 46. in Matth. 23.*

82 Idem. Propterea Chriſtus peregrinatus in terra, maxima peccata remiſit, latronem in Paradiſum reduxit, Publicanum fecit Euangeliſtam, Paulum blaſphæmum Apoſtolum orbis, vt tu peccator non deſperes, ſed peccatum fatendo deleas, & ſalubrem ingrediaris vitam. *hom. 6. de pęnit.*

83 Idem. Peccaſti? pęnitere, vulneratus es? adhibe tibi curam, dùm ſpiras, etiam in ipſo lecto poſitus, etiam ſi dici poteſt, animam efflans, etiam ſi ex hoc mundo exeas, non impeditur temporis anguſtia miſericordia Dei. Quid enim eſt peccatum ad Dei miſericordiam? tela aranearum, quæ vento flante, nuſquam comparet. *hom. 2. in pſ. 60.*

84 D. Iſid. Nullus deſperare debet veniam etiam ſi circa finem vitæ ad pœnitentiam conuertatur. Vnumquemq; enim Deus de ſuo fine, non de vita præterita iudicat. *lib. de ſummo bono c. 14.*

85 D. Petrus Chryſolog. Deus quando peccatorem quærit, non peccata, ſed peccatorem quærit, vt peccatum, quod eſt opus hominis, deſpiciat, vt opus ſuum, quod homo eſt non amittat. *ſerm. de Zacch. 54*

86 Saluianus, in verba Gen. 18. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt; deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam.* Oſtendit quàm inuitus puniat, etiam grauiſſimos peccatores, dicens, quod clamor Sodomorum ad ſe aſcenderit; hoc eſt dicere. Miſericordia quidem mea, mihi ſuadet vt parcam, ſed tamen peccatorum clamor cogit, vt puniam. *lib. 1. de prouid.*

87 Idem. Exacerbamus Deum impietatibus noſtris, & ad puniendum nos trahimus inuitum: cumq; eius naturæ ſit, vt nulla iracundiæ paſſione moueatur, tanta tamen in nobis exacerbatio eſt, vt per nos cogatur iraſci. *lib. 4. de prouid.*

88 Theoph.

cit. à Lipom. in catbec. in gen. c.3.

89 Theophil. ſuper illud. *Vbi eſt Adam*. Non ergo tamquam ignorans Deus interrogat, ſed cum eſſet miſericors præbuit occaſionem pœnitendi, & confitendi.

90 Tullius. Nulla de virtutibus principalibus admirabiliter, nec gratior miſericordia, homines enim ad Deos nulla re proprius accedunt, quàm hominibus dando, nihil habet fortuna maius quàm, vt velit ſeruare plurimos.

in quadã orat. ſer. Dom. 1. Adu.

91 B. Thomas à Villanoua. Quid times peccator? quid trepidas? quid diffidis? Conuertere ad Dominum, quia pius eſt, & benignus, & præſtabilis ſuper malitia: non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Ecce propter hoc Crucifixus eſt, propter hoc pendet in Cruce, propter hoc inter ſceleratos moritur; quomodo te damnabit pęnitentem, qui propter hoc moritur, ne damneris? quomodo te abijciet redeuntem, qui de Cœlo venit quærere te.

M A N T I S S A
Ad Diuinam Miſericordiam.

ITA proprium eſt Deo miſereri ſemper, & parcere, quod non ſolùm D. Paulus Apoſtolus 2. Cor. 1. vocet Deum Patrem miſericordiarum, ſed ipſemet Deus, eſt miſericordia, cum Pater eamdem habeat naturam, cum Filio, vt faſſus eſt Pſalmographus dicens Pſal. 58. *Deus meus miſericordia mea*, vnde cum miſeretur noſtri, tunc Deus re proprie vtitur, & magna afficitur conſolatione, vt ſcriptum reperimus Deut. 31. *In ſeruis ſuis miſerebitur Deus*, quod D. Aug. legit. *In ſeruis ſuis conſolabitur*, & meritò diuinarum miſericordiarum Deus Pater appellatur, cum ex eius viſceribus miſericordiæ producantur, quod non poſſumus affirmare de hominibus, qui licèt aliquando aliquo pietatis, & miſericordiæ actu, vti videantur, non tamen miſericordiarum Patres poſſunt appellari, cum vt plurimum ob vanam gloriam, & vt videantur ab hominibus, hoc faciant, vera enim Miſericordia ex viſceribus producitur, ad quam nos Paulus Apoſtolus hortatur dicens. *Induimini viſcera miſericordiæ Dei*; & Zaccharias in ſuo Cantico cõcinit. *Per viſcera miſericordiæ Dei, in quibus viſitauit nos oriens ex alto*, & Iſa. 63. Deum alloquens, ait. *Vbi eſt multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum*, viſcera, cum miſericordia iungit, vt oſtenderet, hanc ſine illis eſſe, non poſſe: & Pſalmographus dicebat. *Corroborauit miſericordias ſuas ſuper timentes ſe*.

Ita proprium eſt Deo miſereri, quod cum de flagellis, & punitionibus agitur, quamuis flagellum minimum ſit, magnum tamen ei videtur, & omnis magna læſio, pro minima reputatur è contra verò, cum de retributionibus agitur, omne minimum beneficium maximum ei videtur, & omne magnum prœmium, pro minimo ab eo iudicatur, nam ſicuti ſenex Pater volens proprium Filium verberare, vix illum bis leuiter percutit, quin ſtatim deficiunt ei vires, tùm ob imbecillitatem ſenectutis, tùm etiam ob amorem, quo Filium proſequitur, pari modo Deus Pater miſericordiarum, alloquens Dauidem de flagellis, quibus Salomonem erat puniturus.

2. Reg. 7. ſic inquit. *Arguam eum virga virorum*, quem locum alia traditio legit. *In virga hominum debilium, & imbecillium*, ideſt punitiò ſenium, quibus ſtatim vires deficiunt.

Hanc Dei naturam non ignorans Rex Dauid ex tribus flagellis, quæ ob peccatum ſuperbiæ pati debebat, elegit potiùs incidere in manus huius miſericordiarum Patris dicens. *Coarctor nimis, ſed melius eſt, vt incidam in manus Dei, multa enim miſericordia eius ſunt*. Hinc Angelus percutere incipiens, de mane ait Textus immiſit Dominus peſtilentiam in Iſrael, vſq; ad tempus conſtitutum, quod exponens D. Ambr. ait fuiſſe vſque ad horam prandij, vt ex ipſo Textu deduci poteſt, *Venit autem Gad ad Dauid in die illa*, ac etiam ex illis verbis. *Cumque extendiſſet manum ſuam Angelus ſuper Hieruſalem, vt diſperderet eam*. Nam tempus Angelo conſtitutum ad percutiendum, fuit trium dierum, ſed cum vix perueniſſet ad vnius diei medietatem intuens Deus illorum populorum ſtragem. *Miſertus eſt Dominus ſuper afflictionem, & ait Angelo percutienti populum, ſufficit nunc contine manum tuam*, vnde hoc? quia percuſſio, & flagellum illud, erat Patris ſenis cui ſolent deficere vires, audite diuinam Scripturam num. 14. *Dominus patiens, & multa miſericordia, auferens iniquitatem, & ſcelera, nullumque innoxium relinquens qui viſitat peccata Patrum in Filios, in tertiam, & quartam generationem*. Parum durat, at cum agitur de miſericordia. *Quoniam in æternum miſericordia eius*, & vt magis, ac magis hoc elu-

hoc elucescat, audite Iſaiam 40. *Dicit Deus veſter; loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam, quoniam completa eſt malitia, dimiſſa eſt iniquitas illius ſuſcepit de manu domini duplicia, pro omnibus peccatis ſuis,* quod perpendens Theodoretus perquirit, quomodo comprobari poteſt Dominum duplex flagellum in Hieruſalem immiſiſſe, cum promiſiſſet citra condigna punire. hoc nullatenus affirmari poteſt, niſi quod Deus in punitionibus ſe gerit, veluti ſenex Pater, erga dilectum Filium, quem vix percutit, quin acerbè, ſe percuſſiſſe exiſtimat, at in remunerando largiſſimè ſe gerit: *centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Dauid intuens Deum Calicem ferentem inquit. *In manu Domini Calix vini meri, & inclinauit ex hoc, in hoc, &c.*

Hic Calix eſt flagellorum, cum enim Deus cogitur punire, inclinat tantum Calicem, & Calix, hic in tot eſt diuiſus, vt quaſi nihil ſit flagellum, & numquam fex Dei iræ conſumitur, *fex eius, non eſt exinanita*; Deus enim numquam quantum poteſt, nec quantum nos meremur punit, at cum noſtri miſeretur effundit Calicem omnium gratiarum, ita affirmauit dilecta Sponſa. *Oleum effuſum nomen tuum,* quod Septuaginta traducunt. *Oleum exinantium, & euacuatum,* ſed audite quæſo Ioannem Euang. Apoc. 15. & 22. de vtroque Calice loquentem. *Et vidi ſeptem Angelos, habentes ſeptem phialas aureas plenas iracundia Dei,* & cap. 22. *Et oſtendit mihi fluuium aqua viua ſplendidum, tamquam chryſtallum procedentem de ſede Dei, & Agni,* perpendendum eſt, quod iram in phialas occluditur, & miſericordia in fluminibus reperitur, miſericordiæ balſamum pretioſum per terram, & iræ venenum in phialis aureis ſeruatur, quare hoc? vt oſtenderetur ſcilicet, quod ſicuti de rebus pretioſis parum tribuitur, ita nobis de ira, & ideo in phialis aureis cuſtoditur, at de rebus vilibus, quæmadmodum eſt aqua fluminũ, copioſè conceditur, ita nobis diuina miſericordia, & cum Deus nos punire cogatur, eius indignatio ex phialis guttatim deſcendit, quod prædixit Rex Ioſias 2. paral. 34. dicens, *Magnus furor Domini ſtillabit ſuper nos,* & Dauid pſalm. *Non obliuiſcetur miſereri Deus, nec continebit in ira miſericordias ſuas:* at, diuina miſericordia tamquam aquam fluminum coſipioſè nobis tribuitur.

D. Hieron. *Non eſt opus eius punire peccatores, ſed peregrinum, & alienum ab eo vt puniat quia ſaluator eſt.* lib. 9. c. 28 *Iſa.*

Pſalmographus loquens de diuinis operibus, dixit conſiſtere in miſericordia, & iuſtitia. *Vniuerſa via Domini miſericordia, & veritas,* hoc tamen diſcrimine, quod cum de miſericordia agitur, Deus iugiter in actu operandi videtur, at cum de eius iuſtitia ſit ſermo, ſemper in actu parandi inuenitur, veluti architectus Palatium ſtruere cupiens, cum Palatium miſericordiæ ædificat, ſemper in actu ſtruendi inuenitur, & Palatium vſque ad ſydera erigitur; at cum de iuſtitiæ palatio eſt ſermo, conteritur tempus in parando quæ neceſſaria ſunt ad perficiendum opus, audite Dauidem de miſericordia, *Quoniam dixit, miſericordia in æternum, ædificabitur in cęlis;* at loquens de iuſtitia inquit, *præparabitur veritas tua in eis.* D. Aug. & D. Hieron. *Pro veritate.* intelligunt. *Iuſtitiam.* Imo eſt ita in miſericordia copioſus, & liberalis, quod in ea non vtitur menſura, neq; termino aliquo, *miſericordia eius, non eſt numerus,* at in puniendo, mille menſuris, & terminis vtitur, vt patet in punitione Hieruſalem, quæ maximè Deum offenderat, audite quæſo quid dicat Hieremias; *Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum, &c.* & millies cogitat, & recogitat, quia punire debebat, imo puniens videri ſe pudet. Vnde volens dextruere Sodomam, præcepit Deus Loth, & ſuis; ne egrediendo retroſpicerent, quare hoc? ne videretur puniens: at quia diuino præcepto vxor non obtemperauit in ſtatuam ſalis conuerſa eſt. & perpendendum eſt quod ad puniẽdam Sodomam, tres Angeli fuerunt miſſi, quos intuens Abraham, *tres vidit* ait, textus, & *vnum adorauit,* at ad dextruendam Sodomam, duo tantummodo Angeli apparent, cuius rei rationem adducens Theodoretus, ait. *Quia trinarius numerus, eſt numerus perfectus, binarius autem imperfectus; ideò in punitione, conuenientior fuit numerus imperfectus, & in domo Abrahæ numeru ternarius, quia erat domus viri iuſti. domus gratiarum.* Olim Romani in nummiſmatibus, quamdam Deam lilium in manu ferentem cælari præcipiebat, hoc dicterio. *Spes publica.* lilium hoc Dei filium ſignificat, qui inquit, *Ego flos campi, & lilium conuallium,* non eſt lilium alicuius præcipui viridarii, in quo non omibus ingredi conceſſum eſt, ſed eſt lilium conuallium cunctis patens peccatoribus, vt per pęnitentiam redeant, ipſe eſt enim propitiatio noſtra, iuſtis, & erit corona in manu eius, orphanis, Pater orphanorum, cęcis lumen, infirmis medicus. *Magnus de cœlis deſcendit medicus, &c.* Mortuis vitam, *venit vt vitam habeant, &c.* eſt ſpes publica, quia paratus eſt omnibus ſuam exhibere miſericordiam. duas manus habet, iuſtitiæ vnam, alteram miſericordiæ, illa eſt deuincta, vnde Iob dicebat, *ſoluat manum ſuam, & occidat me,* hæc miſericordiæ ſemper ſoluta, *aperi manum tuam, & imples omne animal benedictione.*

Ggg Deus

Deus duo vaſa habet, miſericordiç vnum, alterum iuſtitiç, vas miſericordiç, ſunt gratiæ vas iuſtitiæ eſt indignatio, vas miſericordiæ eſt phiala, vnde ſponſa dicebar, *fulcite me floribus.* quo Pagninus legit. *Fulcite me phialis vitreis.* & D. Ioann. vidit phialas plenas iræ Dei. perpendite quod ira eſt in phialis aureis, vellet enim Deus, quod ſemper eſſet incluſa, & numquã diffunderetur, at miſericordia eſt in phialis vitreis, vt facilè omnibus exhiberetur, maximè delectatur Deus, quod è cęlo iugiter gratiæ deſcenderent, tempore Heliæ Prophetæ tribus annis numquam pluit. *Viuit Dominus ſi erit pluuia, aut ros, &c.* Quod Deus egrè ferens inuentiones perquirebat, vt terræ pluuiam daret, & dixit Dominus Eliæ; *præcepi coruis, vt paſcant te*, magnũ myſterium, inquit, Aug. & admiratur cur Deus coruis, & non alteri hoc commiſerit, Diuus Ambr. ait, *Deum hæc feciſſe, vt ad pietatem induceret Eliam*, vnde D. Chryſoſt. Eliam alloquens dicebar. *Erubeſce, & coruorum exemplo Iudæis eſto clementior.* Et quia Elias noluit placari, Deus miſit illum in Sareptha Sidoniorum, vt ab illa vidua muliere rogaretur, vt ad vitam reuocaret filium eius; quaſi Deus diceret, Elias me depræcabitur, vt ego tamquam clemens, & miſericors vitam reſtituam puero illi, & tunc dicam ego Eliæ, eſto, & tu clemens, & acquieſce, vt ego pluam ſuper terram, nam cum meum ſit miſereri ſemper, & parcere, non poſſum has orbis calamitates ſufferre, & intueri, non poſſum, non miſereri, quas diuini amantis inuentiones D. Chryſoſt. admirans, & Deum alloquens dicebat. *Tuæ artes ſunt Domine, Dominus ipſe per ſe ipſum legationis munus obit; & intercedit apud ſeruum, vt pluuiam mitteret de cœlo, & fęcundata eſt terra.*

In mundi creatione cum cuncta creaſſet. his verbis vtitur ſcriptura, *dixit, & facta ſunt.* at cum ad animæ creationem perueniſſet, ait ſacer textus. *Inſpirauit ſpiraculum vitæ*, quare inſpirauit? quaſi ad refocillanda interiora quodammodo ſubmiſit in illis faciẽ, ſe quodammodo reſpirauit, tunc enim reſpirat, cum nobis ſuas diuinas gratias copioſè tribuit, vnde cum ob peccata mundum aquis diluuii diſperdere coactus fuit, tactus dolore cordis dicebat (quaſi collachrimans) *Delebo à facie terræ hominem quem formaui?*

D. Ambr. ait quod. *Gauiſus eſt Deus ad peccatum Adæ.* Non quod ad formalitatem peccati, quia nihil plus odit Deus, quam peccatum, ſed gauiſus eſt quia exhibita fuit ei occaſio miſerendi, quod maximè iugiter exoptat, nam ad delendum peccatum, carnem aſſumpſit humanam, vnde canit Eccleſia. *O fęlix Adæ culpa.* & in ſacra Geneſi, in creatione cũctarum rerum, numquam legitur, Deum quieuiſse, niſi poſt creationem hominis rationem afferẽs D. Ambr. ait. *Quia habebat cui peccata dimitteret.*

Pſalmographus ait. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericos, & miſerator Dominus.* Miror cur Dauidi ſufficiens non fuerit dixiſse miſericors, ſed opus fuerit addere, & miſerator Dominus, cum iugiter Deus fuerit miſericos, ſed reſpondet quidam Doctor, hoc factum fuiſse, vt oſtenderetur diſcrimen inter diuinam miſericordiam antiquæ legis, & legis gratiæ, antiquitus enim cum Deus ſuam oſtendebat miſericordiam, ſemper erat coniuncta, ſimul cum iuſtitia, vt patet geneſ. 4. interfectus fuit Abel à Cain, & ecce diuina miſericordia, quæ pepercit Cain tribuens ei vitam, ſed ecce, & iuſtitia, quæ eum ſignat perpetua maledictione, dicens ei, *nunc igitur maledictus eris ſuper terram, vagus, & profugus.* Exod. cap. 32. populus vitulum aureum adorat, & diuina miſericordia condonat ei hanc culpam, ſed eodem tempore, diuina iuſtitia triginta tria millia ex reis interfecit; *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, ite, & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſq; fratrem, & amicum, & proximum ſuum.*

2. Reg. 12. Diuina miſericordia condonat Dauidi adulterium, ſe diuina iuſtitia morte afficit filium. *Dominus tranſtulit peccatum tuum, veruntamen filius, qui ex te naſcetur, morietur*, ita antiquitus diuina miſericordia ſe gerebat; at in lege gratiæ, ſemper additur gratia, ſuper gratiam, miſericordia ſuper miſericordiam. ideò miſericors, & miſerator Dominus, cum eſcam dedit timentibus ſe, quod accidit tempore legis gratiæ. hoc figuratum fuit.

Zacchar. 3. & Apocal. cap. 5. Zaccharias refert, ſe vidiſse ſuper lapidem vnum ſeptem oculos, & Ioannes vidit Agnum habentem ſeptem oculos; oculus ſymbulum eſt clementiæ, & pietatis, lapis eſt ſymbulum iuſtitiæ, in antiqua lege Zaccharia vidit oculos ſuper lapidem, et Ioannes in lege gratiæ vidit eoſdem oculos ſuper Agnum. hinc D. Chryſoſt. ait. *Vide quomodo oſtendit ineffabilem eius clementiam, non eſt autem ſolummodo miſericors, ſed multum miſericors oſtendens hanc multitudinem, non poſſe menſura comprahendi, ſed omnem ſuperare rationem.* *ſupra Pſ. 144.*

Geneſ. cap. 41. Pharao vidit per ſomnium, quod de fluuio aſcendebant ſeptem boues pulchræ, & craſſæ nimis, & paſcebantur in locis paluſtris, & aliæ quoq; ſeptem emergebant de flumine fœdæ, confectæq; macie, & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus.

Septem

Septem boues craſsæ nimis; ſignificant tempus præſentis vitæ, quo Deus repleuit terram infinitis fere miſericordijs, *Miſericordia Domini plena eſt terra*, quæ miſericordię haud poſſunt deeſſe, quia *Miſericordia Domini non peribit*, at poſt hanc vitam, magna erit miſericordię penuria, ita vt nec munere, nec aliquo pretio haberi poterit. voluit hic cęleſtis diſpenſator, vt primo adeſſet miſericordia, ſalutaris ſcilicet medicina, quam morbus peccati, vt qui in hac preſenti vita, miſericordia abuteretur, in futura vita miſericordiæ penuriam pateretur, audite D. Aug. *Nullus nobis contra fidem, quam tenemus, & annunciamus de Iudice Chriſto ſcrupulus* *ſup. Ioan.* *dubitationis remaneat, in corde, venit Chriſtus primo ſaluare poſtea iudicare: eos iudicando in pęnam; qui ſaluari noluerunt, eos perducendo ad vitam, qui ſalutem, non reſpuerunt.*

Immo modò diuina miſericordia vitam noſtram brachio ſuo ſuſtentat, vt dixit pſalmographus pſal. 91. *Si dicebam motus eſt pes meus miſericordia tua Domine adiuuabat me*, quod Agellius ex litera traducit. *Miſericordia tua tamquam brachium adiuuabat me*. Et D. Greg. *Altiſſimus eſt* *in homil.* *patiens redditor, quia peccata hominum, & patitur, & reddit, nam quos diù, vt conuertantur tolerat,* *ſint lūbi* *non conuerſos durius damnat.* *veſtri præ* *cinti, &c.*

Apoc. cap. 10. Ioanni Euang. traditus ab Angelo quidam liber, vt degluciret illum, in quo vt affirmat D. Andreas Epiſcopus Cappadociæ, omnia hominum peccata erant ſcripta, *& cum deuoraſſem eum*, inquit Ioannes, *amaricatus eſt venter meus*, & D. Andreas ibidem, rationem ſubdens dicit. *Quia peccatum coctu facile non eſt.* & ad id concoquendum fortis requiritur ſtomachus, diuinus inquam requiritur, non carneus ſtomachus ad tolerandum patienter hominum peccata, vnde ſponſa de ſuo dilecto dicebat venter eius eburneus, & Diuus Petrus Damianus clamabat. *Libenter ad te confugio Domine, quia diutius pateris, & velociter mi-* *ſerm. 58.* *ſereris, quia tu es Deus, & non homo.* Hinc Ioannes Baptiſta adhuc infans deſertum petit.

Antra deſerti teneris ſub annis,
Ciuium turmas fugiens petiſti,
Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes.

At Chriſtus moratur in ciuitatibus, quare hoc? reſpondet Palacius. *Quia in ciuitate ſunt tot* *in cap. 3.* *peccata, exiguum ſtomachum habet Ioannes ad hominum ferenda peccata, porrò Chriſtus grandiori* *Matth.* *erat ſtomacho.* Hic Leuit. 2. voluit, vt Azimus panis ei offerrentur quia difficilis erat coctu. *Omnis oblatio* (ait Textus) *quæ offertur Domino abſq; fermento fiat.* Vnde Toſtatus inquit. *Pa-* *quæſt. 3.* *nes azimi ſunt grauis ſaporis, & duræ digeſtionis, ideoq; vocantur panes afflictionis, ideo Deus pro-* *ibidem.* *hibuerat aliquid fermentatum ſibi offerri.*

Eccl. 38. loquens ſapiens de diuina miſericordia ait, *Specioſa miſericordia Dei in die tribulationis*, & hoc in dies experimur, vt accidit Abrahamo, qui cum proprium filium ſacrificare deberet, & enſem in manu eleuatum haberet, vt filium non ſine lachrymis interficeret, tunc apparuit ei Angelus præcipiens, vt ſe ab huiuſmodi interfectione abſtineret, &c.

Vel ſic ſpecioſa miſericordia Dei, cum peccatores Deum ipſum perſequuntur, tunc magis ac magis emicat diuina miſericordia, vt accidit Chriſto, qui dum in templo diſputabat, & ſcribas, & phariſeos reprehendebat, ipſi eum lapidare excogitabant inquit Ioannes cap. 8. *Tulerunt ergo lapides, &c.* & tunc Chriſtus, vt diabolicæ Iudæorum indignationi locum daret, exiuit de templo, (o magna Chriſti clementia.) & præteriens vidit cæcum à natiuitate, & ſputo lumen ei reſtituit, vt ſic dici, poſſet ſpecioſa miſericordia Dei in die afflictionis, ſeù in die tribulationis ſupplicij, ſiue vindictæ ſecundum mentem D. Greg. & quod legitur in cap. Iob. *Eripiet de anguſtia pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius*: quæ verba perpēdens *lib. 26.* D. Greg. inquit. *Aurem tribulatione reuelare, eſt auditum cordis verberum plagis aperire.* Ideſt *moral. c.* quod dum peccatores propter culpas punitionem, & flagella expectant, tunc apparet diuina *23.* miſericordia; vt accidit Iſraelitis, qui dum propter eorum culpas Deum offenderant, de diuina potentia non benè ſentiētes, & contra Deum ſeruum Moyſem murmurabant, & propter carnem Ægypti ſuſpirantes dicebant pſ. 77. *Quoniam percuſſit petram, fluxerunt aquæ, numquid, & panem poterit dare?* loquentes contra diuinam potētiam, eius iuſtitiam ad eos puniēdos excitabant, & dum meritò Dei flagella expectabant, tunc apparuit ſpecioſa miſericordia Dei, mittens coturnices, &c. & Angelorum panem vt manducarent, & ſatiarentur, vnde D. *in illa ver* Hylarius. *da nobis auxilium de tribulatione*, perpendens, quæ nam eſſet hæc tribulatio, dicit *ba pſ. 59.* eſſe peccatū, & ſic ait. *Libera nos à peccatis, vel da nobis auxilium ne peccemus.* Nulla enim maior tribulatio, quàm peccatum. hinc Iſ. c. 40. dicebat. *quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius*, & ita ſpecioſa miſericordia in die tribulationis.

Exod. 32. poſt quàm populus vitulũ dorauit, voluit Deus populũ punire, ſed antequam flagellum immitteret monuit de eò Moyſem dicens. *Peccauit populus tuus, feceruntque ſibi vitulum conflatilem, & adorauerunt*, pero modò quare Deus hoc nunciauerit Moyſi, reſpondet Oleaſter ibidem. *Reuelauit peccatum populi, vt ipſe apud eum, pro eo intercederet*.

Gen. 3. veniens Deus ad puniendum Adam alta voce vocauit eum dicens. *Adam, Adam vbi es?* quare hoc fecerit Deus? reſpondet D. Chryſoſt. [*ſerm. de Adã to. 1.*] *Finxit quaſi indignabundus ſtrepitum, ita vt Adam ſceleris fuga tempus haberet*.

David Pſal. 73. Deum alloquens dicebat. *Tu fabricatus es auroram, & Solem, tu feciſti omnes terminos terræ, æſtatem, & ver tu pſalmaſti ea*, Hugo Cardin. [*In hûc loc.*] perquirit dicens. *Numquid non Dominus ſimiliter fecit Autumnum, & hyemem? quare ergo placet plùs de illis, quàm de ipſis?* & reſpondit. *Autumnus, & hyems eius iuſtitiam deſignat, ver, & æſtas eius miſericordiam, vnde dicitur iſta facere, quia cum facit miſericordiam proprium opus facit, cum autem facit iuſtitiam, alienum eſt opus eius ab eo*.

D. Ephrem. ſer. in quotidie peccantes; de pęnitentia Niniuitarum ait. *Miſeratus, & miſertus eſt, ſaluauit, & pepercit; in homines ſua benignitate liberaliſſimus, pęnam pro peccatis diſſoluens, & mendax potiùs haberi, quà crudelis*, & D. Anſel. ad Rom. 3. *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*, ideſt, vt Deus magis magiſq; glorificetur in eis tribuendo beneficia gratiæ ſuæ per remiſſionem quotidianorum delictorum, & egent gloria Dei, ideſt omnino neceſſarium eſt illis, vt gloria Dei dilatetur in ipſis, & Pſalm. *Propter gloriam nominis tui propitiaberis peccato meo*, hùc ſpectare videtur, quod canit Eccleſia. *Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam*, quaſi diceret, gratias agimus tibi propter eſſentiam tuam infinitam, propter quàm noſtri místereris Adrianus Imperator, antequam ad Imperialem dignitatem perueniret, quemdam habebat inimicum quem interficere perquirebat at Imperator creatus, dixit inimico. *Euaſiſti, quia Imperator ſum*, ita Deus per Oſeam. *Non faciam furorem iræ, quoniam Deus ego, & non homo*, & Origen. homil. 25. in Math. expendens illa verba Pſalm. 109. *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum, &c.* inquit. *Deus autem non ad perditionem punit inimicos Chriſti ſcabellum pedum eius, ſed ad ſalutem ipſorum*.

Superexaltat miſericordia Iudicium, &c. ex Textu Græco habetur. *Exaltat miſericordia aduerſus iudicium, miſericordia in iudicium lętabunda inſurgit*.

D. Cyrill. lib. 4. in illa verba Iſaiæ. *Glroiam meam alteri non dabo*, ait. *Dabit enim gloriam nulli alteri, gloria autem Dei eſt ſeruare, & miſereri, & poſſe omnibus dominari*.

D. Chryſoſt. in illa verba Pauli ad Rom. 10. *Diues in omnes, qui inuocant illum*. *Iſta*, inquit, *ſunt Dei diuitiæ, quod donum ſuum in omnes effundit*, vnde Oleaſter in illa verba num. 14. *Dimiſi iuxta Verbum tuum; viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuerſa terra*, ait. *Audi quæſo, qua gloria vult Dominus omnem terram implere, non gloria potentia ſuæ, qua cuncta creauit, non ſapientiæ, qua cuncta gubernat, ſed miſericordię*.

Rupertus Abbas expendens factum illud Geneſ. 40. Pincernæ, & Piſtoris Regis Pharaonis [*lib. 8. in Gen. c. 37*] ait. *In alterum iram, in alterum clementiam oſtendit, nam ſicut clementia bonor eſt Principis, ſic, & honor Regis iudicium diligit*.

Iſaias Propheta inuitat omnes peccatores, vt abſque vllo timore ad Deum accedant, & dummodo peccata derelinquant promittit eis indulgentiam conſequuturos. *Derelinquat impius viam ſuam, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius*, & cauſam aſſignans, quare Deus paratus ſit ad condonandum eis, inquit. *Quoniam multus eſt ad ignoſcendum*, examinandum eſt verbum illud, *multus*, non enim dicit. *Magnus eſt ad ignoſcendum*, nam *magnus*, eſt terminus quantitatiuus, & magnitudinem ſignificat, ſed *multus*, eſt terminus numeralis, & multitudinem ſignificat, quaſi diceret ſi hominis ignorantia eò peruenerit, vt putaret, quod vnus ſolus Deus non ſatis eſſet ad multitudinem peccatorum condonandum; ſciant huiuſmodi peccatores, quod Dei infinita miſericordia curam habet multiplicandi Deum quoad affectum, vt ſic oſtenderetur, quàm procliuis ſit Deus ad exhibendam gratiam peccatoribus, quaſi non eſſet vnus ſolus Deus, ſed centum, & mille; Patet hoc ex verbis Pſalmi dicentis. *Multiplicaſti magnificentiam tuam, & conuerſus conſolatus es me*, ſed cum in Deo vna ſit Sapientia, vna Bonitas, vna Omnipotentia, non quidem multiplicabiles, quare ergo ſola magnificentia multiplicatur? Reſpondetur quia cum agitur de animabus quę ad intercedendam peccatorum indulgentiam Deo propinquant, ita Deus celer eſt ad condonandum, & tanta dilectione, id agit, quod vellet ſi poſſet multiplicare ſuam magnificentiam, & ita amabiliter cum peccatoribus ſe gerit, vt facerent infiniti Dij, ſimul infinitæ bonitatis, ſi tot inuenirentur. *Multus eſt ad ignoſcendum*, non eſt ſilentio prætereundum id quod de creaturarum creatione ſcribitur capite

Digitized by Google

pite primo Ioannis, & Gen. cap. 1. Ioannes enim ait. Quod creatio Creaturarum per Ver-
bum facta eſt. *Omnia per ipſum facta ſunt*, & Gen. ſcribitur quod in Verbo facta eſt. *In prin-
cipio creauit Deus Cælum, & Terra*, in principio ideſt, *in Filio*, primum principium omnium,
vt exponunt D. Auguſt. D. Bonau. & alij; ſolùm Sanctiſſimæ Matris Dei creatio, in ſenſu
tamen allegorico, Spiritui Sancto tribuitur; vnde Eccleſ. cap. 1. inquit. *Ipſe creauit illam in
Spiritu Sancto*. Et hoc quia Pater Verbum ſibi æquale generat. Verbum etiam ſpirat tertiam
perſonam. Ad Spiritum Sanctum, qui aliud diuinum ſuppoſitum non producit, Sanctiſſi-
mam Virginem producere ſpectabat, vt intelligeremus quod in hoc opere, Spiritus Sanctus
diuinas Patris, & Filij productiones æmulabatur, & cum non poſſet ſibi æquale producere,
vt producunt aliæ diuinę perſonæ, ita tamen ſuæ diuinæ bonitati ſimilem crearet Mariam,
quod Beata Virgo (liceeat mihi ita loqui) neſcio quid diuinitatis ſaperet; vnde D. Ioannes
vidit eam Sole amictam, ideſt diuinitate. *Mulier amicta Sole*, hinc D. Bern. ſcripſit. *Maria* ferm. de
vltra quàm credi valeat, diuinam penetrauit abyſſum, vt quantum ſine perſonali vnione creaturæ con- ver. Apoc.
dito patitur, luci illi inacceſſibili videatur immerſa, licèt enim Beata Virgo non ſit vnione hypo-
ſtatica vnita diuinæ perſonæ, vt eſt humanitas Chriſti; immerſa tamen eſt in illa diuina luce,
& in Sole increato, participans de diuina bonitate, ad quam eleuauit eam Spiritus Sanctus,
cuius pietas in Virgine multiplicaretur, & ea peccatores perfruerentur. At quia charitas Spi-
ritui Sancto tribuitur tàm magnam copiam Mariæ viſceribus communicauit, quod in ea ter-
tia perſona multiplicari videretur, ita vt, Beata Virgo per gratiam, & participationem, quaſi
alter Spiritus Sanctus eſſet, & ſic in Virgine diuina Charitas, & Miſericordia erga peccatores
magis, ac magis fulgeret, quod D. Bernard. confirmare videtur his verbis. *Quis dubitare po-* ſer. I. de
terit omnino in affectionem charitatis tranſiſſe Mariæ viſcera. In quibus ipſa charitas, quæ Deus eſt, Aſs. B.V.
nouem menſibus corporaliter requieuit? Totum hoc Spiritus Sanctus operatus, eſt vt Mariæ cha-
ritas erga nos, cum Dei charitate ęmularetur, & ſic gratiæ, & dona erga peccatores multi-
plicarentur.

Diuina miſericordia vlterius progrediens, & intuens quàm procliuis ſit diuina natura ad
miſerendum, non quieuit donec aliquam inuentionem inueniret, qua Deus ipſe non extra,
ſed intra ſe diuina natura multiplicaretur; at ſciens quod hoc erat impoſſibile, non ignorauit
tamen hoc aliquo modo adimpleri poſſe, ſi diuinæ naturæ alia natura creata vniretur, in qua
per idiomatum communionem ineffabiles proprietates increatæ naturæ imprimerentur. Quæ
quidem impreſſio, erat quaſi quædam multiplicationis ſpecies, dùm ille Deus, qui vnam tan-
tum naturam pietati procliuem habebat, duas haberet naturas, diuinam vnam, deificatam al-
teram, quod factum eſt in altiſſimo Incarnationis Verbi Myſterio cui noſtra humanitas con-
iuncta eſt, propter quam vnionem, humana natura ita, cum diuina diſtinctæ ſunt in vnitate
ſuppoſiti, abſque confuſione, quod vna alteri ſuas proprietates communicans, omni rigore
dici poteſt, hic Deus eſt homo; & hic homo eſt Deus, audite Diuum Bernardum. *Abſorta* ſer. de ver.
videtur in deitatem humanitas, non, quod mutata ſit ſubſtantia, ſed affectio deificata. Poſſumus er- Apoc.
go omni vnitate dicere. *Deus multus eſt ad ignoſcendum*.

Doctor Angelicus perquirit. An reperiatur in Deo miſericordia, & reſpondet non repe-
riri miſericordiam quo ad affectum, ſed ſolùm quo ad effectum, quia Deus non triſtatur, non
compatitur intuens mortalium miſerias, veluti nobis accidit, qui pro aliorum miſerijs dolo-
rem patimur, & lachrymas fundimus, &c. quæ quidem omnia, vocantur affectus miſericor-
diæ. *Miſericors* inquit D. Thomas, dicitur, *aliquis quaſi habens miſerum cor*, quod Deo non 1. p. q. 21.
conuenit, ſanguine, & cordis compaſſione carens, &c. habet tamen miſericordiam, quæ di- art. 3.
citur effectus, nos cunctis miſerijs leuans, culpas condonans, & infinitis gratijs replens, &c.
quæ omnia ſuæ infinitæ pietatis effectus dicuntur, hinc concludit S. Thomas. *Triſtari ergo de
miſeria alterius non competit Deo: ſed repellere miſeriam alterius hoc maximè competit Deo, vt per
miſeriam quemcunque defectum intelligamus*. At modò, quia per incarnationem multiplicatę
ſunt in Deo naturæ, vt ſupra diximus, multiplicantur etiam, & miſericordiæ, & ita ille Deus,
qui ſolùm pietatis effectum habebat, haberet etiam, & affectus, nam carnem, ſanguinem, &
paſſibile cor aſſumens in aſſumpta humanitate, capax eſt, & lachrymarum, & dolorum; vn- Hebr. 4.
de de Chriſto Diuus Paulus inquit. *Non habemus Pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus
noſtris*, vt oſtendit in reſurrectione Lazari, nam non ſolùm à mortis miſeria liberauit, (& ecce Ioan. 11.
effectus,) ſed etiam lachrymatus eſt propter cordis teneritudinem, & pietatem, (& ecce affe-
ctus,) vnde cum Deo loquens dicere poſſumus cum Iſaia 25. *Vbi eſt multitudo viſcerum tuorum
Domine?*

Mirum valdè eſt id, quod de Sancto Moyſe ſcribitur, cui cum decies Rex Pharao promiſe-
rit li-

rit libertatem dare populo Hebræo, vt exiret de terra Aegypti, numquam, quod toties Rex promiſit obſeruauit; magna quidem in hoc fuit Moyſis tollerantia poterat enim virgæ imperio Pharaonem diſperdere, quod ſi non fecerit, miſericordiæ tribuatur quæ.

Exod. 4. Multiplicauit Deum in Moyſe conſtituitque cum Deus, Deum Pharaonis. *Ecce conſtituite Deum Pharaonis*, vt Pharaoni condonaretur, tribuens Moyſi patientiam, & longanimitatem diuinam, qua Pharaonem ſuſtineret, vſquequo pœnitentiam ageret, ita inquit Oleaſter. *Con-*
ſuper c. 4. Exod. *ſtituit Deus Moyſen Deum Pharaonis, nam quis homo ferre poſſet inimicum ſuum, tàm ſæuum, habens præcipuè Dei potentiam; ideò Dominus dedit Moyſi longanimitatem, vt patientia quaſi Dei Pharaonem ſuſtineret.*

lib. quæſt. in Exod. q. 17. D. Auguſtinus obſeruat quod S. Moyſes Deus Pharaonis fuerit conſtitutus, & non Deus Hebræorum; attamen diuina miſericordia, videtur etiam conſtituiſſe Moyſem Deum Hebræorum, qui cum in ingens illud Idolatriæ peccatum dilaberentur, meritò Deus partem iuſtitiæ gerens, ad eos puniendos ſe accinxerit, ſed Moyſes tamquam Deus Hebræorum, ſe interpoſuit, miſericordiæ partem gerens, & ſic amabiliter in ſe concertabant, ille, vt tantum Hebræorum peccatum puniretur, iſte, vt condonaretur eis, & eò peruenit Moyſis pietas, & vis, vt Deum ſuſpenderet, & vt ita dicam, eius manus ligaret ne populum puniret, ita, vt ipſemet
Exod. 32. Deus, quaſi Moyſem rogans dixerit ei. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus*, ſed dicito mihi Domine mi, ſi Moyſes precibus te rogat, ne iraſcaris, nõne Moyſes ſeruus tuus eſt? numquid Domini ſeruorum voluntatem adimplere tenentur? ſed mihi Deus reſpondere videtur. Natura Moyſes vtique ſeruus eſt, ſed miſericordia Deum conſtituit eum, vires tales ei tribuens, vt viribus meis obſiſtere valeat, & ideò quaſi rogo eum. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus*, quæ ver-
lib. 9. mor. cap. 9. ba Dei perpendens Diuus Greg. ita diſcurrit. *Quid eſt ſeruo dicere, dimitte me, niſi deprecandi auſum præbere? ac ſi apertè ei diceretur penſa quantum apud me valeas, & cognoſce, quia obtinere potes quidquid pro populo exoras*, & quia noluit Moyſes, vt populus puniretur, ita factum eſt, *& placatus eſt Dominus*, ò magna miſericordiæ virtus; & potentia, qua quodammodò ſeipſum Deus compeſcit; ſed attendendum valdè eſt, vt hac diuina miſericordia dùm ſani ſcimus, vtamur, ne in peruicaciam (quod abſit) incidentes vitam cum morte commutemus, tunc enim ipſa miſericordia in rigidam iuſtitiam commutabitur, eique cõtra nos auxiliabitur, quod conſiderans D. Aug. dicebat. *Vocat Deus modò auerſos donat peccata conuerſis, patiens eſt ſuper peccatores, donec conuertantur: quandocunque conuerſi fuerint, præterita obliuiſcitur, futura promittit: magnum ergo hoc miſericordiæ tempus, non pertranſeat nos fratres, non tranſeat nos*; & Apoſtolus
1. Cor. 5. Paulus nos hortatur, vt dùm viuimus vitam noſtram emendemus. *Obſecramus vos pro Chri-*
Sap. 12. *ſto, reconciliamini Deo*, ò verba omni dulcedine plena, & Sapiens inquit. *O quàm bonus, & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus: ideoque eos, qui exerrant admones, & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Domine*, quàm Dei bonitatem, & miſericordiam, magis, ac magis ipſe Deus nobis oſtendit, dùm noſtræ ſaluti inuigilat, procurans eam, non per Angelum non per Seraphinũ, pro me incarnatum, & mortuum, ſed per proprium Filium carne noſtra indutum Cruci affi-
homil. in pſ. 118. xum, & mortuum, quod perpendens D. Chryſoſt. dicebat. *Neque enim poſſumus tantam Dei expendere bonitatem, vt Deus carnem indueret, virtus fragilitatem, impaſſibilitas paſſionem, lætitia toleraret triſtitiam, & vſque ad Crucis ſupplicium deueniret.* Et quod magis terret, tamquam Dei Filius Cœlo, & Terra indignus eſſet, in aere interficitur, quod lachrymis conſiderans
opuſc. de perf. vitæ. D. Bonau. dicebat. *Domino orbis totus negatus eſt Orbis, & vilius in mundo, nihil extimatum eſt domino Mundi.*

D. Aug. admiratur quod Aeternum Verbum Patri æquale de Cęlis deſcẽderit ad quærendum hominem vilem, puluerem, & vermem, vt eum extolleret, & deificaret. *Venit Filius hominis, quærere, & ſaluum facere quod perierat*, quæ verba perpendens D. Aug. ita obſtuporem
in medit. clamat. *Quam magna miſericordia Domini, & propitiatio illius, uenit pius Deus, uenit pro pietate, & bonitate ſua, uenit quærere, & ſaluum facere, quod perierat, quæſiuit, & inuenit, & humeris ſuis reportauit ad caulas gregis. Pius Dominus; & verè multum pius Paſtor, ò Charitas, ò Pietas quis audiuit talia? quis ſuper tanta miſericordiæ viſcera non obſtupeſcat?* & per Ezechielem inquit Dominus. *Viuo ego dicit Dominus nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat*, in quem
in Ezech. locum D. Hieronimus ait. *Idcircò iurare ſe dicit, vt ſi non credimus promittenti Deo, credamus ſaltem pro noſtra ſalute iuranti.* Magna quidem Dei miſericordia, quod Dei Filius de Cœlis deſcenderit, per mundi cauernas, & viliſſima terræ loca ad quærendum deperditum hominem,
ſer. 1. de Adu. quod conſiderans D. Bern. exclamabat. *Mira quærentis dignatio, magna dignitas, quæſiti*, & quod maioris eſt admirationis, abſq; vlla Dei vtilitate nec neceſſitate, ſed ſolùm propter immenſam Dei pietatẽ, audite quæſo quid ſubiungit idem D. Bern. *Profectò miſericordiæ Dei eſt,*

quod

Digitized by Google

quodam ſuimus conſumpti, qui nos & hos periuri, nos adulteri, nos homicidæ, nos raptores, purgamenta vtique mundi huius, conſulite conſcientias fratres, & videbitis, quia vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia.

Cum Deus ex natura ſua immutabilis, ſit magna tamen diuinæ miſericordiæ potentiæ, fuit quæ eumdem immutabilem, deſcendens in terram in infinitas færè formas mutauit, vnde Diuus Chryſologus dicebat. *Tibi ergo Rex, tibi Sacerdos, tibi Paſtor, tibi ſacrificium tibi ouis, tibi agnus, tibi totum factus eſt, qui fecerat totum; & qui ſi numquam, tibi toties mutatur, propter te varias monſtratur in formas, qui manet vnica ſuæ maieſtatis in forma.*

DE MORTE.

1 Diuus Ambr. Mors igitur ſtipendiorum plenitudo, ſumma mercedis: & gratia *li. de bono*
miſſionis eſt. *mortis c. 8*
2 Idem. Doleant perfidi, quibus reſurrectionis ſpes non eſt, ſed nos, non, quia *in orat. fu*
breui viſuri ſumus, quos abſentes dolemus, quia mors bonorum (ſecundum *neb. de obi*
Apoſtolum) non mors, ſed ſomnus appellatur. *tu fratris.*
3 Idem. Iuſtis mors, quietus eſt portus. *de bono*
4 Idem. Quid eſt mors, niſi ſepultura vitiorum, virtutum ſuſcitatio? *mortis c. 8*
5 Idem. Mortem incautos minimè intercipere ſapientes, qui cum ſciant mortem, plerum- *ibidem.*
que aggredi imparatos, eam ſemper præſtolantur parati. *de fide re-*
6 Idem. Mors non formidabilis, nec amara ægentibus, nec gratioſa diuitibus, nec iniuſta *ſurrect.*
ſenioribus, nec ignaua fortibus, nec perpetua fidelibus, nec improuiſa ſapientibus. *ibidem.*
7 Idem, in verba Apoc. 14. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur: Amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.* Illi ſunt Beati, & illi in Domino moriuntur, qui priùs moriuntur, ſæculo, poſteà carni: qui priùs veterem hominem, ideſt omnes nequitias, & ſpirituales, & carnales in ſe extingunt, vt poſſint dicere cum Apoſtolo. Mihi mundus Crucifixus eſt, & ego mundo. Illi namque in Domino moriuntur, de quibus Dominus dicit in Euangelio. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.
8 Idem. Non habemus, quod in morte metuamus, ſi nihil quod timendum ſit vita *de bono*
commiſit. *mortis c. 8*
9 D. Anſelm. ſuper illud. *Vigilate, quia neſcitis diem, neque horam.* Neſcitis non ſolùm diem *in Matth.*
Iudicij, quo venturus eſt Sponſus, ſed etiam dormitionis veſtræ. *21.*
10 D. Aug. Timor de futura morte, mentem neceſſariò concutit, & quaſi clauis carnis, *l. 5. de Do-*
omnes motus ſuperbiæ ſigno Crucis affigit. *ctr. Chriſt.*
11 Idem. O mors deſiderabilis, ò mors omnium præſentium malorum finis, ò mors labo- *de viſitat.*
rum clauſura, & quietis initium: nam malè mori non eſt Chriſtianorum, quorum mors eſt *infirm. c. 6*
viuere in Chriſto. *ſer. Aſſū.*
12 Idem. Vt memores ſimus conditionis humanæ, mortem temporalem ſubijt Mater Dei. *ſer. 36.*
13 Idem. Quia rogare illas, non delicti pœnitentiæ, ſed mortis vrgentis admonitio com-
pellit, nec dignus eſt in morte accipere ſolatia, qui ſe non cogitauit moriturum. *lib. 13. de*
14 Idem. Vita humana eſt curſus velociſsimus ad mortem. *Ciuit. c. 10*
15 Idem. Nihil ſic hominem à peccato reuocat, ſicut frequens mortis meditatio. *lib. 2. con-*
16 Idem. Nihil me reuocabat à profundiore voluptatum carnalium gurgite, niſi metus *tra Pelag.*
mortis, & futuri iudicij. *lib. 2. de*
17 Idem. Saxa marmora, ferro, plumboq; conſolidata, tamen cadunt, & homo numquam *Doct. Chr.*
ſe putat moriturum. *ſer. 17. de*
18 Idem. Inſpice ſepulchra, & diſcerne ſi potes victum à Rege, fortem à debili, pulchrum *Verb. Dō.*
à deformi, & tunc memorare naturæ tuæ, ne extollaris aliquando: memor autem eris, ſi *in ſenten.*
te ipſum reſpexeris.
19 Idem. Qui vicinam ſibi, & iſtantem contemplantur mortem, pænitentiam minimè *ſer. 16. de*
differunt. *Verb. Dō.*
20 Idem in verba. Eccl. cap. 7. *Memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis.* Conſi- *lib. de ſpec.*
deratio huius ſententiæ: deſtructio eſt ſuperbiæ, extinctio inuidiæ, medela malitiæ, effu- *pecc. c. 6.*

gatio luxuriæ, euacuatio vanitatis, & iactantiæ, conſtructio diſciplinæ, perfectio ſancti-
moniæ, præparatio ſalutis æternæ.
lib. de Do- 22 Idem. Mori male times, & malè viuere non times. Corrige malè viuere, & tunc non ti-
ctr. Chriſt. mebis malè mori, ſed noli timere. Non poteſt malè mori, qui benè vixerit, & vix benè mo-
ritur, qui malè vixerit.
de verbis 23 Idem. Viuite benè, ne malè moriamini.
Dñ. ſer. 24. 24 Idem. Mala mors putanda non eſt, quam bona vita præceſſerit, neq; enim facit malam
lib. 13. de mortem, niſi quod ſequitur mortem.
Ciuit. Dei 25 D. Baſilius. Semper ante oculos tuos verſetur vltimus dies, cum enim diluculo ſurrexe-
cap. 2. rit ad veſperam te ambigas peruenire, & cum in lectulum ad quieſcendum membra tua po-
inſtruct. ad ſueris noli confidere de lucis aduentu, vt facilius te poſſis refrænare ab omnibus vitijs.
filiũ ſpirit. 26 Idem. Perpende obſecro, plurimos violentis periculorum incurſibus eſſe raptos, quibus
orat. de ne uocem quidem emittendo ob mali irruentis atrocitatem permiſſum eſt. Quid igitur
morte. expectas tẽpus, quo incertum eſt, num cogitationum etiam tuarum Dominus ſit futurus?
Tract. de 27 Idem. Contemplare ſepulchra, diſcernere captiuum à Rege, robuſtum ab imbecilli, for-
morte. moſum à deformi; hoc modo fatalem naturę curſum ſi expendes, numquam (mihi crede)
intumeſces.
ſer. de vil- 28 D. Bern. Mors eſt crux horribilis, ad quam quotidie feſtinas, & non attendis, uide
lici iniquit. quomodo mors te crucifigit, crura diſtẽduntur, manus, & brachia decidunt, pectus anhe-
lat, ceruix langueſcit, labia ſpumant, oculi ſtupeſcunt, uultus horreſcunt, facies exudat, &
morte tacta palleſcit, & hęc uniq; quę uidemus de foris, & quæ ſentimus leuia ſunt ad ea,
quę intus Anima miſerabilis iam pręguſtat.
in Cant. 39 Idem super illud pſal. 33. *Mors peccatorum peſſima.* Eſt mors damnationis peſſima, qua
moritur anima immortalis, iam mortua per peccatum, mors ſine morte, finis ſine fine.
in ſpec. Mo- 30 Idem. In omni opere ſuo dicat ſibi ſi modo moriturus eſſes feceris iſtud?
nach. 31 Idem. Viuere erubeſco, quia parum proficio, mori timeo, quia non ſum paratus, malo
de inferior. tamen mori, & miſericordiæ Dei me committere, & comendare, quia benignus, & miſeri-
domo c. 35. cors eſt, quàm de mea mala conuerſatione alicui ſcandalum facere.
ſer. 41. ex 32 Idem. Bonorum mors optima, quandoquidem fit ibi quies à labore, ſit iucunditas de
paruulis. nouitate, ſit ſecuritas de æternitate.
in medit. 33 Idem. Certum eſt, quia morieris, ſed incertum quando, aut quomodo, vel vbi. Quoniam
cap. 3. mors vbiq; te expectat, tu quoq; ſi ſapiens fueris vbiq; eam expectabis.
ſer. de Tẽt. 34 Idem. Si te luxuria tentat, ſi te libido ad peccatum incitat, obijce tibi memoriam
mortis.
in meditat. 35 Idem. Vbi ſunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiſcum erant? Nihil ex eis
remanſit, niſi cineres, & vermes? Attende diligentèr quid ſunt, & quid fuerunt; homines
fuerunt ſicut tu, comederunt, & biberunt, riſerunt, duxerunt in bonis dies ſuos, & in pun-
lib. 3. de cto ad inferna deſcenderunt. Hic caro eorum vermibus, illic ignibus anima deputatur.
Conſid ad 36 Idem. Hæc vita non eſt vita, quia mortalis. Quid enim agimus ex quo incipimus viue-
Eugen. re, niſi incipere mori? quia dies huius vitę pauci, & mali.
de conuerſ. 37 Idem. Quid in rebus humanis certius morte? quid hora mortis certius inuenitur? ſeni-
ad Cler. bus quidem in ianuis, adoleſcentibus in inſidijs eſt. Ergo ne glorieris in craſtinum, ignorans
cap. 14. quid ſuperuentura pariat dies.
ſerm. 5. in 38 Idem in verba Pſalm. 16. *Precioſa in conſpectu Domini: mors Sanctorum eius.* Bona mors,
Cant. quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius: ſomnus iuſtorum, requies ſeruorum Dei.
ſer. 18. de 39 Idem. Non poteſt in Domino mori, qui in Domino non vixerit.
paruis. 40 Idem. Iuſti mors eſt bona propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter
ſer. 41. in- ſecuritatem. E contra mors peccatorum peſſima: mala ſiquidem in mundi amiſſione, pe-
ter paruos. ior in carnis ſeparatione, peſſima in tormentis inferni.
epiſt. 105. 41 Idem. Moritur iuſtus, ſed ſecurè: quippe cuius mors, vt præſentis eſt exitus vitę, ita
ad Roman. introitus melioris.
in ſer. ex 42 Idem in verba Pſal. 22. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum; ecce hæreditas Domini.* Venit qui-
varijs. dem mors, ſed ſomnus erit dilectis Domini, & ecce hæreditas eius erit ianua vitæ, erit ini-
tium refrigerij, erit ſancti illius montis ſcala, & ingreſſus in locum tabernaculi admirabilis,
ſer. 20. de quod fixit Deus, & non homo.
modo bene 43 Idem. Illi ſunt plorandi, qui poſt mortem à dæmonibus ſepeliuntur in inferno, non illi
viuendi. qui ab Angelis collocantur in Cœlo.

44 Idem

44 Idem in verba Pſalm. 16. *Præcioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.* Pręcioſa planè tanquam finis laborum, tanquam victorię conſumatio, tanquam vitæ ianua, & perfectę ſecuritatis ingreſsio. *ſer. de tranſitu Malachiæ.*

45 Idem. Studeamus fratres viuere vitam iuſtorum, ſed morte eorum mori multo magis deſideremus. *ſerm. 2. in die Apoſt. Petri, & Pauli.*

46 Idem. O quam beati mortui, qui in Domino mariuntur, audientes à ſpiritu, vt requieſcant, iam à laboribus ſuis: non hoc ſolum autem, ſed ſuccedit iucunditas de nouitate, de æternitate ſecuritas. *in epiſt.*

47 Idem in uerba Num. 23: *Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia.* Optabat ille ſibi extrema iuſtorum, ſed non ita, & principia: mortem ſpiritualium optant ſibi etiam carnales, quorum tamen vitam abhorrent, ſcientes præcioſam mortem eſſe Sanctorum: quoniam. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hęreditas Domini. Et quia beati mortui, qui in Domino morluntur. Cum è contrario iuxta Prophetę ſententiam; Mors peccatorum ſit. Non curant quærere, quę tamen deſiderant inuenire, cupientes conſequi, ſed non, & ſequi. *ſer. 25. in Cant.*

48 D Bruno in verba pſalm. 43. *Et copernit nos vmbra moriis.* Illa mors vera eſt, quia impij æterna damnatione puniuntur. Et ſi Sancti hic affliguntur, & morti deſtinantur, viuunt tamen in Deo, ideo hęc mors vmbra mortis, non mors eſt.

49 D. Eprem. Syrus. Inclinemus nos ad ſepulchra, & conditioni noſtrę occulta perſpiciamus. Ex cadaueribus permixtos oſsium aceruos, craniaq; carnibus iuxta cum reliquis oſſibus cernemus. Et hęc conſiderantes, nos ipſos in illis velut in ſpeculo quodam contemplabimur. Vbi iuuentutis flos, & pulchritudo? vbi venuſtus ille genarum color? Hæc nobiſcum cogitantes, carnis deſideria fugiamus, ne in reſurrectionis, ac iudicij die confundantur. *ſer. de vita Spirit.*

50 D. Eucherius. Quid iſtuc quęſo, quid iſtuc eſt? nihil ita quotidie homines, vt mortem vident, nihil ita obliuiſcuntur vt mortem? *Epiſt. Paraneſi.*

51 D. Greg. Ideo voluiſſe Deum, vt hic dies nobis incertus, & incognitus remaneret, vt dum ſemper ignoratur, ſemper etiam proximus eſse credatur. *lib. 17. moral.*

52 Idem. Nihil ſic ad edomandum deſideriorum carnalium appetitum valet, quam vt vnuſquiſq; id, quod viuum diligit, quale ſit mortuum penſet. *lib. 16. Mor. c. 26*

53 Idem in verba Iob. 17. *Dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſuper eſt ſepulchrum, nō peccaui.* Perfecta vita eſt mortis meditatio, quàm dum iuſti perfectè pergunt, culparum laqueos euadunt, vnde ſcriptum eſt. In omnibus operibus tuis, memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Vnde, & Beatus Iob, quia dies ſuos conſiderabat breuiari, & ſolum ſibi ſupereſse ſepulchrum penſat, aptè ſubiungit. Non peccaui. *lib. 15. Mor. c. 10.*

54 Idem in verba Iob. 2. *Teſta ſaniem radebat.* Vnde teſta, niſi ex luto conficitur? quid vero eſt ſanies corporis, niſi lutum? ſaniem ergo rapere teſta peribetur, ac ſi apertè diceretur, lutum tergebat luto: penſabat quippe vir Sanctus, vnde ſumptum fuerat quod geſtabat, & fragmento vaſis fictilis, confractum vas fictile radebat. *lib. 3. moral. c. 3.*

55 Idem. Horam vltimam Dominus noſter idcirco voluit nobis eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta, vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur. *homil. 13 in Euang.*

56 D. Greg. Perfecta vita eſt mortis meditatio, quàm dùm iuſti ſollicite peragunt, culparum laqueos euadunt. *lib. 12. mor. c. 13*

57 Idem in verba Iob. 21. *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.* Poteſt in puncto hoc intelligi, quod ſæpe, hi qui iniquitate diù tolerati ſunt, ſubita morte rapiantur, vt nec flere ante mortem liceat, quæ peccauerunt. *lib. 14. mor. c. 19*

58 D. Greg. Nazian. Mors, quæ præſentibus malis liberat, atq; etiam ſæpè ad ſupernam vitam traducit, haud ſcio an propriè mors appellari queat, vtpote nomine magis, quam re formidabilis. *Orat. 19.*

59 Idem. Omne tibi tempus idoneum eſt, quandoquidem nullum tempus mortis periculo vacat; cum Paulo ad te clamo cum magna, inquam, illa voce: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. *Orat. 40.*

60 D. Hieron. Qui ſe quotidie recordatur moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat. *Epiſt. ad Cyprian.*

61 Idem. Facilè contemnit omnia, qui ſemper cogitat ſe eſſe moriturum. *Epiſt. ad Paulam.*

ſup. Ioan. 62 Idem. Memento mortis tuæ, & non peccabis; cum qui ſe quotidie recordatur eſſe moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat.

ad Cypriā. 63 Idem. Nil ita decipit genus humanum, quàm quod diù ignorat ſpatia vitæ; ſicut qui longiorem huius ſæculi poſſeſſionem promittunt.

Epiſt. ad Nepotiā. 64 Idem in verba Pſalm. 126. *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum; ecce hæreditas Domini.* Cum Sancti, ab hoc ſæculo accepto quietis ſomno diſceſſerint, tunc ſicut hæreditas Domini,

lib. 1. de anima c. 3. 65 Idem. Qualis ad illum diem peruenire cupis, talis iam nunc eſſe conare.

66 Idem. Quotidie morimur, & tamen nos æternos eſſe credimus.

in cap. 26. Matt. 67 Hugo de S. Vict. Certum eſt, quod morieris, ſed incertum eſt quando, aut quomodo, vel vbi, quoniam mors vbiq; te expectat: tu quoq; ſi ſapiens fueris, vbiq; eam expectabis.

63 D. Hilarius. Diei ignoratio intentam ſolicitudinem ſuſpenſæ expectationis exurgat.

hom. 56. in Gen. tom. 1. 69 D. Ioan. Chryſoſt. Neq; eos, qui in aliena terra moriuntur miſeros dicamus, neq; domi ſuæ morientes beatos prædicemus, ſed ſcripturam ſequentes, & claros virtutibus hinc migrantes beatos dicamus, & eos, qui in peccatis moriuntur miſeros prædicemus.

ſer. 1. ex 25. varijs tom. 5. 70 D. Ioan. Chryſoſt. Egrediamur ad ſepulchra obſecro, videamus ibi miſerias, videamus dilapſam naturam oſſa cerroſa, corpora putrefacta; conſidera ibi, qui ſapiens, & quis prudens, dic mihi quis ille Rex, & quis priuatus, qui generoſus, & quis ſeruus, quis ſapiens, & quis inſipiens? vbi pulchritudo, illic adoleſcentiæ, vbi gratioſus aſpectus, vbi oculi ſpecioſi, vbi fragantia labia, vbi pulchritudo præſens, vbi frons radians; an non omnia cinis? nonne omnia puluis? nonne omnia fauilla? nonne omnia vermis? nonne omnia putredo, & fætor.

or. in ep. 2 ad Theſ. 71 Idem in verba Eccl. 7. *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Fieri non poteſt, vt anima, quæ timet de reddendis rationibus ad delicta non ſit tarda. Metus enim vigens in cogitatione, in ea nihil dimittit mundanum.

hom. 36. in Gen. c. 15 72 Idem. Eſt enim mors his, qui benè viuunt, translatio quædam ad meliora, à momentanea vita ad perpetuam, & immortalem, finemq; non habentem.

hom. 69. ad pop. 73 Idem. Mors fratres indifferens eſt, & media; non enim malum eſt mors, ſed malum ſi mortuus tormentis tradatur; neque rurſum eſt bonum mors, ſed bonum, ſi defunctus ſæculo cum Domino viuat.

ibidem. 74 Idem. Lugeamus quidem peccatores, non tantum defunctos, verùm, & viuentes: de iuſtis autem gaudeamus non ſolùm ſuperſtitibus, verùm etiam mortuis; nam illi quidem, & viuentes mortui ſunt, hi verò, & mortui viui. Ne igitur mortuos abſolutè defleamus, ſed in peccatis mortuos: hi namque digni ſunt luctu, è planctu.

lib. 3. de ſummo bono c. vlt. 75 D. Iſidor. Illi deplorandi ſunt in morte; quos miſeros Infernus ex hac vita recipit, non quos cœleſtis aula lætificandos includit.

76 Lippomanus, in verba Gen. 19. *Fecitque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas.* Ideò indutos eſſe veſtibus pelliceis dicuntur, id eſt de pellibus mortuorum animalium, vt ſignum ſuæ mortalitatis ſecum ferrent.

in epiſt. ad Rom. lib. 5 c. 6. 77 Origen. Qui cogitat, vel exiſtimat apud ſemetipſum, eſſe ſe moriturum, non peccat; verbi gratia, ſi me concupiſcentia mulieris trahit, ſi argenti, ſi auri ſi prædij cupiditas pulſet, ſi ponam in corde meo, quod moriturus ſim, & de morte cogitem, extinguitur continuò concupiſcentia, effugatur peccatum.

opuſc. 15. c. 23. 78 B. Petrus Dam. Si ſuperbiæ ſpiritus inflat? ſepulchrum in mentem redeat, neceſſariò illic rigidæ ceruicis tumorem premimus, vbi cinerem proculdubio, pulueremq; penſamus.

Epiſt. 7. ad Agneſiam 79 Idem. Porro autem qui hodie induitur purpura, cras includitur ſepultura; hodie qui omnibus dominatur, cras autem à vermibus factus putredo corroditur: hodie regalibus inſulis redimitus, cras vilibus panniculis exanime cadauer obuoluitur; hodie ſplender coronatus in regalis excellentiæ ſolio, cras fætet marcidus in ſepulchro.

in pſ. 89. 80 Remigius Epiſcopus. Sicut aranea inutiliter laborat in tela perficienda, in qua tandem ipſa interficitur, huic comparantur anni noſtri, in quibus inutiliter meditamur quomodo terrena acquiramus, quibus acquiſitis irretitimur ad mortem trahimur.

epiſt. 59. 81 Seneca. Quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cum creſcimus, vita decreſcit, hunc quem agimus diem cum morte diuidimus.

Epiſt. 71. 82 Idem. Quid eſt quod facit pigros inertoſque nemo noſtrum cogitat quandoq; ſibi ex hoc domicilio exeundum.

Epiſt. 72. 83 Idem. Ante ſenectutem curaui, vt benè viuerem in ſenectute, vt benè moriar.

85 Idem. Multi ſunt qui memoriam mortis habent, & morituros ſe eſſe credunt; tamen mortem de longinquo conſiderantes, vitam emendare negligunt, & conuerſionem differunt. *Epiſt. 79.*

86 Idem. Libidinis incentiuum continebis ſi te moriturum cognoueris. *Ep. ad Lucillum.*

87 Idem. Punctum eſt quod viuimus, & adhùc puncto minus. *ibidem.*

88 Idem. Citiùs mori, vel tardiùs, ad rem non pertinent: Benè autem mori eſt effugere malè viuendi periculum. *Epiſt. 70.*

89 Idem. Ille non non timebit mortem, qui non committit, quòd cauſa eſt mortis, nempè peccatum, & ſi commiſerit, pęnitentiam egerit. *Epiſt. 17.*

90 Idem. Venientem mortem nemo hilaris accipit, niſi qui ſe ad illam præparauit. *Epiſt. 27.*

91 Idem. Ante ſenectutem cogitaui, vt benè viuam, vt in ſenectute benè morerer. *ibidem.*

92 Tullius. Quis eſt, quamuis ſit adoleſcens, qui exploratum habet, ſe ad veſperam eſſe victurum. *lib. de ſeneſt.*

93 Idem. Non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus quotidie imminet, & propter breuitatem vitæ numquam longè poteſt abeſſe. *Tuſc. q. 1.*

94 Idem. Moriendum certum eſt, ſed incertum an eo die, mortem igitur omnibus horis impendentem timeas. *lib. de ſeneſt.*

95 Idem. Illorum beata mors videtur, quorum vita laudabilis fuit. *de amicit.*

96 Theodor. Quare cum Adam peccaſſet, iuſtus Abel mortuus eſt? debile voluit eſſe mortis fundamentum, ſi enim Adam prior obijſſet firmiore fundamento niteretur, primum mortuum excipiens peccatorem, quia primum recipit eum, qui iniuſtè occiſus erat, dubium fundamentum habet. *in Geneſ. q. 46.*

97 D. Thomas, ſuper illud. *Dormitauerunt omnes.* Dormitare eſt ante mortem langueſcere, quia per pondus ægritudinis peruenitur ad ſomnum mortis. *in Catena in Mat. 25*

98 D. Zeno Veron. Intuere, & inſpice ſepulchra, ſi potueris diſcernere, quis ſit Dominus, quis pauper, quis ſit diues: Diſcernere ibi ſi potes, plebeum à Rege, virum fortem ab imbecilli, decorum ab informi: ſi ergo horum omnium memor fueris, nulla tibi orietur elationis occaſio, ſed ſemper memor eris tui, ſi præcepti memor attenderis tibi. *ſer. de præcepto, attēdite tibi*

MANTISSA
AD MORTEM.

NON nulli perquitunt quomodo mors in mundum fuerit introducta, & affirmant omnes mortem à Deo non fuiſſe introductam, vt fateri videtur Ezecchiel, qui in ſpiritu eleuatus ingens templum vidit, quod ab Orientes portas tres ab Auſtro portas tres, & ab Aquilone portas tres haberet, admiratur. D. Greg. quod cum ſint quatuor mundi partes cur in hoc templo deſunt portæ ab occidente? homo quatenus paruus mundus dicitur, eſt templum ab ipſo Deo ædificatum portas orientales Auſtrales, & Aquilonares habens, non autem occidentales; habet portas orientales, per quas diuinas recipit gratias. *Oſtende lucem tuam, & ſalutare tuum da nobis,* habet portas Auſtrales, & ſunt cæleſtes conſolationes. *Vbi paſcas, vbi cubes in meridie,* portas habet Aquilonares, & ſunt miſeriæ, & calamitates ab *Aquilone pandetur omne malum*, deſunt portæ Occidentales, quia Deus mortem non fecit, portas mortis, non aperuit Deus, ſed per peccatū mors; quod peccatum varias figuras generauit, in intellectu ignorantiā produxit, in voluntate malitiam, & in oculis vanitatem, in anima rebellionem, in lingua loquacitatem, in vita impuritatem, ſed ſuper his omnibus, horrendum illud monſtrum. *Mortem*, ſcilicet produxit, quæ non ſolùm eſt hominis perditio, ſed filia primogenita peccati, vt annuit Iob, his verbis. *Conſumet brachia illius primogenita mors.* Et tamquam primogenita totius orbis imperium, & dominium expoſtulabat, cauſa hæc fuit agitata, apud D. Paulum, ita adiudicata. *Statutum eſt hominibus ſemel mori,* quod ſi petieris an hoc Decretum factum fuerit per iuſtitiam, an vero per miſericordiam. Reſpondeo per miſericordiam, quemadmodum cauſam eijciendi Adam de Paradiſo, non iuſtitiam, ſed miſericordiam fuiſſe dicimus, quamuis aliter videatur, quod apertè dixit D. Chryſoſt. *Eijciet eum Dominus de Paradiſo, oſtendens quod propter nihil aliud niſi propter ſuam miſericordiam.*

Cuius rei fundamentum eſt; peccauerat Adam, propter quod infelicem vitam calamitatibus. & miſerijs plenam ducebat, miſerans ergo Deus Adam voluit, vt per mortem ad æternas fęlicitates transferretur, ſtante ergo hoc Decreto, mors poſſeſſionem cępit, non in Adam, & Eua ſenibus, ſed in iuniore, Abel ſcilicet, vt vniuerſale mortis imperium oſtenderetur; Iob, *& poſſeſſionem ſuper eum quaſi Rex interitus.* Apoc. 6. ait. *Et ecce equus pallidus, & qui ſedebat, ſuper eum mors.* Tertull. ex Textu Græco traducit. *Equus viridis*, quis vnquam vidit equos pallidos, & virides? vt inquam denotaretur in mortis imperio, adeſſe, equos pallidos, & virides, pallidos ideſt ſenes, virides ideſt iuuenes, hos equos mors equitat, arcum, & ſagittam tamquam bellatrix deferens, vnde Propheta Amos dicebat. *Quid tu vides? vncinum pomorum ego video, & illicò Deus ſubdit, finis venit, vt omnes moriantur*, & Ioannes Apoc. 14. audiuit vocem ſibi dicentem. *Mitte falcem*, quid vncinus cum falce? falx inſeruit, vt manibus frumentum poſſit ſecari; & vncinus vt diſtantes fructus colligere poſſimus, his armis vtitur mors, nam cum ſenium meſſis matura eſt vtitur falce, cum fructus iuuenum ſunt diſtantes vncino vtitur; quia omnibus mors dominatur, & ſenibus, & iuuenibus.

Loquebatur Chriſtus de Regno Cœlorum ſub diuerſis ſimilitudinibus, nunc ſub grano ſinapis, modò ſub agricula frumentum ſeminante, &c. & dubitans an Apoſtoli hanc doctrinam caperent dixit eis. *Intellexiſtis hæc omnia? etiam Domine reſponderunt Apoſtoli*, quaſi dicerent, ò Domine iniuria nos afficis, putans id nos non percipere, Paulo poſt loquens Chriſtus de morte, quam paſſurus erat in Hieruſalem. *Filius hominis tradetur ad flagellandum, ad crucifigendum, &c. & ipſi non intellexerunt*, ò infęlix mortalium genus, omnem doctrinam capiunt, dum agitur de rebus, quæ conſolationem afferunt, at doctrinam mortis pęnitus ignorant, meritò Moyſes, Deut. 32. vocat peccatores non ſcæleſtos, non impios, ſed ignaros. *Vtinam ſaperent, &c.* & quamuis ſcientia ſpeculatiua ſciant ſe morituros, hoc tamen ignorant ſcientia practica, vnde Lucifer ſemper perquiſiuit in eorum mentibus immortalitatem imprimere, dicens, *nequaquam moriemini*, & licèt cunctis pateat impoſſibile eſſe homines non morituros, vt inquit diuina Scriptura. *Sciant viuentes ſe eſſe morituros*, & D. Paul. *Statutum eſt hominibus ſemel mori*; & Mulier illa dicebat. *Omnes morimur, & ſicut aqua dilabimur*, attamen hanc immortalitatem nobis Diabolus ſuadet paulatim, dummodò, nobis quatuor vitæ annos promittit, modò decem, modò viginti, &c. & iugiter à longè nobis mortem repræſentat, vnde contra nos clamat Amos, dicens. *Veh vobis, qui ſeparati eſtis à die malo*, antiquitus mors claudicabat, & tardè ad hominum hoſpitia adueniebat, hinc 900. 800. &c. annis viuebant homines, at modò Ioannes vidit eam equitantem. *Et ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum nomen illi, Mors*, vnde D. Aug. dicebat. *Illa opportuna mors, mille modis quotidie homines rapit; hunc namque febribus, illum opprimit doloribus hunc conſumit fames, illum ſitis extinguit, hūc mors ſuffocat aquis, & illum perimit flammis, hunc interimit laqueo, illum dentibus beſtiarum, hunc trucidat ferro illum veneno corrumpit, & ſic mors tot modis humanam vitam miſeram finire compellit*, idem Auguſt. *Quid in hac terra certum eſt, niſi mors? profeciſti? quid ſis hodie ſcis, quid facturus ſis craſtino neſcis, peccator es? quid ſis hodie, ſcis, quid ſis craſtino neſcis, ſperas pecuniam? incertum eſt an proueniat, ſperas vxorem? incertum eſt an accipias, vel qualem accipias ſperas filios? incertum eſt an naſcantur, nati ſunt? incertum eſt, an viuant, viuunt? incertum eſt, an proficiant, an deficiant, quocunque te verteris incerta omnia, mors certa, natus es? certum eſt quia morieris, itaque hæc incerta, vbi ſola mors certa, & in hoc ipſo, quia mors certa eſt, dies mortis incertus eſt.* Vellem te ipſum alloquens diceres. *Quid ſum ego?* Salomon Rex ſapientiſſimus, Rex magnificus, potentiſſimus, ditiſſimus, dicebat Sap. c. 7. *Sum, & ego mortalis homo ſimilis omnibus*, morti addictus, quid ſum ego niſi leuis ventus pertranſiens? *Memento Domine, quia ventus eſt vita mea*, Iob, quid ſum ego? niſi perſubtilis Aranearum tela? *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur*, Pſ. 89. *Quid ſum ego?* niſi fragilis maris ſpuma, citò pertranſiens? *Tranſire fecisti Samariæ Regem ſicut ſpumam*, quid ſum ego? niſi leuis fumus? *Dies noſtri ſicut fumus ante te*; quid ſum ego, niſi flos, cuius exitus eſt marceſcere, *quaſi flos citò pertranſiens, mane induret, decidat, & areſcat*; quid ſum ego? niſi quoddam nihil? *Dies mei ſicut nihilum ante te*, ſum, & ego mortalis homo, morti, vermibus, putredini addictus, & quamuis homo ſit iuuenis, & robuſtus morti tamen reſiſtere, non valet, nec poteſt dicere, mors longè eſt a me, & licèt Ioannes audierit in Apoc. *Mitte me falcem tuam, quia venit hora, vt metat, quia aruit meſſis terræ*, dicet iuuenis; frumentum aridum ſymbolum eſt ſenium, ergo ſenes meti debent, ſed fallaris ò iuuenis, quia illicò audiuit Ioannes. *Mitte falcem acutam, & vindemia omnes botros vineæ terræ*, vua viridis, & nō arida vindematur, imo perpende, quod quando loquitur de vua, inquit. *Mitte falcem acutam*, vt oſtenderet, quod quamuis iuuenes, & pharmacis, & viribus, morbis reſiſtere videntur,

In ſoliloq. cap. 3.

in pſ. 38.

neceſſè

neceſsè tamen erit, vt acutæ mortis falci cedant, mors omnia vincit, audi Pſalmographum. *Terribilis, & ei qui aufert ſpiritum principum*, quod D. Hieron. ex Hebræo legit. *Qui vindemiat ſpiritum principum*.

Miles pergens ad bellum, enſem, & tormentum manuale ſecum defert, non, vt his vno, eodemque tempore vtatur, ſed vt cum inimicus ſit à longè, tormento manuali eum interficiat, cum verò ſit propè, vtitur enſe, vt ſe defendat, & inimicū vulnerare valeat, ita, & mors vtitur armis, tormento ſcilicet manuali; & enſe, vt illo à longè, hoc autem propè vulneret, & occidat, audi Pſalmographum Pſal. 8. *Gladium ſuum vibrauit illum, arcum ſuum tetendit, & in eo parauit vaſa mortis*, id eſt inſtrumenta mortis, contra iuuenes, qui diſtare videntur à morte, mors ad eos occidendos inſtrumento manuali vtitur, contra verò ſenes, qui propè ſunt, vtitur mors enſe; immò videtur mors proprior eſſe iuuenum, quàm ſenum, quia plura peccata committunt iuuenes, quàm ſenes, & hoc clarè in ipſo mundi exordio intuemur, nam Adam, primò à Deo recepit ſpiritum vitalem, ſecundò fuit Eua, tertiò fuit Cain, quartò fuit Abel, quem horum quatuor mors primo interfecit? Abel iuniorem, Abel vltimo loco vitam recepit, & primò cucurrit ad mortem.

In generatione corporis humani, prima corporis pars, quæ ab Anima informatur, & quæ motum vitalem habeat, eſt cor, vltima verò pars, ſunt oculi, at in morte, prima pars, quæ officio vitali orbatur ſunt oculi, & vltima pars, cor, ita accidit iuuenibus, & ſenibus, Pictor etiam, cum aliquam efformat imaginem, quia recens eſt, exponens eam, vt areſcat, in alto collocat, ne à pertranſeuntium pallio, quia recens eſt, deleatur, vita noſtra eſt, quædam pictura, ita Dauid. *Verumtamen in imagine pertranſit homo*. Pictura recens iuuenes, antiqua ſenes ſignificat, pictura recens eſt ſubiecta abolitioni, non autem antiqua, cum ſit arida.

Si omnes ſubdimur morti, ergo, mortis memoria debet nobis eſſe familiaris, & eò magis, quia talis memoria velut præceptor interuit; audite Doctiſſimum Idiotum. *Effice tibi mortem cogitatione familiarem, vt ſi tua ſors tulerit, poſſis, et obuiam exire, eſt namque magna ſapientia frequenter cogitare de morte*, & Seneca. *Viuere tota vita diſcendum eſt, & quod magis fortaſſe miraberis, totà vita diſcendum eſt mori*. lib. 5. c. 5. de breuit. vita c. 7.

Mors eſt cunctis concionatoribus efficacior, D. Theodorus ſtudita Catecheſ. ait. *Quàm eximia Cathecheſis, quàm frugis admonitio eſt, quæ intentos ad officij functionem, vigileſque præſtat; id adeò facere negligamus vnquam non ceſſemus à cogitatione, & à corporis defunctu*.

Eximia Cathecheſis, frugis admonitio, quaſi diceret, nullus orator efficacior ad ſuadendum nobis, ad nos docendum viam ſalutis, quàm mors.

In Actis Apoſtolorum ſcribitur, quod cum obierit illa Mulier Tabita, eius parentes, & amici rogauerunt D. Petrum Apoſtolum, vt ſuis precibus ad vitam eam reuocaret. *Et cum aduenisset D. Petrus, duxerunt eum in cœnaculum, vbi ſita erat mortua*.

Ad quid Petrus ingreſſus eſt in cœnaculum, cum ſufficiens eſſet, ex loco vbi Petrus erat preces ſundere ad Deum, vt vitam mortuæ mulieri concedere dignaretur? reſpondet D. Chryſoſt. *Ducunt Petrum, vbi ſita erat mortua fortaſſis putantes, aliquid illi ad doctrinam dari*. Quaſi diceret, licèt D. Petrus magnus Doctor, & concionatoribus efficacior, per eam poterat Petro aliquid ad doctrinam dari, quia. *Mors eſt Eximia Cathecheſis, & frugis admonitio*.

Inter mortem, & ſomnum videtur eſſe aliqua cognatio, ſomnus enim eſt mortis imago, & ita idem eſt ſomnus, ac mors, vnde D. Clemens Alexand. cubile vbi quieſcere ſolemus vocauit. *Somni gymnaſium*, id eſt locus, vbi docetur, & legitur ſomnus, & meritò nam ſi dormiens homo eſt imago mortui, & is, qui in cubili iacet, eſt imago illius, qui eſt in ſepulchro, vocetur ergo cubile ſomni gymnaſium, hinc Abraham volens ſibi, & dilectæ vxori de ſepultura prouidere, emit campum (Effron.) *In quo*, vt ait Geneſ. c. 23. *Erat ſpelunca duplex*. Quę verba perpendens Abulenſis, ita ait. *Ideò iſta ſpelunca erat duplex, quia erat in duas partes diuiſa, vna pro corpore, alia pro cruribus, & erant iſtæ duæ partes ſubordinatæ, id eſt vna ſub alia non directè, ita quod cadauera ſepeliabantur ſedentia tamquam in cathedra*. Sedebat mortuus in cathedra tamquam Doctor Maximus, hinc Dei Filius ſanitatem infirmis reſtituens monebat de cauſa earum infirmitatum, vnde infirmo Piſcinæ dixit. *Noli amplius peccare, ne aliquid deterius tibi contingat*, & Adulteræ; *Vade, & iam amplius noli peccare*, at tribuens vitam filio Viduæ. *Dedit illum Matri ſuæ*, & de Lazaro dixit Diſcipulis. *Soluite eum, & ſinite abire*, quare hos duos mortuos non monuit, ſicut monuerat alios infirmos? quia mors multum ſufficiens erat ad eos edocendos, & monendos, quia eſt eximia Cathecheſis frugis ammonitio. in pedag. cap. 2.

Hinc animaduertendum eſt, quod Abraham ita per gratiſſimus erat Deo quod ſæpè ſæpius Deus ipſe ſua diuina præſentia conſolabatur Abraham, dirigens eum, & monita ſalutis

ci tri-

ſi tribuens, at poſtquam Abraham emit ſepulturam, mortis iugiter memoriam habens, ait Rupertus Abbas. *Notandum quia Deus vlterius Abrahæ appąruiſſe non legitur*. Quare hoc? numquid Abraham defecerat à ſua ſanctitate? numquid forſan Deum offenderat? minimè, ſed pro Deo, adeſt mortis memoria, quaſi vicem Dei gerens, quæ ad Abraham educendum ſufficiens erat: *Quia eſt eximia Cathecheſis frugis ammonitio*, hinc dixit Dominus Hierem. c. 18. *Surge, deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea*. Doctrinam Dei in domo figuli, in domo lutea, vbi nós terram, & lutum eſſe edocemur; ſed quid nobis mortis doctrina, ſiuè memoria proderit? ſed ad quid non proderit? inſeruit enim nobis quaſi veluti gratia efficax, duplex auxilium inquiunt Theologi tribuitur nobis à Deo in noſtra conuerſione, primum dicitur ſufficies, alterum efficax, primum eſt illud, quod Deus omnibus tribuit, & per quod vnuſque vitam æternam adipiſci poteſt, alterum dicitur efficax, propter quod omnino ſaluabimur, mortis memoria eſt hoc efficax auxilium, & ipſomet inferno efficacior, nam ſi dabitur aliquis peccator, ita mundanis delicijs, ſæculi huius fęlicitatibus, & vanitatibus addictus, vt penitus, neque cogitet, neque propriæ ſaluti prouideat, moneant eum Patres ſpirituales, exclament contra eum concionatores omnes, repræſentetur ei ignis ille æternus infernalis, flammæ illæ ardentes, horrenda Dęmoniorum ſocietas, nihil ad conuerſionem huiuſmodi peccatoris iuuabit, at ſi ante oculos huius, mortis memoria ponetur, ſi ſe moriturum recordabitur, illicò conuertetur, & vitam in melius commutabit ob cuius rei confirmationem, audite quæſo, cum creaſſet Deus primos noſtros parentes in ſtatu innocentiæ, prohibuiſſetque eis, ne comederent de fructu, &c. hoc diuinum præceptum tranſgredi auſi ſunt, & veniens Deus, vt tàm magnum Adæ ſcelus puniret, vocauit Adamum in Iudicio dicens. *Adam, Adam vbi es*, reſpondit, *vocem tuam audiui, & timui eo, quod nudus eſſem*, quis indicauit tibi, quod nudus eſſes, niſi quia de vetito fructu comediſti? reſpondit Adam, *Mulier, quam dediſti mihi, &c.* & cum de hoc fuiſſet Hæua interrogata, reſpondit, Serpens decepit me, tunc Deus indignatione motus, puniuit eos dicens. *Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi*, & Mulieri dixit. *In dolore paries, & eiecit eos de Paradiſo*.

Sed quis tantorum malorum, quæ Adæ euenerunt cauſa fuit, niſi Hæua? quis ergo veſtrũ huiuſmodi Mulierem, non abhorreret, & maximè in odium non haberet, & in perpetuum à conſortio Hæuæ, non ſe diſiungeret? ſed, o rem admirandam, nihil horum fecit Adam, nec indignatum fuiſſe legimus, imò ait, ſacer Textus. *Cognouit Adam vxorem ſuam*, nihil cogitans de tot maledictionibus, calamitatibus, & erumnis. *Obſeruabat Deus Adam*; ait Tertull. & intuens Adam propriam infęlicitatem, & miſerias, non agnouiſſe, quæ profectò miſeriæ, & erumnæ erant veluti gratia ſufficiens, vt his mediantibus Adam proprias miſerias animaduertens ad Deum reuerteretur, plorans, & pœnitentiam agens, miſeratus Deus Adam, auxilium efficax tribuit ei, nam deambulans, vidit Abel interfectum à Cain, & lugere eum cępit, eiuſque aſpectu tàm magno timore, ac tremore aggreſſus eſt, quod trecentis annis vxorem ſuam Hæuam, non cognouit, & nonnulli affirmant, quod votum caſtitatis emiſerit, & vſq; obſeruaſſet, niſi tunc per Angelum monitus fuiſſet, quod eò tempore neceſſaria eſſet humana propagatio, ex quo clarè patet, mortis memoriam efficaciorem eſſe inferni memoria.

Tàm ingens eſt mortis memoria, quod ſi Paradiſum ingrederetur, cęlum, vtique deſtrueret, quod non faceret Infernus, affixus erat in Cruce Chriſtus, & intuens eum bonus Latro, dixit ei. *Memento mei, cum veneris in Regnum tuum*, cui reſpondet Chriſtus. *Hodie mecum eris in Paradiſo*, ſi Chriſtus poſtquam expirauit deſcendit ad Inferos, & tertia die reſurrexit, quomodo ergo, hodie mecum eris in Paradiſo? reſpondeo, quod dùm bonus Latro cum Dei Filio perrexit, eoque fruebatur, & vbi Dei eſt, ibi eſt Paradiſus in eo temporis ſpatio, quo Chriſtus fuit in Inferno, Infernus potuit dici Paradiſus, ob diuinam præſentiam, ex hoc ergo, Infernus, & Paradiſus quodammodo poſſunt eſſe ſimul, non eodem modo ſe habet mors, Chriſtus enim in Monte Tabor coràm Diſcipulis transfiguratus eſt. *Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, &c.* ita vt locus ille ob immenſum Dei Filij ſplendorem Paradiſus videbatur, quod intuens Apoſtolus Petrus præ nimia lætitia, & iucunditate dixit. *Domine bonum eſt nos hic eſſe*, quaſi diceret, depræcor te dulciſſimè præceptor, vt numquam ab hoc Paradiſo diſcedamus, & colloquentes ſimul Apoſtoli dicebant, erit enim tempus, quo ſplendor hic obſcurabitur, & pulchritudo hæc deformabitur, & vita hæc cum morte commutabitur; & vix de morte loquuti ſunt quod leuantes oculos neminem viderunt, vnde hoc? quia de morte loquebantur, mors enim ſi in Paradiſum ingredi poſſet, illum deſtrueret. Et quoties Deus voluerit aliquem peccatorem ad ſe conuertere, hac mortis memoria vius eſt, mitit Deus Samuelem Prophetam ad Regem Saul, vt recordaretur ſe conuertere ad Deum, alioquin tolleret diuitias, & filios, non

ideò

l. 6. in Geneſ. c. 35.

ideò Saul ſe correxit, reuerſus iterum Samuel ad Saul dixit ei, animaduerte, quod Deus auferet à te Regnum, & coronam, nihil profecit, tandem Samuel vſus eſt auxilio efficaci, nuncians ſcilicet Saul mortem dicens. *Cras morieris*; illicò Saul timore mortis correptus, genuflexus, depoſito diademate, amarè lugens, veniam petijt à Domino; vnde hoc? ex auxilio efficaci mortis memoria, ſcilicet, vnde D. Aug. dicebat. *Nihil ſi hominem à peccato reuocat, ſicut frequens mortis meditatio*, immo, ideò tot committimus peccata, quia à nobis mortis memoria abeſt, ſolent nonnulli, inter eum, qui iugiter mortem meditatur, & eum, qui numquam ſe moriturum cogitat, hanc aſſignare differentiam ſcilicet, quæ reperitur inter hominem coniugatum, & non coniugatum, vnde D. Bern. ſcribens ad Eugenium dicebat. *Si non vis errare iunge te morti*. Tempore belli, ſolent Duces exercitus deſcribere, ſcit colligere milites multi iuuenes militiæ deſcribuntur, quod ſi petieris à coniugato, cur militiæ ſe non adſcribat; reſpondebit, vtique, vxorem duxi, & ideò non poſſum ad bellum pergere, & per orbem vagari, ita, qui mortem iugiter meditabitur, tentatori, qui ad culpas, & mundi delicias, ac voluptates amplectandas inuitat reſpondebit, vtique non poſſum, quia mortis memoria hoc non permittit, cohibens me ab omni culpa, audite Pſalmographum Pſ. 71. *Ideò tenuit eos ſuperbia operti ſunt iniquitate, & impietate ſua, prodijt, quaſi ex adipe iniquitas eorum*, (audi tantorum malorum cauſam.) *Quia non eſt reſpectus mortis eorum*, quæ verba Tertullianus ita legit. *Ideò tenuit eos ſuperbia, quia non ſunt in eo ligamenta mortis*.

li. exhort.

Dauid 1. Reg. 26. inuenit inimicum ſuum dormientem, & tutè eum poterat interficere, ſed noluit, dicens. *Propitius ſit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Chriſtum Domini*, ſed vnde hoc? reſpondet D. Chryſoſt. *Conſpiciebat Saulem dormientem, ac de morte communi omnibus philoſophatur; ſomnium enim nihil aliud eſt quam mors temporaria.* Egredientes Iſraelitæ ex Aegypto, auro, argento, ac pretioſis gemmis onuſti, at Moyſes tulit ſecum oſſa Ioſeph, quæ pluris fecit, quàm cunctas orbis diuitias, vt ſic ſemper mortis memoriam haberet.

homil. de Dauid, & Saul.

Mors non parcit ſenibus, neque iuuenibus, non pauperibus, neque diuitibus, mors omnia æquat, immo aliquando libentiùs iuuenes, quàm ſenes interficit, Seneca loquens de morte dixit. *Mors ſimilis eſt prægnantibus*. Memini me legiſſe de Arpaſia coniunge Pericles, quæ cum eſſet fœtu grauis, quadam die, tempore Autumni quoddam pomarium fructibus onuſtum ingreſſa eſt, & per illud deambulans, varios diuerſoſque dulciſſimos fructus intuens, & contemplans, tandem extendit manum ad capiendum vuæ acris racemum, quod intuens, & admirans Viridarius dixit Mulieri. *Hinc inde habes ipſam maturitate maturiorem, & acerbiorem capis?* reſpondit Mulier. *Prægnatium hic mos eſt*. Mors in ſacris litteris, modo repræſentatur. vt Mulier quia, vt adnotauit D. Chryſoſt. mors iuſtis eſt, veluti pia Mulier, quæ eis ſuauis, & dulcis apparet, vnde de ea dicitur. *Pretioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorum eius*, peccatoribus autem, apparet veluti vir, magna indignatione, & ira accenſus, timorem, & tremorem afferens, mors veluti Mulier prægnas ingreditur alicuius domus pomarium, & relinquẽs maturos fructus ſenitum; acerbiores iuuenum capit. *Quia prægnantium mos eſt*, ita affirmat Iob cap. 15. *Lædetur quaſi vinea, in primo flore botrus eius*, & Septuaginta legunt. *Vindemiatur quaſi agreſtis ante horam ſuam*, vnde D. Ambr. dicebat. *Neque enim maturiores res homines confecta iam ætate, ſed acerbiores quoque ſurguſtui patiores ſecat, & comedit*. Cum quidam piſcator piſcatoria inſtrumenta pararet fuit à quodam ruſtico interrogatus, quis nam piſcium, primò incideret hamis, piſcator ridens reſpondit. *Percunctare ipſos*, reſpondit ruſticus. *Neſciunt*. ſubiunxit piſcator. *Neque ego ſcio*, Metaphora hac vtitur Spiritus Sanctus, mors enim eſt piſcatrix per mare huius mundi, piſces ſunt homines, de quibus legimus. *Video facies hominis, quaſi piſces maris*, venit mors vt piſcatrix. *Ecce ego mittam piſcatores, & piſcabunt vos*, ſed quis viuentium primo incidet in hamum huius piſcatricis ignoratur, neſciunt homines finem ſuũ, ſed ſicut piſces capiuntur in hamo, capiuntur homines in tempore malo, vnde D. Bern. alloquens dicebat. *Quis primum veſtrum pendebit in hamo mortis?*

Plutarchus refert, quod cum Flaminius Imperator Romanorum, Romam triumphans ingrederetur ſuper currum triumphalem quamdam ceream ſtatuam poni iuſſit, circa quam, nonnullæ ardentes faces videbantur, quæ paulatim, ſtatuam illam liquefaciebant, & interrogatus, cur hoc feciſſet, ita reſpondit. *Vt Marte mortem in memoriam reuocarem*. Et edoceremur mundi triumphos, & magnitudines euaneſcere, vnde Dauid Pſalm. 118. dicebat. *Dormitauit anima mea prætedio*, & D. Ambr. legit. *Diſtillauit anima mea*. Quaſi diceret anima mea, velut cerea ſtatua igni expoſita liquefit, & D. Clem. Alex. clariùs hoc innuit. *Sicut ſtatua cerea ad ignem paulatim defluit, ſic conſumitur vita noſtra*.

Cum Moyſes morti appropinquaret iuſſit, vt ſuum corpus iuxta quoddam Idolum ſepeliretur,

Digitized by Google

retur, vt venientes infideles, & Idolo ſacrificia offerrent intuentes ſepulchrum Moyſis, mortis memoriam haberent, & à tàm magno peccato (ſacrificium offerendi Diabolo,) ſe abſtinerent,

Nullus enim maius remedium: vt à peccatis abſtinere valeamus, quàm mortis memoria.

Cum eſſet Chriſtus in Cruce, dicebant ei Iudæi. *Si Filius Dei es, deſcende de Cruce, & credimus tibi*, & quamuis Dei Filius, nihil magis optaret quàm, vt omnes conuerterentur ad ipſum; noluit tamen deſcendere, erat enim illa inuentio Diaboli, non vt conuerterentur, ſed vt humana impediretur redemptio, tribuit tamen gentibus illis remedium, vt conuerterentur, nam in Chriſti morte, monumenta aperta ſunt, & tunc reuertebantur percutientes pectora ſua, & dicentes. *Verè Filius Dei erat iſte*, ſed vnde hoc? niſi ex mortis memoria, videntes ſcilicet monumenta aperta.

O magna mortis memoriæ potentia, quis crederet? etiam ſuperbum illum Sathanam, qui numquam ſe humiliare poteſt, mortis tamen memoria ita humiliauerit, vt cum ad Chriſti pedes genuflexum viderimus, pertranſiens enim Chriſtus per Regionem Geraſenorum Matth. cap. 5. quidam Dæmoniacus videns Ieſum à longè cucurrit, & adorauit eum, huius adorationis cauſam perquirens D. Chryſolog. ſer. 16. Diabolum alloquens inquit. *Quid eſt Diabole, quem trina tentatione prouocabas ad lapſum, quem promiſſione Regni, vt te adorares ſubdolus ambiebas, nunc tremens, & miſerandus prolaberis, & adoras?* Vultis cauſam talis adorationis ſcire? audite verba Euang. *Semper die, ac nocte in monumentis erat*, & D. Chryſol. ſubdit dicens. *Qui honores omnes Regni promittebat, & gloriæ, habitare fœtidis corruptione cadauerum reperitur in tumulis*. Egredientes Iſraelitæ ex Aegypto, mutuo ab eis acceperunt quamplurima vaſa aurea, & argenta, &c. ſed ego miror, quod inquit Sacer Textus Exod. cap. 1. *Vrgebanturque Aegyptij populum de terra exire velociter*, quomodo de rebus proprijs Aegyptij non cogitant, ita facilè obliti ſunt, ita paruifaciunt vaſa aurea, argentea, & veſtes precioſas? vnde hoc? quia Rex Pharao ob innumerabilia ſigna, & prodigia facta à Moyſe, vt veniam concederet Hebræis egrediendi ab Aegypto, nunquam concedere voluit, niſi poſtquam viderit omnes primogenitos Aegyptiorum mortuos, tunc vrgebantur Aegyptij Hebræos exire de terra velociter, quia mortis memoria cuncta paruipendere impellebat, audite Abulenſ. *Tanto illorum dolore, & ſui timore Aegyptij tenebantur, vt viderent Iudæos cum vaſis auri, & argenti, & veſtibus recedentes, & tenere non curarent, ſed potiùs ipſi eos ad velociter fugiendum incitarent dicentes omnes morimur*, vnde D. Greg. dixit. *Facilè contemnit omnia qui ſemper cogitat ſe eſſe moriturum*.

quæſt. 2. in Exod.

Tria inueniuntur, quæ cuiuſcumque mortem ſuſpitioſam faciunt, ſcilicet mori in iuuentute, in florida ætate, mori in diuitijs, & vitam abſque Sacramentis finire, & hoc ipſum magnam attulit moleſtiam, & dolorem Regi Ezechiæ cum ad eum Iſa. cap. 38. dixit. *Diſpone domui tuæ cras enim morieris tu, & non viues*, & tunc Ezechias compoſuit Canticum illud quod incipit. *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas Inferi*. En mors in iuuentute, ſed quot annos tunc haberet Ezechias? ex quarto Regum colligitur, quod Ezechias cum cepiſſet regnare, vigintiquinque annos habebat, D. Hieronymus dicit quod regnauit annis quatuordecim, & hoc modò, cum obierit habebat annos trigintanouem, quæ ætas, vt affirmat Ariſt. eſt quacunque ætate robuſtior, vnde D. Hieronymus legit. *In vigore ætatis*, hinc Sanctiſſimus Iob cap. 36. loquens de ijs, qui in media ætate moriuntur, quæ eſt valdè periculoſa, inquit. *Morietur in tempeſtate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos*, & Septuaginta ex Hebræo legunt. *Morietur in iuuentute*, & Tigurio legit. *Morietur anima eorum per iuuenilem ſtoliditatem*. Morietur in tempeſtate anima eorum, & deſignans Iob talis mortis cauſam ſubdit; *& vita eorum inter effeminatos*, & illud, (&) ſignificat, *quia*, ideſt, *quia vita eorum inter effeminatos*.

li. de Repub. in fine

Bern. ſerm. 25. ſuper Cant. *Fœlix mors, quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius mors ſomnus iuſtorum requies amicorum Dei*.

Dauid Pſal. 126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum ecce hæreditas Domini*.

Nam iuuenes (vt plurimum ſenſualem, & libidinoſam vitam ducunt. *Morietur in expulſione*, quaſi diceret mors, quæ cunctis portus eſt pacis, huiuſmodi iuuenes expulit antequam ad perfectum vitæ curſum peruenerint, ideò Rex Ezechias mori timebat, dicens. *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas Inferi*.

De morte etiam diuitum timeri debet, vnde Rex Ezechias iuxta Septuaginta translationem, dicebat. *Ego dixi in excelſo dierum meorum*, quaſi diceret moriar in magnitudine gloriarum mearum? tunc enim debellauerat Regem Sennacherib, & Regis ſpolijs onuſtus redierat, vnde diues factus, valdè amara mors ei videbatur, iuxta illud Eccleſ. 41. *O mors quàm amara eſt memoria*

Digitized by Google

moria tua homini pacem habenti in ſubſtantia ſua, & ideò de diuitibus hoc ſcribitur, quia omnes færè alij peccatores, in fine vitæ pœnitentiam agunt, ſolùm de diuitibus dubium eſt, guloſus enim in fine vitę comedere, non poteſt, omnem cibum abhorret, libidinoſus derelinquit męretricem, nam per ſanguinis emiſſionem extinguuntur ſenſuales ardores, vltor in fine vitæ condonat, ſolus diues in fine vitæ, non parcit auro immo creſcit in eò amor nummi, propter quas diuitias, deſcedens ab hac vita, eius cor diuidi videtur, quod ſimul cum auro ſemper in arca tenuit, vnde Seneca dixit. *Abſtuliſti fortuna bona, ſed non auulſiſti*.

Tertia pęna, qua Regis Ezechiæ cor affligebatur, erat mori abſq; Sacramentis inſtituendis à venturo Meſſia, vnde nonnulli, legunt. *Ego dixi in ſanguine ſilentij, vel in ſilentio ſanguinis vadam ad portas Inferi*, vnde Sapiens Prou. cap. 3. dicebat. *Fili mi cuſtodi legem, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis*. Quid eſt gratia in faucibus tuis? quaſi diceret, dabitur tibi Euchariſtiæ viaticum, quòd. *Bona gratia*, appellatur, ita Pagninus explicat illa verba. *Erit gratia gutturio tuo*, & Septuaginta legunt. *Et erit gratia circa collum tuum*.

Gulielmus Durandus, non ſolùm inquit diem mortis, natalem ab Eccleſia vocari, eò quia ad meliorem naſcimur vitam, & tranſitum, quia ex hoc mundo ad alium tranſimus, aùt obitum, quia Angeli in morte iuſtorum, de Cœlo deſcendentes obuiam veniunt eis, ſed etiam mors inquit Durandus, vocatur. *Paſſio*, quod nomen communius eſſe affirmat, tùm iuſtis propter martyrium, perſecutiones, & tribulationes, tùm etiam reprobis, hæc ſunt verba Durandi. *Paſſio dicitur, quia tunc maximè corpus patitur, & etiam anima, quando per violentiam ab inuicem ſeparantur: obitus vniuſcuiuſq; poteſt paſſio nominari; quia ſine amaritudine, & ſine violentia quadam nulla anima de corpore tollitur*, vnde Ioannes turbam copioſam Animarum Beatarum intuens, petiuit ab Angelo. *Qui ſunt iſti, & vnde venerunt?* fuit ei reſponſum. *Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione*, id quæ nam ſit hæc magna tribulatio; explicat D. Vinc. Ferr. his verbis. *Hæc tribulatio eſt mors, & hæc eſt maior, quia omnium terribilium terribiliſſimum eſt mors*, & Chriſtus Dei Filius mortem ſuam vocauit, *Calicem*, Ioann. 18. *Calicem, quem dedit mihi Pater non vis, vt bibam illum?* & Matth. *Poteſtis bibere Calicem, quem ego bibiturus ſum?* & Marc. 14. *Si poſſibile eſt, transfer Calicem hunc à me*. Toſtatus aſſignans rationem, cur mors vocetur Calix, ita inquit. *Quia in Calice medicinalia damur nobis ad bibendum, valdè amara prouocantia horrorem, & ideò eſt difficilè illa guſtare*, vnde Anaſtaſ. Epiſc. Nicenus loquens de amaritudine mortis dicebat. *Quomodo qui amara guſtant medicamenta, propter amaritudinem vultum contrahunt. Anima quæ ad eam, quàm ex viſis illic moleſtijs habuit affectionem, oculis imprimente characterem, & ex figura eius, quod apparet ſuum occultum aperiente dolorem*, & Ioannes Apoc. 6. *Omnis Anima viuens mortua eſt in mari*, quod perpendens D. Bern. in princip. ait. *Omnis anima mortua eſt in mari*, ideſt, *in amaritudine doloris*. Dei Filius Matth. 24. loquens de die Iudicij finalis, dixit. *Sicut autem in diebus Noë, ſic erit, & aduentus filij hominis*; ſicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vſq; ad eum diem, quo intrauit Noè in Arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & perierunt omnes, ſic erit, & aduentus filij hominis, quam Scripturam explicans Cornelius Ianſenius ait. *Cum dicit Dominus edebant, & bibebant, vxores ducebant, noluit his ſignificare peccata, ob quæ diluuio homines ſunt perditi, ſed hominum ſecuritatem, in qua vixerunt; cum vltiones illa mundo obuenirent*.

ration. diuin. l. 7. c. 1.

ſer. in vig. Epiph.

quaſt. 73.

ſerm. de morte.

in cõcord. Euang. c. 124.

Dionyſ. Carthuſ. loquens de Lazaro à Chriſto ſuſcitato, ait. *Legitur quod Lazarus, poſt ſuam ſuſcitationem non riſit*. Iacobus de Vorag. perquirens, quare Lazarus non riſerit, dicit, Lazarum petijſſe à Chriſto, an iterum ſibi moriendum eſſet, & cum ſe iterum moriturum audiret cogitans dolores, angores, pericula, inimicorum inſultus, quos paſſus fuerat, & iterum paſſurus, numquam ridire potuit. *in Ioa. c. 12*

Toſtat. admirans filiorum Zebedei reſponſionem Matth. 20. vbi Chriſtus eos interrogans dixit. *Poteſtis bibere Calicem, quem ego bibiturus ſum*, reſponderuntque, *poſſumus*, inquit cum D. Chryſoſt. *Hoc dixerunt, non tàm ex fiducia ſuæ fortitudinis, quàm ex ignorantia, inexpertis leuis videtur eſſe tentatio paſsionis, & mortis*. Cum ipſemet Chriſtus, (vt ait Marcus Euangeliſta) cępit pauere, & tędere, & in horto, dùm mortem expectabat, ait Luc. 22. *Factus eſt ſudor eius, ſicut gutta ſanguinis decurrentis in terram*, & licèt hæc Chriſti Sanguinis effuſio diuerſimodè à ſacris Doctoribus interpretatur tamen D. Greg. Magnus, apud Sanctum Thomam ita inquit. *Appropinquante enim morte, noſtræ mortis in ſe certamen expreſſit, qui vim quamdam terroris, atque formidinis patimur, cum per ſolutionem carnis Aeterno Iudici propinquamur*. Leo eſt ſymbolum viri iuſti, publicæ tamen viæ timore afficitur, licèt Prou. 30. de Leone ſcribatur. *Ad nullius pauebit occurſum*, ita affirmat D. Antoninus. *Leo timet publicam ſtratam, ſcilicet mortem*,

quaſt. 76.

in Caten. ibidem.

p. 4. tit. 14 c. 4. §. 3.

vnde ſi quis moritur, dicitur, viam vniuerſæ carnis ingreſſus; eſt enim mors, ſecundum Philoſophum, vltimum terribilium, quàm, & Sancti timent. Conſiderate quæſo magnanimum illum Leonem, ſcilicet, Paulum Apoſtolum de quo idem D. Antoninus cit. ait. *Dùm duceretur ad locum decapitationis, ne nimis timeret, petijt à Plautilla diſcipula velum capitis, quo oculos tegeret, cum ictus ferientis acciperet, & accepit,*

Venerabilis Beda perpendens id, quod ſcribitur Act. 7. de Prothomartire Stefano, *Intendens in Cœlum vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtatem à dextris Dei, & dixit ecce video Cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei.* Vult Beda, quod D. Stephanus viderit Ieſum, ea forma, qua pendebat in Cruce in Monte Caluario, & aſſignans cauſam huiuſmodi viſionis, inquit. *Ad confirmandam Martyris patientiam, Cœlum panditur; & ne homo lapidatus titubet in terra, Deus homo Crucifixus apparet iam gloria.*

Vt viuentium vanitas, atque ſuperbia opprimatur, nullum efficaciùs remedium quàm abiecta hominum primordia, cinerem ſcilicet, & puluerem ex quibus eſſe acceperunt ante oculos iugiter ponere, vt D. Hieronymus monet dicens. *Si metallum noſtræ carnis, & corporis intuearis, nihil humiliùs, nihil viliùs, nihil inuenies omni iniuriæ paſſioniq; ſubiectiùs.* Animum conuerte ad mundi creationem, nam primò die Deus creauit Cœlum, & Terram; ſecundò die firmamentum, & cætera elementa; tertiò herbas, & plantas; quartò, Solem, & Lunam; quintò, Piſces, & Aues; ſextò die creauit iumenta, & reptilia, & beſtias terræ, & cum his ſimul creauit hominem, poterat Deus ſimul cum nobilioribus creaturis, (vt Sole, & Luna) creare hominem. at noluit, vt homo intelligeret, ſe quo ad corpus, eſſe ſimilem cæteris irrationabilibus,

de gen. ad lit. c. 16. & ſic ſe humiliauerit, audite D. Aug. *Eodem die fecit hominem; quo beſtias, ſunt enim ſimul omnia terrena animantia,* hinc Moyſes Gen. 1. & 2. deſcribit hominis excellentias, & magnitudines quomodo fuit creatus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, & quod cunctis animantibus terræ, piſcibus maris, & volucribus Cœli dominabatur, omnia erant hominis imperio ſubiecta, hæc in primo capite Geneſ. at in ſecundo. *Formauit Deus hominem de limo terræ.* Mirum quidem artificium, quid eſt hoc ò Sancte Moyſes? eximias tu magnitudines, & hominis excellentias deſcribis, & tacere, non vales vnam tantummodo hominis humilitatem, quæ tantam

hom. 12. in Gen. hominis pulchritudinem commaculat? ſed pro Moyſe reſpondet D. Chryſoſt. *Ne homo ignorando quomodo conſtitutus ſit, magnus ſibi videatur, & præſcriptos ſibi limites tranſeat,* vnde quamuis Deus, omnia adduxit ad Adam, vt videret, quid vocaret ea, & cunctis nomen impoſuerit, homo tamen ſibi ipſi nomen imponere ignorauit, ſed Deus impoſuit nomen Adæ, hinc Philo Alex. hoc perpendens dixit. *Meritò Adam alijs animantibus nomina, ſibi ipſi nomen non imponit, quando ſeipſum ignorat, naturamque propriam,*

Poſtquam primi parentes diuinum præceptum tranſgreſſi ſunt, propter quàm tranſgreſſionem, & à Paradiſo proiecti, & à Deo maledicti fuere, *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Illicò Adam vocauit vxorem ſuam, *Heuam,* ideſt mater viuentium. *Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ, Heuam: eò quod mater eſſet cunctorum viuentium,* ſic vt ait Paulus ad Romanos cap. 5. *Per peccatum mors,* potiùs Adam vxorem ſuam vocare debebat matrem morientium, hanc hominum de-

in ep. paraneſ. mentiam perpendens D. Eucherius clamat. *Quid iſtùc quæſo, quid iſtuc eſt, nihil ita quotidie homines, ut mortem uident, nihil ita obliuiſcuntur, ut mortem?* vnde ſacra Geneſ. 9. dicitur Deus feciſſe Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, quod perpendens Lyppomanus, & cauſam inueſti-

in Gen. 9. gans ait. *Ideò indutos fuiſſe veſtibus pelliceis, ideſt de pellibus mortuorum animalium, ut ſignum ſuæ mortalitatis ſecum ferrent,*

Dauid Pſal. 93. fatetur nullum inueniri peccatorem, quamuis maximum qui ad mortis memoriam non conuertatur, vnde dicebat? *Vſquequo peccatores Domine, uſquequo peccatores gloriabuntur effabuntur, & loquentur iniquitatem populum tuum Domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam uexauerunt, uiduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt, & dixerunt non uidebit Dominus, nec intelliget Deus Iacob, uſquequo peccatores Domine?* & in eodem Pſalm. reſpondetur. *Donec fodiatur peccatori fouea,* ideſt quouſque peccator ſe moriturum conſiderabit, vt dixit Iob 3. *Ibi, ideſt in ſepulchro impij ceſſauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt feſſi à robore,* & Septuaginta legunt. *Fatigati corpore,* & D. Aug. in hunc locum traducit. *Ibi depoſuerunt impij furorem ſuum.* hinc D. Chryſoſt. demiratur, quod ad mentionem ſepulchri factam à Chriſto in domo Pharisæi, proditor Iudas, non ſe conuerterit. *Quid moleſti eſtis huic Mulieri?*

homil. 78. in Matth. *mittens enim vnguentum hoc in corpus meum ad ſepeliendum me fecit,* & ita inquit Chryſoſt. *Vt Iudam uel ſaltem mortis recordatione à malo propoſito ſuo deterreret.*

Et licèt mors peccatoribus magnum timorem, ac tremorem afferat, iuſtis tamen eſt dulcis

ſomnus,

Digitized by Google

ſomnus, ac requies, vnde Dauid dicebat Pſal. 126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum*, & Chriſtus Ioan. 21. de Lazaro dicebat. *Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, ut à ſomno excitem eum*, & clariùs videri poteſt apud D. Matth. Euang. vbi narrans Chriſti Natiuitatem, & eam audiens Hærodes, mittens occidit omnes pueros, qui erant in omnibus finibus eius, & concludit Euangeliſta, quod tunc. *Vox audita eſt in rama, ploratus, & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt*, miror quare hæc pulcherrima, & prudentiſſima Mulier noluerit conſolari, eo quod non fuerint, reſpondet D. Hilar. *Noluerit conſolari, quia non erant mortui, qui mortui reputabantur, in æternitatis enim profectum per martyrij gloriam efferebantur, conſolatio autem rei amiſſæ, & non auctæ erat præſtanda*. Idem ferè accidit Sancto Iob, qui poſtquam, & filijs, & bonis omnibus, quæ poſſidebat, priuaretur, quia perſeuerauerit in ſua ſimplicitate, & rectitudine, Sacer Textus ait, quod adiecit Dominus omnia quæcumque fuerunt Iob duplicia, & cum priùs fuerint ei ſeptem filij, & tres filiæ, non legimus de eo quod Dominus decem filios, & ſex filias adiecerit Iob, hinc D. Chryſoſt. petit. *Quomodo iumenta quidem in duplum in ſimplum verò reſtituuntur filij?* & ipſemet Chryſoſt. reſpondet, *vt oſtenderet, quoniam illi, tamen ſi prærepti ſunt, viuunt tamen, ac omnes Sancto Iob lætitia ſunt, coheredeſque applaudunt, quamobrem ei non dat præter decem*, hinc Dauid Pſalm. 117. dicebat. *Non moriar, ſed viuam, & narrabo opera Domini*. Cant. 1. in Matth. hom. 3. ex varijs in Matth.

D. Bruno. ibidem expendens hæc Pſalmographi verba ait. *Mors corporis, quæ per tribulationes accidit, mors dicenda non eſt, ſed vita principium, poſt hanc enim mortem Sancti fœliciter viuere incipiunt, vnde etiam dies obitus martyrum, natale dicitur, tunc enim in æterna vita naſcitur*.

Et ipſemet Chriſtus Matth. 22. Pharisæos alloquens dixit. *Non legiſtis quod dictum eſt à Deo dicente vobis; ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium*, ſi Abraham, Iſaac, & Iacob iam mortui erant, quomodo dicitur, non ſum Deus mortuorum, ſed viuentium? reſpondet Philipp. Abbas. *Vt eos iam, non mortuos, ſed in æternum viuere cognoſcantur*. Hinc Ioannes Euang. Apoc. 14. dixit. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*; quia amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis, & de ijs Iacob cap. 11. vaticinans dixit. *Et erit ſepulchrum eius glorioſum*, & D. Chryſolog. ſer. 174. perpendens Herodiadis petitionem Marc. 6. volo vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ, petit Chryſolog. *Cur in diſco? cur pretioſè perijs, quem vliter occidis?* & ipſemet Chryſol. reſpondet dicens. *Quia pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*, vnde D. Chryſoſt. expendens illud Luc. 16. *Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinu Abrahæ*, inquit. *Non ſuffecerat ad portandum pauperem, vnus Angelus, plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant, & gaudeat vnuſquiſque Angelorum, tantum onus tangere, & perducere hominem ad Regna Cœlorum*, & de Sancto Moyſe ſcribitur Deut. 34. *Mortuus eſt Moyſes iubente Domino*, & ex Hebræo legitur. *In oſculo Domini*. de Silen. Cler. c. 9. BB. VV. PP.

At de iniquis, dicitur, Mors eſſe amara, qui terrena ſapiunt, ait Paulus ad Philipp. 3. immo mors peccatorum, peſſima, que locum expendens Diuus Bern. ait. *Mors peccatorum mala in amiſſione mundi, à quo, non poſſunt ſine dolore ſeparari ab eo, quem diligunt, peior in diſſolutione carnis, à qua euelluntur eorum animæ à ſpiritibus malignis, peſſima in tormentis inferni, quando corpus, & anima perpetuis ſimul abdicuntur ignibus*. Qui peccatores, dum animam agunt, inferni fœtorē ſentiunt, vnde Iob. de ijs inquit cap. 18. *Aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur*: vt fumum hic ſentiat gehænnalem. & Dauid pſalm. 17. *dolores inferni circumdederunt me*, & cauſam ſubdit Diuus Ephrem. Syrus. *Quia formidabiles exercitus dæmonum inuadunt eos, & vident ea, quæ numquam antea viderunt*. ſer. 41. in ter paruos ſerm. de morte.

Et Iſa. 13. *Replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi ſtructiones, & piloſi ſaltabunt ibi*. Et de huiuſmodi peccatoribus Iob. dicit cap. 21. ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt, quod ſeptuaginta legunt. *Et cum quiete ad inferna deſcendunt*. Ideſt nullo contradicente Angelo bono, ducentur à dęmonibus ad infernum.

Ianſenius Concor. Euang. cap. 46. perpendens verba Chriſti, quæ dixit viduæ illi, Luc. 7. *Noli flere*. ait. *Non enim deflenda erat mors eius, qui mox maiori cum gloria, & lætitia matris erat victurus*.

Mors, quam Chriſtus interfecit, non eſt timenda, mortem enim noſtram moribundo deſtruxit.

Vita hæc mortalis ob innumerabilia mala, quibus ſubdimus, Infernus potius quam vita eſt dicenda, ideo cum Chriſtus ad vitam reuocauerit Lazarum, dicitur lachrymatus eſt Ieſus, quæ verba expendens Innocentius Tertius inquit. *Lacyrymatus eſt Ieſus non quia mortuus eſt, ſed eò potius, quia mortuus ad vitā miſereas remeabat*. de cōtēpt. mūdi lib. 1. c. 24.

Digitized by Google

Diuus Ioannes Apoc. cap. 1. vocat Chriſtum Primogenitum mortuorum, ſi primogenitus eſſet mortuorum, oporteret fuiſſe primum in reſurrectione, ſed quia quamplures ante Chriſti reſurrectionem fuerunt reſuſcitati, vt Lazarus, filius viduæ Naim, & quam plures alij, ergo videtur non eſſe dicendus primogenitus mortuorum, & tamen verè, & realiter dicendus eſt primogenitus mortuorum, vt optimè probat Nicolaus de Lyra ibidem dicens. *Licet enim ante ipſum Lazarus, & multi alij fuerunt reſuſcitati, hoc tamen fuit ad vitam mortalem, quæ magis dicitur mors, quam vita, vita reſurrectio fit ad uitam immortalem, ad quam Chriſtus reſurrexit primus.*

ſer. 17. in pſal. 9. Vnde D. Bern. dicebat. *Hæc enim uita, qua uiuimus, magis mors eſt, quid agimus incipimus ex quo incipimus uiuere, niſi morti appropinquari, & incipere mori?*

Mundus hic dicitur infernus ſuperior, vnde D. Bruno in illa verba Dauid Pſal. 85. *Miſericordia tua magna eſt ſuper me, quoniam eripuiſti me ex inferno inferiori,* inquit. *Infernus inferior congruè dicitur, infernus ille localis ad comparationem huius mundi, qui ſuperior eſt.*

in c. 1. Mat. Paulus de Palatio. *Sicut Diabolus pulſus à cœlo fuerat in infernum, ita homo expellitur à Paradiſo in terra, quam habitamus, quæ poſt peccatum infernus quidam eſt, ut iam quæri nobis non liceat, cur tot in hoc ſeculo nos mala premant, quia in quodam inferno ſumus.*

Iob. 14. Hugo Card. ſuper illud Iob. *Homo natus de muliere breui uiuens tempore, qui quaſi flos egreditur, & conteritur,* inquit, *egreditur naſcendo, quia floret in carne, & conteritur viuendo, quia paulatim redigitur in puluerem.*

in c. 3. gen. Et Rubertus Abbas ait. *Folium eſt homo, qui in Paradiſo ab arbore decidit.*

Pſal. 38. Hieron. in illa verba, & ſubſtantia mea tanquam nihil ante te. legit. *Et vita mea quaſi non ſit in conſpectu tuo.*

2. 2 q. 164. art. 1. Perquirunt nonulli, quare Adam poſt peccatum, non ſtatim mortuus eſt cum fuerit ei minatus, *in quacunq; hora comederis morte morieris*, reſpondet Doctor Angelus. *Statim mortui ſunt primi parentes, quia licet diutius vixerunt, illo tamen die mori cœperunt, quo mortis legem, quæ in ſenium veteraſcerent acceperunt.* Et Nicol. de Lira in hunc locum ita concludit. *Adam guſtato ligno cœpit ad mortem tendere.*

ſer. 2. de nat. Dñi. in pſ. 16. Vnde D. Bernar. improperans Sathanæ, qui primis parentibus dixit, *nequaquam moriemini,* ita inquit, *vbi eſt quod dixit nequaquam moriemini? ecce enim omnes morimur, & non eſt homo, qui viuat, & non videat mortem,* & D. Aug. *Recole annos ab Adam vſq; ad hodiernum diem; percurrere ſcripturas: heri pene Adam ille de Paradiſo lapſus eſt.*

Epiſt. ad Cornel. Et quod magis intereſt, vt inquit idem Auguſt. mors nemini parcet, nec pulchritudini, nec fortitudini, nec ſapientiæ, nec cuicunq; ſtatui. Hinc collacrymans dicebat, *quid prodeſt ergo nobis ſapientia huius mundi? vbi nam quæſo fili eſt ſapientia Salamonis, vbi potentia Ottauiani Cæſaris Imperatorem? vbi fortitudo Sampſonis?*

Epiſt. 104. Et Moralis Seneca vita noſtra peregrinatio eſt; *cum diù ambulaueris domum redeundum eſt.* Hoc conſiderans Dauid dicebat, *in laboribus à iuuentute mea.* Quod Hebræus legit, *exſpirans ſum à iuuentute mea.* Et Doctiſſimus Genebrardus interpretatur, *moribundus lentè moriens vitam trahens potius, quam ducens ab ipſa prima ætate.*

cap. 10. de homil. vilit. Orat. in Paſq. apud ſtob. Et Iob. *fuiſſem, quaſi non eſſem de vtero translatus ad tumulum,* quod exponens Diuus Greg. Nazianz: inquit. *à tumulo tumulum peto; à tumulo nimirum ventris ad tumulum terræ.* Ad quod reſpiciens Sanctus Nilus Diſcipulus Diui Baſilij dicebat. *Formatur tanquam in ſepulcro in vtero, non dum exiſtens infans, naturæ facijs inuolutus, & ſimilis eſt mortuo faſcijs ſepulchralibus circumſcripto.* Vnde plato ipſe perquirens vtrum ipſum viuere mori ſit, concludit tamen, vtique, & ita ait, *quis nouit vtrum viuere quidem mori ſit; mori autem uiuere? & nunc forte reuera mortui ſumus corpuſq; noſtrum ſepulchrum eſſe nobis?*

cap. 2. lib. 3. mor. cap. 4. De Sanctiſs. Iob. ait ſcriptura, *teſta ſaniem radebat ſedens in ſterquilinio*, quod admirans magnus Gregor. dicebat. *Luto tergebat lutum. penſabat quippe uir ſanctus unde ſumptum fuerat quod geſtabat, & fragmento uaſis fictilis confractum uas fictile radebat,* & idem Greg. eodem loco cōſiderans quod S. Iob. ſedebat in ſterquilinio, ſic ſubdit, *in ſterquilinio ponebat corpus, ut etiam ex loci fœtore caperet, quod feſtinè corpus ad fœtorem rediret.*

Deus Optimus Maximus volens per Prophetam Geremiam populo ſuo mortem minari, quam per manus Caldæorum paſſuri erant, ita inquit. *Vocate lamentatrices, ut ueniant, & ad eas, quæ ſapientes ſunt mittite, & properent, feſtinent, & aſſumant ſuper nos lamentum,* quod admirans Rabanus Maurus quare Deus hoc munierit per lamentatrices, & non potius per Prophetas; reſpondet. *Quia Prædicatores, & Prophetæ, quaſi futura, & procul euentura tractantes, non audiebantur à populo; idcirco lamentatrices ueniant, quæ proximè præterita, & quaſi oculis obiecta annuncient.*

Eccleſiaſt.

Digitized by Google

Eccleſiaſt. ait. *Ne impiè agas multum, ne moriaris in tempore non tuo,* quem locum explicans cap. 7.
Cartuſ. dixit. *Ne moriaris ante præfixum terminum*, vt accidit illis improbis viris, de quibus
Iob. loquitur dicens, *nunquid ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis, quem conculcauerunt uiri iniqui,* cap. 22.
qui ſublati ſunt ante tempus ſuum? quem locum Nicolaus de Lira ita exponit, *Viri iniqui ui-*
tijs expoſiti, & aſſueti, qui ſublati ſunt ante tempus de præſenti uita iuſto Dei iudicio ante tempus
mortis naturalis, & Gloſſ. moralis eundem exponens locum ait, *qui ſublati ſunt ante tempus, id eſt*
mortui ante terminum naturalem propter ſuam malitiam, & iterum Iob. cap. 15. *Antequam*
dies eius impleantur peribit. Gloſs. Interlin. in hunc locum ait, *quia, & nequitiæ eius uitam*
intercidit. Nicol. de Lira, *quia mors eius accelerabitur ante curſum naturæ*.

Hugo Card. id eſt, *ante terminum, quem ſibi promittit morietur, uel quem haberet niſi propter* in c. 15.
malitiam abreuiaretur uita eius, hoc videtur innuiſse Dauid dicens, *quoniam omnes dies noſtri de-* Iob.
fecerunt, & Interlineal. in hunc locum exponit, *quia ad paucitatem redacti*, & Hugo Card. ibid. Pſal. 89.
quia omnes dies noſtri defecerunt, id eſt abreuiati ſunt propter peccatum. Et idem Propheta loquens
de peccatoribus inquit, *defecerunt in vanitate Dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione*, quem Pſal. 77.
locum Caſsiodorus ſic interprætatur, *dies enim peccatorum cum feſtinatione tranſeunt*, iuxta
illud. *Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos*.

Apoſtolus Paulus inquit, *per peccatum mors*, & Ezechiel dicebat. *Anima quæ peccauerit ip-* ſer. 18. de
ſa morietur, quem locum ita exponit D. Auguſt. *Quando caro cum morietur expirat anima vitam* verb. Ap.
ſuam, ſit, & anima quando moritur experat aliquam vitam ſuam. Vita corporis anima eſt; Vita ani-
mæ, Deus eſt.

Mementote, quod accidit caſtiſsimæ Suſannæ; minabantur ei impij illi ſenes mortem, niſi
eorum libidini aſſentiretur, quod malum, illa ſancta mulier conſiderans reſpondit, *ſi hoc ege-*
ro mors mihi eſt. quomodo mors erat illi? nam ſi aſsenſa fuiſſet eorum libidini, vtique à mani-
bus eorum liberaretur, & vitam vtique ſeruaſſet, ſed caſtiſſima Suſanna intelligebat de morte
animæ, quaſi diceret, ſi ego aſſentirer veſtræ libidini, vtiq; viuere viderer, ſed re vera mortua
eſsem, nam per peccatum mors, quod factum Suſannæ ponderans D. Hieron. ait. *Peccatum* in cap. 13
mortem vocat, ſicut enim ei, qui facit adulterium, mors eſt adulterium: ſic omne peccatum, quod ducit Daniel.
ad mortem, mors appellandum eſt, & toties mori credimus, quoties peccamus ad mortem. Eade pror-
ſus eſt interpretatio Origenis ita dicentis, *ſi hoc egero, id eſt ſi peccauero mors mihi eſt, uides ergo* hom. 15. in
mortem in peccato poſuiſse? Et D. Greg. ait. *Vera mors eſt, qua anima ſeparatur à Deo*, & D. Chry- Gen.
ſoſt. dicebat. *In peccatis miſeram uitam agentes nihil à mortuis differunt, cum ſint illis multo deterio-* lib. 4 mor
res. D. Ioann. cuidam peccatori alloquens dicebat ei, *nomen habes quod uiuas, & mortuus es*, cap. 11
D. Auguſt. ita inquit. *Multi in corporibus uiuis animas mortuas portare noſcuntur.* Et D. Chryſoſt. Hom. 28.
vbi ſupra. *Fetentem animam peccator quaſi in ſepulchro circumagit*, & D. Chryſol. de peccatori- in Matt.
bus ait, *Hominis flagitioſi corpus uiuum eſt ſepulchrum.* Et Iſaias loquens de animarum mortuo- Apoc. c. 3
rum peccatorum fetore in die Iuditij dixit. *De cadaueribus eorum aſcendet fetor: tabeſcent montes* ſer. 19.
à ſanguine eorum. Vnde D. Anſelmus dicebat, *tolerabilius fetet canis putridus quam anima pec-* lib. de ſi-
catrix Deo. Ideo Ioann. de Cęleſtibus Spiritibus, qui ſtant ante Deum ſcribit, *Seniores ceciderũt* mil. c. 54.
coram Agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt Orationes Apoc. c. 5
Sanctorum, vt peccatorem fetorem mitigarent, & ratio, quare peccatores huiuſmodi fetorẽ, cap. 1.
non ſentiant ait Ioel; quia, *computruerunt in ſtercore ſuo*, ſunt mortui peccatores, & ſunt velut Pſal. 113
illa ſimulacra Dauid de quibus ait, *nares habent, & non odorabunt.* Hinc D. Ambr. ponderans in Pſal. 3.
illa verba pſalmi. *Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*, inquit, *eſt ergo* pænit.
Sancto Dauid ſpes, & remedium ſanitatis, quia non unguentum redolent, ſed fetorem ſuorum uulnera
peccatorum, vnde D. Auguſt. contra impietatem huiuſmodi peccatorum dicebat, *non ſunt in-*
te uiſcera pietatis, dum plangis corpus a quo receſſit anima, & non plangis animam à qua receſſit Deus.

Mors eſt mater vitæ gratiæ, & vitæ gloriæ ita inquit D. Auguſt. loquens de primis parenti-
bus his verbis. *Ipſa pęna vitiorum tranſit in arma uirtutum, mortui ſunt illi, quia peccauerunt; non*
peccant iſti, quia moriuntur: factum eſt per illorum culpam; ut ueniretur in pęnam: ſit per iſtorum pęnã,
ne ueniatur in culpam. Tantum Deus fidei præſtitit gratiam, ut mors quam uitæ conſtat eſſe contrariam,
inſtrumentum fieret, per quod tranſiretur ad uitam.

D. Greg. Nazianz. ponderans illa verba, *ne mittat manum ſuam, & ſumat de ligno uitæ, & ui-* orat. 38. in
uat in æternum, ita eleganter dixit, *atq; hic quoq; tamen mortem, ac peccati præciſionem eluctatur,* nat. Chriſ.
ne malum immortale eſset: ita pœna ipſa in miſericordiam cecidit. Quod videtur confirmaſse Eu- lib. 1. in
cherius ſic ſcribens. *Verè ut clementiſſimus Dominus eiuſdem dignatus eſt conſulere ad ſalutem,* gen. c. 3.
ut fortè per tranſgreſſionem indigni iam facti de ligno uitæ præſumerent edere, & ad perpetuum uiue-
rent cruciatum.

DE

Digitized by Google

DE MVRMVRATIONE.

ſer.26. ad fratres. 1 Diuus Auguſt. Sicut lepra proprium corpus deuorat, & ſibi adhærentes inficit, & murmurator non ſolùm ſeipſum deſtruit, ſed etiam cunctos audientes inficit, ac perimit.

ſer.4. de verb. Dñ. 2 Idem, in illa verba Iob. *Omnis enim natura beſtiarum, &c.* Homo domat feram, & nō domat linguam, domat Leonem ipſe, & non domat ſeipſum, ad Deum ergo confugiendum eſt, qui domet linguam noſtram.

de rectitud charit. 3 Idem. Impone frænum linguæ tuæ, ne detrahat ad gehænnam animam tuam, quia mors, & vita in manu linguæ.

ſer. de paſſ. 4 D. Athanaſ. Sicut ſi quis Serpentem appræhendat manu, dùm conatur in alterum proijcere, priùs ipſe mordetur, aùt ſi quis ignem manu appræhendat, vt alium exurat priùs exuritur ipſe, ſic detractio magis lædit eos, à quibus habetur, quàm eos, in quos intenditur.

ſer. 24. in Cant. 5 D. Bern. Porrò detrahere, & detrahentem libenter audire, quid horum damnabiliùs ſit, non facilè dixerim.

l. 2. de cõſiderat. ad Eug. c. 13 6 Idem. Neſcio, quod maius peccatum ſit, murmurare, aùt murmurationem audire, vnus portat Diabolum in ore, aliùs in aure.

7 Idem. *De triplici cuſtodia, manus, linguę, & cordis.* Numquid non vipera eſt lingua detractoris? ferociſſima planè, quæ tàm læthaliter tres inficit flatu vno: eum, qui detrahit, & de quo detrahit, & qui libentèr audit.

in ſpec. diſcip. p. 3. cap. 3. 8 D. Bonauent. Erubeſcant dicere de abſenti, quod cum charitate, non poſſet dicere coràm ipſo.

in Eccl. 22 9 Gloſa Ordinaria. Si hilari vultu detractorem audies, tu illi das fomitem detrahendi, ſi verò triſti, diſcet non libenter dicere; quæ didicit non libenter audiri.

hom. 9. in Ezech. 10 D. Greg. in illa verba Pſal. 17. *Circumdederunt me ſicut apes, &c.* Apes mel habent in ore, & vulnus in aculeo caudæ; & omnes, qui lingua blandiuntur, ſed latenter ex malitia feriunt, apes ſunt, loquendo dulcedinem mellis proponunt, ſed occultè feriendo vulnus inferunt.

in Ep. ad celant. 11 D. Hieron. Vbi deſunt audientes, non inueniuntur detrahentes.

12 Idem. in illa verba Pſal. 77. *Conuerſi ſunt in arcum prauum.* Arcus prauus eſt, qui dùm contra Inimicos ſagittas cenſetur iacere, ſauciat tenentem.

hom. 79. ad pop. 13 D. Ioann. Chryſoſt. Ex homo, ne venenum euomas aſpidum, homo es, færa ne fias, propterea tibi factum eſt os, non vt mordeas, ſed vt mordearis.

14 Idem, in illa verba Pſal. 15. *Sepulchrum patens, &c.* Verbum Diaboli de ſepulchro exit, dùm ex ore detractoris egreditur.

2. 2. q. 5. art. 4. 15 D. Tho. Si aliquis detractiones audiat abſque reſiſtentia, videtur detractori conſentire, vnde fit particeps peccati illius.

MANTISSA
AD MVRMVRATIONEM.

Horrendum, & abominabile murmurationis vitium, eſt ita cunctis commune, & vniuerſale, vt meritò de eo dici poſſit non eſt, qui ſe abſcondat à calore eius. *Grande vitium eſt,* inquit Hieron. in Pſal. 119. *Detrahere fratri, grande ſcelus manifeſtare peccatum fratris.* Et eſt tàm grande ſcelus, vt meritò D. Chryſoſt. dubitet an detractores ſint baptizati. *Valdè dubitandum eſt,* inquit Chryſoſt. *An ſint baptizati.* Quod ita probat, ſale aſpergitur caro, ne putreſcat, & durare poſſit, alioquin corrumperetur, & cum quis baptizetur, Eccleſia ſal ponit in eius lingua, ne fraceſcat, & putreſcat per detractiones, & blaſphemias, quaſi dicat Eccleſia, linguam tuam ſalio præcipiens tibi, ne detrahas proximo tuo, vndè cum aliquem detrahentem intuemur, meritò poteſt dubitari an eius lingua ſale fuerit aſperſa, cum fracida per detractionem appareat. O magna mortalium cęcitas, peſſimum detractionis vitium, vt eximia ſanctorum virtus reputatur, & cum aliquis detrahere incipit, vt ſanctus habetur quaſi non poſſit minimum quidem aliorum defectum pati, cum ipſe vitijs innume-

innumerabilibus abundet, Saul tamquam Propheta habitus eſt. *Nonne Saul inter Prophetas?* vnde hoc? quia alijs detrahebat, inquiunt Doctores, quod Saul à maligno ſpiritu vexabatur, & cum ſpiritus eum malus inuaderet occulta cunctorum vitia detegebat, & omnes vnanimiter dicebant. *Nũquid Saul inter Prophetas?* quaſi Sanctorũ Prophetarũ propriũ eſſe detrahere.

Chriſtus Dei Filius fuit rogatus à Simone Phariſæo, vt cum illo manducaret, Luc. cap. 7. & ecce Magdalena acceſſit ad Chriſti pedes, lachrymis rigans, & capillis tergens, eoſque deoſculans; quod intuens Phariſæus cœpit detrahere dicens. *Hic ſi eſſet Propheta ſciret vtiq; quæ, & qualis eſſet hæc Mulier, quæ peccatrix eſt*, & quia Chriſtus Magdalenæ crimina, non detegebat, non fuit habitus Propheta.

Cum Chriſtus laſſus ad puteum Samariæ perueniſſet, peruenit pariter, è Samaria, quædam Mulier ad aquam hauriendam, cui inquit Chriſtus, *Mulier da mihi bibere*, reſpondit illa. *Quomodo tu Iudæus cum ſis, poſcis à me bibere, quæ ſum Mulier Samaritana, &c*, tandẽ dixit Chriſtus Mulieri; *Quinque viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus uir*, quo audito à Muliere, dixit Chriſto. *Domine, ut uideo Propheta es tu*, ſed vnde hoc deducis ò prudentiſſima Samaritana? reſpondere vtique poſſet, quia occulta aliorum facta detegit, quia detrahit, ergo vt video Propheta es tu, vnde currens ad Ciuitatem, & conciues ſuos alloquens, obſtupore m dixit eis. *Venite, & uidete hominem, qui dixit mihi omnia, quæ feci*.

Tàm ingens malum eſt detractio, quod non ſolùm Deus detractionem odio habet, ſed etiam ipſis detractoribus maledicit, & ne permitteret minimam detrahendi occaſionem potiùs electos ſuos, honore, & gloria priuari acquieuit, patet hoc Deut. 34. dùm Sancti Moyſis corpori in valle Moab in ignoto loco ſpinis, & tribulis repleto ſepulchrum dari permiſerit, audite verba Textus. *Et non cognouit homo ſepulchrum eius uſque ad præſentem diem*; cur non potiùs in honoratiori loco, vt in Monte Sinai vbi legem à Domino recepit, & ad cuius radices, via eſt Peregrinorum ad Terram Promiſſionis ſepeliri voluerit? quare hoc permiſit Dominus? ne daretur occaſio detrahendi, nam Aduenæ, & peregrini per radices Sinai pertranſeuntes, ſi ibi intuiti fuiſſent ſepulchrum Moyſis, detraherent Moyſi, memores eius inobedientiæ, audite D. Cyrillum Alex. ibidem. *Ne aduenæ ſepulchrum meditantes inobedientiam tanti uiri in memoriam reuocarent, ſepulchri ſpecioſitas, & loci ſitus abſconditur*.

D. Matth. Euang. 26. & Lucas 11. loquentes de effuſione vnguenti pretioſi in domo Phariſæi facta à Magdalena, Matthæus ait. *Effudit ſuper caput ipſius recumbentis*, & Lucas. *Vnxit pedes eius, & capillis ſuis terſit*, non fuerunt duæ vnctiones, ſed vna tantum, & tamen ambo Euangeliſtæ veritatem dicunt, nam vt refert Baronius, Antiquitus pedes Magnatum, ac Principum ob ſignum ſeruitutis vngi ſolebant, quod obſeruatum eſt, vſque ad Neronis tempus, hinc conſiderans Magdalena Chriſtum magnum Heroem, imò Regem Regum, & omni ſeruitute, & honore eſſe dignum, voluit eius pedes vngere, at perfidus Iudas, hanc Magdalenæ actionem ſub ſpecie zeli vituperauit dicens. *Poterat vnguentum iſtud venundari multum, & dari pauperibus*, Chriſtus, vt hanc proditoris Iudæ detractionem penitus remoueret, præcepit, vt vnctio hæc fieret ſuper caput, ſicut mos erat Nazarenorum, & ſic vterque Euangeliſta optimè ſcribunt: Matth. enim agit de actione, & Lucas de intentione Magdalenæ, audite Bercorium ibidem. *Nulla alia cauſa fuit, quod caput, & non pedes Saluatoris vnxerit, niſi hæc, quod Iudam indignantem, & ſuſurrantem audierat*.

Tàm ingens malum eſt murmuratio, quod quaſi Sancti in Paradiſo, non audeant pro detractoribus Deum rogare; veniat quæſo vobis in mentem, quod ſcribitur Exod. 22. delinquẽs populus, & Deum offendens, ne puniretur à Domino, Moyſes pronus in terra Deum exorauit, vt condonaret populo, *& placatus eſt Dominus*, ait ſacer Textus, at Geneſ. 9. vocauit Deus Noè, præcipiens ei, vt Arcam ædificaret, quia aquarum diluuio mundum diſperdere volebat, quod audiens Noè, non legitur rogaſſe Deum pro ſalute orbis ait Textus. *Audit Noè vir iuſtus, & tacet*, quare ergo Moyſes rogat, & Noè ſilet? & eò magis, quod Moyſi fuit prohibitum rogare pro populo. *Noli orare pro populo*, & non fuit prohibitum Noè, pro populo Hebræo Moyſes rogauit, quod peccatum commiſerat? vtique peccatum idolatriæ, ingratitudinis, at cum Deus voluit mittere diluuium, tunc regnabat in mundo peccatum detractionis. *Omnis quippè caro corruperat uiam ſuam*, & Pagninus legit. *Omnis quippè lingua corruperat uiam ſuam*, audite Abulenſ. ibidem. *Ne mireris in taciturnitate Noè, quia contra murmurantes ira altiſſimi micabat*.

Plinius narrat Scorpionem eſſe animal venenoſum, & à natura productum vt mortalibus noceret, & quod, cum ore blanditur, tunc cauda ferit, venenum immittens, & necans, ita ſunt detractores, vt inquit Ioan. Apoc. *Cruciatus eorum, ut cruciatus ſcorpionis cum percutit homines*

mines

Digitized by Google

mines. Et Eccleſ. 1. *Bene increduli ſubuerſores, cum ſcorpionibus habitant*. Et D. Chryſ. *Blandiuntur, ut ſcorpiones, ſed ſtatim cauda uulnus incidunt.*

Imò ſunt ſimiles Lupo, qui cunctis animantibus eſt callidior, Taurum aggrediens, ne ab eius viribus opprimeretur, ad loca cenoſa pergit, & ſolum madefacit, vt veniens ibi Taurus ad bibendum labatur, & tunc lupus inuadens Taurum necet, & deuoret eum. ita, & detractores volentes aliquam honeſtam mulierem interficere, non palam eam aggrediuntur, ſed eius familiam extollere incipiunt, deinde quaſi admirantes, exclamant, O magnum facinus hæc tamen mulier, totam familiam dedecorat, & hoc per vrbem ita diuulgant, vt tandem ad aures mariti, vel fratrum deueniat, qui eam interficiant, hi detractores ſunt lupi rapaces, ſunt lupi Infernales, de quibus Salamon, ait lingua fallax non habet veritatem, & os eorum operatur minas, audite D. Fulgentium. *Extrinſecę dilectionis modulamine ad ſe trahunt, & ſtatim murmuratum pręcipium naſcitur*. Sunt tot Cameli, qui ne propriam deformitatem videant, cum ad bibendum venerint, aquam pedibus turbant, ita inquit Ezechiel. *Cum puriſſimam aquam biberitis, reliquam pedibus veſtis turbatis*, & D. Greg. in Comment. *Quid faciunt aliud detrahentes, niſi puluerem ſufflari qua alteriùs fama obſcuretur?*

Chriſtus ipſe detractores iugiter abhorruit, ac fugit, vnde perueniens Magdalena ad ſepulchrum Chriſti, & eum non inueniens ſtabat ad monumentum foris plorans, & cum eum in forma hortulani vidiſſet, eiuſque pedes deoſculari voluiſſet, prohibuit Chriſtus dicens. *Noli me tangere*, quare hoc pijſſimè Domine? vt tolleret ſcilicet detrahendi occaſionem, recordatus, quod cum Magdalena in Domo Simonis Chriſti pedes lauerit, & pretioſo vnguento vnxerit; dixit tunc Iudas; vt quid perditio hæc, &c. ideò prohibuit tangi pedes, ne iterum murmuraretur, audite Diuum Pontificem Leonem. *Noluit Chriſtus à Muliere tangi, ne alter Iudas, & contra Magdalenam, & contra Chriſtum loqueretur*. Has maledicas linguas Chriſtus multum timuit, ideò cum eſſet in Cruce vulneratus, & ſanguis, ita, vt à planta pedis, vſque ad verticem capitis, non eſſet in eo ſanitas, quem intuens Aeternus Pater indignatur contra Hebræos, eoſque punire volebat, ſed Chriſtus rogauit Patrem, vt non eos diſperderet, ne mundus murmuraret, diceretque Chriſtum vindictam ſumpſiſſe de inimicis. hinc dixit ad Patrem. *Pater ignoſce illis*, quod audiens Aeternus Pater, omnem iram, & indignationem contra orbem euomuit, & tunc terra tremuit, petræ ſciſſæ ſunt, Sol obſcuratus eſt, &c. quæ quidem ſigna, poſtquã Chriſtus in Cruce expirauerit facta fuerunt, ne videretur Chriſtus vltus fuiſſe de Hebræis, audite Rupertum Abbatem. *Quare inclinato capite emiſit ſpiritum, ut totus mundus agnoſceret, ipſum Chriſtum eſſe mortuum, & illa ſigna eſſe à Patre miſſa.*

D. Ioan. Apoc. 9. teſtatur vidiſſe quoſdam equos, quorum tota vis, in ore, & in cauda ſita erat, portentum quidem eſt: nam equorum vis, eſt poſita in dorſo, in pectore, & in pedibus, quare ergo in ore, & in cauda? & quod magis admirandum eſt, tales equi, cauda tertiam partem hominum interfecerunt. *Occiſa eſt tertia pars hominum*, & ex ore, & ex cauda ignis, & ſulphur exibant, & qui ſedebat ſuper hos equos Diabolus erat: hi equi ſunt ſymbolum detractorum, ita concinit, D. Greg. *Equi Diaboli, ſunt peccatores, & murmuratores proximorum flammam ex ore euoment dùm ab initio, & in fine ſermonum, proximum detrahant*, & idem Ioannes Apoc. 16. teſtatur vidiſſe quemdam draconem, in cuius ore centum erant ranę, quæ ranæ, vt omnes auctores aſſerunt, ſunt detractores, & tunc magis vociferant, cum vnam oris partem in aqua alteram deforis teneant, ita detractores, cum aquis voluptatum abundant, tunc magis detrahunt, ranæ oculos quaſi deforis habent, & murmuratores oculos habent intentos ad aliorum facta, & negotia, ranæ ex ore draconis exibant, & murmuratores ex ore infernalis Serpentis.

Plinius inquit in quadam Vrbe, tot ranas apparuiſſe, quod ad earum ſtridorem, ciues propriam Patriam dereliquerunt, & detractores demoliuntur Vrbes, audite Salamonem. *Ore impiorum ſubuertetur Ciuitas*, Eccleſ. *Generatio quę pro dentibus gladios habet.*

D. Bern. inquit. *Quęris à me, quid ſit maius detrahere, uel detrahentem audire? ille portat Diabolum in ore, hic in aure.*

ſer. 45. ad fratres. Et D. Aug. ait. *Maiora uulnera ſunt linguę, quàm gladij, gladius interficit corpus, animam autem non interficit, ſed lingua.*

de triplici cuſtodia. D. Bern. *Lingua maledica Vipera eſt ferociſſima planè, quę tàm lętatur tres inficiat flatu uno, illum qui loquitur, de quo loquitur, & quem uerbis ſuis ſcandalizat.*

Deut. 32. ſcribitur. *Deuorabunt eos aues morſu amariſsimo*, nonnullæ aues ſunt, quæ comedunt triticum, & mundæ, & hominibus vtiles, vt ſunt columbæ, & turtures, aliæ ſunt immundæ, quæ de cadaueribus paſcuntur, vt corui, & vultures, hinc primas aues vnuſquiſque in ſacrificium

crificium

Digitized by Google

crificium offerre poterat; ſecundæ erant prohibitæ, per aues mundas iuſtos intelligemus, qui numquam proximum detrahunt, & gratiſſimum ſacrificium Deo ſunt, aues immundæ, ſunt murmuratores, qui humanas carnes comedunt detrahentes, & cunctos fama ſpoliantes contra quos loquitur ſapientia Prou. 32. *Noli eſſe in conuiuijs potatorum, neque comedas cum eis, qui carnes ad veſcendum proferunt*. Quæ verba expendens D. Greg. ait. *Carnes ad veſcendum conferre, eſt in colloquutione derogationis, viciſsim proximorum vitia enarrare, hi igitur velut immundi ſpernunt munda, & amplectuntur ſtercora*, hinc Noè miſit ex Arca Corbum, & Columbam, ille inueniens cadauer mortuum, ſuper id requieuit, de illius carne comedens, nil cogitans de regreſſu, at Columba regreſſa eſt in Arcam, Oliuæ ramum in ore deferens, ita iuſti, & detractores, hinc inde peruolant iſti inuenta putredine alicuius peccati, cuiuſcumque quieſcunt, & de ea putredine veſcuntur, detrahentes, nil cogitantes de regreſſu ad Arcam, ad conſortium ſcilicet Dei, & Sanctorum, non ita Columba electorum, intuens enim multorum virtutes, eos imitari ſtudent, & floridam charitatis oliuam deferens, iugiter ad Deum regreditur. Aues eſcarum auidi, vbi cibi adſunt frequentant, & ſæpè in laqueum paratum incidunt, ita detractor dùm de aliorum fama veſcitur, vituperatur, quia ſæpè mendax inuenitur, vnde D. Hieron. dicebat. *Sicut ſagitta ſi mittatur contra durum, nonnumquam reuertitur in mittentem, & vulnerat vulnerantem, ita detractor cum viderit triſtem faciem audientis immo non audientis, ſed obturantis aures ſuas, ne audiat ſaniem illorum, illicò conticeſcit, pallet vultus hærent labia, ſaliua ſiccatur.*

l.14. mor.

ad Ruſtic. Monach.

Quàm proprium ſit hominum, aliorum facta ſcrutari, vt detrahere valeant, facilè conijci poteſt ex verbis Iob, qui Deum alloquens dicebat. *Numquid oculi carnei tibi ſunt, aùt ſicut videt homo, & tu vides, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris?*

Tàm ingens malum eſt murmuratio, vt ad hunc detractionis morbum ſanandum, opus fuerit, vt ipſemet Deus per Seraphim linguæ ſuſurranti remedium afferret, vt feciſſe legimus Iſaiæ Prophetæ, qui cum fuerit miſſus, vt diuinum Verbum annunciaret orbi, tamquam non idoneum ſe excuſauit dicens. *Vir pollutus labijs ego ſum*, vt Iſaiæ labia purgarentur, miſit Deus Seraphim, vt carbone ignito Iſaiæ labia purgaret, & dixit Iſaiæ. *Ecce tetigi labia tua, ut auferatur iniquitas tua*, quare Seraphim, non gladio, non nouacula, aùt alio inſtrumento, ad purgandum hoc vitium, ſed igne vſus eſt?

Quia ad expurgandam terram ſpinis, non enſe, non falce, non gladio vteris, nam ſi his inſtrumentis vnam reſcindes ſpinam, decem pullulant, at ad omnes penitus extirpandas, opus eſt, vt eas igne comburas vſque ad radices. Detractorum labia ſunt terra germinans ſpinas contra proximos, vnde Pſalmographus Pſ.72. dicebat. *Os tuum abundauit malitia*, & ex Textu Græco legitur. *In ore tuo germinauit malitia.*

Et vt hæc terra abundanter germinet, mendacijs colunt; aratro agricolæ terram inuertentes, vt copioſos, fructus afferat, ita, & detractores, vt aliquis minimus defectus, magnus appareat, mendaciorum Aratro terram colunt, hinc Salamon Eccl. 7. dicebat. *Noli arare mendacium*, & vt defectus paruulus proximi creſcat detractores iugiter aliquid ſuperaddunt, vt ergo hæ ſpinæ penitus euellantur, igne comburi, neceſsè eſt; ignis eſt ſymbolum charitatis, detractio procedit ex defectu ignis charitatis, ſi ignem charitatis habebis in corde tuo, omnino ab eo ſeducetur detractio.

Tàm ingens malum eſt detractio, vt etiam auditores interficiat, vnde D. Bern. dicebat. *Detrahere, aùt detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit, non facilè dixerim, ſed ille, portat Diabolum ore hic in aure*, & D. Hieron. *Caue ne aùt linguam, aùt aures habeas prurientes, ideſt ne aut ipſe alijs detrahas, aùt alios audias detrahentes*, idem Bern. ait. *Lingua maledica, Vipera eſt ferociſsima planè, quæ tàm lethaliter tres inficiat flatu uno illum, qui loquitur, de quo loquitur, & quem verbis ſuis ſcandalizat.*

lib. 2. de conſid.

ad Nepotian. ep. 2.

ſer. de triplici cuſtodia.

Tàm ingens malum eſt murmuratio, vt D. Paulus 1. Cor. 14. dicat. *Nolite errare fratres mei, quia neque fornicarij, neque adulteri, neque maſculorum concubitores, neque maledici Regnum Dei poſsidebunt*, inter hæc horrenda vitia connumerat detractionem. *Neque maledici poſsidebunt, Regnum Dei*, olim quidam Philoſopus fuit interrogatus. *Quid eſt murmuratio?* reſpondit. *Eſt lingua deambulatio.*

Deambulat detractor per Vrbem, potiùs lingua, quàm pedibus, & non ſolùm de ijs, qui hic morantur ſuſurrat, ſed etiam de Sanctis. *Quia murmuratio eſt lingua deambulatio*, audite Dauidem. *Poſuerunt in Cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra*, & ex Textu Hebræo legitur. *Et lingua eorum deambulauit ſuper terram.*

Et quod magis deplorandum eſt, eò deuenit dementia maledicentium, quod etiam operibus ſanctis detrahere non vereantur.

Dauid commiſit Adulterium, & Homicidium, de quibus pęnitentiam agens, aliquando cinerem tamquam panem manducabat, & tot lachrymas fundebat, quod valuit dicere. *Et potum meum cum fletu miſcebam*, & tamen huic Sancto Regi pęnitenti, linguæ detrahentium non pepercerunt, vt ipſemet fatetur Pſal. 101. inquiens. *Tota die exprobrabant me inimici mei, & qui laudabant me, aduerſum me iurabant*. Sed dicito mihi, ô Sancte Rex, quid tibi inimici tui adſcribebant? numquid Adulterium? numquid Homicidium? nequaquam. *Sed quia cinerem tamquam panem manducabam*, de pęnitentia mea, de lachrymis meis, de ieiunijs meis murmurabant. *Retribuebant mala pro bonis, detrahebant mihi quoniam ſequebar bonitatem*.

Benè Pſalmographus hos detractores vocat ſepulchrum, dicens. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum*, ſepulchri conditio talis eſt, vt quidquid in eo ponatur, in cinerem, ſeù puluerem conuertatur, ſi ponetur in eo cadauer Pontificis, Imperatoris, Regis, Principum, & cuiuſcumque conditionis, omnia, cadauera in cinerem conuertuntur ita, & os detrahentis, quidquid in eò ponitur, omnibus detrahit.

Veniat quæſo vobis in mentem ſtatua illa Regis Nabuchdonoſor, cuius caput erat ex auro optimo, pectus, & brachia de argento, venter, & fęmora ex ære, tibiæ ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam fictilis, abſciſſus eſt lapis de monte, & percuſſit ſtatuam in pedibus ferreis, & fictilibus, mirum quidem, cur lapis non percuſſerit potiùs caput, aùt pectus, aùt brachia, ſed partem fictilem? ſtatuam hac Sanctos ſignificare nemo eſt, qui neget, auream propter charitatem, argenteam propter puritatem, æream propter fortitudinem, ferream propter durationem, quæ quidem ſtatua habet vnam partem minimam fictilem, quia ſepties in die cadit iuſtus, lapis percutiens ſtatuam, eſt detractor, qui quamuis intuetur aurum, & argentum innumerabilium virtutum ſplendeſcere, percutit lingua partem fictilem, ſuſurrans de
homil. de inuid.
minimo defectu, non attendens ad tot, tantaſq; virtutes, hanc ſtatuam contemplatus fuiſſe videtur D. Baſilius. *Vitæ ſplendorem recteque; factorum magnitudinem, ne aſpiciunt quidem: ad marcida verò mirandum in modum feruntur*.

Cum ſpiritus malignus inuaderet Saul, vt reſocillaretur in Regio Palatio, fuit determinatum, perquiri aliquis peritus citaredus, ita ait Textus 1. Reg. 16. *Et reſpondens vnus de pueris*, ait, *ecce vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem pſallere, & fortiſſimus robore, & virum bellicoſum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus eſt cum eo*. Perquirunt Doctores. quiſnam fuerit iſte, qui ita Dauidem laudauerit, & reſpondet D. Hieron. apud Hugonem Card. ibidem. *Hieronymus dicit, quod iſte fuit Doech Idumeus inimicus Dauid, qui iam conceperat odium aduerſus eum*. Si Doech Idumeus oderat Dauidem, potiùs apud Regem detrahere, quàm laudare debuerat Dauidem, quare ergo laudauerit? reſpondet quidam Doctor. *Quia Dauidis virtutes, & merita erant maxima, & luce ipſa clariora: ita vt ab ipſiſmet Dauidis inimicis, non poterant occultari, nam ſi potuiſſent, vtique occultaſſent*, audite ipſummet Dauid Pſal. 101. *Qui laudabant me, aduerſum me iurabant*.

Hugo Cardinalis, ibidem, expendens illa verba Eccleſ. *Suſurro, & bilinguis maledictus*, ita inquit. *Suſurro, & bilinguis maledictus, ideſt maledictione dignus, illa ſcilicet, ite maledicti in ignem æternum*.

Michael Alguanus perpendens verba Pſal. 100. *Detrahentem ſecretò proximo ſuo hunc perſequebar*, ita concinit. *Sicut Coruus apud gentiles fuit Apollini dedicatus, ſic detractor Dijs gentium, ſcilicet Dęmonibus, quia omnes detractores vicarij ſunt Diaboli, & ideò tamquam eius vicarij, & ſucceſſores; hæredes eius ſunt, ſcilicet pęnę æternæ*.

ſer. 2. Dõ. 2. quadr.
Iacobus de Voragine perpendens verba illa Eccl. 26. *Lingua tertia multos commouit*, ita aſſerit. *Tres ſunt linguæ, Diuina, cuius eſt loqui ea, quæ ad æternam ſalutem pertinent, mundana, cuius eſt loqui de mundo, & de ijs, quæ requirit mundana neceſsitas; tertia eſt lingua Diaboli, cuius eſt detrahere*, & D. Chryſoſt. ait. *Diaboli linguam habet, qui, vt Diabolus loquitur*.

hom. 29. in Matth. Hugo Car. ibid. ſerm. 29. art. 2. c. 2.
Hugo Cardinalis expendens verba Pſalm. 51. *Dilexiſti omnia verba præcipitationis linguæ doloſa, propterea Deus deſtruet te in finem*, ita addit. *Deſtruet te in finem, ideſt, finaliter te deſeret, vt in gratiam vitam non termines, nec à peccatis reſurgas*, Et D. Bern. Senenſ. explicans eadem verba inquit. *Deſtruet te in finem, ideſt, irreuocabiliter: in qua denotatur deſtructio æternalis, quę ſine fine erit*.

Incogn. ibidem.
Incognitus perpendens verba Pſalm. 21. dicta in perſona Chriſti. *Circumdederunt me canes multi*, ſubdit. *Quia ſicut canes dentibus mordent, & lacerant ſic iſti detractionibus mordendo eius famam dilacerabant*.

Quidem detractores tamquam diuina gloria indigni, à ianua Paradiſi expellentur, ita ſcri-

bitur

Digitized by Google

bitur Apoc. 22. *Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium.* Et per canes intelliguntur detractores.

David rogabat Deum pro electis, dicens. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum*; in his verbis videtur David, non benè fuiſſe loquutus, nihil enim magis cunctis oſtenditur, quàm facies, magis, quàm alia membra; quomodo ergo Deus abſcondes iuſtos in abſcondito faciei tuæ? melius abſcondiſſes inter manus, inter pectus, &c. ſed vtique, Deus non poterat in tutiori loco abſcondere iuſtos. *Quia*, (vt ait quidam Doctor.) *Detractores numquam faciem Dei intuentur.*

Iam cunctis patet, quàm familiaris fuerit Deo Sanctus Moyſes, quem Deus tanti fecit, vt eum Deum Pharaonis conſtituerit, & in terra Dei vicem geſſerit, & tamen hic tam magnus Sanctus à Deo non valuit impetrare, vt Terram Promiſſionis ingredi potuiſſet, audite verba à Deo Moyſi dicta, quæ ipſe Moyſes retulit populo, Deut. 3. *Dixit mihi, ſufficit tibi, nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me.* D. Ephrem perquirens, quod nam peccatum commiſerit Moyſes, propter quod à Terræ Promiſſionis ingreſſu fuerit exclusus, & inuenit fuiſſe lapſum linguæ, cuius leuitatem oſtendens Dauid dixit Pſal. 105. *Et vexatus eſt Moyſes, quia exacerbauerunt eum; & diſtinxit in labijs ſuis*, alia litera ſic habet, *& effutiuit*, ideſt, inquit Genebrardus. *ibidem.* *Protulit quidquid veniebat in buccam*, quod animaduertens D. Ephrem, plorans, ita exclamat. *Si Moyſem, qui quaſi Deus extitit Pharaoni, vna vox excluſit à Terra Promiſſæ poſſeſſione, quanto magis petulantia linguæ, quàm in Deum, atque homines exacuimus, à Paradiſo nos arcebit?* *de morbo linguæ.*

Num. 12. ſcribitur. *Et ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix*, hæc Maria fuit ſoror Moyſis, & hunc morbum paſſa eſt, quia detraxit Moyſi: ſed pro quare Deus hoc morbo, & non alio percuti voluerit hanc Mulierem? Abulenſ. loquens de lepra dixit. *Erat enim lepra immundiſſima omnium plagarum, cum propter eam repellerentur homines de conſortio aliorum.* Quaſi hoc morbo Deus innueret ſi detractores tamquam leproſi indigni ſunt hominum conſortio, *Toſt. q. 60* multo magis indigni erunt conſortio Dei, & Angelorum, & ſi leproſi propulſabantur à Ciuitatibus, *ibidem.* multo magis leproſi detractores ab illa cœleſti Ciuitate Paradiſi. Hinc deſcendens Deus, vt ſeuerè reprehenderet Mariam, & Aaron fratrem delicti complicem, ait Sacer Textus. *Deſcendit Dominus in columna nubis, & ſtetit in atrio tabernaculi; vocans Mariam, & Aaron,* *num. 12.* *non oſtendit Deus eis faciem ſuam, ſicut facere conſueuerat cum reliquis, vt cum Moyſe, & alijs reperimus feciſſe*; Exod. 24. *Viderunt Deum Iſrael*, quare hoc? quia tamquam detractores erant indigni videre Dei faciem.

Vt Deus, Hebræorum ingentia ſcelera puniret, dixit per Hyeremiam cap. 8. *Ecce ego mittam vobis Serpentes regulos, quibus non eſt incantatio, & mordebunt vos, ait Dominus.* D. Bernardinus Senenſ. perquirens quæ nam genera Serpentium ſint Serpentes Reguli, contra quos nulla valeat incantatio, ſic inquit. *Detractores ſunt Serpentes, de quibus Hieremias; ecce ego mittam* *to. 2. ſer.* *vobis Serpentes peſſimos, quibus non eſt incantatio.* Et rationem adducens quare huiuſmodi *29. ar. 1. c.* Serpentibus non eſt incantatio, ita ſubdit. *Quia detractionibus aſſueti difficilè corriguntur per* *1. in fine.* *Verbum Dei.*

Et idem Bernardinus cit. detractorum linguam vituperans dicebat. *Tu infamas viduas, falſis, & defloras Virgines; Tu Angelos in Dæmones conuertiſti, atque de Cælorum Regno, in æterna ſupplicia deiecisti, & profundaſti primos Parentes noſtros de Paradiſo delitiarum, ad temporales, & æternas miſerias deſtinaſti, demum Dei Filium, tu ſola in Crucis patibulum confixiſti.* *ar. 3. c. 3.*

Dauid Pſal. 119. rogabat Deum dicens. *Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa*, cui Deus reſpondit. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?* quaſi Deus neſciret contra has maledicas linguas remedium afferre.

Antiquitus in bellis naualibus ſcribitur pugnatores quaſdam ſagittas iaculari, in quarum cuſpidibus nonnullos accenſos carbones ponere ſolebant, & ſic ſagittæ illæ non ſolùm naues perforabant, ſed etiam comburebant, ità, & linguæ detractorum, de quibus Pſalmus. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs*, comburentes, & conſumentes famam proximorum. & D. Iacobus Apoſtolus in Epiſt. cap. 7. *Lingua maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ.*

Sed non eſt mirum, quia, & detractorum linguæ Chriſtum Cruci affixerunt, nam licèt Ioannes Euang. cap. 18. dicat, quod Iudæi hora ſexta Chriſtum crucifixerint, & fuit cum Chriſtus Animam exhalauerit. Marcus tamen dicit. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum*, ſi hora ſexta, quomodo hora tertia? hora tertia crucifixerunt Chriſtum lingua, quando dixerunt. *Non hunc nobis dimittas, ſed Barabam*, audite D. Aug. *Cum hora tertia crucifixum Do-* *de conſ. Euāg. c. 13*

minum Marcus enunciat, veriſsimè indicat, maximè fuiſſe Domini necatricem linguam Iudæorum, quam militum manus.

in pſ. 63. Idem D. Aug. ait. *Vnde occidiſtis? gladio linguæ: acuiſtis enim linguas veſtras, & quando percuſ-*
acuerũt vt *ſiſtis niſi, quando clamaſtis; crucifige, crucifige?.*

gladiũ lin- Tam abominabile vitium eſt detractio, quod Sapientiſſimus Salamon nos moneat, ne
guas ſuas cum detractoribus commiſceamur, dicens. *Cum detractoribus ne miſcearis;* ſed quare hoc? re-
Prou. 24. ſpondet Gloſſa Ord. in hunc locum. *Hoc ſpecialiter periclitatur vitio genus humanum,* & quam-
uis homo ſæpè ab alijs vitijs ſe abſtineat; à murmuratione tamen (quaſi à quotidiano pane)
Pſal. 52. non abſtinere experimur; de qua re conquærebatur Dauid dicens. *Qui deuorant plebem meam,*
ſicut cibum Panis; in quem locum D. Aug. inquit. *Qui ſemper panem manducamus, ſignificat nos*
hom. 12. *ſine intermiſsione deuorare plebem Domini,* & D. Eligius. *Qui deuorant plebem meam ſicut cibum*
panis, & ſine hoc pane alijs cibis appoſitis, menſa inops eſſe videtur, & D. Greg. in illa verba Iob.
in Iob c.19 *Carnibus meis ſaturamini,* inquit. *qui aliena detractione paſcitur procul dubio alienis carnibus ſatu-*
Prou. 23. *ratur,* hinc Salomon monebat dicens. *Noli eſſe in commeſſationibus eorum qui carnes ad veſ-*
ſcendum conferunt.

Quæ verba Gloſſa Ordin. ſic explicat. *Carnes ad veſcendum conferre, eſt colloquione viciſ-*
hic *ſim vitia proximorum dicere,* & D. Paulus Apoſt. *Si inuicem mordetis, & comeditis,* quem locum
ad Galat. ponderans D. Chryſoſt. inquit. *Detractor fraternas carnes comedit, proximi carnem demordit.*
cap. 5. Vegetius ſcriptor militiæ dicebat. *Periculoſum armorum genus eſt, quod cum maximum acumine*
hom. 3. ad *vt feriat ſit præditum, occultat tamen ſonitum,* hoc maximè conuenit linguæ detractionis, de
pop. quo dicebat Dauid. *Ecce loquentur in ore ſuo, gladius in labijs eorum quoniam quis audiuit,* quæ
pſal. 53. verba perpendens D. Hieron. ait. *Quis audiuit? tamquam nemo audeat, detractor clam, occidit,*
hic & paulo poſt concludit Sanctus Doctor. *Et ante experiuntur innocentes illum, quam ſentiant ſo-*
cit. à Gloſ. *nitum,* vnde Salamon dicebat. *Si momorderit Serpens, & non in ſibilo,* quis quæſo huiuſmodi
in cap. 10 Serpentis ictus fugere poterit! nemo, tanti talis eſt detractoris lingua, vnde dicebat D. Hierom
Eccl. *Sicut Serpens occultè mordens venenum infundit, ſic, & qui detrahit,* loquens Dauid de detracto-
re dicebat. *Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua,* cogitare, non pertinet ad linguam, ſed ad
in pſ. 51. caput, quare ergo inquit Propheta linguam cogitare? reſpondet D. Remigius. *Non eſt offi-*
cium linguæ cogitare, ſed loqui, quia in ore ſtultorum cor eorum, ſcilicet, qui non ante cogitant, quam
Eccl. 28. *loquantur,* hinc Sapiens monet dicens. *Et verbis tuis facito ſtateram, vt nihil indiſcretum loque-*
ris, quod aduertens Hugo Cardinalis, ita inquit. *Verbis tuis facito ſtateram, vt prius veniat ſer-*
mo tuus ad libram quàm ad linguam.

DE ORATIONE.

1 Diuus Ambr. *ſuper Beati Immaculati.* Non ſatis eſt dies ad deprecandum, ſurgen-
dum eſt nocte, & media nocte.

ſer. 16. in 2 Idem, ſuper illud. *Clamaui in toto corde meo.* Aduerſus Diabolum, non vo-
pſ. 118. cis magnitudine, ſed magnanimitate cordis vtendum eſt; clamat ergo cor no-
ſtrum non ſono corporis, ſed cogitationum ſublimitate, concentuque virtutum.

orat. ante 3 Idem. Apoſtolorum interceſſionem imploro, martyrum præces depoſco, confeſſorum
Miſſam. orationes expoſtulo.

l. de pæn. 4 Idem. Multi minimi dùm congregantur, vnanimes ſunt magni, & multorum præces
impoſſibile eſt contemni.

de Abel. 5 Idem. Dominus frequenter monuit orandum, non vt faſtidioſa continuetur oratio, ſed
cap. 9. vt aſſidua frequenter effundatur.

de obitu 6 Idem. Bonum ſcutum oratio, quo omni aduerſarij ignita ſpicula repelluntur.

Valẽt. Im- 7 Abulenſ. Multos ſimul orantes facilius Deus exaudit, quàm vnum.

perat. 8 D. Antioch. ſuper illud ſacræ Scripturæ. *Mitte nos in porcos.* Demones ipſi ne in abyſ-
in Matth. ſum præcipitarentur, cum Dominum obſecrarunt, ſua petitione fraudati non ſunt; quanto
c.18. q.121 digniùs eſt eum exaudiri, qui Chriſtum per fidem indutus ſuppliciter deprecantem à ſpiritua-
tom. 2. BB. li morte, vt liberetur.

PP. hõ. 27 9 D. Anſelm. Abſcondis theſaurum tuum, vt incites cupidum, recondis margaritam, vt
l. de medit. augeas quærentis amorem, differs dare vt doceas petere, diſſimulas audire petentem, vt fa-
hũ. de mẽ- cias perſeuerantem.

ſurat. Cru- 10 Idem. Sæpe Domine differs quod petitur, vt excites magis appetitum; non differs eo
cis Dom. quod

quod non vis dare, ſed ex tanto deſiderio abundantiùs poſſis dare.

11 D. Aug. Quid eſt ad Chriſtum clamare, niſi ringratiare Chriſtum de bonis operibus, & bom. 5. de
ſi verè neſcimus ſtrepentes vocibus, & militibus clamat ad Chriſtum, qui conſerit mundum, vero. Dō.
clamat ad Chriſtum, qui ſpernit ſeculi voluptates, clamat ad Chriſtum, qui diſpergens dat
pauperibus, clamat ad Chriſtum: qui dicit non lingua, ſed vita: mihi mundus Crucifixus
eſt, clamantem ad Chriſtum, ſic Deus audit, & non ſurdè audit.

12 Idem. Non eſt magnum exaudiri à Deo, ad voluntatem aliquando iratus Deus dat quod ibidem.
petis, & idem propitius negat, quod petis.

13 Idem. Rectè in laudem Dei pſallit, cuius opera cum voce concordat. l. de vera

14 Idem. Ora Deum pro ſanitate, ſi ſibi prodeſſe, dabit illam, ſi tibi non dederit, non pro- Innoc.
derit habere illam. ſuper Ioa.

15 Idem, ſuper illud Pſal. 30. *Dum clamaret ad me.* Clamor ad Dominum non ſit voce, ſed bom. 7.
corde, quia multi ſidentes labijs, corde clamarunt, multi labijs ſtrepentes, corde auerſo ni-
hil impetrauerunt.

16 Idem, ſuper illud Pſalm. 34. *Et lingua mea, &c. Tota die laudem tuam.* Tota die laudat,
qui omnia benè agit: non deſinit Deum laudare, qui non deſinit benè agere, qui non de-
ſunt iuſtos eſſe, omnia benè age, & laudaſti Deum tota die.

17 Idem. Oratio iuſti, clauis eſt Cœli: aſcendit precatio, & deſcendit Dei miſeratio. ſer. 226.

18 Idem, ſuper illud Ioan. tract. 102. *Vſq; modò non petiſtis quicquam.* Solùm bonum ſpi- tract. 102
rituale æſtimari debet aliquid: quidquid autem aliud petitur, nihil petitur, non quia om- in Ioan.
nino res eſt, ſed quia in tanta rei comparatione quicquid aliud concupiſcitur, nihil eſt.

19 Idem. Quemadmodum Serpentis quoddam genus eſt, cum ad bibendum priùs, quàm de perfect.
ad fontem veniet, omne venenum euomit, ita Chriſtianus cum adorandum accedit, & iuſt. ad Iul.
omnem iracundiam & odium proximi deponat.

20 Idem. Oratio oranti eſt Deo ſacrificium, Dæmonibus autem eſt flagellum. l. b. ſent.

21 Idem. Tunc orabat Moyſes, quando pugnabat Amalech, tunc extendebat ille manus, bom. 50.
& deficiebat Amalech, & manus eius, extenſe ſint, vt deficiat Amalech tentator, & huius tom. 10.
itineris impeditor.

22 Idem, ſuper illud: *Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de Monte Sancto ſuo.* in pſal. 3.
Non corporis voce clamaui, quæ cum ſtrepitu verberati aeris promittitur, ſed voce cordis, tom. 8.
quæ hominibus ſilet, Deo autem clamor ſonat.

23 Idem, ſuper illud Ioann. tract. 73. *Quodcumq; petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.*
Quando enim nos delectant mala, & non delectant bona, rogare debemus potiùs Deum;
vt delectent bona, quàm vt concedantur mala.

24 Idem, ſuper illud Pſal. 65. *Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & miſericordiam
ſuam à me.* Quamdiù hic ſumus, hoc rogemus Deum, vt non à nobis amoueat deprecca-
tionem noſtram, & miſericordiam ſuam, ideſt, vt perſeueranter oremus, & perſeueranter
miſereatur: multi enim languescunt in orando, & in nouitate ſuæ conuerſionis frequenter
orant, poſteà languidè, poſteà frigidè, poſteà negligenter, quaſi ſecuri ſint: vigilat hoſtis,
dormis tu, ipſe Dominus præcepit in Euangelio, quia oportet ſemper orare, & numquam
deficere. 1. Ioan.

25 Idem. Deus ſi voluntati non dat, ſaluti dat. tract. 6.

26 Idem. Apoſtolus magis exauditus eſt ad ſalutem, non ad voluntatem; Diabolus ad vo- ibidem.
luntatem, & ad damnationem: ſi voluntati noſtræ dat, ſaluti non dat.

27 Idem. Deus cum differt, adeſt, & differendo adeſt, ne proſperam cum implet volunta- ſer. 3. de
tem perfectam, non impleat ſanitatem. verb. Ap.

28 Idem. Poſtula à Deo, vt aliud non procedat ex ore tuo, quàm id quod pertinet ad glo- in pſ. 16.
riam, & laudem ipſius.

29 Idem. Quædam non negantur, ſed vt congruo tempore dentur differuntur. tract. 102

30 Idem, in verba Pſal. 65. *Benedictus Deus, qui non amouit, &c.* Ne deficias in oratione; Deus in Ioan.
conceſſurus eſt, etiam ſi differt non aufert: non leuitate viuit, qui promiſit, nec facilè de
ſententia mouetur: quod promiſit ex fixum, fallere non poteſt, habe vnde faciat.

31 Idem. Cum aliquid aliquanto tardiùs dat Deus, commendat ſua dona, non negat: De- ſer. 1. de
ſiderata diu dulciùs obtinentur: citò data vileſcunt. Pete, quære, iuſta petendo, & quæ- uerb. Dō.
rendo creſcis, vt capias: ſeruat tibi Deus, quod non vult citò dare, vt diſcas magna magni
deſiderare: inde oportet ſemper orare, & non deficere.

32 Idem. Multa Deus concedit iratus, quæ negaret propitius. in ſēt. 252

33 Idem

ibidem. 33 Idem. Deus, cum malè aliquid poſcitur, dando iraſcitur, non dando miſeretur.

in pſ. 65. 34 Idem. Ne deficias in oratione: Deus enim quod conceſſurus eſt, ſi differt aufert.

35 Idem, in verba Matth. 7. *Petite, & dabitur vobis.* Non hortaretur vos petere, ſi nonvelles dare.

l. de conſt. 36 D. Baſil. Quod poſuit Salomoni tàm citò impetrata ſapientia, quàm citò erat amiſſurus?

Mon. c. 2. 37 D. Bern. Cum adorandum acceſſeris, noli quærere locum, quia tu ipſe locus es.

in medit. 38 Idem. Fieri non poteſt, vt cum Deo loquatur; qui cum toto mundo non tacens fabulatur.

in ſerm. orandi. 39 Idem. Nihil aliud eſt oratio, quàm mentis deuotio, & conuerſio in Deum proprium, & humilem affectum Fide, Spe, & Charitate ſubnixa.

de conſid. ad Eugen. l. 1. c. 7. 40 Idem. Primum quidem mentem ipſam, de qua oritur purificat oratio, deinde regit affectus, exceſſus dirigit, actus componit, mores, & poſtremò diuinarum pariter, & humanarum rerum ſcientiam confert.

ſer. 4. de ieiun. & orat. 41 Idem. Oratio virtutem impetrat ieiunandi, & ieiunium gratiam promeretur orandi, ieiunium orationem roborat, oratio ſanctificat ieiunium, & domino repræſentat.

42 Idem, *in tract. de modo orandi, qui dicitur ſchala Clauſtral.* Contemplatio eſt mentis in Deum ſuſpenſæ eleuatio, æternæ dulcedinis gaudia deguſtans.

de progreſ ſu Rel. c. 7 43 Idem. Sine ſtudio orandi omnis Religio eſt arida, imperfecta, ad ruinam promptior.

ſerm. 4. in pſal. 50. 44 Idem. Quid eſt quod inceſſanter orantes, & ſupplicantes non poſſumus ad eam, quam deſideramus gratiæ abundātiam peruenire? putaris quod auarus, aùt inops factus eſt Deus, impotens, aùt inexorabilis? abſit hoc, ſed ipſe nouit figmentum noſtrum, quia dum adhùc infirmi ſumus, oportet ipſa bona gratia temperari; ne fortè elationis, aùt indiſcretionis vitium incurramus.

in ſerm. 45 Idem. Priuſquam oratio egreſſa ſit ab ore noſtro, Deus ſcribi ſe iubet in libro ſuo, & vnum de duobus indubitanter ſperare debemus, quia aùt dabit quod petimus, aùt quod nouerit eſſe vtilius.

ibidem. 46 Idem. Quando fidelis, & humilis, & feruens fuerit oratio, cęlos ſine dubio penetrabit: vnde certum eſt, quod vacua redire non poſſit.

ad ſoror cap. 49. 47 Idem. Orà cum lachrymis indeſinenter, ora iugiter, præcare Deum cum lachrymis diebus, ac noctibus: oratio ſit ſine ceſſatione, oratio ſit frequens, oratio de ore tuo non cadat, inſiſte orationi, ſurge in nocte ad precem, pernocta in oratione, rurſum ora.

ſer. 82. in Cant. 48 Idem, in verba Eccli. 35. *Oratio humiliantis ſe, penetrat Cęlos, &c.* Quando fidelis, & humilis oratio fuerit, Coelum ſine dubio penetrabit, vndè certum eſt, quod vacua redire non poſſit.

ſer. 26. in Cant. 49 Idem, in verba Cant. 2. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies decora.* Quod enim non placeat vox, ſi diſpliceat facies, demonſtrat, cum illicò ſubdit. Vox enim tua dulcis, & facies decora.

ſerm. de Magd. 50 Idem. O humilis oratio; tua eſt potentia, tuum Regnum, tu ſola tribunal Iudicis aſcendere non vereris; tu vincis inuincibilem, ligas omnipotentem.

tract. de natura diuini amoris. 51 Idem. Oratio perfecta eſt, in qua tanta ſit fides, vt ſperet omnia: tanta deuotio, vt Deum videatur cogere, tantus amor, vt omnia quæ petit, in ipſa oratione ſe ſentiat obtinere: tàm benigna humilitas, vt in omnibus non ſuam, ſed Dei voluntatem in ſe fieri properet.

52 Beda, ſuper illud Ioannis 14. *Siquid petieritis patrem in nomine meo.* Illos ſolùm in nomine Saluatoris petere, qui ea, quæ ſunt ad ſalutem animæ, perpetuum petunt.

collat. 9. cap. 32. 53 Caſſianus. Lignum futuræ impetrationis eſſe, quando Spiritus Sanctus mouet ad petendum cum magna fiducia, & quaſi ſecuritate impetrandi.

54 Caſſiodorus, ſuper illud Pſalm. *Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra.* Magna contra Diabolum arma ſunt in ſuis viribus fiduciam non habere, ſed Deum rogare, qui aduerſarium poſſit opprimere.

l. 5. c. 24. 55 Idem Chriſtus vult oratores ſuos omnimodè importunos; humilis quippè importunitas ſæpè flexit animos duros.

1. pedag. cap. 9. 56 D. Clemens Alexand. ſuper illud Iſaiæ 58. *Vocabunt me, & dicam ecce ad ſum.* Celeriùs exaudiſti, quàm ego exoptaui.

7. Strom. 57 Idem. Plùs paratum eſſe debere hominem ad orandum, etiam ſi non impetret, quàm ad impetrandum: non tamen petendo, vt tota fiducia in oratione collocetur.

58 Idem

58 Idem. Præcatio cum Deo conuerſatio,& collocutio eſt; proinde inter familiates ami- *Ibidem.*
cos debet fieri, ſupponere delectam offenſam.

59 D. Cyrillus. *Super illud Ioannis vis ſaluus fieri*. Magnum miſericordiæ Chriſti eſt argu- *lib. 2. in*
mentum,non expectare ſemper laborantium preces, ſed ſua miſericordia præuenire. *Ioannem.*

60 D.Ephrem. Oratio eſt morientium ſepultura, & celebritas feſti natalitij. *de orando*

61 Idem. Cum te ad legendum,ſiue etiam ad alium legentem audiendum paras, primum *Deum.*
ora Dominum; Domine Ieſu Chriſti aperi aures, atq; oculos cordi mei, & audiam, & in- *lib. de ar-*
telligam,& faciam voluntatem tuam. *mat. ſpir.*

62 D.Greg. Niſſenus. Oratio morientium funus eſt. *cap. 8.*

63 Idem. Vera poſtulatio non eſt in vocibus oris, ſed in cogitationibus cordis,&c. valen- *de Orat.*
tiores quoq; voces apud ſacratiſsimas aures Dei non faciunt verba noſtra,ſed deſideria. *22. moral*

64 Idem. Sæpè Deus eius precem in perturbatione deſerit, qui præcepta eius in tranquilli- *lib. 5. mor.*
tate contemnit. *cap. 40.*

65 Idem. Clamorem eius tempore anguſtiæ Dominus non audit, qui tranquillitatis tem- *moral. 18*
pore clamantem in præceptis ſuis Dominum non audiuit. *cap. 5.*

66 Idem. Maioris iracundiæ eſt cum hoc tribuitur, quod malè deſideratur, atq; inde re- *15. moral.*
pentina vltrix ſequitur, quia hoc quoq; obtinuit. quod Deo iraſcente concupiuit. *cap. 12.*

67 Idem in verba Pſalm. 129. *De profundis clamaui ad te Domine*. Non ait, clamo,ſed clama- *in pſal. 6.*
ui. Habes in hoc perſeuerantiæ documentum, vt ſi primò non exaudiris, ab oratione non *Pænit.*
deficias, imò precibus, & clamoribus inſiſtas. Vult Deus rogari, vult cogi, vult quadam
importunitate vinci. Ideo tibi dicit. (Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud)
Eſto ergo ſedulus in oratione, eſto in precibus importunus, caue ne ab oratione deficias;
ſi diſsimulat audire quem rogat, eſto raptor, vt Regnum cœlorum accipias,ſto violentus,
vt vim etiam ipſis inferas cœlis. Inferant preces tuæ ipſis Cœlis violentiam, & Regnum
cœlorum quadam orationis vi rapiant.

68 Gaetanus. Magna dignitas cuiuslibet orantis habere Patrem in Cœlo: recurrere enim *ſup. illud*
iuberis ad Deum,non vt ſeruus ad Dominum, ſed vt filius ad Patrem filiali affectu, filiali *Pater no-*
fiducia, immò ſecuritate. *ſter qui es*

69 D. Hieron. *ſuper illud, ſi offeratis claudum non ne malum eſt?* Tarda eſt rogantis oratio, quę *in cœlis.*
dupplici mente accedit non præcandum,& audit cum populo Iudæorum, vſque quo clau- *in cap. 1.*
dicatis vtroque pede? *Malach.*

70 Idem in verba Pſal. 76. *Anticipauerunt vigilias oculi mei*. Antequam aliquis vigilaret,
ego vigilabam, ſciens quàm dilectaris oratione, ante omnes ſurgebam ad te laudandum.

71 Idem. Neſcio qua conſcientia, qua lingua quis Deum rogat, qua mentitur, aut male- *in Epiſt.*
dicit, aut detrahit: labia ſancta exaudit Deus, & ipſis citò abnuit præcibus, quas lingua
immaculata pronunciat.

72 Idem in verba Exod. 32. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus*. Translatio Chaldaica. (In- *Epiſt. 12.*
ter mitte orationem.) Quando dicit. Dimitte me, oſtendit ſę teneri poſſe ne faciat, quod *ad gaud.*
minatus eſt, Dei enim potentiam ſerui preces impediebant.

73 Hugo Card. Sicut enim fur clamore audito fugit,& vicini excitātur, & veniunt ad ſuc- *in lect.*
currendum, ita clamor orationis Diabulum fugat, & Angelos, & Sanctos omnes ad ſuc- *cap. 22.*
currendum excitat.

74 Idem. Sancti ſuis orationibus tenent Deum,ne in peccatoribus ſuam exerceat iuſtitiam. *in cap. 32*

75 D. Ioannes Chryſoſt. Fieri non poteſt, vt qui ea quærit, quæ Deo congruunt, humana *Gen.*
quoq; non aſſequatur. *hom. 8. in*

76 Idem. Siue iuſtus, ſiue peccator ſit, tamen petere non dubitet, quærere non negligat, *epiſt. ad*
pulſare non ceſſet, vbi conſtat, neminem ſperni, niſi qui petere dubitauerit, à Deo quære- *Hæbreos.*
re neglexerit, pulſare ceſſauerit, non eſt iniuria Dei patrocinantis, ſed culpa hominis ne- *homil. 18*
gligentis.

77 Idem. Religioſæ mentis eſt Deum non clamore, vel ſono vocis, ſcilicet tantum, ſed de- *ſup. illud*
uotione animi, & fide cordis orare. *Matth. 6.*

78 Idem. Virtus orationis eſt opus iuſtitiæ, iuſtitia vero eſt quaſi odor ſanctitatis boni *cum orat.*
operis: ſi igitur res aliqua ſine odore poteſt eſse, odor autem non ſine re, ſicut opus ſine *ſup. Matt.*
oratione aliquid eſt; oratio autem ſine bono opere, nihil eſt. *homil. 16*

79 Idem Clauis Cęli fuit ſermo Eliæ ſanctiſsimi, iubet enim, & clauditur Cęlum, orat poſt *in Imperf.*
modum,& aperitur,vt Sanctorum meritum monſtraretur non ſolum in terris poſſe,quod *homil. 2.*
voluit, ſed in cęleſtibus poſse impetrare quodcunq; petierit. *de Elia.*

80 Idem

Digitized by Google

hom. 79. ad Popul. Antioch. 80 Idem. Vis diſcere quanta ſit orationis Sanctæ in Eccleſia poteſtas, vinctus erat Petrus, multiſque catenis circundatus, oratio autem fiebat ab Eccleſia pro eo, & ſtatim eum à carcere liberauit, quid hac igitur ſit oratione potentiùs, quæ columnam Eccleſia liberauit.

lib. de orãdo Deo. 81 Idem. Conſidera quanta eſt tibi conceſſa fœlicitas, quanta gloria attributa orationibus fabulari cum Deo, cum Chriſto miſcere colloquia, optare quod velis, & omne, quod deſideras poſtulare.

hom. 24. in Matth. 82 Idem. Ab hominibus cum aliquid expoſcis, & moleſtus omnino, & oneroſus videris, Deum (vero quando id non facis) tunc ampliùs, vt ibi indignetur, accendis; ſi verò permancas poſtulando etiam ſi non continuò accipias, accipies tamen.

hom. 15. operis imperf. 83 Idem. Sicut nec miles ſine armis eſt aliquid, nec arma ſine milite, ſic oratio ſine ieiunio, nec ieiunium ſine oratione.

hom. 24. ad popul. Antioch. 84 Idem. Non ita ignis rubiginem ex eò quærere ſolet, ſicut oratio nocturna noſtrorum rubiginem peccatorum.

homil. 7. 85 Non ita fontes aquarum hortos reddunt fertiliores, vt orationis plantam lachrymarum fontes irrigantes ad maximam excreſcere faciunt altitudinem, & orantem coràm Domino conſtituunt hinc enim maximè fit, vt exaudiantur.

lib. 2. de orãdo Deũ 86 Idem. Si quis dicat animæ neruos eſſe deprecationem, videbitur verùm dicere, quemadmodum enim corpus neruis coheret, currit, ſtat, viuit, & compactum eſt adeò, vt ſi neruos excideris, vniuerſam corporis armoniam, diſſolueris itidem animæ per ſanctas preces ſibi conſtant, & compinguntur, ac pietatis curſum facilè peragit.

ibidem. 87 Idem. Si te ipſum oratione deſtitueris, perinde feceris, ac piſcem ex aquis extraxeris.

hom. 30. in gen. to. 1 88 Idem. Magna arma ſunt preces, magna ſecuritas, magnus theſaurus, magnus portus, indeprædabile prædium, modo ſobrij, & vndequaque mente noſtra collecta, inimicoque noſtræ ſalutis nullo aditum permiſſo Dominum adeamus.

hom 5. de incomprehenſibili Dei natura to. 5. 89 Idem. Aptiſſima armatura oratio, eſt theſaurus certè perpetuus diuitiæ inexhauſtæ, portus quietus, occaſio tranquillitatis, denique auctor parens, fons, & radix bonorum omnium, & innumerabilium oratio eſt, atque etiam regia ipſa facultate potior, & ſuperior.

90 Idem. *hom. 3. in epiſt. ad Philemonem tom. 4.* Expugnemus hoſtes noſtros, precibus, & ſupplicationibus.

hom. 9. in orat. Dominic. 91 Idem. Scriptum eſt ante orationem præpara cor tuum; quid eſt ante orationem præpara te ipſum, niſi expoliatus cogitatione praua ſic accedas? vide quis rogas? quem rogas, & quid rogas? quis homo: quid indulgentiam? quem Deum?

hom. 17. in varia loca 92 Idem. Tu non audis orationem tuam, & Dominum vis audire precem tuam.

93 Idẽ. Orandũ nõ vt Deũ doceas, ſed vt inflectas, vt familiaris efficiaris, vt humilieris orãdo.

hom. 19. in Matth. 94 Idem. Cum defeceris orans, & non acceperis, cogita quoties pauperem audiſti te petentem, & non exaudiſti, & tu quidem hoc ex crudelitate facis, Deus autem ex benignitate.

hom. 19. ad pop. 95 Idem. Non noſti vtilia ò homo, frequenter damnoſa petis, & periculoſa, ſed Deus magis tuæ curam gerens ſalutis, non tuam, intuetur petitionem.

ibidem. 96 Idem. Negat Deus quæ ab illo petimus quandoq; non vt neget, ſed ardentiùs petamus, quod facere ſolent patres filijs ſuis, quos cariſſimos habent.

hom. 39. in Gen. 97 Idem in verba Eccl. 18. *Ante orationem præpara animam tuam.* Ille præparat animam ſuam ante orationem, qui faciens eleemoſynam venit ad orationem.

hom. 20. in Euang. 98 Idem, in verba Exod. 23. *Non apparebis in conſpectu meo uacuus.* Vacuus autem intrat ante Deum, qui veniens ad orationem, nullam eleemoſynam facit.

hom. 38. in Euang. 99 Idem. Nihil eſt potentiùs homine orante.

hom. 13. in c. 6. Matt. l. 1. de orãdo Deum. 100 Idem. Quis non obſtupeſcat, & non admiretur tantam benignitatem, ac beneuolentiam, quàm in nos homines declarat Deus, qui mortalibus tantum honoris largiatur, vt dignos nos habuerit, qui cum ipſo colloquamur, noſtraque vota apud ipſum diſſeramus? Nam verè cum Deo confabulamur, quoties vacamus deprecationi.

ibid. l. 2. 101 Idem. Quemadmodum Ciuitas, quæ muris cincta non eſt, facilè venit in poteſtatem hoſtium; ſic & animam non munitam precibus, Diabolus facilè in ſuam redigit ditioni, nec multò negotio omni genere ſcelerum implet.

hom. 5. in Gen. 102 Idem. Cùm nobis Deus aliquid negat, non minus eſt, quàm ſi conceſſiſſet; negat enim aliquando, quia neſcimus quid petamus.

hom. 30. in Gen. 103 Idem. Siuè autem conſequamur quòd petimus, ſiuè non conſequamur, perſeueremus ſemper in oratione, & non ſolùm gratias agamus ſi conſequamur, ſed etiam ſi repulſam paſſi fuerimus, nam cùm Deus aliquid nobis denegat, non minus eſt, quàm ſi conceſſiſſet. Ne-

Digitized by Google

ſet. Neſciamus enim nos, quæ nobis conducant, ſicut ipſe nouit.
104 Idem. Vis ſcire dignitatem orationis? Mox vt de ore proceſſerit, ſuſcipiunt eam Angeli manibus ſuis, & offerunt ante Deum, ſicut dixit Angelus Tobiæ.) Ego ſum, qui orationem tuam obtuli ante Deum. *hom. 13. in Matth.*
105 Ioſeph. *lib.2. de obſidione Hieruſalem cap.* 16. Oratio eſt bonum itineris viaticum.
106 D. Iſidor. Quid prodeſt ſtrepitus labiorum vbi cor eſt mutum? ſicut enim vox ſine modolatione eſt quaſi vox porcorum, ſic oratio ſine deuotione, eſt quaſi mugitus bonum. *de ſummo beno lib.3 cap. 8.*
107 Idem. Sæpè Deus multos non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad ſalutem. *ibid. lib.3 cap. 7.*
108 Idem. Oratio cordis eſt non labiorum, neque enim verba depræcantis Deus intendit, ſed orantis cor aſpicit: meliùs eſt cum ſilentio orare corde ſine ſono vocis, quàm ſolis verbis ſine intuitu mentis. *ibidem.*
109 Idem. Duobus modis oratio impeditur ne impetrare quiſque valeat poſtulata, hoc eſt ſi aùt quiſque adhùc mala committit, aùt ſi delinquenti ſibi debita non dimittit. *ibid. c. 1.*
110 Laurentius Iuſtin. Sicut nullum medicamentum proficit, donec ferrum latet in vulnere, ita nihil prodeſt illius oratio, cuius voluntas verſatur in ſcelere. *in ligno vita cap. 4.*
111 S. Martialis. Nunquam deficiatis ab oratione pura: Nunquam de Dei largitate deſperetis, quia ſalubriter, quæ deſideratis adhùc differt, vt accendantur multò magis deſideria veſtra in eum. *ep.2. c. 2. to.3. BB. VV. PP.*
112 Origen. Multò plùs valet vnus Sanctus orando, quàm peccatores innumeri præliando. *ſuper lib. num.*
113 Idem, ſuper illud Pſal. 80. *Dilata os tuum, &c.* Si quid vales, aude petere etiam plura, quàm petas, præſtabo.
114 Idem. Peti ſe vult Deus, qui quod eſt nouum inter nos, ſolus petentem ſe amat, cui etiam ſolus quod mirabile eſt, iraſcitur, niſi petatur. *in ep. ad amicum ægrot. to.9 hom. 11.*
115 Idem. Non armis pugnandum eſt nobis aduerſus hoſtes noſtros inuiſibiles, ſed orationibus.
116 Rupertus, declarans illud Oſeæ 7. *Non clamauerunt ad me: in corde ſuo, ſed vlulabant.* Non clamauerunt ad me, non me ipſum ſed quæ mea ſunt, quærunt, verè vlulabant, quia ſuper triticum, & vinum ruminabant, ſola quæ ventris ſunt quærebant. *in Exod.*
117 Seneca. Nulla res cariùs conſtat, quàm quæ precibus impetratur. *lib. 1. de benefic.*
118 Tertull. Horrendum eſt diem ſine oratione tranſire. *lib. de or.*
119 D. Thom. Ideò ſignanter dicitur Luc. quod Ieſu baptizato, & orante apertum eſt Coelum, quia ſcilicet fidelibus neceſſaria eſt oratio poſt baptiſmum. *3.p.q. 39. art. 5.*
120 Idem. Plurium orationibus aliquando impetratur, quod vnius oratione non impetraretur. *in 4. d. 45 q. 3. art. 2*
121 Idem. Oratio efficaciam merendi habet à charitate; at vero efficaciam impetrandi à fiducia. *2.2. q. 85. art. 15.*
122 Caet. Matt. 6. *Vos autem ſic orabitis, Pater noſter, &c.* Magna dignitas cuiuslibet orantis, habere Patrem in Coelo; recurrere enim iuberis ad Deum, non vt ſeruus ad Dominũ, ſed vt filius ad patrem filiali affectu, filiali fiducia, imò ſecuritate.
123 S. Baſil. in verba Pſal. 29. *Domine Deus meus clamaui ad te: & ſanaſti me.* Nihil medium, nullumque internallum fuit inter meam vocem, & tuam gratiam, ſed ſimulatque clamaui, & ſanitas prodijt. *in hũc loc.*

MANTISSA
AD ORATIONIS
excellentiam, atq; potentiam.

ISaias Proph. cap. 6. refert ſe vidiſſe Dominum dicens, *vidi Dominum ſedentem ſuper ſoliũ excelſum, &c.* & cum vix hæc verba protuliſſet, ſtatim ſubiunxit, *veh mihi, quia tacui;* & quamuis Cyrillus, & alij, Iſaiam de morte loquutum fuiſſe opinantur, timens ſe moriturum, quia ſcriptum reperiebatur, *non videbit me homo, & viuet,* quaſi diceret voluiſſet, nunc tacebo iugiter, nunc vitam cum morte commutabo, quia Dominum Deum Iſrael vidi oculis meis, communior tamen opinio eſt, quod Iſa. dicens, *veh mihi, quia tacui,* dicere voluerit, veh mihi, quia Diuinam Maieſtatem intuens, ei ſacrificium laudis, & orationis non obtuli, vt tenebar, vt ſic edoceremur nobis cauere ne coram Deo, quoad fieri poſſit laudes, & preces, nos non effundere; nam licèt Deus cibo viſibili non vtatur, noſtris tamen veſcitur precibus, & orationibus, ita inter alios ſentit D. Ambroſ. *Sicut enim,* inquit Ambr. *cibus animæ eſt Dei verbum, ita Dei cibus ſunt preces, & orationes noſtræ,* & vt clarius hoc pateſiat opinabantur hebræi magnum lautumque conuiuium Deo inſtruere, offerentes ei Taurorum hircorum, aliorumque animalium ſacrificium, de quibus Deus indignari videtur dicẽs, *numquid manducabo carnes Taurorum, aut, ſanguinem hyrcorum potabo?* quaſi diceret, numquid lupus, qui animalium carnibus veſcitur, ſum ego? Sed clementiſſimè Deus dicito quæſo mihi, quis nam cibus guſtui tuo aptior erit? audite quod nos de diuino cibo Rex Dauid docet inquiens, *Immola Deo ſacrificium laudis,* laudes ergo, & orationes ſunt Dei cibus: hinc de antiquis illis ſacrificijs, quæ Deo offerebantur, numquid Deus veſcebatur illorum animalium carne? Aut ſanguinem potabat? haud, ſed ſolo odore delectabatur Deus, *odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis,* ſed quem nam odorem ex illis combuſtis carnibus odorabatur Deus? fœtorem potius, vndè vt huiuſmodi fœtori prouiderent; offerebant, comburebanturq; incenſa ſimbulum orationis, hinc in Apoc. *Tenebant ſinguli phiolas aureas plenas odoramentorũ, quæ ſunt orationes Sanctorum,* ergo Dei cibus oratio eſt, hoc cibo delectatur Deus, & fameſcit, inaudita quidem crudelitas aliquem fame perire intueri, & fruſto panis ei ſubuenire poſſe, & tamen denegare, hinc Iſa. 50. dicebat, *& vidi quia non eſt vir, & apporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat,* alij legunt; *& infirmatus eſt,* & ſecundum litteram, *quia non eſt qui oret, qui intercedat,* ita ſeptuaginta Pagninus, & alij; ideò non eſt vir, id eſt qui non orat non debet vocari vir, *& appropriatus eſt;* eſt nomen Græcum ſignificat, eſſe languidum, eſſe ſemimortuum fame. *Et apporiatus eſt.* Alij legunt, *& admiratus eſt Dominus, quod non eſſet, qui oraret.* Spiritus Sanctus Cant. 2. Animæ Sanctæ pulchritudinem deſcribens dixit: *quid videbit in Sulamite niſi choros caſtrorum?* quaſi diceret, quis noſtrum non admirabitur animæ ſanctæ venuſtatem, ac pulchritudinem, dùm eam quaſi validiſſimum exercitum contemplamur, & veluti ſuauiſsimum, dulciſsimumq; vocum concentum audiamus, quæ quidem res, muſica ſcilicet, & exercitus quomodo coniungi poſſint ignoro; nam muſica ſilentium requirit, exercitus non niſi timpanorum, equorum, armorumque ſtrepitum continet: muſica iratum animum placat, & lenit, exercitus autem maiori indignatione replet, quid ergo muſica, & caſtra? Rupertus Abbas ait. *Laudando chori præliantur, & præliando caſtra laudant;* ſed clarius D. Theodoretus. *Quid chori cum caſtris? nempè animæ orantis potentia nobis exprimitur, quæ dum preces fundit ad Deum, & muſici officium facit, & militis, muſici quidem dum placat iratum, militis verò dum vincit inuincibilem.*

ſuper illud non in ſolo pane viuit homo.

in verba Cant. 2. quid videbis in Sulamite, &c.

Marc. 9. Vnus de turba dixit Chriſto: *Magiſter attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum, &c. & dixi diſcipulis tuis, vt eijcerent illum, & non potuerunt, &c.* diſcipuli interrogauerunt Chriſtum dicentes, *quare nos non potuimus eijcere eum?* reſpondit eis Chriſtus, *hoc genus Dæmonorum non eijcitur niſi oratione, & ieiunio.*

Virtutes Theologales, vt fidem, ſpem, & charitatem, cæteris virtutibus efficaciores, & potentiores eſſe nemo eſt, qui neget, & his virtutibus vſi ſunt Apoſtoli ad expellendum Dæmonium illud ab eo puero, & tamen non valuerunt illud expellere, ſed dixit Chriſtus, *hoc genus Dæmoniorum non eijcitur niſi in oratione,* & tamen Oratio eſt inferior virtutibus Theologalibus,

bus, quare hoc? Attendite, Dux erit, duos exercitus habens, vnum ex omni parte benè prouiſum, & alium ita ex vna parte debilem, & facillimè expugnari poſſet, huic illicò prouideri ſtudet, erit, & alius Princeps, qui vnicum habebit exercitum ex omni parte validiſsimum, & inexpugnabilem, peto modò ex his duobus excitibus, quis erit validior, & magis inexpugnabilis? proculdubio reſpondebiis, ſecundus, quia ex omni parte eſt inexpugnabilis. conſiderate quæſo fidem, quæ erit veluti quidam magnus, & potẽs exercitus, fides enim magna operata eſt, *Sancti per fidem vicerunt regna*, conſiderate ſpem, erit, & ipſa ad inſtar magni, & fortis exercitus dum Deo vnitur, *in te Domine ſperaui, non confundar in æternum*, erit, & ipſa charitas, potẽs, & validus exercitus, qui portas cęli nobis aperuit: *dilexi quoniam exaudiuit Dominus*, at hi omnes exercitus ex vna parte tantum erunt potẽtes, ex altera enim parte potuerunt expugnari, Fides expugnatur infidelitate, Spes deſperatione, Charitas, odio, at Oratio, eſt quidam exercitus vnam aciem continens, continet enim fidem, ſpem, & charitatem, dum, cui preces fundit, opus eſt, vt ei credat, & in eo ſperet, orans neceſse eſt, vt magna charitate, & dilectione proſequatur eum, quem deprecatur, ergo Oratio eſt cunctorum validiſsimus, & potentiſsimus exercitus: ſed progrediamur vlterius. Deus ad omnes noſtras operationes cõcurrit, concurrit ad bonas quatenus ſunt ei gratæ, ad malas quatenus cauſa vniuerſalis, & indifferens, ideſt non quatenus actio illa mala fit, ſed concurrit ad actionem illam phyſicam, eleuat enim quis manus, vt percutiat, & feriat, non concurrit Deus ad percuſſionem, & vulnus, ſed ad illam eleuationem manus tamquam ad cauſam phyſicam: fit hoc inquiunt Theologi, ne immutetur ordo vniuerſi.

Innumerabilia ferè mala mundo ſubſequerentur, ſi Sol à ſuo ordinario curſu deſiſteret, & ſtaret, Ioſue pugnans contra Gabaonitas, vt magnam de eis ſtragẽ faceret, & ſanguinẽ eorũ effunderet, dixit Ioſ. cap. 10. *Stet Sol contra Gabaonitas, ſtet Sol*, quid eſt hoc clementiſſime Domine? non ne animaduertis ordinem vniuerſi immutari, & ad illam Gabaonitarum ſtragem, & ſanguinis effuſionem concurrere? & tamen ordinem vniuerſi zelaris, quid eſt hoc? reſpondet D. Chryſoſt. *Zelatur Deus ordinem naturæ: at vbi agitur de orationis potentia nullus ſeruatur ordo, omnem enim ordinem vincunt preces, & Deus ipſe obedit oranti, obediente Deo voci hominis.*

Et quamuis nonnulli conquæruntur, quod eorum preces non ſolum hanc potentiam nunquam habuere, ſed neq; fuerint exauditæ. Reſpondetur hoc fuiſſe ad vtilitatem orantium.

Petijt olim Deus à Ieremia, quid de eo ſentirent, dicerentq; homines, reſpondit Propheta, conquæruntur homines, quod eorum preces non exaudiantur, hoc audiẽs, Deus dixit Ieremiæ, congrega populum, & dices, *date illis flores Moab.* quidam Doctor multum perquiſiuit quinam fuerint iſti flores Moab, & inuenit Moabitas fuiſſe ſeueriſſimos impuniendo, hoc tamen pietatis eis fuiſse ſcribitur, cum enim aliquid ad mortem damnabatur, nihil de hoc damnato dicebatur, ſed cum ducebant per aliquod pomarium fragrantibus herbis ſuauiſſimis floribus exornatum, dum flores hoſce contẽplabatur inclinans ſe aliquando ad capiendam purpuream roſam, carnifex, qui cum eo deambulabat illicò imparatè gladium eleuans caput eius obtruncabat. Ierem. cap. 48

Dicẽs ergo Deus, *date illis flores Moab*, vult innuere, quod aliquando cogitur Deus ad aliquam gratiam nobis concedẽdam, quæ deinde gratia veluti flores Moab. affert nobis mortẽ. conceditur alicui nobili mulieri filius, qui tamen erit totius familiæ exterminium. Geneſ. 30. Rachel magno flagrabat deſiderio, vt filium haberet, vndè dicebat marito Iacob. *da mihi filios alioquin morior*, & cum ei duo concederẽtur filij in partu vnius, Beniamin ſcilicet, obijt Rachel. Rebecca filios cupiẽs, & cum dum duos haberet in vtero, qui ad inuicẽ pugnabant, tam magnum dolorẽ matri attulerunt, vt ipſa exclamaret, ſi ſic mihi futurum erat, quid neceſse fuit concipere? Et D. Aug. inquit: *poteſt fieri, vt non exaudiaris ad voluntatem, vt ex audiaris ad vtilitatem.* Et idem Auguſt. *Multa Deus concedit iratus, quæ negaret propitius.* Pſal. 59.

D. Anſelmus loquẽs de oratione, ait. *Oratio eſt aſcenſus, ſeu eleuatio mentis in Deum*, quia qui orationi inſiſtat neſcio quid diuinitatis acquirat: ſi quis Princeps ſecum vulgarem hominẽ ad duellum ammitteret, quamuis victus fuiſset, adipiſcitur tamẽ gloriam, & honorem, eo quia ad duellum cum principe fuerit admiſsus, ita cum homo ad duellum cum Deo fuerit admiſsus, diuinos honores acquirit, & quaſi altèr Deus euadit, Iacob Geneſ. 32. luctatur cum Deo, ſeu cum Angelo repræsẽtante Deũ, quænam lucta fuit illa? lucta profectò orationis, & accidit noctu, quod eſt tẽpus valdè orationi congruum, finis orationis fuit benedictio, *& benedixit ei in eodem loco*, habemus effectum, & fuit mẽbri ariditas, quæ fuit concupiſcẽtiæ extinctio, arma deſcribuntur per Oſeam cap. 12. *Fleuit, & orauit*, poſt luctam In ſent. 252.

MANTISSA AD ORATIONIS excellentiam, atq; potentiam.

ISaias Proph. cap. 6. refert ſe vidiſſe Dominum dicens, *vidi Dominum ſedentem ſuper ſoliū excelſum, &c.* & cum vix hæc verba protuliſſet, ſtatim ſubiunxit, *væ mihi, quia tacui,* & quamuis Cyrillus, & alij, Iſaiam de morte loquutum fuiſſe opinantur, timens ſe moriturum, quia ſcriptum reperiebatur, *non videbit me homo, & viuet,* quaſi diceret voluiſſet, nunc tacebo iugiter, nunc vitam cum morte commutabo, quia Dominum Deum Iſrael vidi oculis meis, communior tamen opinio eſt, quod Iſa. dicens, *væ mihi, quia tacui,* dicere voluerit, væ mihi, quia Diuinam Maieſtatem intuens, ei ſacrificium laudis, & orationis non obtuli, vt tenebar, vt ſic edoceremur nobis cauere ne coram Deo, quoad fieri poſſit laudes, & preces, nos non effundere; nam licèt Deus cibo viſibili non vtatur, noſtris tamen veſcitur precibus, & orationibus, ita inter alios ſentit D. Ambroſ. *Sicut enim,* inquit Ambr. *cibus animæ eſt Dei verbum, ita Dei cibus ſunt preces, & orationes noſtræ,* & vt clarius hoc pateſiat opinabantur hebræi magnum lautumque conuiuium Deo inſtruere, offerentes ei Taurorum hircorum, aliorumque animalium ſacrificium, de quibus Deus indignari videtur dicēs, *numquid manducabo carnes Taurorum, aut, ſanguinem hyrcorum potabo?* quaſi diceret, numquid lupus, qui animalium carnibus veſcitur, ſum ego? Sed clementiſſimè Deus dicito quæſo mihi, quis nam cibus guſtui tuo aptior erit? audite quod nos de diuino cibo Rex Dauid docet inquiens, *Immola Deo ſacrificium laudis,* laudes ergo, & orationes ſunt Dei cibus: hinc de antiquis illis ſacrificijs, quæ Deo offerebantur; numquid Deus veſcebatur illorum animalium carne: Aùt ſanguinem potabat? haud, ſed ſolo odore delectabatur Deus, *odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis,* ſed quem nam odorem ex illis combuſtis carnibus odorabatur Deus? fœtorem potius, vndè vt huiuſmodi fœtori prouiderent; offerebant, comburebanturq; incenſa ſimbulum orationis, hinc in Apoc. *Tenebant ſinguli phialas aureas plenas odoramentorū, quæ ſunt orationes Sanctorum,* ergo Dei cibus oratio eſt, hoc cibo delectatur Deus, & fameſcit, inaudita quidem crudelitas aliquem fame perire intueri, & fruſto panis ei ſubuenire poſse, & tamen denegare, hinc Iſa. 50. dicebat, *& vidi quia non eſt vir, & apporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat,* alij legunt; *& infirmatus eſt,* & ſecundum litteram; *quia non eſt qui oret, qui intercedat,* ita ſeptuaginta Pagninus, & alij; ideò non eſt vir, id eſt qui non orat non debet vocari vir, *& appropriatus eſt;* eſt nomen Græcum ſignificat, eſſe languidum, eſſe ſemimortuum famē. *Et apporiatus eſt.* Alij legunt, *& admiratus eſt Dominus, quod non eſſet, qui oraret.* Spiritus Sanctus Cant. 2. Animæ Sanctæ pulchritudinem deſcribens dixit: *quid videbit in ſulamite niſi choros caſtrorum?* quaſi diceret, quis noſtrum non admirabitur animæ ſanctæ venuſtatem, ac pulchritudinem, dùm eam quaſi validiſsimum exercitum contemplamur, & veluti ſuauiſsimum, dulciſsimumq; vocum concentum audiamus, quæ quidem res, muſica ſcilicet, & exercitus quomodo coniungi poſsint ignoro; nam muſica ſilentium requirit, exercitus non niſi timpanorum, equorum, armorumque ſtrepitum continet: muſica iratum animum placat, & lenit, exercitus autem maiori indignatione replet, quid ergo muſica, & caſtra? Rupertus Abbas ait. *Laudando chori præliantur, & præliando caſtra laudant;* ſed clarius D. Theodoretus. *Quid chori cum caſtris? nempè animæ orantis potentia nobis exprimitur, quæ dum preces fundit ad Deum, & muſici officium facit, & militis, muſici quidem dum placat iratum, militis verò dum vincit inuincibilem.*

Super illud non in ſolo pane viuit homo.

in verba Cant. 2. quid videbis in ſulamite, &c.

Marc. 9. Vnus de turba dixit Chriſto: *Magiſter attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum, &c. & dixi diſcipulis tuis, vt eijcerent illum, & non potuerunt, &c.* diſcipuli interrogauerunt Chriſtum dicentes, *quare nos non potuimus eijcere eum?* reſpondit eis Chriſtus, *hoc genus Dæmonorum non eijcitur niſi oratione, & ieiunio.*

Virtutes Theologales, vt fidem, ſpem, & charitatem, cæteris virtutibus efficaciores, & potentiores eſſe nemo eſt, qui neget, & his virtutibus vſi ſunt Apoſtoli ad expellendum Dæmonium illud ab eo puero, & tamen non valuerunt illud expellere, ſed dixit Chriſtus, *hoc genus Dæmoniorum non eijcitur niſi in oratione,* & tamen Oratio eſt inferior virtutibus Theologalibus,

Digitized by Google

bus, quare hoc? Attendite, Dux erit, duos exercitus habens, vnum ex omni parte benè prouiſum, & alium ita ex vna parte debilem, & facilime expugnari poſſet, huic illicò prouideri ſtudet, erit, & alius Princeps, qui vnicum habebit exercitum ex omni parte validiſsimum, & inexpugnabilem, peto modò ex his duobus exercitibus, quis erit validior, & magis inexpugnabilis? proculdubio reſpondebitis, ſecundus, quia ex omni parte eſt inexpugnabilis. conſiderate quæſo fidem, quæ erit veluti quidam magnus, & potẽs exercitus, fides enim magna operata eſt, *Sancti per fidem vicerunt regna*, conſiderate ſpem, erit, & ipſa ad inſtar magni, & fortis exercitus dum Deo vnitur, *in te Domine ſperaui, non confundar in æternum*, erit, & ipſa charitas, potẽs, & validus exercitus, qui portas cęli nobis aperuit: *dilexi quoniam exaudiuit Dominus*, at hi omnes exercitus ex vna parte tantum erunt potẽtes, ex altera enim parte potuerunt expugnari, Fides expugnatur infidelitate, Spes deſperatione, Charitas, odio, at Oratio, eſt quidam exercitus vnam aciem continens, continet enim fidem, ſpem, & charitatem, dum, cui preces fundit, opus eſt, vt ei credat, & in eo ſperet, orans neceſse eſt, vt magna charitate, & dilectione proſequatur eum, quem deprecatur, ergo Oratio eſt cunctorum validiſsimus, & potentiſsimus exercitus: ſed progrediamur vlterius. Deus ad omnes noſtras operationes cõcurrit, concurrit ad bonas quatenus ſunt ei gratæ, ad malas quatenus cauſa vniuerſalis, & indifferens, ideſt non quatenus actio illa mala fit, ſed concurrit ad actionem illam phyſicam, eleuat enim quis manus, vt percutiat, & feriat, non concurrit Deus ad percuſſionem, & vulnus, ſed ad illam eleuationem manus tamquam ad cauſam phyſicam: fit hoc inquiunt Theologi, ne immutetur ordo vniuerſi.

Innumerabilia ferè mala mundo ſubſequerentur, ſi Sol à ſuo ordinario curſu deſiſteret, & ſtaret, Ioſue pugnans contra Gabaonitas, vt magnam de eis ſtragẽ faceret, & ſanguinẽ eorũ effunderet, dixit Ioſ. cap. 10. *Stet Sol contra Gabaonitas, ſtet Sol*, quid eſt hoc clementiſſime Domine? non ne animaduertis ordinem vniuerſi immutari, & ad illam Gabaonitarum ſtragem, & ſanguinis effuſionem concurrere? & tamen ordinem vniuerſi zelatis, quid eſt hoc? reſpondet D. Chryſoſt. *Zelatur Deus ordinem naturæ: at vbi agitur de orationis potentia nullus ſeruatur ordo, omnem enim ordinem vincunt preces, & Deus ipſe obedit oranti, obediente Deo voci hominis.*

Et quamuis nonnulli conquæruntur, quod eorum preces non ſolum hanc potentiam nunquam habuere, ſed neq; fuerint exauditæ. Reſpondetur hoc fuiſſe ad vtilitatem orantium.

Perijt olim Deus à Ieremia, quid de eo ſentirent, dicerentq; homines, reſpondit Propheta, conquæruntur homines, quod eorum preces non exaudiantur, hoc audiẽs, Deus dixit Ieremiæ, congrega populum, & dices, *date illis flores Moab.* quidam Doctor multum perquiſiuit *Ierem. cap. 48* quinam fuerint iſti flores Moab, & inuenit Moabitas fuiſſe ſeueriſſimos impuniendo, hoc tamen pietatis eis fuiſse ſcribitur, cum enim aliquid ad mortem damnabatur, nihil de hoc damnato dicebatur, ſed eum ducebant per aliquod pomarium fragrantibus herbis ſuauiſſimis floribus exornatum, dum flores hoſce contẽplabatur inclinans ſe aliquando ad capiendam purpuream roſam, carnifex, qui cum eo deambulabat illicò imparatè gladium eleuans caput eius obtruncabat.

Dicẽs ergo Deus, *date illis flores Moab*, vult innuere, quod aliquando cogitur Deus ad aliquam gratiam nobis concedẽdam, quæ deinde gratia veluti flores Moab. affert nobis mortẽ. conceditur alicui nobili mulieri filius, qui tamen erit totius familiæ exterminium. Geneſ. 30. Rachel magno flagrabat deſiderio, vt filium haberet, vndè dicebat marito Iacob. *da mihi filios alioquin moriar*, & cum ei duo concederẽtur filij in partu vnius, Beniamin ſcilicet, obijt Rachel. Rebecca filios cupiẽs, & cum dum duos haberet in vtero, qui ad inuicẽ pugnabant, tam magnum dolorẽ matri attulerunt, vt ipſa exclamaret, ſi ſic mihi futurum erat, quid neceſse fuit concipere? Et D. Aug. inquit: *poteſt fieri, vt non exaudiaris ad voluntatem, vt ex audiaris ad vtilitatem.* *Pſal. 59.* Et idem Auguſt. *Multa Deus concedit iratus, quæ negaret propitius.*

D. Anſelmus loquẽs de oratione, ait. *Oratio eſt aſcenſus, ſeu eleuatio mentis in Deum*, quia *In ſent. 252.* qui orationi inuigilat neſcio quid diuinitatis acquirat; ſi quis Princeps ſecum vulgarem hominẽ ad duellum admitteret, quamuis victus fuiſset, adipiſcitur tamẽ gloriam, & honorem, eo quia ad duellum cum principe fuerit admiſsus, ita cum homo ad duellum cum Deo fuerit admiſsus, diuinos honores acquirit, & quaſi altèr Deus euadit, Iacob Geneſ. 32. luctatur cum Deo, ſeu cum Angelo repræſẽtante Deũ, quænam lucta fuit illa? lucta profectò orationis, & accidit noctu, quod eſt tẽpus valdè orationi congruum, finis orationis fuit benedictio, *& benedixit ei in eodem loco*, habemus effectum, & fuit mẽbri ariditas, quæ fuit concupiſcẽtiæ extinctio, arma deſcribuntur per Oſeam cap. 12. *Fleuit, & orauit*, poſt luctam

dixit

dixit Deus Iacob. *Quod tibi nomen ineſt?* reſpondit, *Iacob*, nequaquã dixit Deus, ſed Iſrael erit nomen tuum; Iſrael interpretatur, *videns Deum*, vt oſtenderetur, quod anima orans ſit Deum videns, & D. Hieron. legit. *Iſrael Princeps cum Deo*, quaſi diceret, Anima orans, quia cum Deo luctati valuit, erit Princeps, quaſi alter Deus, Ioſeph Hebræus legit. *Iſrael fortis cum Deo*, vt innueret orationis potentiam, quæ Deum ipſum etiam iratum placat.

Cum vellet Deus Sodomam punire, præcepit Loth, vt exiret ex ea, & non retroſpiceret, ne intuens incendium, pro patria arma orationis ſumeret, Deumque precibus ad condonandum cogeret, hinc Iſa. ſcribitur quod volens Deus Hebræos punire, dixit Iſaiæ. *Tu autem noli orare pro populo iſto*, quid tua refert Domine, quod Iſaias roget? multum refert reſpondere poſſet, nam orantem non exaudire non poſſum, hoc ſecundum mentem Chryſoſt. voluit innuere cum poſtquam Gen. Noè, & Filij, & cuncta animalia ingreſſi fuiſſent Arcam. *Clauſit Deus oſtium deforis*, ne iuſtus Noè aſpiciens per feneſtram punitionem, pietate motus, orationis arma capiens Deum deprecaretur, hæc ſunt verba D. Chryſoſt. *Ne iuſtus intuens hominum interitus, deprecaretur, & ſanem*.

hom. 3. in gen. ſo. 1.

D. Chryſoſt. ait. *Magna arma ſunt preces magna ſecuritas*, ſunt vtique preces arma defenſiua, & offenſiua, Exod. 38. ſcribitur. *Mulieres iuxta templum, quæ excubabant in Hoſtio tabernaculi*: mirum, quidem quod mulieres excubarent? mulieres, quarum inſtrumenta (quibus vtuntur) ſolent eſſe colus, fuſus, acus, &c & ad excubandum lanceæ, enſes, ſagittæ, &c. requiruntur, mulieres, quas non decet excubare, ſed domi morari, filios educare, & non arma capere ad excubandum? & tamen legitur. *Mulieres, quæ excubabant in Oſtio Tabernaculi.* Doctiſſimus Gaetanus legit. *Mulieres, quæ ad inſtar exercitus militabant in oſtio templi*: mulieres bellatrices, ſed in Oſtio Tabernaculi, vt oſtenderetur mulieres pugnare, & expugnare, Cœlum ipſum, ſed quibus armis, precibus, & orationibus; hinc de ijs pugnatoribus ſcribitur Cant. *Quid videbis in ſolamite niſi choros Caſtrorum?* quæ verba expendens Theodoretus ait. *Quid chori cum caſtris? nimirum natura animæ orantis nobis exprimitur munus gerentis, & muſici, & militis, muſici quia Deum placat iratum, & militis, quia vincit inuincibilem*, benè ergo mulieres, quæ excubabant, quæ verba Chaldæus legit. *Mulieres quæ orabant*, & D. Hieron. legit. *Quoniam manè ordinabo contra te vires meas.* Num. 22. intuens Balaam copioſum Iſraelitarum exercitum dixit Madianitarum Principibus. *Ita delebit hic populus omnes, qui in noſtris confinibus commorantur, quemodo ſolet Bos, vſque ad radices herbas carpere*, mirum quidem, potiùs magna ſtrages, magno igni qui omnia conſumit, vel famelico Leoni, qui omnia dilaniat, atque deuorat, æquiparari poterat, & tamen quidam excellens Orator, vitulum pro ſtemmate in campo herbas euellentem efformari præcepit, huiuſmodi dicterio ornans. *Incognita vis*, quaſi diceret, Vitelli vis ignota eſt, magnam enim vim illi natura in ore contulit, vnde Plinius, inquit. *Natura bobus dedit omnem vim in ore concidendi*, ita, vis oris mei in dicendo, ignota eſt, hoc idem innuere volebat Balaam, loquens de Iſraelitis iuxta mentem Origen. dicentis. *A maioribus noſtris accepimus, populum hunc non armis, ſed lingua pugnare, ſicut Vitulus in ore vim habet concidendi*, & Septuaginta legunt; *ita delebit Synagoga orantium omnes nos quomodo Bos, &c.*

in Pſal. 5. quoniã ad te orabo, &c.

His armis munitus Dauid vicit Goliath, vnde cum aggrediens dixit. *Tu venis ad me in haſta, & Clypeo, ego autem in nomine Domini Dei Iſrael*, & Chryſoſt. loquens in perſona Dauid, dicebat. *Tu terrenis dimicas, ego cœleſtibus pugno, tu in lancea, ego in fide, tu in clypeo ego in prece*, & Paulo poſt concludit Chryſoſt ait. *Dauid Goliath immanem, cum veluti Dæmon quiſpiam formidandus irrueret non armis, neque gladijs, ſed precibus deiecit.*

de orando Deum l. 1

Exod. 13. ſcribitur Hebræos ex Aegypto egreſſos fuiſſe armatos. *Armati aſcendunt Filij Iſrael de terra Aegypti*, at omnes ferè Sancti Patres affirmant, Hebræos nulla armorum genera ſecum tuliſſe, ſed ſi armati quomodo inermes? Hebræos ſecum muſicalia inſtrumenta tuliſſe affirmat Sacer Textus, *Sumpſit ergo Maria Propheteſſa ſoror Aaron timpanum in manu ſua*, & Diuus Chryſoſt. ſubdit, quod Pharao Hebræos ſectabatur, & hebræi orationum armis ſe victoriam reportaturos ſperabant hæc ſunt verba Chryſoſt. *Magis ſolliciti in orationibus, & in canendis Deo laudibus, quàm de auertendis à ſe hoſtibus tympana ſumpſit, & non arma*, & tanta eſt vis, atque potentia orationis, vt Deum ipſum ne peccatores puniat excantet Amos Propheta vidit Deum paratum ad puniendos peccatores, vidit Iuſtitiæ, & Iudicij Tribunal, vidit abyſſum Inferni, & flammas ad comburendos peccatores paratas, & vt Deum indignatum mitigaret ad orationis arma recurrit, dicens. *Domine Deus quieſce obſecro*, quaſi diceret dimitte quæſo indignationem, & propitius eſto populo huic, & illicò, quaſi Deo ſuperato per incantatorem, Infernus, Tribunal, & flammæ euanuerunt, *& miſertus eſt Dominus*, immo orationis virtus, abſque quod Deus immutetur, eius ſententiam mutat. Genel. cap. 27. promiſit Deus primogeni-

Digitized by Google

mogenituram Iacob, de qua promiſſione Iacob, Deo gratias egit, & cum Iſaac morti ap-
propinquaret, vocauit Eſaù filium maiorem, & dixit ei. *Sume arma tua, pharetram, & Ar-
cum, & egredere foras cumque venatu aliquid appræhenderis fac mihi inde pulmentum, ſicut velle
me noſti, & vt comedam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar*, quod cum audiſſet Re-
becca, quia maiori dilectione proſequebatur Iacob, multum elaborauit, & elaborare fecit Ia-
cob imponens ei, vt illicò ad gregem pergeret, & duos hædos afferret, vt ex eis fieret eſca ſeni
Patri Iſaac, vt antequam regrederetur Eſaù benedictionem, & primogenituram à Patre reci-
peret: miratur D. Ambr. quare Iacob ita laborare non deſinit, vt primogenituram à Patre
reciperet, cum Deus eam illi promiſerit? arma orationis timuit ad quæ ſi recurriſſet Eſaù for-
ſitan Diuinam ſententiam commutaſſet, audite verba D. Ambr. *Si oraculum, quod à Deo acce-
perat pro certo habebat, cur tàm ſedulo Patris benedictionem laborauit? quoniam preces propoſitum
Dei reſcindere poſſunt*, & Gen.6. præcepit Deus Noè, vt in ſummitate Arcæ vnam tantum fe-
neſtram faceret non à latere, ne proſpiciens per eam, & creaturarum miſerandam ſtragem in-
tuens ad Orationis arma recurrere potuiſſet, vt Deum vinceret, & plàcaret, quaſi Deus time-
ret arma orationis: immò Deus clauſit oſtium deforis ob timorem: audite D.Chryſoſt. *Clau-* ingen.to.1
*ſit oſtium, & in eminentiori loco feneſtram aperuit ne communes diluuij ærumnas aſpiciens omnium
miſerias, lingua ſua robore diuinæ Iuſtitiæ vires debilitaret*. Idem accidit Loth, quem volens
Deus à flammis Sodomæ liberare non ſolùm per Angelum feſtinauit exitum Loth, dicens.
Ne ſtes circa regionem hanc ne ſimul, & tu pereas, ſed etiam vxori Loth præcepit, ne retroſpice-
ret, & quia inobediens fuit in ſalis Statuam conuerſa eſt, Nicolaus de Lyra perquirens cur
Deus vxori Loth præciperet, ne retroſpiceret, inquit. *Cauete, dixit Angelus, ne voluatis, ne
ærumnas ignis aſpicientes, lingua eorum, Deum iratum placaret*; & tanta eſt orationis potentia, vt
lingua orantis clauis ſit Cœli; quæ Paradiſum claudit, & aperit D. Aug. *Oratio Iuſti clauis eſt
Cęli, aſcendit precatio, & deſcendit Dei miſeratio*, tempore Hæliæ clauſum erat Cœlum, & Ter-
ra non dabat fructum ſuum, quia oratio, ſeu lingua Hæliæ clauſerat Cœlum ne plueret, &
vt plueret opus erat, vt eadem linguæ claue aperietur, audite D. Chryſoſt. *Clauis Cęli
fuit ſermo Hæliæ, iubet, vt claudatur, & clauditur, orat, vt aperiatur, & aperitur*, & D. Cy-
rill. Alex. ait. *Clauis Paradiſi Ianuæ fuit ſermo latronis, quando dixit memento mei, & ſtatim ape-
ritur, dùm dixit Chriſtus, hodie mecum eris in Paradiſo*. Clauis Paradiſi fuit ſermo, ſeu oratio
D.Stephani, quia Paradiſum aperuit, dùm Deum deprecabatur. *Et ecce video Cęlos apertos.*

Quatuor claues inueniuntur in ſacris litteris; prima aquarum. *Aperi tu Domine theſaurum
tuum fontem aquæ viuæ*, ſecunda ciborum. *Aperis manum tuam, & imples omne animal bene-
dictione*, tertia ſepulchrorum, *cum aperuero ſepulchra veſtra*. Quarta fęcunditatis, & prolis, vt
accidit Annæ, quæ fuit mater Samuelis Prophetæ, at Orationis claui omnia aperiuntur, clau-
ſum, vt diximus, erat Cœlum tempore Hæliæ, ſed eius orationi aperitur, clauſa erat terra, ſed
aperitur, vt Datan, & Abiron glutirentur, clauſum erat Limbum; ſed Hæliſæus animam iam
mortui pueri exemit, clauſa erat Petra in deſerto, & arida, at Moyſis oratio effecit, vt aqua-
rum fontes emitteret, clauſum erat mare, ſed ita oratio illud aperuit, vt ſiccis pedibus per illud
tranſirent filij Iſrael, occludebantur carceres, ſed fidelium orationes aperuerunt, fuiſſet clau-
ſus dies à noctis tenebris, dùm Ioſuè pugnabat, ſed eius oratio ſolem ſiſtere fecit, donec filij
Iſrael glorioſam victoriam reportarent. *Obediente Deo voci hominis.*

Ea eſt orationis potentia, quod quamuis paruula, & iaculatoria ſit, vim tamen habet Deum
ipſum vulnerandi, quod innuere voluit Spiritus Sanctus Cant.4. his verbis. *Vulneraſti cor meũ
ſoror mea ſponſa in vno crine colli tui*, omnes færè patres fatentur per capillos, cogitationes ho-
minum ſignificari, nos autem orationem ſignificare dicemus, & eò magis, quia collum, vt
nonnulli Patres affirmant, ſymbolum eſt orationis, & Spiritus Sanctus ait. *In vno crine colli
tui*, ideſt tua oratione, ò Sponſa dulciſſima me vulneraſti, & hic intelligit de orationibus ia-
culatorijs, quibus tamquam quadam ſagitta amoris Deus ipſe vulneratur, & bene in vno cri-
ne colli tui, non capitis tui, in quo licèt propriè crines collocantur, & non in collo, tamen
quia adſunt etiam in collo aliqui paruuli capilli, qui apud nos: *pili canini dicuntur*; quaſi dice-
ret, Sponſus tàm pòtens armatura eſt oratio, vt etiam paruula iaculatoria oratio potens ſit
me vulnerare: audite D. Bern. in Cant. *Ideò dicit non vulneratum in vno crine capitis, ſed in vno
crine colli, vt oſtenderet non fuutibus ideſt prolixis, tepidiſque orationibus eſſe ligatum, ſed iaculatoria,
& feruenti oratione vulneratum.*

Exod.4. tradidit Deus Moyſis, quamdam virgam, qua innumerabilia færè prodigia opera-
batur, & cum eſſet in deſerto, & populus ſitiret cupiens potum eis tribuere, virga illa percuſ-
ſit petram, & non fluxerunt aquæ ſed quia, vt ait Paulus 1. Cor. 10. *Omnia in figuris continge-
bant*

bant illis, percuſſio illa Moyſis ea virga Chriſtum figurabat: Deus Moyſi dixerat. *Loquimini ad petram, & dabit vobis aquam*, & non dixerat percutietis petram, & dabit vobis aquam, quaſi diceret, non tot percuſſiones, non tot verba, cum vna tantum oratio ad obtinendas omnes gratias ſufficiat, audite inter alios, D. Cyrillum Alex. *O fœlix anima, quæ talem habet crinem, vt ſtatim habeat ligare Deum*.

Porro modo inter tot innumerabiles orationis victorias, ob earum memoriam eſt ne aliquod eximium, & inſigne trophæum orationi erectum, ſicut mos erat erigi Ducibus, & triumphantibus Imperatoribus, quibus, & trophæa, & Pyramides erigebantur? vtique extant trophæa, extant pyramides, extant arcus, vnde deinceps fuere nuncupata trophœa. Cæſaris arcus Pompei, &c. vultis ne ſcire, quale ſit orantis Tropheum, & Arcus? legere non vos tædeat Oſeam cap. 12. qui poſtquã narrauerit illam Iacob luctam, & bellum cum Angelo, in quo præualuit Iacob, quia orationis armis fuerit vſus, *fleuit, & orauit*, vt oſtenderet Trophœum, & Arcum Iacob orantis, ſubdit Propheta. *Domine Deus meus memoriale eius*, quaſi diceret, Deus ipſe voluit eſſe Arcus, & Tropheum Iacob, poſthac vocabitur, *Deus Iacob*.

Sed diceret aliquis orationis potentiam, & excellentiam agnoſco, ſed eius præceptum durum, & aſpectum videtur, Dei enim Filius inquit per Lucam 19. *Oportet ſemper orare, & numquam deficere*, & D. Paulus ad Theſſalon. *Sine intermiſſione orate*, durum quidem præceptum videtur. Oratio non eſt quædam cythara, quæ ſuauem concentum diuinis auribus exhibet? vtique audite Iſa. *Sume tibi cytharam, & benè cane*, & Ioannes. *Audiui vocem cytharœdorum cytharizantium*, & loquitur de orationibus, cytharædus, non ſemper cytharam pulſat, & ſolùm de cythara orationis dicitur. *Oportet ſemper orare? ſine intermiſſione?* oratio eſt dulcis, & ſuauis vocum concentus, muſica dulciſſima diuinis auribus, & tamen bonus muſicalis ordo, ac regula præcipit, & permittit aliquando pauſam, cui pauſæ ſubiecit etiam cœleſtis muſica. *Factum eſt ſilentium in cœlo media hora*, inquit Ioannes, & tamen orationi non permittitur, *ſed oportet ſemper ſine intermiſſione orare?* Oratio eſt validiſſimus exercitus contra omnium inimicorum inſultus. *Quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum?* & Iacob dixit. *Caſtra Dei ſunt hæc, noua bella elegit Deus*, & de oratione eſt ſermo, & tamen cunctis patet non ſemper exercitus propugnare, non ſemper ſe ad inuicem inuadunt, oportet enim milites comedere, bibere, quieſcere aliquantulum, & hyemali tempore exercitus præliari non ſolent, & de Orationis exercitu dicitur. *Oportet ſemper orare ſine intermiſſione*. Oratio eſt lautum conuiuium, & menſa Paradiſi, in hac ſacra menſa veſcebatur Dauid, vt vires contra inimicos aſſumeret. *Poſuiſti in conſpectu meo menſam aduerſos eos, qui tribulant me*, & Salamon Prou. 9. *Poſui menſam meam venite, & comedite panem meum*, & tamen iugiter conuiuare non ſolemus, & de menſa Orationis dicitur. *Oportet ſemper orare ſine intermiſſione?* Oratio eſt ingredi in conſpectu Regis, vt aliquam ſupplicationem ad gratiam petendam, & obtinendam ei tribuatur, vt faciebat Dauid. *Intret oratio mea in conſpectu tuo Domine*, & tamen non iugiter nobis licèt ingredi in conſpectu Regis, niſi quibuſdam determinatis horis, Deus ſolùm non habet determinatas horas, ſemper enim paratus eſt nos audire, & gratias ſuas nobis conferre. *Oportet ſemper orare ſine intermiſſione*, Dauid cum eſſet incipiens in via Dei ſemel orabat. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, magis aſſuetus ad bene operandum, ter in die orabat. *Veſpere, mane, & meridie, laudem dixi tibi*, & cùm ad perfectionem perueniſſet ſepties in die orabat. *Septies in die laudem dixi tibi*, & nobis præcipitur ſemper orarè ſine intermiſſione in omni tempore, Daniel cum eſſet in captiuitate Perſarum, ter in die orabat. *Apertis feneſtris in cœnaculo ſuo contra Hieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat*, & nobis præcipitur, *ſemper orare ſine intermiſſione?* & idem Paulus Apoſtolus, qui hoc præceptum nobis tribuit, neſcio quomodo ipſe adimpleuerit, & nobis ſine intermiſſione præcipit, & 2. Cor. 5. ait. *Siuè enim mente, excedimus Deo, ſiuè ſobrij ſumus vobis, &c.* imò ipſemet Chriſtus, qui inquit. *Oportet ſemper orare*, licèt de eo legamus, *quod erat pernoctans in oratione Dei*, dicit tamen Euangeliſta, quod facta oratione vocauit diſcipulos, reliquit orationem, & cępit Verbum Dei annunciare, & nobis præcipit ſemper orare? de diuinis præceptis ſcribitur. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, viæ tuæ, viæ pacificæ*, & nobis præceptum, ita difficilè tribuis? & tamen præcipitur à Tobia, confirmatur à Paolo Apoſtolo, & ab ipſo Dei Filio, ſed Spiritus Sanctus per os dilectæ Sponſæ docet nos, & monet quomodo tale præceptum ſit intelligendum, dicens Cant. *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris*, thus in ſacris literis ſymbolum eſt Orationis. *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo*, & Animæ veſtes, & ornamenta ſunt virtutes, vt aſſerunt Beda, Cyrillus, & alij, de quibus veſtibus dicebat Iob cap. 4. *Specioſis induere veſtibus*, & cap. 29. *Iuſtitia indutus ſum*, & D. Petrus Apoſtolus 1. Can. 3. *Sancta Mulieres ſperantes in*

tes in Domino ornabant ſe, hæc Sponſæ indumenta Paradiſi odorem ſpirant; afferunt Dei naribus ſuauiſſimum Thuris odorem. *Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris*; Thus eſt ſymbolum orationis, ergo Spiritus Sanctus, vult nobis innuere; quod virtutes non ceſſant orare, & hoc voluit Chriſtus nos docere, dicens. *Oportet, ſemper orare ſine intermiſſione*; id eſt actus virtutis ſemper exercere, Anima enim omnium virtutum actibus (qui ſunt Animæ veſtes, orationis odorem ſemper ſpirantes) iugiter orat; orat Fide, audite D. Iacobum Apoſtolum in ſua Can. 5. *Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Eccleſiæ, &c. Et oratio fidei ſaluabit infirmum.* Fides, eſt animæ veſtis ſpirans thus orationis; vnde Chriſtus Marc. cap. 11. dixit. *Habete fidem Dei, Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, tollere, & mittere in mare; & non haſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei*, & non dixit Chriſtus, quod concederet per orationem. *Sed habete fidem in Deo*, quo actu fidei, mons in mare transferretur, formaliter loquendo eſt actus orationis, Fides, eſt veſtis animæ ſpirans thus orationis: imò animaduertendum eſt, quod omnes actiones, quas Sancti in diuinis litteris operati ſunt, Fidei, & non Orationi attribuuntur. Ioſuè cupiens glorioſam victoriam de inimicis reportare dixit Soli. *Sol ne mouearis, & ſtetit Sol*, & non legitur ex equo deſcendiſſe, genua flexiſſe, Deumque rogaſſe, vt hanc ei gratiam concederet; ſed actu fidei imperauit Soli, quia fides eſt habitus animæ hunc ſuauiſſimum Thuris orationis odorem ſpirans, & quid Hælias Prophera fide non operatus eſt? Celum clauſit ne plueret, & quomodo oratione an fide? non legimus Hæliam genua flexiſſe, & Deum rogaſſe, vt hanc gratiam ei concederet, ſed eius fides hoc effecit, quæ eſt habitus animæ, vt quidam inquit. *Odor fidei veſtra ſit ut odor thuris*: quid de ſpe dicemus? numquid, & ipſa orat Deum? D. Paulus ad Roman. 4. *Spes non confundit*, proprium ſpei eſt nos non confundere, quia per eam quidquid deſideramus obtinebimus, & Dauid quidquid gratiarum à Deo impetrauerat, non orationi, ſed ſpei tribuerat, Pſalm. 21. *In te ſperauerunt Patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos, ſperauerunt, & non ſunt confuſi*, & Pſal. 26. *In ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum*: Spes ergo orationis thuris odorem ſpirat, impetrans auxilium in omni labore. *Si conſurgunt aduerſum me caſtra, ſi conſurgat aduerſum me prælium in hoc ego ſperabo, ſperantem in Domino miſericordia circumdabit*: ſi enim Dei miſericordia tamquam ferrum à magnete, ab oratione trahitur, trahitur etiam à magnete ſpei. Quid de charitate dicemus, quæ nobiliſſima animæ veſtis eſt? hæc etiam ſuauiſſimum thuris orationis odorem ſpirat: odor veſtimenti charitatis, ſicut odor thuris, quid enim magis Deo gratum, quàm actus perfecti amoris? vnde Anima amans cum Dauid dicere poterit. *Diligam te Domine fortitudo mea*, & cum Diuo Franciſco. *Deus meus, & omnia*, & cum eodem Dauid. *Deus meus, & Rex meus*, habitus hic Amoris ſuauiſſimum orationis Thuris diuinis naribus ſpirat, & quidquid exoptat, impetrat, vnde Dauid dicebat. *Dilexi, & exaudiuit me*.

Sed quid dicemus de habitibus Virtutum Cardinalium? D. Petrus Apoſt. in prima Epiſt. dicit. *Eſtote prudentes, & vigilate in orationibus*. vbi animaduertendum eſt, illam particulam. *Et*, non eſſe diſiunctiuam, ſed copulatiuam. *eſtote prudentes*, quia Prudentia eſt habitus animæ orationis Thuris odorem ſpirans, vt de Diuo Ioſepho poteſt videri, qui cum rem talem in ſua Sponſa Maria viderit, quæ aliquam circa Mariæ caſtitatem dubitationem parere poterat, attamen prudentia ductus, obſeruabat myſterium, Virginis enim ſanctitas talis erat, vt omnem ab eo ſuſpicionem auferret, hinc Sanctus Ioſeph. *Voluit occulte dimittere eam*, & ſic habitus hic Prudentiæ, ita ſuauiſſimum thuris orationis odorem ſpirauit, vt ad Dei nares peruenerit, vnde miſerit Angelum ad Sanctum Ioſephum, vt eius mentem tranquillam redderet, & certiorem eum faceret de Altiſſimo Incarnationis myſterio, Ioſeph fili Dauid. *Noli timere, accipere Mariam coniugem tuam, &c.*

Sed quid de Temperantia dicemus, ſpirat, & ipſa thuris orationis odorem. Tobiæ cap. 12. cum Angelus ſe patefecit eſſe Raphaelem, ait Tobiæ. *Quando ſepeliebas mortuos, & relinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino*: ſi Sanctus Raphael dixiſſet, quando orabas ego offerebam, benè vtique dixiſſet, ſed dicere. *Quando relinquebas prandium tuum ego obtuli orationem tuam*, quid eſt aliud, niſi quod habitus temperantiæ ſuauiſſimum thuris orationis odorem ſpirat diuinis naribus?

Sed de fortitudine quis ignorat? nonnè Sancti omnes inter immenſum pœnarum, & preſſurarum pelagus, quaſi tot canori Cigni vocem ad Deum fortiter, dulciterque canentes dicebant. *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an fames, an nuditas, an perſecutio, &c.* & ſic fortitudo ſpirat thuris orationis odorem.

Sed quid de Iuſtitia dicemus? ipſa vtique offert Deo incenſum orationis, Dauid Pſal. 105. deſcribens iuſtam vindictam Hebræi, & Madianitæ factam per manus Phinees, inquit. *Et*

ſtetit

Digitized by Google

ſtetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio, eſt conceptus Epiſcopi Agellij, quare dicitur, *ſtetit*, potiùs dicere debuiſſet, *cucurrit*: intuens iniquos illos Deum offendere, verbum hoc, *ſto*, in ſacris literis eſt paraphraſis orationis; ita, & illud Moyſis Pſal. eodem. *Si non Moyſes electus ſtetiſſet in confractione, &c.* & Pſal. 121. *Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis*; idem enim eſt ſtare, ac orare, ſed ſi Phinees enſem capiens cucurrit ad interficiendos illos iniquos, quomodo poteſt dici, quod orauerit? vt oſtenderetur, quod actus ille iuſtitiæ puniens peccatores illos, fuit actus orationis ſimul offerens Deo incenſum orationis, Dauid Pſal. 86. dixit. *Diligit Dominus portas ſion ſuper omnia tabernacula Iacob*, quid eſt hoc? clementiſſimè Deus erant in Hieruſalem multæ domus magnificæ, multaque illuſtria ædificia, ſacrum Templum, propitiatorium, Arca, pomaria pulcherrima, fontes nobiliſſimi, & innumerabilia alia ædificia, & tantum: *Diligit portas ſion*? olim Tribunalia, vbi Iuſtitia adminiſtrabatur, erant propè portas Ciuitatum, dicere ergo volebat Deus ego maiori dilectione proſequor vnum actum veræ, & perfectæ Iuſtitiæ, quàm omnia mundi ædificia; & templa, & idem Dauid Pſal. 121. dicebat: *Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini teſtimonium Iſrael*, reduplicatio hæc, *tribus, tribus*, ſignificat omnes tribus aſcendiſſe ſacrum Templum ad orandum, ſed hoc haud poteſt eſſe, nam multi ad pertractanda propria; & magni momenti negotia remanebant, & mercatores, quomodo aſcenderunt? ſcis quomodo? lege quod ſequitur. *Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, quia illic ſederunt tribus ad Iuſtitiam*, quia illic actus Iuſtitiæ exercebantur, qui gratiſſimi ſunt Deo, hinc memini me legiſſe de Rege Galliæ Ludouico, qui dùm in Eccleſia diuinis Officijs adeſſet, acceſſit quidam ad Regem, vt ſe defenderet de quodam crimine quo accuſabatur, tunc miniſtri ſacri Altaris canebant illud Dauid Pſal. 105. *Beati qui faciunt iudicium, & iuſtitiam in omni tempore*, illicò ſapiens Rex præcepit, vt legeretur proceſſus illius, & cum de eius delicto pleniſſimè conſtaret, illicò damnauit eum ad mortem, quia actus iuſtitiæ eſt cunctis actibus gratior Deo.

Dauid Pſal. 118. inquit. *Media nocte ſurgebam ad confitendum*, & Pſal. 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, ſi Dauid media nocte ſurgebat ad ſubſcribendas ſententias damnatorum, quomodo dicitur, quod ſurgebat ad confitendum nomini Domini, ad orandum? vult nobis hoc innuere, quod quando quis facit aliquem actum Iuſtitiæ, tunc offert Deo ſuauiſſimum Thuris orationis odorem.

Hinc Iſaias 62. inquit. *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes tota die, & nocte in perpetuum non tacebunt, &c.* Mira quidem res: quia Deus poſuerit cuſtodes ad defendendam Hieruſalem, ideò non debent ceſſare à diuinis laudibus? quid diuina laus cum cuſtodia Ciuitatis? quid quæſo diceretur, ſi dùm aliqua Ciuitas ab hoſtibus circumſideretur, ſi tunc Ciuitatis defenſores, vrbis muros aſcendentes, non arma in manu haberent, ſed Breuiarium, & Coronas, horas, & Roſarium canerent? ſed animaduertendum eſt, quod per cuſtodes Vrbis Iudices intelliguntur, qui dùm Iuſtitiæ actum exercent tunc Deum orant, & ſuauiſſimum orationis thus offerunt Deo; & quòd de Theologalibus, & Cardinalibus Virtutibus dictum eſt, poteſt etiam dici de reliquis virtutibus.

Et non ſolùm oratio diuinis naribus ſuauiſſimum Thus offert, ſed etiam Dei auribus dulciſſimum præbet concentum: quia orantis muſica ita delectatur Deus, vt maximè Animam Sponſam roget dicens, Cant. 8. *Quæ habitas in hortis, (in hortis ſcilicet militantis Eccleſiæ) fac me audire vocem tuam*, ſcilicet in oratione. *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis*: imò ita hac muſica animæ orationis delectatur Deus, vt ſicuti terrenæ muſicæ moderator ad maiorem delectationem, & dulcedinem audientibus afferendam, præcipit aliquando, vt omnes taceant, & vna tantum vox alijs gratior veluti canorus Cygnus ſonet; & audiatur, ita Deus aliquando præcepit, vt omnes cęleſtis muſicæ taceant, & tantum audiatur dulciſſima vox animæ orantis, vt maiorem ex ea capiat delectationem; hoc legitur Apoc. *Factum eſt ſilentium in Cælo media hora*, ſed ſi in Cœlo ſemper Deo perſoluuntur laudes, quare factum eſt ſilentium? quia venit alius Angelus, & data ſunt ei incenſa multa, vt daret de orationibus Sanctorum, quaſi diceret, dùm cœleſtes cantores tacuere, cecinit Anima orans, cuius vox gratiſſimum concentum diuinis auribus præbuit; ita quidam Doctor aſſerit, dicens. *Silet Cœlum, vt dulciſona Anima orantis vox audiatur*, quod non ignorans Dauid præcipuum chorum orationé faciebat, dicens: *In conſpectu Angelorum pſallam tibi*, quaſi diceret, & ſi Angeli canentes vnum faciunt chorum, & ego alium faciam. *Pſallam ſpiritu pſallam mente*.

Audite, ita celer occurrit Deus noſtris precibus, quod Iſa. 65. dicat. *Antequam clament ad me exaudiam eos*, ita, vt diſcernere non valeamus an prius aſcendat oratio, quàm deſcendat gratia, teſtis huius rei nobis ſit excellens ille orator Dauid, qui Pſal. 50. dicit. *Domine labia*

mea

Digitized by Google

mea aperies, dicito quæſo mihi Sancte Rex, cum rogaſti aperiri labia, erant ne aperta, an clauſa labia? ſi labia erant aperta, vana ergo depræcatio, ſed ſi erant clauſa, quomodo dicere valebas. *Domine labia mea aperies*, hæc eſt diuina conditio, vt in eadem petitione, gratia iam ſit conceſſa, *antequam clament ad me exaudiam eos, adhùc illis loquentibus ego audiam: vt humanam*, ait Cyrillus, *argueret inertiam, cum promptior ſit Deus in gratiarum largitione, quàm homines in petitione*. Peto (ob maiorem confirmationem) eſt ne velocior potentia viſiua, aùt auditiua ad operationem? vtique reſpondebitis, & benè, velociorem eſſe potentiam viſiuam potentia auditiua, hinc priùs à nobis fulgur videtur, quam tonitru ad noſtras perueniat aures, licèt eodem tempore fiant, & oratio eſt, quia fulgur potentiæ viſiuæ obiectum illicò peruenit ad oculos, at Tonitru obiectum auditiuæ potentiæ tranſit per aerem à quo impeditur, ne ſit ita velox ſicut fulgur: peto ergo, quomodo Deus exaudit orationes noſtras oculis, an auribus? auribus vtique non oculis reſpondebitis: cum ea, quæ audiantur ſint obiectum potentiæ auditiuæ. Sed ò res miranda Deum oculis orationes noſtras exaudire ſcribitur, audite Dauidem Pſal. 101. *Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de Cęlo in Terram aſpexit*, ad quid? *Vt audiret gemitus compeditorum*, oculis ergo Deus audit, hoc facit, vt quidam vir Doctor aſſerit. *Vt Deus ſuam promptitudinem in exaudiendo oſtenderet, quia viſus auditu velocior eſt.* 3. Reg. poſtquam Salomon magnificum illud Templum Deo dicatum ædificari curauerit ob tantos labores, & expenſas humiliter diuinam Maieſtatem depræcatus eſt, vt hanc ei gratiam concedere dignaretur, ſcilicet. *Vt ſint oculi tui aperti ſuper domum iſtam die, ac nocte*, ſed ad quid Salomon hoc perijt à Domino? forſan, vt Deus hanc ſacram domum admiraretur? an, vt eam ab inimicis defenderet? non certè ſed, vt exaudias orationem ſerui tui, quia Salomon, Deum oculis orationes noſtras exaudire putabat, & ita Deus noſtris precibus eſt celer antequam enim orationem tuam finias iam exauditus es, Oſeas 6. deſcribens egreſſum Domini ex Regia Paradiſi, ait, Deum aurora ſurgere. *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius*, quare ita diluculo Deus ſurgit, & egreditur, & portæ Paradiſi aperiuntur?

Cum Princeps, aliquem heroem, & magnum Principem expectat, vt in ſua Regia hoſpitetur, non expectat, vt ille ad palatium perueniat, ſed præuenit eum in campeſtris locis, cunctis aulicis, & nobilibus, equis, & curribus, vt tanto Principi conuenit, omni honore, ac lætitia eum excipiens, dùm ergo Deum ita diluculo ex ſuo Regio Palatio egredi deſcribit Propheta, & cum eo omnes cęleſtes aulicos. *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium*, neceſsè eſt dicere, quod Deus aliquem excelſi nominis Principem in cęleſti regia hoſpitandum expectet, vultis ne ſcire, quis ſit iſte magnus Princeps? legitote idem caput Oſeæ, & inuenietis, quod priùs dixerat. *In tribulatione mane conſurgent ad me*, quaſi diceret Deus, quia Animæ afflictæ mane ſurrexerunt, vt à me gratias, & indulgentias expoſtularent, ideò eas præuenire volo, quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, vt antequam orationi finem darent, quidquid exoptare poſſunt concederem eis: 3. Reg. 18. ſcribitur. *Deus, qui exaudierit per ignem ipſe ſit Deus*, & 1. Paralip. 21. *Et exaudiuit eum in igne de Cęlo ſuper Altare holocauſti*, quare Deus in igne ſe exaudire oſtendit? quia dicit D. Baſil. ignis cunctis elementis velocior eſt, vt ita Dei celeritas in noſtris orationibus oſtenderetur, vnde Pſalmographus diceba. *In die tribulationis mea clamaui ad te, quia exaudiſti me*, mirum quidem nam dicere debebat, quia clamaui ad te exaudiſti me, & non clamaui, quia exaudiſti, ſed hoc innuit Dauid, vt diuinam promptitudinem oſtenderet, antequam clament exaudiam eos, immò deſiderium pauperum exaudiuit Dominus præparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Sed hoc animaduertens, quidam Doctor petit, quare tàm citò Deus fidelium orationibus occurrit cum antequam clament exaudiantur, & reſpondet. *Vt ſuauem dulcemque orantium muſicam audire poſſet, maximè cum delectatur Deus orationis concentu*, & ſi aliquando Deus differt, gratias concedere petentibus, hoc facit, vt orationum concentu poſſit frui.

Sed pete quomodo debet eſſe oratio, vt dulcem, ac ſuauem diuinis auribus exhibeat concentum, huic petitioni reſpondet Dauid Pſal. 101. dicens. *Reſpexit Dominus in orationem humilium*, quod Textus Hebræus legit, *in oratione cicadæ*, & quamuis nonnulli dicant, quod ideò reſpexit Deus in oratione cicadæ, quia cum ſit animal vile è paruulum eſt ſymbolum humilitatis, quæ maximè placet Deo, vnde Dauid dicebat. *Humiliatus ſum vſquequaque Domine*, alij dicunt, reſpexit in orationem cicadæ, quia eſt ſymbolum fidei, quàm debet habere orans, hoc enim animal, vt inquit Plinius ſolem non intuetur, & eſt quaſi non videns, attamen erga ſolem adeò vociferatur, donec vitam deperdat; alij dicunt eſſe ſymbolum perſeuerantiæ; nam in meridie, in maiori diei calore, dùm cuncta animalia ſilent, cicada magis, ac magis vociferatur, vnde Poeta cecinit.

in orat. de prouid.

Sole ſub ardenti reſonant arbuſta Cicadæ.

Sed quod magis nobis placet eſt reſponſio D. Greg. Nazianz. dicit enim Cicadam animal muſicæ dicatum, habet enim lyram, non in ore, ſed in pectore, vt oſtenderetur illam orationis muſicam gratam eſſe Deo, quæ ex pectore ex corde procedit, ne dicatur nobis populus hic labijs me honorat cor autem eorum longè eſt à me, vt faciebat Dauid, pſallam mente pſallam corde.

Orationes noſtræ ſunt Dei dilitiæ ſecundum mentem Ven. Bedæ exponens illa verba Prouerb. 8. dilitiæ meæ eſſe cum filijs hominum, ait Beda. *Delitias, quas reputat ex noſtra oratione*, vnde Cęleſtis Sponſus, Sponſæ Animæ alloquens dicebat. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis*, quod Chaldęus legit. *Quoniam vox tua ſuauis eſt in oratione.*

Tanta eſt vis orationis, & præcipuè multorum, quod nunquam legitur rediſſe vacuam; vnde dixit Chriſtus per Euangeliſtam Matthæum cap. 18. *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram; de omni re quacunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui eſt in Cęlis*, ſuper quem locum D. Petrus Chryſol. ſer. 132. inquit. *Vbi ſunt qui præſumuntur Eccleſiæ conuentum poſſe contemni, & ſolitarias preces Venerandæ Congregationi autumant anteferri: ſi duobus, vel tribus ſimul poſitis medium ſe futurum, & omnia ſe promittit, quæ poſtulatus fuerit præſtaturum*; hinc Tertull. dicebat. *Coimus in cętum, & Congregationem, vt ad Deum quaſi manufacta præcationibus ambiamus orantes*, (& concludit) *hæc vis Deo grata eſt*, & D. Chryſoſt. *Deus frequenter reueretur multitudinem vnanimem, & conſentientem in precando, vt velut pudore victus non audeat illis negare.*

lib. de or. Dom. — *hom. 2. in ep. ad Cor.*

1. Reg. c. 17.

Cum Populus Hebræus Regem ſibi conſtitui à Samuele Propheta expoſtularet; præcepit Samuel, vt congregaretur Populus in Maſfat, loco orationis. *Congregate mihi vniuerſum Iſrael, vt orem pro vobis*, hoc fecit Propheta, vt notauit Carthuſianus in hunc locum, quia ſic ſecurus erat de gratia obtinenda; hæc ſunt verba Carthuſiani. *Quatenus ex multarum præſentia ſacierum, exaudibilior eſſet eius oratio*, vnde D. Amb. dicebat. *Multorum preces impoſſibile eſt contemni.*

lib. de pęnit.

Nicolaus de Lyra aduertens, quod antequam Daniel Nabucdonoſor ſomnium, eiuſdemque interpretationem declarare valeret, voluit cum tribus illis Sanctis pueris, Anania, ſcilicet Azaria, & Miſaęle, ſimul preces, orationeſque fundere ad Deum, vt doceretur de reuelatione ſomnij. *Tunc Danieli*, ait Textus cap. 2. *Myſterium per viſionem noctv reuelatum eſt*. Nicolaus de Lyra efficaciam huius orationis Danielis tribuit, quia ſimul cum illis Sanctis iuuenibus orauit, & ita inquit. *Adiunxit enim ſibi ſocios in orando, quia oratio multorum, & maximè bonorum, eſt multum exaudibilis.*

cap. 17.

Narrat Euang. Lucas qnod cum Chriſtus ingrederetur quodam caſtellum occurrerunt ei decem viri leproſi, qui à longè ſteterunt, & leuauerunt vocem ſuam dicentes. *Ieſu præceptor miſerere noſtri.* Euthymius hunc locum exponens, admiratur, quod omnes ſimul clamauerunt, putans fortaſsè, quod meliùs eſſet, quod vnus poſt alium profectus fuiſſet ad Chriſtum, & propriæ ſanitatis gratiam expoſtulaſſet, at quaſi in ſe reuerſus animaduertit, quod leproſi de gratia obtinenda tuti eſſe volebant, & quia multorum oratio, non poteſt non exaudiri, ideò omnes ſimul leuauerunt vocem ſuam dicentes. *Ieſu præceptor miſerere noſtri*, hæc ſunt verba Euthymij. *In vnam ſocietatem conuenerunt homines illi accedentes ad Chriſtum, vt non ſolo cogente eos morbo communi, ſed ſtudio coniungente, vt quaſi facta manu Chriſtum expugnarent, nam quod charitatis vnanimitate petitur, citò impetratur.*

Clementiſſimus Redemptor noſter perpendens ex vna parte quantum Aeterno Patri pro immenſis beneficijs, & donis nobis collatis, teneremur, & præcipuè, quia Vnigenitum Filium ſuum carne indutum, & morti ſubiectum pro totius mundi ſalute nobis tradere dignatus eſt, & ex altera vero parte conſiderans, quod cum ſit homo, creatura finita, non poſſit infinitè operari, & dignas (vt par eſt) Summo, & Immenſo Benefattori laudes perſoluere, non valeat, ne homo, pro tot immenſis beneficijs, tamquam ingratus repræhenderetur, & puniretur, & quod magis eſt vt infinitè Deum laudare poſſemus. Diuinam inuentionem adinuenit, quæ fuit Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum inſtituens, quo ſua Carne, Sanguine, Anima, & Diuinitate participes nos faceret, vt optimè fatetur D. Ioannes Damaſcenus loquens de Sanctiſſima Euchariſtia his verbis. *Per eam communicamus Chriſto, participantes eius Carne, & Deitate*, quaſi diceret per hanc Diuiniſſimam Euchariſtiam, omnia, quæ ſunt Chriſti, fiunt quodammodo noſtra, vnde caro, diuinitas, merita, virtutes, & reliqua dona, quæ propria ſunt Saluatoris, fiunt communia inter Chriſtum, & Animam dignè Euchariſtiam ſumentem, cum igitur tantum Sacramentum in te recipis, tunc ſimul cum Saluatore verè omnium quæ Chriſti ſunt, Dominum efficeris; ſed quia ſolùm Aeternum Verbum po-

l. 4. de fide c. 14.

teſt Deo

reſt Deo Patri dignas, & infinitas perſoluere laudes, dùm ergo idem Aeternum Verbum in
tuo pectore moratur, eaſdem diuinas laudes, quas ipſum Patri perſoluit, ſuas eſſe, quis negare
poterit? & ita per hanc admirabilem Diuiniſſimæ Euchariſtiæ inuentionem dignè poteris
Deum laudare, & magnificare.

Propheta Iſaias fatetur ſe Deum vidiſſe ſedentem ſuper ſolium excelſum, & quod Seraphim *cap. 6.*
ſtabant laudantes Deus, & dicentes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, & id quod valdè admiror eſt,
quod Seraphim habebant ſex alas, quarum duabus velabant faciem ſuam, ait Sacer Textus,
ſed D. Theodoretus legit. *Velabant ora*, ſed ſi velabant ora quomodo canebant? ſed ſi benè *ſuper c. 2.*
Deum laudabant, quare velabant ora? puto quod Seraphim immenſam Dei maieſtatem *Ezech.*
conſiderantes omnem laudem, quàm Creaturæ Deo tribuere potuiſſent inſufficiẽtem, & non
dignam eſſe cenſerent, & ideò velabant ora, accidit eis, veluti cantoribus euenire ſolet, qui
dùm concinunt, ſi fortuitò diſſonam emittunt vocem, illicò propria manu os ſuum coope-
riunt, vt quantum eis hoc diſpliceat ſe, oſtenderent, ita euenit cœleſtibus illis cantoribus, qui
non dignè, nec vt par erat Deum laudaſſe putantes, ora velabant, vt innuerent, nos potiùs
immenſam Dei Maieſtatem ſancto ſilentio venerari debere, quàm putare nos aliquod Deo
dignum dicere poſſe, nam in hoc nos Theologi monent, propter eminentem materiam, vt
meliùs ſit nos agere. *De modo tacendi, quàm de modo loquendi.*

D. Ambroſius monet nos, vt ad Deum laudandum Cęli aues imitemur, qui diù noctuq;
gratias Deo referre non ceſſant, & præ omnibus auibus, ait Ambroſius luſciniam imitari de-
bemus his verbis. *Imitare frater minutas aues manè, & veſperi creatori gratias referentes; & ſi* *ſer. 43.*
deuotior imitare luſciniam, cui quoniam ad dicendas laudes dies ſola, non ſufficit, nocturna ſpatia per-
uigil cantilena decurrit. Quis neſcit, aùt ignorat Prophetam Regium, non fuiſſe verè luſci-
niam, qui diù noctuq; Deo laudes perſoluere nunquam ceſſauit? *Deus meus clamabo per diem*,
& ecce dies. *Memor fui nocte nominis tui Domine*, & ecce nox. *Mane oratio mea præueniet te*,
& ecce mane. *Veſpertina oratio aſcendet ad te Domine*, & ecce ſerò. *Meridie narrabo, & annun-*
ciabo, & ecce meridies. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, & ecce media nox. *Septies*
in die laudes dixi tibi, &c. quaſi luſcinia laudes Deo perſoluebat.

D. Aug. conſiderans illud Apoc. 8. *Factum eſt ſilentium in Cęlo quaſi media hora*, & quod *in Pſ. 23.*
illo tunc data ſunt Deo multa incenſa, quæ ſunt orationes Sanctorum, ait. *Auſcultat Cœlum*
orationes Sanctorum.

DE PACE.

1 Diuus Auguſt. Pax cœleſtis Ciuitas eſt ordinatiſſima, & concordiſſima ſocietas *de Ciu. Dei*
fruendi Deo. *19. c. 13.*

2 Idem. Nemo dicat fratres chariſſimi, quod temporibus noſtris martyrum *ſerm. de*
certamina eſſe non poſſunt, habet enim pax noſtra martyres ſuos, nam ſicut *tẽp. c. 150.*
frequenter ſugeſſimus iracundiam mitigare, libidinem fugere, iuſtitiam cuſtodire, auari-
tiam contemnere, ſuperbiam humiliare, pars magna mortis eſt.

3 Idem. Sic oportebat demonſtrari Spiritum Sanctum venientem ſuper Dominum, vt *tract. 6. in*
intelligat vnuſquiſque ſi habeat Spiritum Sanctum ſimplicem ſe eſſe debere ſicut colum- *Ioan.*
bam, habere cum fratribus veram pacem, quàm ſignificant oſcula columbarum.

4 Idem. Nihil aliud appetit Satanas veneno ſiſſima verſutia ſua, niſi vt corrumpat, atque *l. 3. contra*
diſrumpat vinculum pacis, & charitatis, quo conſeruato inter Chriſtianos, vires eius om- *Parmen.*
nes inualidæ ſunt ad nocendum, & muſcypulę inſidiarum comminuntur, & conſilia *to. 7.*
euaneſcunt.

5 Idem. Pacificos Columba portauit ad arcam portans oliuam cum fructus, quia non *in pſ. 127*
habet ſola verba pacem ſonantia, ſed & fructum charitatis.

6 Idem. *De tempore Domin. cum Rogationibus.* Fęlices pacifici, quoniam Filij Dei voca- *ſer. 169.*
buntur: meritum chriſtianæ virtutis vileſcit in cunctis ſi vnitatem non habent pacis, nec
peruenit ad vocabulum filij, niſi per nomen pacifici.

7 Idem. Filius Dei eſſe incipit, qui pacificus eſſe cœpit. *ibidem.*

8 Idem. Non vult filius dici, qui pacificus non vult inueniri, negat ſibi Patrem Deum,
qui hæres pacis eſſe nequiuit.

9 Idem. Pax dilectionis Mater eſt, concordię vinculum, ac puræ mentis inditium ma- *ibidem.*
nifeſtum.

ſer. 2. ad fratr. in eremo. 10 Idem. O pax Hæremitorum Mater, monachorum Soror, tu Patriarcharum vinculum, Prophetarum vehiculum, tu Apoſtolorum refugium, tu Martyrum ſolatium: ô Pax Dei ædificium, te non poſſunt dextruere Principum fulmina, inſultus Dæmonum, te in nullo cædere, poſſunt; ô pax ſine te Reges non regunt, ſine te regna non valent.

ibidem. 11 Idem. O pax tu mentis ſerenitas, Animi tranquillitas, amoris vinculum, charitatis conſortium: hæc eſt illa ſumma fęlicitas, quæ bella compeſcit, iras comprimit, diſcordes ſedat, inimicos concordat, cunctis placet à cunctis optatur, ſed à cunctis malis illa, quæ bona eſt pax fugitur, & oditur mors.

li. de contemp. c. 7. 12 Idem. Pax perfecta tunc erit nobis, quando natura noſtra Creatori ſuo inſeparabiliter cohærente nihil nobis repugnabit ex nobis.

ſer. 57 de verb. Dñ. 13 Idem, *loquens de pace*. Hanc, qui accepit teneat, qui perdidit repetat, qui amiſit exquirat; quoniam qui in eadem non fuerit inuentus abdicatur à Patre exhæredatur à Filio, & à Sancto Spiritu alienus efficitur.

14 Idem, in verba Pſal. 36. *Manſueti autem hæreditabunt terram, &c.* Delectetur hic impius, ille in multitudine auri, in multitudine argenti, in multitudine mancipiorum, in multitudine poſtremò opum diuerſarum, vinolentiæ, & locupletiſſimorum conuiuiorum. Quæ erunt autem deliciæ tuæ? (Et delectabuntur in multitudine pacis.) Aurum tuum pax, argentum tuum pax, prædia tua pax, vita tua pax, Deus tuus pax.

l. 19. de Ciuit. c. 11. 15 Idem. Tantum eſt pacis bonum, vt etiam in terrenis, atque mortalibus nil gratiùs ſoleat audiri, nihil deſiderabiliùs concupiſci, nil meliùs inueniri, nil fęliciùs poſſideri.

ſer. 57. de verb. Dñ. 16 Idem. Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, amoris vinculum, conſortium charitatis.

ſer. 27. de cõmunib. 17 Idem. O pax, beatus qui te habet, maledictus qui te odit, & qui te impedit, & frangit inter homines.

18 Idem, in verba Pſa. 84. *Non eſt pax impijs.* Amant ſe duo iſta, Iuſtitia, & pax, & oſculantur ſe, vt qui fecerit iuſtitiam, inueniat pacem, oſculantem iuſtitiam. Duæ amicæ ſunt, tu fortè vnam vis, & alteram non facis. Nemo eſt enim, qui non vult pacem, ſed non omnes volunt operari iuſtitiam. Si amicam pacis non amaueris, non te amabit ipſa pax, nec veniet ad te.

lib. de Ioſeph c. 13 19 D. Ambr. in illa verba Matth. 10. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Ob id mittit diſcipulos ſine baculo, & ſine virga, vt incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis.

20 Bern. *De modo bene viuendi ad ſororem cap. 41.* Soror chariſſima crede mihi, quod Deo non tantum placent noſtra ieiunia, noſtræ orationes, noſtra ſacrificia, quantum concordia.

in ſerm. 21 Idem. Domine, pacem volo, pacem deſidero, & nihil amplius.

ſuper pſ. 7 22 Caſſiod. Pax eſt tranquillitas, & quies animorum concordantium in bono.

23 Idem, ſuper illud Pſal. *Factus eſt in pace locus eius.* Pax vera eſt, concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitijs.

lib. de or. Domin. orat. t. de pace. 24 Cyprian. Concordes, atque vnanimes eſſe in domo ſua Deus præcipit, & quale, nos fecit ſecunda natiuitate, tales vult renatos perſeuerare, vt qui Filij Dei eſſe cæpimus, in Dei pace maneamus, & quibus ſpiritus vnus eſt, vnus ſit animus.

25 D. Greg. Nazian. Deo, & Angelis proprium eſt pugna, & diſſidia, neſcire.

ibidem. 26 Idem. Omnes qui pacis bonum amplectuntur, atque contrariam diſcordiam, & ſeditionem inferre oderunt ad Deum, & diuinas mentes accedunt.

27 Idem, *orat. 12. quæ eſt prima de pace.* Sanctos Angelos non minus Deum vnicum intelligere propter vnitatem eſſentiæ, quàm propter concordiam inter ipſas diuinas perſonas.

28 Idem, ſuper illud orat. 14. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Pacem reuereamur, quàm nobis hinc diſcedens, quaſi quiddam legatum reliquit.

mor. 33. 29 D. Greg. Sicut noxium eſſe ſolet ſi vnitas deſit bonis, ita pernicioſum eſt ſi adſit malis, ſi peruerſos, quidem vnitas corroborat dum concordat, & tanto incorrigibiles, quanto magis vnanimes facit.

30 Idem, in verba Pſal. 75. *Et factus eſt in pace locus eius.* Sicut in pace factus eſt locus Chriſti, ita in diſcordia niſi locus Diaboli.

31 Idem, in verba Matth. 5. *Beati pacifici, &c.* Si illi vocantur Filij Dei, qui pacem faciunt, Sathanæ procul dubio filij ſunt, qui pacem facere nolunt.

32 Gloſſa Ord. in verba Matth. 5. *Beati pacifici, quoniam Filij Dei vocabuntur.* Maximam

ergo

ergo dignitatem habent pacifici; ſicut qui filius Regis dicitur, in domo Regia ſummus eſt.

33 Idem, in verba Luc. 24 *Pax vobis*. Qui pacem dedit, vno verbo, omnia bona dedit.

34 D. Hieron. Pax quærenda, vt bella fugiamus, nec ſufficit eam quærere, niſi inueniam, *epiſt. 4.*
fugientemque omni ſtudio perſequamur.

35 Hugo. Lingua quandoque pacem prædicat, ſed ſæpiùs turbat, cum autem habitus, cor, *de clauſtro*
& lingua concordant pacem ſeruant, vbi vero diſſoluta diſcurrit, pacem ſoluit. *animæ l. 3*

36 Ioan. Chryſoſt. Tale bonum eſt pax, vt Filij Dei vocentur eius effectores, & opifices, & *cap. 9.*
meritò; nam Dei Filius ideò quoque venit in Terram pacificaturus, quæ in Terra, & quæ *homil. ſeu*
in Cœlis. *or. 3. in ep.*

37 Idem. Vbi pax eſt, ibi omnia proſperabuntur. *ad Coloſſ.*

38 Idem. Si enim Animi pace non fruamur, etiam ſi nullus hoſtis inuadat, ſumus omnium *de comp.*
miſerrimi, qui viuunt in terra. *ſuper. pſ. 4*

39 Lactantius. Si enim facti ab vno Deo, & orti ab vno homine conſanguinitatis iure ſo- *Epitom.*
ciamur, omnes igitur hominem diligere debemus. *cap. 5.*

40 Petrus Rabbanus, ſuper illud Matth. 10. *Pax veſtra ad vos reuertatur*. Pax quæ de ore
Prædicatoris profertur, aüt requieſcit in domo ſi in ea fuerit, filius pacis, aüt ad ipſum præ-
dicatorem reuertitur tamquam fructus.

41 Plato. Nihil pernicioſiùs Ciuitati, quàm diuiſio, & nihil meliùs quàm vnio. *de Reſpub.*

42 Theodor. Voluit Deus ex vno viro, & ex vna muliere ſubſiſtere vniuerſæ; hominum *q. 43. in*
genies, vt in concordiam coirent, tamquam ex vna radice florentes. *Gen.*

43 D. Thom. Vide igitur quantum bonum ſit Pax, quæ, & Filium Dei de Cœlo in Terris *2. 2. q. 29*
attulit, & Filios Dei conſtituit eos, qui paci operam nauant.

44 Idem. in illa verba Matth. 5. *Beati pacifici quoniam Filij Dei vocabuntur*. Ideò pacifici di- *opuſ. 7. de*
cuntur Filij Dei, quia ſunt ſimiles Deo; quia ſicut Deo nihil nocere poteſt; ita nec eis. *or. Dom.*

45 Xenoph. Hæ dicuntur beatiſſimæ Reipublicæ, quæ plurimo tempore in pace vixerunt. *lib. de ve-*
ctig.

MANTISSA
AD PACEM.

P*Acem habete, & Deus pacis erit vobiſcum*. 2. Cor. 13. quaſi diceret Apoſtolus; non ignoro vos, magno, & ardenti deſiderio teneri, quod Deus in cordibus veſtris inhabitet, & quieſcat, vt eius diuina Præſentia omnibus ſupra cœleſtibus bonis, & gratijs repleamini; ſed animaduertite inquit Apoſtolus, quod nullatenus diuina præſentia perfrui poteritis, niſi Pace condecorati fueritis, vnde Pſalmographus Pſ. 75. de Deo loquens, dicebat. *Factus eſt in pace locus eius*; in quem locum D. Greg. ait. *Sicut in pace factus eſt locus Chriſti, ita in diſcordia fit locus Diaboli*. Quàm diuinam Pacem, vt habere poſſitis, opus eſt vobis, mundum fugere, & ab eo vos elongare, vt ipſemet Deus per Oſeam 2. docuit, dicens. *Ducam eam in ſolitudine, & loquar ad cor eius*.

Veniat quæſo vobis in mentem viſio illa, Iſaïæ 6. in qua refert, ſe vidiſſe. *Dominum ſedentem, ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes*, & vt in alio loco dictum eſt; Angeli alis illis, ſe ipſos celabant, vt oſtenderetur, quod ſi cupimus eſſe Seraphim amore ardentes, neceſsè eſt deliteſcere, Dauidem imitantes, qui Pſal. 54. dicebat. *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.*

Vt oſtenderet quidam à ſuo corde omninò odium, & indignationem abeſſe, candidiſſimam Aquilam, abſque vnguibus, & abſque roſtro, depingi mandauit, cui tale addidit dicterium. (*Bella gerant alij*) quaſi diceret, belligerent alij, quia ego pacem amplecti decreui. Aquilam hanc Chriſtum eſſe, quis non fatebitur? ita Ezechiel dixit. *Aquila grandis magnarum alarum*, candidiſſimas plumas habens. *Candor lucis æternæ*, abſque vnguibus, quia *non rapinam arbitratus eſt*, ſed ex omni parte pacem oſtendit. *Ipſe eſt pax noſtra*, quàm dicterio declarat. *Bella gerant alij*; vnde ſtetit in medio diſcipulorum, & dixit eis. *Pax vobis*, immo Chriſtus in omnibus ſuis operationibus, & actionibus iugiter pacem afferre excogitauit, ſi carnem
aſſump-

Digitized by Google

aſſumpſit humanam, hoc fecit. *Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis*, ſi naſcitur cœleſtis concentus auditur. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, ſi in terris commoratur, eius hoſpitium eſt Pacis. *Dominus commorabitur in Sion*. Aulici eius fuerunt aulici pacis. *Quàm pulchri pedes euangeliʒantium pacem*, ſi legatos mittit, ſunt legati pacis. *Dominus modicum iratus, ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis*, ſi decalcat tramites ſunt tramites pacis. *Omnes ſemitæ eius pacificæ*, ſi filios habet, ſunt filij pacifici. *Beati pacifici, quoniam Filij Dei vocabuntur*, cogitationes eius ſunt pacis. *Ego cogito cogitationes pacis*, ſi teſtatur, eius hæreditas eſt pax. *Pacem relinquo vobis*, ſi moritur, pacem ſtabilit. *Pacificans per ſanguinem Crucis*: ſi à mortuis reſurgit, nil aliud habet in ore niſi pacem. *Pax vobis, pax vobis*, & vt pacem coacervaret, & diſcordiam expelleret, quid non fecit? quid non operatus eſt? quia inter gentes diuerſorum Regnorum, ſolet aliquando diſplicentia adeſſe, coacervauit nos in vno Regno. *Feciſti nos Deo noſtro Regnum*, & quia in quolibet Regno, quamplures adſunt Vrbes, & inter gentes diuerſarum Vrbium diſſenſiones oriri ſolent, ideò concives vnius Vrbis nos fecit. *Vos eſtis Ciues Sanctorum, &c.* & inter Ciues eſſe ſolent inimicitiæ, & ſeditiones, hinc in vnam et domo nos coacervauit. *Qui habitare facit ſteriles in domo, Matrem filiorum lætantem*, & quia inter parentes oriri ſolent diſcordiæ, ideò vt omnes nos fratres eſſemus effecit. *Vnus enim eſt Pater veſter, qui eſt in Cœlis*, & quia inter fratres adſunt aliquando diſſenſiones, fecit nos vnum corpus. *Vnum corpus, & vnus ſpiritus*, & quia inter eadem membra vnius corporis, aliquando intuemur diſsimilitudines, vult vt vnum, & idem omnia membra ſint, *Rogo Patrem, vt omnes vnum ſint, &c.*

Ad ſtabiliendam pacem variæ fuere inuentiones repertæ, & omnes quidem pulcherrimæ, nonnulli panem frangebant, vnde de Pitagora ſcribunt. *Panem ne frangito*, dùm enim accumbebant, accipiebant panem, & illum frangebant, & hoc ſignum erat pacis hinc mittebantur legati, ad pacem ſtabiliendam, panem in manu deferentes, ſymbolum pacis, & aliquando infractione panis prodigiosè ſanguis exiuit, vt refert Alexander ab Alex. & fuit Augurium futuri belli.

Geneſ. 30. legitur, quod cupientes Iacob, & Laban inter ſe pacem ſtabilire congregantes lapides fecerunt tumulum, comederuntque ſuper eum panem, Chriſtus Dominus noſter in fine vitæ ſuæ accumbens, & gratias agens Patri accepit panem benedixit, deditque diſcipulis ſuis dicens. *Accipite, & manducate, hoc eſt Corpus meum*, hoc enim fecit, vt ſimul cum pane illo pacem Diſcipulis daret; audite D. Cyrillum, *Sicut panis conficitur ex multis granorum, & vinum ex multis racemis, ita etiam nos vnum ſumus*.

Herodotus lib. 1. & Lucianus Cyprius referunt, quod Scythæ in ſtabilienda pace anularem digitum manum, & frontem feriebant, & eò ſanguine inſtrumenta militaria inſpergebant, putantes, quod per ſanguinem illum Bellica inſtrumenta inhabilia ad bellum redderentur, & Dei Filius pacem ſtabiliens inter nos, & Deum, & manum, & frontem vulneratum habere voluit; pacificans per ſanguinem Crucis, & inſtrumenta militaria non ſolùm reddita ſunt inhabilia, ſed confracta; audite Dauidem Pſal. 75. *Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum gladium, &c.* confirmat hoc D. Aug. in hunc locũ. *Confracta ſunt inſtrumenta bellica igitur pax ſumma*.

Perſæ ſimul cum inimicis ſanguinem emitti faciebant in eodem vaſculo, qui miſcebatur, & ita, vnam Animam effici opinabantur, ſecundum ſententiam illorum, qui animam in ſanguine reſidere affirmabant.

Chriſtus, qui iniquos, odio habuit Pſal. 18. pacem ſtabilire cupiens, fit compoſitio Dei, & hominis, ſanguinem fundit, & vna eademque fit anima idemque ſpiritus cum ipſo, vnde ſtabilitur pax, ſanguinis ergo ille, ſanguis pacis debet dici. *Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium, in ſanguine teſtamenti æterni*, ad Rom. 13. aût, vt legunt Septuaginta. *In ſanguine fœderis, & pacis*.

Euariſtus, & Prudentius Poetæ inquiunt, quod Græci, & Romani pacem ſtabiliebant vitulo, vtens hac ceremonia, deducebatur ſummus Sacerdos à populo, & vitulus paucorum annorum criſtam in cornibus deferens in loca campeſtria iuxtà torrentem aquarum traducebatur, vbi ligneus Pons fingebatur, per quem Pontifex aſcendens vitulum vulnerabat, & poſteà ſub ponte, vituli ſanguine Pontifex aſpergebatur. Summus Pontifex eſt Chriſtus Dei Filius. *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech*, qui vt pacem inter Deum, & homines ſtabiliret, intuens torrentem peccatorum mundum inundantem. *Maledictum, mendacium inundauerunt*, Oſea 4. ligneum pontem Crucem, ſcilicet format, victima eſt Chriſti humanitas, ſanguine aſpergitur, quàm Aeternus Pater intuens placatur, & populus veneratur. *Reuertebantur percutientes pectora ſua*, vnde Paulus Apoſt. ad Hebræos 9. dicebat. *Chriſtus aſſiſtens Pontifex, &c.*

Inco-

Incognitus in Pſal. 18. quærit, quare cum Saul à ſpiritu maligno vexaretur, ad ſonum cy-
tharæ Dauidis deſinebat ſpiritus malus torquere Saul? reſpondet Incognitus. *Spiritus mali-
gni melodiam cantus maximè ſpiritualis odiunt propter concordiam vocum, vt ipſa audita fuerit.*

D. Epiphanius quærit quare Malachia, ita dictus ſit, cum Malachia idem ſonet, ac Ange- *de vit. Pro*
lus? & dicit. *Cum populus vniuerſus, non minore ſanctimonia, quàm manſuetudine prædictum co- phet.*
leret imdiderunt illi nomen Malachil, quod ſi quis interpetramentum requirat ſonat Angelus. Diuus
Ambr. loquens de Moyſis honoribus, & magnitudinibus, ait. *Meritò æſtimatus eſt ſupra ho-
mines, vt vultui eius non poſſent intendere, & ſepulturam eius non repertam crederent, quia ſic ſibi
totius plebis mentes deuinxerat, vt plùs eum pro manſuetudine diligerent, quàm pro factis admi-
rarentur,*

Ita Deus iugiter pacem zelatus eſt, vt omnem diſſenſionis cauſam omni conatu remouere
ſtuduerit, hinc num. cap. 33. præcepit Moyſi, vt iret in terram Canaam, eamque dimetiens,
diuideret per tribus, & vnicuique tribu partem ſuam deſignaret, & antequam Moyſes terram
diſtribuere cœperit, iterum Deus Moyſem vocans, mandauit ei dicens. *Sors tribut terram
diuidat.* Nicolaus de Lyra, ibidem, inquirens quare Deus voluerit terram illam ſorte diuidi,
& non, vt antea præceperat, reſpondet. *Voluit, vt diſtributio fieret per ſortem ad tollendas con-
tentiones, quæ humano conſilio facta facilè naſcerentur.* 2. Reg. 3. loquens Spiritus Sanctus de ve-
ſte Prophetæ Aia, inquit, hanc veſtem in duodecim partes fuiſſe diuiſam, ſeù ſciſam, *& pal-
lium,* ait Textus. *Suum nouum ſcidit in duodecim partes*; at de veſte Christi, inquit, Ioannes 19.
Non diuidatur, ſed ſortiamur de illa cuius ſit, & miſerunt ſortem ſuper veſtem, quare ergo ve-
ſtis illa Prophetæ ſcinditur, non autem veſtis Christi? quia ſcilicet veſtis illa Synagogam ſigni-
ficabat, quæ propter diſſenſiones diuidi debebat. *Omne Regnum in ſeipſum diuiſum deſolabi-
tur*, hæc autem Christi veſtis Sanctam Eccleſiam ſignificat, quæ propter vnionem, & pacem
inſublimanda erat, audite D. Bern. ibidem. *Diuiſa illa ob inſenſatam illorum destructionem, in-
conſutilis iſta, propter indiſſolubilis charitatis indiuiduam vnitatem*, & locum illum, in quo pacem
regnare Deus intuetur omnibus benedictionibus, & gratijs Deus replet, & vbi pax abeſt, adeſt,
& Sathan. Gen. 1. opus primi diei, opus tertij diei, opus quarti diei, & ſic de reliquis diebus
ſemper Deus benedixit, ſolùm abſque diuina benedictione remanſit opus ſecundi diei, illau-
datus remanſit, quare hoc? quia in ſecunda die nil aliud fecit niſi, rem vnam ab altera diui-
dere; audite Textum, diuiſit lucem à tenebris, aquas ab aquis, & vbi agitur de diuiſione, no-
luit Deus benedicere, audite D. Petrum Chryſolog. *Non poterat ſecundus dies, qui diuiſionem
fecerat diuina ſententia comprobari.* Dixit Deus Moyſi, quod ſi populus, aùt aliquis eorum
peccaret, aliquod animal in ſacrificium pro expiatione offerrent, & inter animantia, quæ
Deus ſibi offerri mandauit, nullam prorſus de Gallo mentionem fecit, & tamen Gallus eſt
ſymbolum ſapientiæ vnde Iob dixit. *Quis dedit Gallo intelligentiam?* inſeruit nobis tamquam
Horologium, & memorat Petri pœnitentiam: quare ergo non fuit memoratus in ſacrificijs?
quia bipartitum habet cor eodem enim tempore vno oculo Cœlum reſpicit, & altero terram,
audi G. Geminianus. *Gallum ad ſacrificium habere noluit, quia dùm oculum vnum in terram de- li. 40. c. 53*
primit, alterum in aera dirigit.

Poterat Deus in principio creationis multos homines multaſque mulieres creare, ſed no-
luit quare hoc? reſpondet D. Theodoretus. *Voluit Deus ex vno viro, & ex vna muliere ſubſi- quæſt. 4. in*
ſtere vniuerſalitatem hominum, vt in concordiam conuenirent, tamquam ex vna radice florentes, cu- gen.
*ius gratia vnum quidem virum, & ex eo, vnam formauit mulierem, & ex eorum genere repleuit
vniuerſam terram*, vndè D. Ambr. expendens illud Matth. 11. *Nolite poſſidere aurum, neque lib. de Io-*
argentum, &c. ait: *Ob id miſit diſcipulos ſine ſacculo, & ſine virga, vt & incentiua litis, & inſtru- ſeph c. 23*
menta eriperet vltionis.

Sophoniæ cap. 3. intuens Deus non ſolùm Iudæorum populum à via recta declinare, & in-
numerabilibus ſe immiſcere ſceleribus, ſed etiam, & eorum Principes, Prophetas, & Sacer-
dotes. *Principes eius,* inquit Textus. *Leones, Iudices eius lupi, Prophetæ eius veſani, viri infi-
deles, Sacerdotes polluerunt ſanctum, & iniuſtè egerunt contra legem,* vt Deus hos iniquos cœleſti-
bus ſponſionibus ad ſe traheret, & ad viam bonam, & rectam reduceret. *Expecta me dicit Do-
minus in die reſurrectionis meæ in futurum,* quæ nam dona tunc piiſſime Domine tribues eis? ſe-
quitur dicens. *Tunc reddam populis labium electum, vt uocent omnes in nomine Domini, & ſer-
uiant ei humero uno.* O Domine, quid ſibi vult hæc promiſſio? (Populis) in numero plurali
dabis labium vnum electum, & ſeruiant humero vno? parua videtur ſponſio, ſed magna pro-
fectò, imò maxima eſt, inſinuat enim, vt quidam, ait. *Et ſpondet pacem, quæ ſummum bonum
eſt,* audite Sap. 3. *Qui confidunt in Domino intelligent ueritatem, & fideles in dilectione acquieſcent
illi,*

illi, quoniam Dominum, & pax eſt electis Dei, vultis ne audire effectum, quæm hæc ſponſio ſortita eſt, aures porrigite. *Vltra flumina Aethiopiæ inde ſupplices mei; filij diſperſorum meorum deferunt munus mihi*; quaſi diceret, ſtatimac, hæc pacis promiſſio audita eſt omnes mihi inſeruierunt munuſque obtulerunt.

1. Paralip. 22. loquens Dauid de Templo Dei in Hieruſalem erigendo, dixit filijs Iſrael, quod ab huiuſmodi Templi ædificatione Deus eum excluſerat, & hoc quia vir bellicoſus fuerat. *Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti, non poteris ædificare domum nomini meo.* Quis ergo Sanctiſſime Propheta dignus erit ædificare nomini Domini Templum? audite quomodo cap. 29. reſpondet. *Salomonem filium meum elegit Dominus, puerum, & tenellum, opus enim grande eſt,* quomodo, ò Rex ad perficiendum opus grande tenellus puer eligitur? ſequitur Dauid dicens, *Non enim homini præparatur habitatio, ſed Deo,* & quia Dei habitatio debet eſſe pacis. *Factus eſt in pace locus eius,* & Dauid fuit homo bellicoſus, ideò Deus elegit Salomonem, qui interpretatur pacificus, & elegit puerum, & tenellum, quia pueri neſciunt iraſci omnes diligunt, & cum omnibus pacem habent.

ſup. Matt. cap. 25. D. Hieron. ait. *Pacifici dicuntur, Beati, qui primum in corde ſuo, deinde fratres diſſidentes faciunt pacem.*

Beati pacifici quoniam Filij Dei uocabuntur, mirum quidem, quod ſolùm pacifici vocabuntur filij in domo Dei, ſed quare hoc? reſpondet D. Bernard. dicens. *Meritò filij nomine uocabuntur, qui filij opus impleuerint ipſe enim eſt, per quem reconciliati pacem habemus ad Deum*, quia Dei Filius pacificauit nos in ſanguine ſuo cum Patre, ita inquit Apoſtolus. *Ipſe, qui pacificauit in ſanguine ſuo, & quæ in Cælis, & quæ ſuper Terram.* *ſer. 1. om nium Sanctorum.*

Antiquitus falſis Dijs infidelium, vnicuique eorum rerum peculiare dominium, & poteſtas erat delegata, vnde Apollo Deus ſcientiarum, Mars armorum, Cupido amoris; Iupiter cæli, Ceres terræ, Neptunnus maris, &c. nuncupabantur, & nemo eorum alienæ iuridictioni ſe ingerebat, vnde quia Eolus ſuis ventis, abſque Neptunni venia mare perturbauit, ita ei dictum fuiſſe à Neptunno, refert Virgilius Aeneid. 1.

Non illi imperium pelagi, ſæuumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum: tenet illa immania ſaxa,
Veſtras Eure domos, illa ſe iactet in aula,
Eolus, & clauſo uentorum carcere regnet.

At noſter verax Deus, licèt Cœli, Terræ, omniumque rerum dominium abſolutum habeat, tamquam cunctorum Creator, tamen maximè delectatur vocari peculiari nomine pacis, audite Apoſtolum Paulum ad Rom. 11. *Deus autem pacis ſit cum omnibus uobis*, & 1. Cor. 14. *Non enim eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis*, & 2. Cor. 13. *Deus pacis, & dilectionis*, quod opus Dei poſſemus appellare, audite D. Greg. *Vnde pacem noſtram, paſſionem illius Eſaias contemplatus ait, ut faciat opus ſuum.* *hom. 17. in Ezech.*

Cum pax inter Deum, & homines ageretur propoſitum fuit in ſacro illo Senatu Sanctiſſimæ Trinitatis, quis ex parte Dei veniret, vt ſignum pacis daret, & talibus verbis fuit propoſitum. *Quem mittam, & quis ibit nos?* Mirus quidem modus loquendi, *quis ibit nobis?* quid opus habebat Deus mittere pro ſe, qui ſemper fuit, eſt, & erit in ſemetipſo beatiſſimus, & feliciſſimus? potiùs nos dicere poteramus, quis ibit nobis, quia *nobis natus nobis datus*, & tamen fuit dictum, quis ibit nobis, vt oſtenderetur, quod pacem ponere inter Deum, & homines, eſt opus Dei. *Vt faceret opus ſuum, Deus pacis, & dilectionis,* ideò quis ibit nobis.

Eodem modo loquendi viſus eſt Ioannes Euang. cap. 19. narrans Chriſti Paſſionis Hyſtoriam, dicens. *Et baiulans ſibi Crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum:* pro nobis detulit Chriſtus Crucem, quia nobis debebatur, & tamen dicitur baiulans ſibi, quia Deus pacis, & dilectionis; immo, quod mirandum, cum Deus aliquando indignatus videtur, in ipſamet indignatione trophæa pacis oſtendit, quia eſt opus ſuum.

Dauid Pſal. 45. *Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna dedit uocem ſuam, & mota eſt terra*, magnum malum minari videtur, & Dauid ſequitur dicens. *Venite, & uidete opera Domini; quæ poſuit prodigia ſuper terram*, & quæ prodigia? *auferens bella uſque ad fines terræ*, & pacem affert cunctis, & hoc quia. *Pax eſt opus Dei, Deus pacis, & dilectionis.*

Hinc Gloſſa Ordinaria, pacem ſuper cunctas alias virtutes, & opera affert dicens. *Maximam ergo dignitatem habent pacifici, ſicut, qui filius Regis, dicitur in domo Regia ſummus eſt*, & cum pacifici ſint Dei Filij, poſſemus etiam dicere eſſe Dei viſcera; nam filij, ſunt viſcera Patris, vnde Ouid. Epiſt. 11.

Cum

Digitized by Google

Cum mea, me coràm, ſyluas inimicus in altas,
Viſcera, montanis ferret edenda lupis.

Et idem 2. Elegia 14.

Veſtra quid effoditis ſubiectis, viſcera, telis?
Et non dùm natis dira venena datis?

Sed relinquamus Poetarum fabulas: audite D. Paulum Apoſtolum, qui ſcribens ad Philemonem de Oneſimo, dicit. *Obſecro te pro me filio, quem genui in vinculis, tu illum, vt mea viſcera ſuſcipe.*

Et 3. Reg. 3. cum inter diſſenſionem illarum duarum mulierum ſuper puerum viuum, cujus eſſet filius, mandauerit Salomon, vt diuideretur infans; ait ſacer Textus loquens de vera Matre. *Commota ſunt viſcera eius, quæ ne proprij filij necem videret*, dixit Salamoni. *Date illi infantem viuum, quia viſcera mea mortuum intueri filium non poſſunt ſufferre*, & ex hoc Salomon veram Matrem pueri cognouit, vnde præcepit, dicens. *Date huic infantem viuum, hæc eſt enim Mater eius.*

DE PECCATO, ET PECCATORE.

1 Diuus Ambroſ. Ignoramus quid tantam vim habeat conſuetudo peccati, quid naturam excludat, quæ cum ſit medicabilis ad ſalutem, tamen corroboratis paſſionibus immedicabilis inuenitur. *ſuper pſ. 1*

3 Idem. Grauis ignis eſt, non demus illi alimenta luxuriæ, paſcitur libido, conuiuijs nutritur, & delicijs vino accenditur, ebrietate inflammatur. *6. de pœn.*

3 Idem. Nullus maior eſt dolor, quàm is, qui peccati mucrone vulnerat conſcientiam, neque vllum grauiùs eſt onus, quàm peccatorum ſarcina, & pondus flagitiorum deprimit ad terram ne ſe erigere poſſit; grauia fili, grauia nimis delictorum pondera. *in epiſt. ad Simplic.*

4 Idem. Nonnè tuam faciem conſcientiæ commiſum, tamquam plumbum inclinat, & premit. *ad Virgin. lapsã c. 3.*

5 Idem. Vtinam ò ſtulte, vt luna muteris, illa enim citò ad plenitudinem ſuam reddit, tu ad ſapientiam tuam, nec ſerò conuerteris, illa velociter colligit quod amiſerat lumen, tu neque tardè fidem recipis, quàm negaſti, grauior ergo tua, quàm lunæ mutatio eſt. *ſer. 62. de defectione lunæ.*

6 Idem. Comparatis vos Iudæis illis, qui contempſerunt Chriſtum pendentem in ligno, vos contemnitis ſedentem in throno. *ſer. 56. de verb. Dñ.*

7 Idem. Ecce tu intus eras, & ego foris, quærebam te, & in hac forma, quàm feciſti, difformis irruebam. *l. 10. Confeſſ. c. 20.*

8 Idem. Malus etiam ſi regnat ſeruus eſt, nec vnius hominis, ſeù quod eſt grauiùs tot Dæmoniorum, quot vitiorum. *l. 4. de Ciuit. Dei c. 3*

9 Idem. O ſi iam nunc faciem peccatricis animæ liceret oculis carnis intueri, & conſcientiæ noſtræ vultum in oculorum præſentiam permitteremur adducere, quod ſi liceret, nec dici poteſt quanto ſtudio, quantoque metu vrgeremur fœdata componere, maculata tergere, vulnerata curare. *ſer. 20. de verb. Ap. Pauli 10. 10.*

10 Idem. Nullum ſcelus coràm Deo tàm abominabile eſt, quàm præterita peccata vnicuique noſtrum demiſſa reminiſcendo gaudere, & inde exultare. *in epiſt. ad quemdam Comitem.*

11 Idem. Sunt multi, quos peccare non piget, ò incredibilis inſania, de vulnere ipſo non erubeſcis, & de ligatura vulneris erubeſcis? nonnè vulnus fœtidum, & putridum eſt, confuge ergo ad medicum; age pœnitentiam, dic iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meum contra eſt ſemper, tibi ſoli peccaui, quia tu ſolus ſine peccato. *ſuper pſ. 1.*

12 D. Anſelmus, *In Oratione ad Sanctum Nicolaum.* Cæcus non videt foueam, in qua cadit, inſanus putat ſe bene facere quid facit, qui autem ſponte peccat videns, & ſciens, in præcipitio cadit.

13 Idem, Si hinc peccati pudorem, & illinc gehennæ cernerem horrorem, & neceſſariò vni eorum deberem immergi, priùs me in Infernum immergerem, quàm peccatum in me admitterem. Mallem enim purus à peccato, & innocens gehennam intrare, quàm ſorde pollutus Cælorum regnare tenere. *lib. de ſimilitud. c. 190.*

Digitized by Google

2.p. ſummæ tit. 9. c.15.§.1. 14 S.Antonin, Archiep. Florent. Adeò graue eſt peccatum, vt Cœlum, & Terræ ſuperficies non valeat ſuſtinere peccatorem, vt patet in Lucifero, qui exiſtens in Cęlo Empyreo, ita grauatus eſt per ſuperbiam, quòd de Cęlo lapſus in centrum terræ ruit.

15 D. Auguſtinus. *lib. de natura boni aduerſus Manicheos, cap. 28.* Cum audimus omnia ex ipſo Deo eſſe, omnes vtique naturas intelligere debemus, quæ naturam non ſeruant, ſed vitiant.

16 Idem, ſuper Pſalm. *In eo parauit, &c,* Ipſa peccata ſic ordinantur, vt quæ fuerint delectabilia homini peccandi, ſint inſtrumenta Domino puniendi.

In quodam ſerm. 17 Idem. Peſſimum genus peccati eſt non intelligere peccata; nullus magis de peccatoribus plangi dignus eſt, quàm qui putat ſe non habere quid plangat.

li.1. de libero arbitrio c.16. 18 Idem. Peccata omnia hoc vno genere continentur, cum quiſque auertitur à diuinis, vereque manentibus, & ad mutabilia, atque incerta conuertitur.

ſer.47. de verb. Dō. 19 Idem. Ito peccatum ibi, vbi neſcius es eſſe Deum; ſi peccare vis quære locum vbi te non videat, cum illum mihi vbique præſentem, & omnia videntem intueor timore pariter, & ingenti robore confundor,

20 Idem, ſuper illud Pſal. 39. *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei.* Præcauiſti magna, de minutis quid agis? an non times minata? proieciſti molem. vide ne arena obruaris.

in pſ. 102 21 Idem. In bonorum cupiditate, quantæ ſpinæ? in luxuria libidinum, quantæ ſpinæ? in ardore auaritiæ, quantæ ſpinæ? amores turpes, quantas moleſtias habent?

lib. 50. homil. 25. 22 Idem. Ipſa eſt infęlicitas hominum, propter quòd peccant, morientes hic dimittunt, & ipſa peccata ſecum portant. Peccas propter pecuniam, hic dimittenda eſt; peccas propter mulierem, hic dimittenda eſt propter quod peccas, hic dimittes; & ipſum peccatum, quod committis tecum portas.

23 Idem, ſuper Epiſt. ad Rom. 7. *Venundatus ſub peccato*, Vnuſquiſq; peccando, animam ſuam Diabolo vendit, accepto tamquam pretio dulcedine temporalis voluptatis.

lib ſoliloq. 24 Idem, in illa verba Pſal. 72. *Ad nihilum redactus ſum: & neſciui*, Nunc igitur toties nihil factus ſum, quoties à te ſeparatus ſum, quia bonũ quod tu es oblitus ſum, & ideo malus effectus ſum. Væ mihi miſero, vt quid hoc non cognoſcebam, quia te deſerens nihil fiebam; ſi ergo nihil fui, cum ſine te fui, quaſi nihil fui, & quaſi idolum, quod nihil eſt.

ſer.71. ad fratr. in heremo. 25 Idem. Quid tu peccator conuerti diſſimulas? non metuis ne mors repentina ſurripiat diem conuerſionis, nonnè homines ſubito moriuntur? Deus tibi promiſit remiſſionem conuertendo à peccatis ſecuritatem non promiſit diù viuendi, ſi ſubito intrat dies extremus perit dilatio, reſtat damnatio.

ſer.59. de verb. Dō. 26 Idem. Cras, inquis conuertar, & erit finis, cuius rei finis? dicis iniquitatum mearum bene gaude, quia craſtino Iniquitatum tuarum erit finis, ſed quid ſi ante craſtinum tuus erit finis? iuſto Dei iudicio meretur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui viuus oblitus eſt Dei.

in pſ. 144. 27 Idem. Miſericordia Domini magna, quando me conuertero, ita eſt væ à deſperatione, ſed etiam væ à peruerſa ſpe noli dicere, cras me conuertam, cras Deo placebo, & ſic omnia hodierna, & hexterna peccata dimittentur: mihi veram Deus indulgentiam conuerſioni tuæ promiſit, ſed dilationi tuæ diem craſtinum non promiſit.

28 D. Bern. *ſerm. de triplici coherentia vinculorum.* Ego ad nihilum redactus ſum, & neſciuiſ quia non fui ibi cum primus, & parens meus deuorauit me morſu amatiſſimo.

l.5. de cōſider. c.10 29 Idem. Peccato redacti in nihilum, iterato creati ſumus, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.

ſer.3. nat. 30 Idem. Agnoſce, ò homo, quàm grauia ſunt vulnera pro quibus neceſſè eſt Dominum Chriſtum vulnerari: ſi non eſſent hæc, ad mortem ſempiternam, numquam pro illorum remedio Filius Dei naſceretur, compatitur Filius Dei, & plorat, homo patitur, & ridebit.

in quodam ſerm. 31 Idem. Puto, ſi animalia poſſent loqui, dicerent. Ecce Adam, ecce homo iſte, quaſi vnus ex nobis factus eſt.

ibidem. 32 Idem. Conſidera ergo ò homo, quantum ſummam Maieſtatem Dei offendis, qui poſt talem dilectionem contemnis, & quantum in te eſt eundem Filium Dei pro te Crucifixum, iterum crucifigis vitijs tuis.

33 Idem. *ſerm. de primordijs, & nouiſſimis.* An non tibi. iuſtum videbitur, vt qui modo iumentis inſenſibilior fueris poſt iumenta compellaris abire, & in tormentis potius, locum teneas poſteriorem, erubeſce, quod pro conſortio Angelorum non pecorum modo, ſed Dæmonum ſortitus es conſortium, cras enim aliquando gloria, & honore coronandus, vt

incola

Digitized by Google

incola Paradiſi, conciuis Angelorum, & domeſticus Domini Sabaoth, & ab iſta gloria
Filiorum Dei depoſuiſti temetipſum ab illa felici, & dulciſſima Patria, ab illo horto volup-
tatis exulem te feciſti in æternum ad Inferos.

34 D. Greg. Plerumque peruerſi, & cognoſcunt recta, quæ ſequi debeant, & tamen ſequi *in cap. 24*
debeant, & tamen ſequi deſpiciunt, quæ cognoſcunt: lumini ergo rebelles ſunt, quia ſua *Iob.*
deſideria ſequendo, bonum deſpiciunt, quod nouerunt.

35 Idem. Neceſsè eſt, vt peccantes quoque conſideremus, tunc amplius miſeros, quando *hom. 12.*
conſpicimus in culpa ſine flagello derelictos. *ſup. Ezec.*

36 Idem. alludens ad illud, Iſaiæ 28. *Alienum eſt opus eius ab eo.* Opus Domini eſt animas, *ſuper Eze*
quas creauit colligere, & ad lucis æternæ gaudia reuocari; flagellari, atque ſputis illiniri, *chielē ho-*
crucifigi, mori, ac ſepelliri non hoc in ſua ſubſtantia opus eſt Dei, ſed opus eſt peccatoris, *mil. 4. p. 2*
qui per peccatum hæc omnia meruit, ſed peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper
lignum.

37 Idem. Hi, qui alios ad iniquitatem ſuadendo pertrahunt in ſemetipſis miniſterium Dę- *hom. 7. ſu*
monum ad iniquitatem ſuſcipiunt, quamuis Dęmones per naturam non ſint. *per Eze-*

38 Idem. Peccatum, quod pęnitentia non deletur, ipſo ſuo pondere mox ad aliud trahit: *chiel. 7.*
iuſto enim iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, vt præcedentis peccati me- *l. 25. mor.*
ritò etiam in alijs cadat. *cap. 9.*

39 Idem. Peccatum, quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, ſed pecca- *l. 24. mor.*
tum eſt, & pęna peccati. *c. 12. &*

40 Idem, in illa verba Iob 1. *Circuiui terram, & perambulaui eam.* Cumque ſe non peruo- *hom. 11.*
laſſe inſinuat, quantò peccati pondere in imis præmatur, demonſtrat. *in Ezech.*

41 Gloſſa. Per vnumquodque peccatum, quod committimus, Chriſtum crucifigimus, & *in eundem*
quantum in nobis eſt occidimus. *loc.*

42 D. Hieron. Certè quando peccamus, ſi cogitaremus, Deum videre, & eſſe præſentem, *in Ezec. 8*
nunquam quid ei diſpliceret, faceremus.

43 Idem. Qui peccata præterita non plangunt, & nouis peccatis prouocant Deum *Hier. in c.*
quotidie delinquentes, inexorabilem reddunt. *3.*

44 Idem, ſuper illud ad Rom. 1. *Cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, &c. in immunditiam.* Omnia præuerterunt in Deum præuerſi, nec ordinem potuere ſeruare
naturæ, quia naturæ dereliquerunt authorem.

45 D. Ioan. Chryſoſt. Verè omnis homo malus, quantum ad voluntatem ſuam, & manus *hom. 35.*
mittit ad Deum, & occidit eum, quis enim Deum ad iracundiam excitare non dubitat, qui *in imperf.*
præcepta eius conculcat, qui nomen eius contemnit, qui blaſphemat, qui murmurat con-
tra Deum, qui turbato oculo aſpicit contra Crucem, &c. Nonnè ſi potuiſſet fieri manus
mitteret in Deum, & occideret eum, vt iam licentiùs peccaret?

46 Idem. Porci proprium eſt in cęno ſe volutari, numquam Cęlum aſpicere, nec quærere *hom. 17.*
dominum ſuum, niſi cum eſurie, ſic, & iſti filij hominum, qui ſunt graui corde, diligentes *ibid.*
vanitatem. quærentes mendacium.

47 Idem, ſuper illud Matth. *Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Verè peior eſt homo
peccator, quàm animal, quoniam animal etſi non glorificat, non exacerbat: homo autem
malus, non ſolùm non glorificat, ſed adhùc exacerbat.

48 Idem. Homo Chriſtianus fortiter cadit in peccatum propter duas cauſas, aùt propter *hom. 10.*
magnitudinem peccati, aùt ob altitudinem dignitatis. *in Matth.*

49 Idem. Sicut difficilè aliquem ſuſpicatur malum, qui bonus eſt: ſic difficilè aliquem *cap. 22.*
ſuſpicatur bonum, qui ipſe malus eſt: omnis homo ex ſe æſtimat alterum fornicarium, ne- *ſup. Matt.*
minem putat caſtum, caſtus de fornicario non facilè ſuſpicatur, ſuperbus neminem putat
humilem, humilis neminem putat eſſe ſuperbum.

50 Idem. In differendo eſt periculum, & metus, ſalus verò certa, ac ſecura ſi nulla ſit *hom. 22.*
dilatio. *in 2. Cor.*

51. Idem. Peccatum grauiùs eſt Dęmone; nam ille quidem humiles facit, Dæmoni non *hom. 41. in*
prohibet Regnum Cœlorum aſſequi, licèt cooperetur inuitus, quidē peccatum autē eijcit. *Acta Ap.*

52 Idem. Etſi omnia taceant, tamen ipſæ cogitationes noſtræ, & opera noſtra ſtabunt ſpe- *hom. 37.*
cialiter ante oculos noſtros accuſantes, nos ante Deum. *in imperf.*

53 Idem. Amicum recedentem, & peregrinantem ploramus, lachrymamur, gemimus, *ſuper 1. ep.*
Chriſto verò ſeparatum ſummam vnamquamq; diem à nobis non dolemus, neque à nobis *ad Thim.*
pati aliquid æſtimamus, tamen electi huius mundi auerſionem, & ſeparationem hanc valdè *hom. 3.*
plangunt.

Digitized by Google

hom. 87. ſup. Matt. 54 Idem. Mirabile, quidem, & inauditum dicere audeo, ſolet mihi nonnumquam non tanto ſtudio magna videri eſſe peccata vitanda, quanto parua, & vilia; illa enim vt auerſemur, ipſa peccati natura efficit, hoc autem hac ipſa re, quia parua ſunt deſides reddunt, & dùm contemnuntur non poteſt ad expulſionem eorum animus generosè inſurgere, vnde citò ex paruis maxima fiunt negligentia noſtra.

hom. 17. in gen. 55 Idem, *loquens de Adam, & Eua abſcondentibus à facie Dei*. Vide quàm inſipientes reddat peccatum abſcondere ſe tentant à Deo, qui vbique præſens eſt.

hom. 32. ad pop. 56 Idem, ponderans illud. *Iniquitates meæ ſicut onus graue. g. S. S. me, & illud miſer factus, & curuatus ſum vſque in finem*. Graue, & oneroſum peccatum, & omni plumbo ponderoſiùs.

hom. de Iona Propheta to. 1 in fine. 57 Idem. *Ponderans tempeſtate Nauis Ionæ, qua iactabatur*. Nautæ nondum agnita cauſa naufragij Nauem aliquantulum rerum iactatione ſubleuari arbitrabantur, & nihilominus Nauigium turbabant; apud ſe enim periculi ſarcinam retinebat, & magis magiſque Prophetæ corpore grauabantur non corporis magnitudine, ſed peccati; nihil enim graue æque, & oneroſum inuenies, quàm peccatum.

ſer. 11. in epiſt. ad Philipp. 58 Idem. Peccata elongant nos à Deo voluntate, & animo non loco vehementer Deum fugimus, quò fugis miſer vitam, & ſalutem tuam? ſi Deum fugis, ad quem confugies? Si lucem fugis, quò reſpicies? ſi vitam fugis, vnde poſteà viues? cum peccamus fugimus, à Deo fugitiui in alienam terram deſcendimus, quemadmodum ille, qui bonis paternis conſumptis abijt in terram alienam.

hom. 6. ad pop. 59 Idem. Magnum quidem eſt ſupplicium peccare, etiam ſi non puniamur; peccata enim nos à Deo ſeparant, pœnæ verò nos à Deum perducunt.

ibidem. 60 Idem. Fugiamus peccata, & à via mala recedamus: Si enim hæc fugerimus, etiamſi inter innumeros hoſtes fuerimus, nemo nos lædere poterit; ſi hæc non fugerimus, etiamſi ad ad ipſum verticem montium aſcenderimus, hoſtes etiam illic innumerabiles reperiemus.

in pſ. 124 61 Idem. Ante ſupplicium, vitium ſupplicium infligit: peccatum in ſe continet pœnam, antequam puniatur.

hom. 25. ad pop. 62 Idem. Nihil aliud eſt triſte, niſi Deum offendere, quòd cum aberit, non tribulationes, non inſidiæ, non quidquam aliud ſapientem animam poterit contriſtare.

hom. 30. 63 Idem. Per peccatum homo deterior redditur Diabolo.

ibid. Epiſt. 1. 64 Idem. Vna dumtaxat res grauis, ac pertimeſcenda, peccatum nempe, reliqua verò omnia mera fabula.

hom. 1. de Iona. 65 Idem. Nullo pondere grauiùs præmitur anima, quàm peccati.

hom. 28. in Matth. 66 Idem. Certè ſi poſſes animam hominis in peccatis inuolutam oculis cernere, non dubitares multò meliùs eſſe, in ſepulchro iacere, quàm delictis irretitum detineri, & lapide potiùs, quàm graui peccatorum pondere præmi.

hom. 15. de pœnit. 67 Idem. Malorum omnium cauſa conſtat eſſe peccatum: ex peccato triſtitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atque omnes quotquot nos præmunt paſſiones. Vnde Dominus oſtendere volens malorum omnium cauſam eſſe peccatum, paralytico dicit, vbi anima, & corpore paralyticum eſſe vidiſſet. Vade, ſanus factus es, noli ampliùs peccare, ne tibi aliquid deteriùs contingat.

l. 1. de contēp. mundi c. 20. 68 Innoc. Papa. Quis vnquam diem totum duxit in ſua delectatione iucundum? quem in aliqua parte diei reatus conſcientiæ, vel impetus iræ, vel motus concupiſcentiæ non turbauerint?

l. 2. de ſũmo bono c. 19. 69 D. Iſidor. Præcedentia peccata ſequentium criminum ſunt cauſa, & illa quæ ſequuntur ſunt præcedentium pœna.

in hũc loc. 70 Nicolaus de Lyra, in verba Iob cap. 15. *Qui bibit quaſi aquam iniquitatem*. Iniquitatem quaſi aquam bibit, qui committit peccata abſque fræno timoris; ille enim qui bibit vinum, quia timet inebriari, bibit temperatè, ſed bibens aquam hoc non timet, propter hoc non timet de tali temperamento.

ſup. leuit. 71 Origen. Inde conuenit nobis tot Dæmonijs eſſe conſecratos, quot peccata committimus, & in ſingulis quibuſcumque delicijs velut miniſteria quædam ipſius, vel illius Idoli ſuſpicimus.

ſuper lib. num. 72 Idem. O ſi poſſemus per vnumquodque peccatum videre, quomodo homo noſter interior vulneratur, & vulneratæ animæ ſentire cicatrices, certum eſt quod vſque ad mortem reſiſtemus aduerſus peccatum, ſed cupiditatibus ſeculi effecti, amantes non ſentimus, quãtas animæ contrictiones peccando conquærimus.

Plato.

Digitized by Google

73 Plato. * Primò cauendum eſt, ne quid in Deum, aùt opere, aùt verbo peccemus. *in Minoe.*

74 Saluianus, in verba Prou. 5. *Funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur.* Ergo ſi funibus peccatorum ſuorum peruerſi homines alligantur, ipſe ſe abſque dubio alligat peccator quiſque cum peccat. *lib. 3. de prouid.*

75 Seneca. Licèt ſcirem homines ignoraturos, & Deos ignoſcituros, tamen peccare nollem ob peccati turpitudinem. *Epiſt. 32.*

76 Idem. Prima, & maxima pena peccantium eſt peccaſſe; nec vllum ſcelus impunitum eſt, quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt. *ep. 97. ad Lucill.*

77 Idem. Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccatoris teſtis adſit, quantò magis ſi Deus adſit. *ibidem.*

78 B. Thom. à Villanoua. Filius Dei pro peccatis mortuus eſt ò Chriſtiane, & te peccare delectat? Deum ò homo pro peccato conſputum, flagellatum, laniatum, crucifixum vides, & peccas? *ferm. de Adu. Dñ.*

79 Idem. Sunt quidam, qui cum peccauerint, ſecuri ſunt prorsùs, nec cogitant de peccato ſuo, nec venit ad ſenſum eorum, quòd malè geſſerint, ſed ita viuunt, quaſi nihil commiſerint. *in pſ. 39.*

80 D. Thom. in illa verba ad Hebr. 6. *Rurſum crucifigentes ſibimet ipſi Filium Dei, & oſtentui habentes.* Peccatores, quantum in ipſis eſt, rurſus crucifigunt Chriſtum, quia Chriſtus pro peccatis noſtris mortuus eſt ſemel; cum ergo peccas baptizatus, quantum in te eſt, das occaſionem, vt iterum Chriſtus crucifigatur, & ſic contumelia fit Chriſto, in cuius ſanguine te totum maculas. *lect. 1.*

81 Idem. Quid magis homini peccanti horrorem incutere poteſt, quàm videre Filium Dei pro peccato in Crucis patibulo morientem, & terribilem paſſus pro peccato hominis ſatisfactionem reddentem? O grande malum peccatum, pro quo talis vltio fit. *ſer. 2. de Adu. Dñ.*

82 Idem. Nihil me Domine ita deterret, nihil me ſic à peccato detinet, ſicut videre Filium tuum dilectiſſimum Vnigenitum propter peccatum clauis affixum, latronibus aſſociatum, & crudeliſſima morte mulctatum. O infinitam audaciam peccatoris, quis poſt tale ſpectaculum peccare non formidat? *ibidem.*

83 Tull. Præter culpam, aùt peccatum homini accidere nihil poſſe, quod horribile, aùt pertimeſcendum. *l. 6. epiſt. vlt. Pamil.*

84 Laurentius Iuſtin. Impius peior eſt Diabolo, quia Diabolus non vidit ſuperbiam punitam, nec eſt dilectus à Deo, neque quæſitus, nec beneficijs affectus. *tract. de humilit.*

85 Saluianus Epiſc. Nos qui Chriſtiani dicimur, irritamus in nos miſericordem Deum impuritatibus noſtris propitiantem, ſordibus lædimus blandientem iniurijs verberamus. *lib. 6. de prouid.*

MANTISSA
AD PECCATVM,
& Peccatorem.

QVòt mala, & excidia horrendum peccati monſtrum infelicibus peccatoribus afferat, eſt ſanè inexplicabile, vnde dixit D. Chryſoſt. *Malorum omnium cauſa conſtat eſſe peccatum, ex peccato triſtitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atque omnes quotquot nos præmunt paſſiones,* corrumpit enim, & perturbat omnes hominis potentias, auditum corrumpit, vnde de peccatoribus dici poteſt. *In circumciſis cordibus, & auribus:* excæcat viſum, *& lumen oculorum meorum, non eſt mecum,* exacuit linguam: *lingua eorum gladius acutus,* vocem debilitat: *raucæ factæ ſunt fauces meæ,* dentes elimat, *dentes eorum arma, & ſagittæ:* inuerecundam reddit frontem. *Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere;* venenat labia, *venenum aſpidum ſub labijs eorum:* collum immodicè producit. *Sepulchrũ patens eſt guttur eorum,* manus coinquinat, *manus eorum plena ſunt ſanguine;* ſoluit pedes ad malum, *veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem:* lumbos ſoluit, *lumbi mei impleti ſunt illuſionibus.* Aufert cor, vnde ſcriptum reperimus, *redite præuaricatores ad cor,* à planta pedis vſque ad verticem capitis lacerat, *conſtuprata es vſque ad verticem;* omnem ordinem perturbat, & confun- *hom. 15. de pænit.*

confundit, vnde dixit Moyſes ſecundum Paraphraſim Chaldæam. *Ordines mundi peruerſi ſunt propter peccatum*, primo loco, omnia Deus creauit propter ſemetipſum, & ſecundo loco omnia creauit Deus, vt homini inſeruirent, vnde ſcribitur Geneſ. *Dominabimini piſcibus maris replete terram, & ſubijcite eam*, & tamen peccatum hunc ordinem, ita peruertit, vt homini inſeruire deſinerent, primo die dixit Deus, *fiat lux*, & tamen propter peccatum, ait Hieremias, *aſpexi Cęlum, & non vidi lucem*, ſecundo die, *extendit Cęlos*, ſed propter peccatum, *receſſit Cęlum ſicut inuolutus liber*, creauit Deus terram, induens eam, & ornans herbis, floribus, & fructibus, ſed propter peccatum; inquit Hierem. *Aſpexi terram, & ecce vacua erat*, creauit Deus Solem, Lunam, & Stellas, vt mundum illuminarent, ſed *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ cadent de Cœlo*, creauit Deus aues, piſces, & reliqua animantia, ſed *piſces commouebuntur à facie mea*, (inquit Ezechiel) propter peccatum, creauit Deus hominem, & tamen Hieremias dixit. *Aſpexi terram, & non erat homo in ea*, ad nihilum redactus ſum, &c. itaque veriſſimum erit affirmare, quòd ordines mundi peruerſi ſunt propter peccatum, & quod inquit Chryſoſt. *Malorũ omnium cauſam conſtat peccatum*, & nõ ſolũ eſt malorũ omniũ *cauſam conſtat eſſe peccatum*, & non ſolum eſt omnium malorum cauſa, ſed etiam & cunctarum miſerarum compendium: veniat quæſo vobis in mentem Berſabea Salomonis Mater, quæ vt narratur, 1. Reg. 17. cupiens vt poſt Dauidis mortem (ſicut promiſſum ei fuerat) Salomon filius ſuus regnaret, intuens quod Adonias cunctis viribus conabatur, vt ſceptrum haberet, contulit ſe Berſabea ante Dauidis conſpectum, & genuflexa humiliter petijt ab eo, vt ſponſionis recordaretur, ſcilicet, quod poſt eius mortem Regno ſuccederet Salomon, & vt Dauid condeſcenderet huiuſmodi petitioni, non dixit Berſabea Dauidi, quod ſi Salomon non regnaret (ſtante magna inimicitia inter Salomonem, & Adoniam) oporteret exules per alienas prouincias, & regiones nos peregrinari, ne in manus Adoniæ incideremus, innumerabiles miſerias, & calamitates pati cogeremur, & multa alia mala referre poterat Berſabea, quæ paſſura timebat; nihil de his mentionem fecit Berſabea, vt animum Regis moueret, ſed tantum dixit. *Ego, & filius tuus Salomon erimus peccatores*, & dicens erimus peccatores, dixit omnia mala, calamitates, & miſerias, quas excogitare vnquam poſſent mortales; audite Hugonem Card. in hunc locum. *Mulier dicens erimus peccatores omnium malorum congeriem dicebat*. D. Baſilius loquens de peccato dicit. *Peccatum eſt peſtis animæ, pondus intolerabile, magnus Dęmon morti aſſociatum*, & D. Chryſoſt. *Peccatum à peſte nihil differt*: tempore peſtis, non poſſunt homines verſari cum peſte infectis, quibus quiſquis adhæret, peſte inficitur, ita, & peccatum de quo Seneca dixit. *Serpunt vitia, & in proximum quemque tranſiliunt, & contactu nocent*: peſte ergo infectos nos fugere oportet, & commercium ab eis auferre. Geneſ. 19. narratur, quod Deus propter horrenda peccata, non ſolum Sodomam igne conſumi præcepit, ſed etiam eodem igne alias circa regiones puniuit; hæc ſunt verba Textus. *Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur, & ignem, & ſubuertit Ciuitates has, & omnem circa Regionem*; ſed quare piſſime Domine, tàm grande malum permittis, vicinis hiſce Regionibus? reſpondet Hugo Cardinalis, *ſubuertit omnem circa Regionem, quaſi mala vicinitate infectam puniuit*.

Pilatus animaduertens, quod Iudæi propter inuidiam, & odium, quo, exequebantur Chriſtum, eius mortem omnis conatu procurabant, cupiens liberare Chriſtum à morte, ne damnaret innocentem, cum Iudæi haberent conſuetudinem vnum vinctum abſoluere in Feſto Paſchatis, ſperabat Pilatus, quod abſoluerent Chriſtum innocentem, & non Barabam ſeditioſum, & tamen contrarium accidit exclamauit enim vniuerſa turba, dicens. *Tolle hunc, & dimitte nobis Barabam*, vniuerſa Turba exclamauit contra Chriſtum, & vbi ſunt homines à Demonibus liberati; cæci illuminati, mortui reſuſcitati, & tot infirmi ſanati, cur non curant, vt Chriſtus liberetur, vt gratos eſſe pro acceptis beneficijs ſe oſtenderent? reſpondeo, quia inter vniuerſam illam Turbam aderant multi peccatores, & perconſequens peſte infecti, quibus adhærentes alij, eodem morbo fuerunt fœdati, ideò vniuerſa Turba exclamauit contra Chriſtum; audite Rupertum Abbatem. *Multi enim ex eis non propter inuidiam clamauerunt, ſed multitudinem ſequuti ſunt*. Hinc cum eſſet Chriſtus in vltima cęna cum Apoſtolis intuens Iudam, qui eum proditurus erat, exclamauit. *Quod facturus es, fac citiùs*, quid eſt hoc piſſime Domine? te non latet Iudam magnum commiſſurum ſcelus, te inquam traditurum, & tamen tu nil magis odis, quàm peccatum, & modò Iudam ad peccandum ſollicitas? ſed Chriſtum reſpondentem audio, quia nimirum Iudas peccati peſte erat infectus, ideò timebat ne Iudæ commercio alij Diſcipuli inficerentur eodem morbo, audite Abbatem Iſaiam in hunc locum. *Non prius Chriſtus Crucem aſcendit, quàm Iudam è collegio dimiſiſſet, ne à ſocietate tàm peſſimi viri alij errarent*, immò ſicut tempore contagij, res peſte infectorum, nec tangere poſſumus, ſub

pœna

pœna contagij; ita Deus nobis præcipit, nec res peccatorum tangere num cap. 16. loquens Deus de Datan, & Abiron, ait. *Recedite à Tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis*, quaſi diceret, ne peſte inficiaris.

Peſtis ergo eſt peccatum, & non ſolùm peſtis, ſed pondus magnum, quod vt perpendi poſſit, conſideratè quæſo vnius Angeli fortitudinem, quàm vt capere poſſitis intuemini, quàm vaſti ſint Cœli; nam vt fatentur Aſtrologi, Sol reſpectu totius Cœli eſt paruulus, cum Sol ſit maior terra plùs quàm centies, hanc ergo machinam Cœlorum, ita vaſtam, & immenſam vnus tantum Angelus mouet in gyrum, & tanta velocitate, quòd vix credi, aut capi poſſit, dicunt enim Aſtrologi, ſydera primi mobilis in quolibet momento, quod eſt octuageſima, pars vnius horæ peruolant ſpatio plùs quàm ducentum octoginta ſex millia paſſuum, & tamen cum tantam vim haberet vnus Angelus, & primus Cœlorum Angelus pondus vnius peccati ſuperbiæ non valuit ſuſtinere, quin non cecideri, vnde de eo ſcriptum legimus. *Videbam Sathanam ſicut fulgur cadentem de Cœlo*, & D. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus. *Ad ò graue eſt peccatum, vt Cœlum, & Terræ ſuperficies non valeat ſuſtinere peccatorem, vt patet in Lucifero, qui exiſtens in Cœlo Empireo, ita grauatus eſt per ſuperbiam, quod de Cœlo lapſus in centrum terræ ruit*; vnde dicebat D. Chryſoſt. *Nullo pondere grauius premitur Anima, quàm peccati*. 2. p. theolog. tit. 3. c. 15. §. 1.
Pondus, quod ad ima, ad Barathrum peccatorem trahit, vnde cum Dauid dicere poteſt. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me*, hoc onere grauabatur Nauis Ionæ Prophetæ ob eius inobedientiam, quod perpendens Diuus Chryſoſt. dixit. *Plùs enim ponderis habebat ſolùm Iona peccatum, quàm alia omnia, quæ Nauis portabat*.

Hierem. loquens de Populo idolatria pleno peccatis dixit. *Vos eſtis onus Domini*. Onus, quòd eundem Dei Filium aggrauauit; vnde dixit Nicolaus de Lyra. *Onus importabile propter peccatorum veſtrorum pondus*. Progreditur vlterius vis peccatorum, & ipſum peccatorem ad Dei imaginem, & ſimilitudinem creatum in bruta, & in ſpiritum nequam transformat. *Homo cum in honore eſſet non intellexit, &c.* ò maxima omnium miſeriarum, vnde D. Bern. dixit, quòd ſi bruta loqui poſſent dicerent vtique quod propter peccata homines beſtijs ſimiles facti ſunt, audite verba Bern. *Puto ſi animalia poſſent loqui dicerent, ecce homo iſte peccator, quaſi vnus ex nobis factus eſt*. Lupus euadit homo propter rapinas, canis propter iracundiam, vulpis propter aſtutiam, Leo propter ſuperbiam, Ceruus propter timiditatem, Auis propter leuitatem, Aper propter laſciuiam, Dauid iracundos vocauit Serpentes, & Aſpides. *Furor illis ſecundum ſimilitudinem Serpentis, & ſicut Aſpidis ſurdæ*, Dementes vocauit mulos. *Nolite fieri ſicut Equus, & Mulus*. Hieremias Adulteros vocauit Equos. *Equi amatores, & emiſſarij facti ſunt vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat*, Pharao ab Ezechiele Draco magnus dictus fuit. *Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti Draco magne*. Ioannes Euang. vocauit Phariſæos Viperas. *Genimina Viperarum*. Chriſtus inuerecundos, & ſenſuales vocauit canes, & porcos. *Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos*, & de Hærode dixit. *Dicite Vulpi illi*, imò homo propter peccatum cunctis beſtijs peior euadit, ita inquit D. Chryſoſt. cuius verba ſunt hæc. *Peior eſt homo peccator, quàm Animal, quoniam Animal, etſi, non glorificat, non exacerbat, homo autem malus non ſolùm non glorificat, ſed adhùc exacerbat*; imò peius; nam homo peccator Diabolus euadit, hinc loquens Chriſtus de iniquo proditore Iuda dixit. *Vnus veſtrum Diabolus eſt*, & D. Bernardus ſubdit. *Quia proditor, & peccator erat, ideò Diabolus eſt*, & Diuus Aug. illa verba Ioannis. *Vos ex Patre Diabolo eſtis*; inquit dictum fuiſſe de Caino, propter peccatum homicidij, & Petrus Apoſtolus, quamdiù perſonam peccatoris ſuſtinuit audiuit à Chriſto, *vade Sathanas*; ſed ò res deploranda, nam dicit D. Anſelmus, quòd homo propter peccatum Diabolo ipſo peior euadit; nam ſi Diabolus peccauit, nemo eum fuerat minatus, at homo ante culpam fuit monitus: *In quacumque die comederis morte morieris*, Diabolus ſemel tantum peccauit, homo centies, & millies, Diabolus in ſtatu innocentiæ, at homo ſæpè in gradu iuſtitiæ reſtitutus, Diabolus peccauit contra Creatorem, homo autem contra Creatorem, & Redemptorem, & Deus pro Diabolo non aſſumpſit humanam carnem, neq; ſanguinem fudit, vt fecit pro hominibus: meritò ergo D. Chryſoſt. clamat contra peccatorem. *O monſtrum horrendum per peccatum homo deterior redditur Diabolo*, & D. Laurent. Iuſt. *Impius peior eſt Diabolo, quia Diabolus non vidit ſuperbiam punitam, nec eſt dilectus à Deo, neque quæſitus, neque beneficijs affectus*. hom. 30. tract. de mil.

Maius detrimentum affert nobis peccatum, quàm ipſe Diabolus, peccatum enim ſemper affert mortem animæ, Diabolus aliquando præmia, & coronas, vnde D. Baſilius dixit. *Fleſuper peccato, peccatum animæ eſt ægritudo, peccatum mors eſt animæ, alioquin immortalis, peccatum luctu eſt implacabilius lamentis dignum*, & idem ait. *Peccatum eſt magnus Dæmon*, & hoc eſt magis for- hom. 5. & hom. 13

Digitized by Google

gis formidandum, quàm Diabolus, Diabolus enim aliquando poteſt nobis iuuare, & eſſe cauſa meritorium, & pręmiorum, dùm eius tentationibus reſiſtimus,

3. Reg. 13. ſcribitur de inobediente illo Propheta, quod à Leone fuerit interfectus, & poſt necem, Leo ſtabat iuxta cadauer, ait Rupert. ſi Leo interfecit Prophetam, cur eum non comedit? quia dicit Rupertus, quod Leo Diabolum figurabat, qui in corpora, non autem in Animas ſeruorum Dei, poteſtatem habet; hæc ſunt verba Ruperti, *Stat, nec poteſt ad nocendum progredi vltra*; ideò Diabolus hic non eſt timendus, ſed formidandus eſt magnus Dęmon, peccatum ſcilicet. Hinc, vt oſtenderet Deus potentiam ſuam Iob, dixit ei cap. 40. *Numquid feriet tecum pactum?* quaſi diceret, numquid poteris tu pactum cum Dęmone inire, ſicut ego iniui?

De Vict. ver. lib. 5 cap. 6.

D. Greg. petit, quomodo eſſe poſſit, quod Deus cum Dęmone pactus fuerit, nam in pacto, diſcordantium partium voluntas impletur, & impoſſibile eſt, quod Deus velit, id, quod Dęmoni placet, & id deſideret Dęmon, quod Deo gratiſſimum eſt, ſed ita reſpondet Greg. *Licentia tentationis pactum vocatur, inqua, & deſiderium tentatoris agitur, & tamen per eam miro modo voluntas iuſti diſpenſatoris impletur*: & ita iuuat nobis Dęmon, dùm enim corpus affligit purificat animam, & accidit nobis cum Dęmone, id, quod ſcribit Plin. de ficu fatua, quæ tàm noxium alimentum in ſe continet, quòd nullatenus ad maturitatem deuenire permittit, ſed natura tali defectui, ita prouidit, quòd ſcilicet nonnulli paruuli culices, dùm hos fructus damnificare putant perforantes eos ex his foraminibus noxium humorem emittunt, & ſic fructus perficiuntur, & dulces, & ſuaues redduntur, hæc ſunt verba Plinij. *Culicum opera perficitur fructus*, ſimili modo Chriſtianos, qui dulcem vitæ æternæ fructum non afferunt; Deus permittit à Dęmone tentari, & tormentis affici, vt ſic noxius pęccati humor foras emittatur, & dulces gloriæ fructus afferant.

l. 15. c. 19

Peccator carnifex ſui ipſius eſt, prouocans Deum ad puniendum, vnde Pſalmographus dicebat. *Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo non eſt timor Dei ante oculos eorum*, quæ verba D. Ambr. perpendens, dixit. *Nihil hac ſententia ſublimiùs dictum arbitror, dixit iniuſtus, vt delinquat ſibi*; ita traducit D. Ambr. *Vt ſibi generet vulnera, ſe ipſe confodiat*: iniuſtus trahit ad ſe indignationem, & punitionem.

Pſal. 35.

D. Ambr. vbi Dęmones petierunt à Chriſto veniam ingrediendi in porcos perpendens, quod Chriſtus non præceperit Dęmonibus, vt intrarent in porcos, quamuis potuerit hoc mandare, ſed ipſimet Dęmones hoc petierunt, ita ait Ambr. *Clementiam Domini debemus aduertere, quod nullum priùs ipſe condemnat, ſed vnuſquiſque ſibi auctor eſt pęnæ, non mittuntur in porcos Dęmones, ſed ipſi petunt*,

in illud Luca 8.

D. Chryſoſt. expendens verba Chriſti, quæ dixit illi infirmo piſcinæ, Ioannis cap. 5. *Sanus factus es, iam noli peccare, ne deteriùs aliquid contingat*, Chryſoſt. perpendens hunc modum loquendi, ait. *Nec tibi dicit, quid deteriùs faciam; ſed ne deteriùs aliquid contingat*; nam ipſemet peccator, vt puniatur tribuit Deo flagellum, hinc dixit Saluianus. *Ipſe ſibi erat peccator quiſque, quod patitur, nos calamitatum noſtrarum auctores ſumus, nos ergo aduerſus nos omnia facimus nihil itaque, nihil eſt in nos crudeliùs nobis, inquam, nos, etiam Deo nolente cruciamus*; & ſequens Saluianus dicit. *Dei cenſuram nos inardeſcere facimus, & peccatis noſtris iugiter commouemus, nos cęleſtis iræ ignem accendimus, & excitamus incendia, quibus ardeamus*.

lib. 8. de Proiud.

Iob 4. vnus ex Amicis Iob, loquens de flagellis, quibus peccatores puniuntur, ait. *Vidi eos, qui impiè agunt flante Deo periſſe*, quare Deus flatu, & non enſe interficit peccatores? reſpondet Gloſſa Ordinaria. *Nos conflamus aerem, dùm ab extra intus trahimus, & ab intus extra reddimus*; quid eſt reſpiratio niſi de foris aerem attrahere, quo viſceribus refrigeratis, ab intus foras emittimus aerem? dùm ergo reſpiramus, non re propria reſpiramus, ſed de foris nobis ſuppeditatur, ita Deus dùm nos punit non proprio inſtrumento hoc facit, ſed de foris ei ſuppeditatur, à noſtris ſcilicet culpis, & peccatis, ita inquit Gloſſa his verbis. *Deus ergo in retributione flare dicitur, quia ab exterioribus cauſis, intus iudicij conſilium recipit, & ab interno conſilio exteriùs ſententiam emittit, ideſt à malis noſtris, quæ extra videt, iudicium intus diſponit, & ab interno conceptu, extra, damnationem facit*, vnde Salomon Prou. 5. dicebat. *Funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur ergo*, inquit Saluianus vbi ſupra, *Si funibus peccatorum ſuorum peruerſi homines alligantur, ipſe ſe abſque dubio alligat peccator quiſque cum peccat*.

Peccatum eſt venenum, quo inficitur homo, Auicenna dicit. *Quod ille, qui bibit venenum, nullo modo dormire debet, imò cuſtodes, qui circa ipſum ſunt, debent ipſum ad vigilandum impellere clamando, ratio eſt: quia venenum plùs inualeſcit in ſomno, quàm in vigilia.* Ita peccator, *ecce non dormitabit, neque dormiet*, in quæ verba Incognitus, ait. *Ille dormit, qui diù manens in peccato con-*

lib. nat.

Digitized by Google

cato confeſſionem differt, & quaſi in conſuetudinem ducit peccatum; hunc peccatorum morbum intuens Deus præcepit concionatoribus clamare, quaſi tuba exalta vocem tuam, quia venenum peccati morbum affert, & obſurdeſcere facit peccatorem velut aſpidem, excantans eum, imo quod mirum eſt, quaſi ſurdum ipſum Deum reddat, & quaſi excantans eum, vnde Dauid nos monet confeſſionis muſica veniam petere ab eo, dicens. *Præcinite Domino in confeſſione*, & alia litera habet, *excantate Dominum*, & licet venenum peccati ſurdos reddat peccatores, clamat tamen contra ipſos peccatores, Ioannes in Apoc. teſtatur ſe vidiſſe tres ſpiritus de ore Leonis in modum Ranarum, quod Diabolus ſit Draco magnus, & tres illi ſpiritus ſint peccata, quidquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, &c. hoc non ignoro, ſed cur non in forma ignis, Leonis, Serpentis, &c. quia ranæ clamare non ceſſant, ita & peccatum contra peccatores, &c. audite D. Petrum Damian. *Meritò ad ranam aſſimilatur peccatum, quia ſemper apud Deum clamat petendo vindictam*: vindictam clamat. *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me, clamor Sodomorum, &c.* Tyrannorum peccata clamant: *vindica animas Sanctorum, &c.* Diuitum auarorum peccatum clamat. *Merces operariorum, &c.* audi Nicolaum de Lyra ibidem. *Ita peccatum tuum patens erit, ac ſi in oſtio poneretur*; & quot committimus peccata, tot linguæ contra nos vociferantes inſurgunt, Philo Hebræus perpendit peccatum ædificantium Turrim Babylonicam, & ita inquit. *Quot lapides in ſuperbo ædificio addebantur, tot vociferantes linguæ illorum ſuperbiæ teſtes ſuper addebantur*. Ideò Acham lapidatus obijt, nam contra diuinum præceptum laminam auream furatus fuerat, & apud ſe celauerat, laminam auream, ait Textus, & alia litera legit. *Linguam auream, quaſi lamina illa in linguas conuerteretur, vt contra latrocinium clamaret, quouſque cognoſceretur fur, & lapidibus puniretur*. Olaus refert, quòd in partibus ſeptentrionalibus nonnullæ cauernæ inueniuntur, quæ ita reſonant, quod quamuis quiſque ibi ſummiſſa voce loquatur, ita ex illis cauernis reſpondet Echo, quòd vox illa velut magnum tonitru audiatur, ſic concinit Olaus. *Si leues voces quis emiſerit ſtatim aer tonat*. Peccatum eſt vna ex his cauernis Echo formans, & apud Deum vindictam vociferans, eſt veluti carcer Dionyſij Syracuſani, tali artificio ædificatus, vt quidquid illic loquebantur, Dionyſius in ſuo cubiculo morans, audiebat, ita; & peccati vox in Cœlo auditur, vnde Iſa. 59. dicebat. *Multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ coràm te, & peccata noſtra reſponderunt nobis*, quaſi Echo formans, & vindictam, punitionemque clamans, & Dauid. *Eduxiſti me de lacu miſeriæ*, & alia litera habet. *Duxit me de lacu ſonitus; & de ciſterna perſtrepante*. Per peccatum non ſolùm homo Dei imaginem, & ſimilitudinem, quoad animam amittit, ſed etiam corpus ipſum, ita transformatum per peccatum, quod cognoſci nequit: erit quidam vir nobilis, cui catella erit, quàm iugiter amplectitur beneuolentiæ ſigna oſtendens; & ipſa diù, noctuque ſequitur, qui vix in platea, aut domo apparet, quin ei catella occurrat, & præ lætitia trepudiare videatur, at ſi deinde nobilis hic perſonatus incedit, catella eum non agnoſcens, contra proprium Dominum latrare non ceſſat, & mordere ſi poſſet, hoc accidit Adamo, nam poſtquam diuinum præceptum tranſgreſſus eſt, quaſi perſonatus incedebat, cum Dei ſimilitudinem, & imaginem amiſerit, vnde veniens Deus dicebat. *Adam, Adam vbi es*, non inquirebat, ait Chryſoſt. de loco, & de ſtatu, ſed de amiſſa pulchritudine animæ, & venuſtate, D. Petrus Chryſolog. ibidem. *Nil mirum, ſi non agnoſcat, quia peccatum velamen poſuerat inter illos*, poſtquam Balaam prædixit, & annunciauit Regis exterminium, reuertens Propheta, quieuit in via parumper, vt comederet contra diuinum præceptum, & ecce apparuit, quidam magnus Leo, qui Prophetam occidit, & poſtquam eum interfecit, flectens genua, Prophetam mortuum deplorauit. Greg. Niſſenus hoc factum perpendens inquit, quod poſtquam Propheta tranſgreſſus fuit diuinum præceptum (in alium) propter peccatum transformatus eſt, ita, vt Leo eum non cognouerit, ideò eum necauit, at quia antequam Propheta obiret, eum pœnituit, ideò per pœnitentiam amiſſam formam, & pulchritudinem recuperauit, quod intuens Leo, quaſi ſe pœniteret deplorauit errorem ſuum.

Tam ingens monſtrum eſt peccatum, quod Dei ſerui potiùs Inferni ignem eligerent, quàm illud committere. Narrat Plutarchus magnam eſſe antipatiam inter Serpentem, & Arborem, quæ vocatur braſinus, ita, vt cum quidam Serpentem caperet, eum inter magnum ignem, & quamplura huius Arboris folia ponens, potiùs inter ignem ſe proijcere elegit, quàm illius arboris folia tangere: audite, quid de peccato dicat D. Anſelmus. *Si hinc peccati pudorem, & illiac gehennæ cernerem horrorem, & neceſſariò vni eorum deberem immergi, mallem purus à peccato, & innocens, gehennam intrare, quàm peccati ſorde pollutus Cœlorum Regna tenere*.

Leuit. 13. præcepit Deus leproſos ab hominum commercio ſeparari, & extra Vrbem commorari, lepra hæc peccatum ſignificat, quod eoſdem effectus ſortitur, anima antequam pec-

de cõtradict. ling.

de mirab. mundi.

lib. ſimilit. c. 190

Digitized by Google

cet, ita pergrata eſt Deo, vt de ea dicat. *Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum*, at poſtquam peccauerit, tàm fœda redditur, vt de ea dicat Dauid. *Abominatus eſt Dominus hæreditatem ſuam*, alius lepræ effectus eſt, ita hominem deformare, vt quaſi non videatur homo.

Iſa. cap. 13. loquens de Meſſia dixit. *Vidimus eum, & non erat aſpectus, & reputauimus eum, quaſi leproſum*, mirum quidem; nam Chriſtus nunquam talem morbum paſſus eſt, quare ergo reputauimus eum, quaſi leproſum? quia nimirum ſuper ſe tulit omnes iniquitates noſtras, quæ ita Chriſtum deformauerunt, vt tamquam leproſus fuerit reputatus, & ſi alienæ culpæ talem effectum produxerunt, quid facient in homine cuius ſunt? ideò, *abominatus eſt hæreditatem ſuam*.

Homo per peccatum Chriſtiani nomen amittit, Matthæus Euang. cap. 1. loquens de genitoribus Salomonis dicit, Patrem fuiſſe Dauidem, Matris autem nomen ſilet, ſolùm dicit. *Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ*, & tamen Salomonis Matrem ſcimus fuiſſe Berſabeam, & idem eſt dicere, quæ fuit Vriæ, ac dicere Berſabeam fuiſſe adulteram, Euangeliſta nominat Dauidem, & non Berſabeam, quia Dauid de peccato pœnitentiam egit, at Berſabeam non legimus pœnitentiam egiſſe, ideo non nominatur, quaſi indigna nomine, audite D. Chryſoſt. *Proprio nomine Patrem, & non Matrem appellat, quia peccatum non ſtatim emendatum facit, vt homines proprio nomine vocari digni non ſint*: hic perpendenda ſunt verba Geneſ. 32. vbi de Noè dicitur. *Noè verò cum quinquaginta eſſet annorum*, quæ verba Textus Græcus legit. *Noè homo*, quaſi diceret, quia Noè eſt vir Iuſtus, & cæteri, peccatores ſunt, ideò ſolùm Noè meretur vocari, *Homo*, cæteri peccatores indigni ſunt hoc nomine: vnde Dauid dicebat Pſal. 48. *Homo cum in honore eſſet, non intellexit comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*, at Paraphraſis Chaldæa, vt refert Genebrardus in hunc Pſalmum, legit. *Homo peccator in honore non commemoratur cum iuſtis; aſſimilatus eſt beſtiæ mutæ*.

Peccatum, non ſolùm nomine priuat hominem, ſed, & honore, magnitudine, ac dignitate 4. Reg. 8. cupiens Spiritus Sanctus nos inſtruere, quis nam eſſet Ioram Rex, & quot annis regnaſſet, dixit. *Ioram triginta duorum annorum erat cum regnare cœpiſſet, & regnauit octo annis, & mortuus eſt*, at 2. Paralip. 22. loquens Spiritus Sanctus de Ioram, & de Ocozia eius filio, ita inquit. *Ocozias cum mortuo Patre in Regnum ſucceſſit, quadraginta duorum erat annorum*: ſi ſi hoc ita eſſet, filius maior eſſet Patre duobus annis, quod abſurdum eſt dicere; nam veritas eſt, quod cum obierit Ioram, Ocozias habebat annos ſexaginta, & Ioram non regnauit tantum octo annis, ſed viginti octo, at quia octo annis ſolùm regnauit in Dei gratia, abſque peccato, ideò ſcribitur regnaſſe annis octo, quo tempore verè Rex dici poterat, neque verùm eſt Ocoziam tempore, quo cœpit regnare habuiſſe, quadraginta duos annos, ſed habebat annos viginti duos, cui additi ſunt alij viginti anni, quos Deus abſtulerat ab eius Patre, cum Ocozias fuerit vir Iuſtus, & innocens, & ne ſeries, ſeù memoria annorum Regum Iſrael amitteretur, ideò dicitur cum Ocozia regnare cœpiſſet habuiſſe annos quadraginta duos, ex quo patet, quod peccatum priuat, & ſpoliat peccatorem omni honore: audite Theodoretum, ibidem. *Triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare cœpiſſet, & vixit ſexaginta octo innocenter, quos ſcriptura commemorat, viginti verò in impietate tranſegit, & ob id à ſacra Scriptura omittuntur, tribuuntur tamen Ocoziæ eius filio ne tantorum Regum memoria aboleatur*.

Patet etiam hoc in Adamo Geneſ. cap. 3. cui cum à Deo data fuiſſet poteſtas iudiciaria. *Dominamini piſcibus maris, volatilibus Cæli, & vniuerſis beſtijs terræ, timor veſter ſit ſuper cuncta animantia terræ*: tamen cum Cain homicidium commiſerit, fratrem occidens, non fuit iudicatus ab Adamo, vt conueniens videbatur, ſed ab ipſomet Deo, vagus, & profugus eris ſuper terram, quare hoc? quia ſcilicet Adam propter peccatum, & amiſſam innocentiam, amiſit pariter, & fuit expoliatus cunctis honoribus, & dignitatibus, in ſtatu innocentiæ conceſſis, audite D. Aug. ibidem. *Adam paulò antea peccando iuſtitiam amiſerat, ſine qua indignus, vt Iudicis officium exerceret, qui enim iuſtitiam non colit, non poteſt alios in iuſtitia continere*.

Peccatum non ſolùm honoribus, & dignitatibus homines expoliat, ſed etiam cor eorum, ita indurat, vt perdifficilè ſit emolliri, & pœnitentiam amplecti, vnde Deus per Ezechielem 24. conqueritur dicens. *Multò ſudore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius*: & Textus Hebræus legit. *Non exiuit rubigo abominationis, & obſtinationis*; & quanto plùs infœlix peccator in peccatis perſeuerat, eò magis perdifficilis ad pœnitentiam redditur: memento quæſo, quod quidam homo, vt narrat Euangeliſta Marcus cap 9. habens filium vexatum à Dæmone, adduxit eum, ad Chriſti diſcipulos, vt liberaretur, & non valuerunt: vndè neceſsè fuit adire Chriſtum, dicens. *Magiſter attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum, qui vbicumque eum apprehenderit, illidit illum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit, & dixi diſcipulis*

tuis, vt

Digitized by Google

tuis, vt eijcerent illum, & non potuerunt; hoc audiens Chriſtus, interrogauit Patrem eius; quantum temporis eſt, ex quo ei hoc accidit, & reſpondit, *ab infantia*, ad quid ſapientiſſimè Chriſte hæc interrogatio, numquid nō omnia nuda, & aperta ſunt oculis tuis? ad quid ergo Patrē eius interrogas? reſpondit Gloſſa Interlin. in hunc locum. *Non quaſi ignorans interrogauit, ſed vt diurnitas infirmitatis oſtenſa curationem gratiorem faceret.*

Cæſarius Epiſcopus à Relat. inquit. *De multitudine peccatorum deſperatio naſcitur, & ex deſperatione abſque vlla reuerentia peccatorum fræna laxantur, & impletur illud, quod ſcriptum eſt. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit;* & ita infęlix peccator obſtinatus euadit, Nicolaus de Lyra perpendens illud Verbum. *Contemnit,* inquit, *contemnit ſupplicia, contemnit correptionem, pęnitentiam, omnemque medicinam,* & Hugo Cardinalis, in hunc locum. *Contemnit conſcientiam,* vnde Iob loquens de peccatore obſtinato ait, qui bibit, quaſi aquam iniquitatem, Nicolaus de Lyra in hunc locum. *Iniquitatem ſicut aquam bibit, qui committit peccata abſque fræno timoris; Ille enim, qui bibit vinum, quia timet inebriari, bibit temperatè, ſed bibens aquam hoc non timet:* procurat Diabolus, vt homo ſit obſtinatus, & ita de culpis fiat inexcuſabilis apud Deum. Feſtinans Diabolus ad tentandam Euam dixit ei. *Cur præcepit vobis Deus ne comederetis, &c.* miratur D. Aug. in hunc locum, cur Diabolus meminerit præceptum; nam ita caſus difficilior reddebatur, & tandem reſpondet D. Aug. dicens. *Vt omninò inexcuſabilis eſſet præuaricatio, & nullo modo dici poſſet mulierem oblitam fuiſſe, quod præceperat Deus, maior enim commiſſio cum recordetur peccatum.*

hom. 13. de pęnit.

in illa Prouerb. 16. Impius cū in profundū venerit peccatorū, &c.

Albertus Magnus docet Adamantem fieri ex niue, quæ in frigidiſſima loca decidens, ob frigus nullatenus poteſt liquefieri, & propter magnum ventum gelaſcit, & deinde fit chryſtallus, quæ vento, & ſole purgata Adamas fit, totum hoc expertus eſt Diabolus in paſſione Chriſti. Niuiſerat Pilatus Chriſtum excuſans. *Quid enim malefecit,* at niuis hæc liquefieri videbatur, ſed Diabolus ſolidam reddidit velut Adamantem, efflans enim dixit, ſi hic non eſſet malefactor non tibi tradidiſſemus eum, ſed adhùc niuiſerat Pilatus, dicens non inuenio in eo cauſam, at Diabolus efflare conatur. *Audiuimus eum, dicentem ſoluite templum hoc, & poſt triduum reedificabo illud,* vnde Pilatus veluti chryſtallus indureſcit, nam *apprehendens Pilatus Ieſum flagellauit,* ſed adhùc Adamas non erat, quia dixit. *Innocens ego ſum,* inſiſtit, & efflat Diabolus dicens. *Crucifige eum, Crucifige eum,* & illicò Pilatus Adamas euadit damnans Chriſtum ad mortem, & ſic Pilatus fit immutabilis; nam cum poſuiſſent Titulum ſuper Crucem. *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum,* dixerunt ei Iudæi. *Noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit Rex ſum Iudæorum,* reſpondit Pilatus tamquam Adamas immutabilis. *Quod ſcripſi, ſcripſi;* audite D. Leonem Pontificem. *Pilatus non charitate diuina commotus dixit, quod ſcripſi, ſcripſi, ſed potius diabolica temeritate probauit, nam quia Diabolus mundo vniuerſo oſtendere voluit Pilatum fuiſſe obſtinatum.*

Diabolus volens experiri, an Iudas proditor fuerit obſtinatus, procurauit, vt Chriſtum oſculo traderet, dicebat enim Diabolus intra ſe, Chriſtus eſt Sol, ſi Iudas erit niuis, & non Adamas, adhærens ſoli non poterit non liquefieri, & ſe pœnitere, ſed infęlix Iudas tamquam Adamas minimè liquefit, quamuis ei Chriſtus dulciter fuerit loquutus, dicēs. *Amice ad quid veniſti,* quaſi diceret, pœniteat te ò Iudas, quia adhùc tempus eſt inueniendi miſericordiam, ſed noluit infęlix Iudas, quia Adamas erat, quod videtur innuere Propheta Hierem. cap. 46. dicens. *Fruſtra multiplicatis medicamenta non eſt ſalus,* quaſi diceret, non poteſt curari, miracula ſunt neceſſaria, vnde D. Thom. ait. *Deſperatur natura mortui, non per hoc excluditur via omnipotentis Dei, per quam aliquando iſti ſaluantur;* perpendendum eſt illud, *aliquando,* ideſt, vt ſcribitur de bono Latrone, de Maria Magdalena, quia Chriſti Crucis triumphus magnus celebrabatur, Chriſtus dixit bono Latroni. *Hodie mecum eris in Paradiſo,* in quibus verbis, perpendendum eſt illud, *hodie,* ideſt in hoc Crucis triumpho, *tibi,* ideſt tibi tantum, in paſſione Chriſti quatuor adfuere Latrones, duo fuerunt Crucifixi cum Chriſto, Barabas latro, & Iudas, de quo dicitur. *Fur erat, & latro,* & tamen, vnus tantum Deo gratus repertus eſt, ideò dico tibi. *Hodie mecum eris in Paradiſo,* docemur hoc exemplo, quod non ſunt expectanda miracula, vt ad Dominum conuertamur, caueamuſque ab oſtinatione, ne in peccatis moriamur, nec differamus in fine vitæ pœnitentiam, quia tunc poterit eſſe, quod Deus non audiat noſtras preces, & clamores, audite D. Gregorium. *Eius clamorem Deus tempore anguſtiæ non audit, qui tranquillitatis tempore clamantem non audiuit.*

2.2.q.144

l. 18. mor. cap. 5.

Achan in depopulatione Hierico, cum contra Dei præceptum nonnulla celauerit, cum fuerit detectus, dixit ei Ioſue cap 7. *Fili mi da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi, quod feceris, & ne abſcondas,* tunc Achan genuflexus tremens dixit. *Verè ego peccaui Domino*

ui Domino Deo Iſrael, & illicò lapidauitque eum omnis Iſrael, quod maximè admiratur Rupertus, eò quod perpendens peccatum Dauidis, adulterium ſcilicet, & homicidium, & audiens
in cap. 21 Ioſue. cum dicentem, *peccaui*, & fuit ei reſponſum. *Dominus tranſtulit peccatum tuum*; admiratur inquam, quare Achan non meruerit veniam, & nulla alia fuit cauſa, niſi, quia Achan confeſſio tarda fuit, audite verba Ruperti. *Non tamen vllam mereri veniam debuit, quia videlicet confeſſio nimis tarda fuit*: hinc per Spiritum Sanctum Eccleſ. 5. monemur. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem; ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſper-*
ſer. 11. ad fratres in heremo. *det te*, & D. Auguſt. *Animaduertit, quanta difficultatis ſit in hora mortis pœnitere, vt par eſt, vt peccata confeſſione expiare*, & Eccl. 18. *Ante langorem adhibe medicinam*, quæ verba Hugo Cardinalis ſic explicat. *Ante langorem mortis medicinam pœnitentiæ vulneribus peccatorum tuorum.*
In comm. in Aphor. Galenus narrat de quodam Iuuene infirmo cui cum tempore congruo medicamina non fuerint applicata, paulatim, ita defecit ei virtus, & vires imbecilles euaſerunt, quod cum nullatenus aliquam capere potuerit medicinam, ſolùm dicebat. *Non poſſum, non poſſum*, & ita perijt,
ſer. 58. de temp. idem accidit peccatori obſtinato, audite D. Aug. *Erit tempus, quo peccator velit pœnitere, & non poterit, quia quando potuit noluit, & propter malum velle perdidit bonum poſſe*: concludit, deinde D. Aug. dicens, *& ideò dilectiſſimi, quicumque vult inuenire miſericordiam Dei, ſanus agat pœnitentiam in hoc ſæculo, vt ſanus eſſe valeat in futuro.*

Plutarchus in Apotheg. refert olim nonnullos conſpiraſſe contra Archiam Tyrannum Thebis, & cum Tyrannus à quodam ſuo amico per literas de hac re monitus fuiſſet, & nuncius literas deferens ei dixiſſet, quòd illicò legiſſet, quia, *ſeria continet*, Archita, quia tunc cum amicis epulabatur, quaſi ebrius, & demens, reſpondit, *ſeria in craſtinum*, & eadem nocte à con-
ſer. 164. de temp. iuratis fuit interfectus, quod ſi legiſſet ſanè non perijſſet, D. Aug. *Quando corripit, quando mutaris? eras iniquus; ecce quoties dicis, cras, cras, factus es coruus, ecce dico tibi, cum facis vocem coruinam, occurrit tibi ruina; nam ille coruus, cuius vocem imitaris, exijt de Arcba, & non redijt*. Prouerb. 2. *Quia vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret, ego quoque in interitu veſtro ridebo.*

ſer. 58. de Sanctis. Hinc nos monet D. Aug. dicens. *Emenda igitur frater vitam tuam, dùm tempus datur, implora nunc auxilium diuinum, cum locus datur, fleto nunc, dùm lachrymis non intercluditur via noli pœnitentiam differre, dùm hoc in tempore viuis, in quo tantum eius fructus eſt vtilis*, & D. Greg. in illa
15. mor. c. 19. verba Iob 21. *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt*, ait. *Poteſt in puncto hoc, intelligi, quod ſæpè hi, qui iniquitate diù tolerati ſunt, ſubita morte rapiantur, vt nec flere ante mortem liceat, quæ peccauerunt.*

l. de Nabot c. 6. Chriſtus Dominus noſter, per Ioan. Euang. 12. ait. *Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati*, & D. Amb. ſubdit. *Qui ſubiectus eſt vitijs, multis ſe Dominis addixit*, & proſequitur dicens. *Qui ſeruit peccato, ſemper in laqueis, ſemper in vinculis eſt, nunquam liber à compedibus, quia ſemper in criminibus*, & idem S. Doctor concludit. *Quàm miſera ſeruitus ſeruire peccatis.*

l. 9. confeſ. cap. 5. Et S. Doctor Auguſt. ingemiſcens dicebat. *Suſpirabam ligatus, non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate; velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me.*

in pſ. 118 Vnde D. Ambr. ait, quod peccator Deo dicere minimè poteſt. *Tuus ſum ego, ſaluum me fac*, cum ſit ipſe culpæ potiùs mancipium, peccatorum funibus conſtrictus, vnde introducit Diabolum coràm Deo ſic contra peccatorem loquentem. *Non eſt tuus Ieſu homo iſte peccator, ſed meus eſt, quia ea, quæ mea ſunt cogitat, quæ mea ſunt in pectore voluit.*

l. 9. de repub. Et Plato inquit. *Quoties peccas, toties te velut catenam reuinctam nequiſſimo, & ſporciſſimo Domino pro mancipio tradis.*

Et D. Hier. ab Hugone Card. citatus in illa verba. *In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator*, inquit. *Vnuſquiſque peccans, ſecum portat funes, vincula, tormenta, vnde ſuſtinet mala.*

apud Laert. Hoc cognouit Diogenes, qui intuens, quod Alexander ineptè gloriabatur, ſe eſſe totius fætè Mundi Dominum, eum alloquens ſic ait. *Nequaquam es Dominus, ſed ſeruorum meorum ſeruus, vitia enim ſunt Domini tui, & ſerui mei, & in te dominantur.*

Idem quidam populi dixerunt Alexandro. *Quid tibi prodeſt totius vniuerſi dominum fieri, ſi tàm infimè, & abiectæ rei qualia ſunt peccata ſeruus es?*

hom. 41. in Act. Ap. D. Chryſoſt. de peccatoribus ait, quod dicunt. *Peiores effecti ſumus peccantes, quàm à Demonio vexati; quod ſi non ſpumamus, neque pupillas diſtorquemus, vitiatam in corpore hæc pateremur, & non in anima.*

Hugo Card. exponens illud Pſal. 29. *Domine eduxiſti ab Inferno animam meam*, ait. *Ab In-*
ſer. 4. de Aſſ. Virg. *ferno peccati, peccatum enim dicitur Infernus.* Et D. Bernard. dicit. *Infernus Animæ eſt rea conſcientia*. Quanti Deus fecerit hominem cla-

Digitized by Google

rè patet; pręcipuè ex verbis Dauid dicentis. *Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, gloria, & honore coronaſti cũ, & cõſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarũ*, ita vt D. Macarius dicat hominẽ omnibꝰ creaturis antecellere, & præminere, cuius verba ſunt hæc. *An ecedit igitur homo cunctis creaturis; & forſan audebo dicere, non tantũ viſibilibus, ſed etiã inuiſibilibus, nempè ſpiritibus miniſtratorijs*, & D. Hier. & Pagninus vbi nos legimus. *Minuiſti eũ paulo minus ab Angelis*, traducunt. *Minuiſti eum paulo minus à Deo*, quod cõſiderans Triſmag. inquit. *Magnum miraculũ eſt homo, animal adorandum, & honorandum, hoc enim in naturam Dei tranſit, quaſi ipſe ſit Deus*, & Diuus Auguſt. *Nihil eſt Deo coniunctiùs*, homo hic antequam culpam committeret, erat quaſi pulcherrima Dei imago, ita inter cæteros fatetur Diuus Ambroſ. his verbis. *Pictura pretioſa erat Adam ante peccatum*; vnde dixit D. Chryſolog. *Adhùc tamen, quid adijciat ad honorem tuum, tuus creator excogitat; in te imaginem ſuam ponit, vt terris inuiſibilem conditorem viſibilis imago præſentem poneret*, ſed heù, quis crederet creatura hæc auſa eſt Deum offendere, & diuinum tranſgredi præceptum, propter quam culpam amiſit diuinam imaginem; non quo ad eſſentiam, ſed quo ad ornamentum inquit Auguſt. vnde Diuus Ambroſ. dixit. *Sed vbi lapſus eſt, depoſuit imaginem cęleſtis, ſumpſit terreſtrem effigiem*, & quod peius eſt, Sathanæ imaginem adeptus eſt, vt clarè aſſerit Cæſareus Arelatenſis his verbis. *Quot vitia habuerit homo, tot habet Dęmones*, & D. Chryſoſt. *Peccatum eſt magnus Dęmon*, & D. Chryſolog. innuit. *Quia ſicut domino, qui ſe iungit, vnus ſpiritus eſt; ita qui ſe iunxit Diabolo, eſt Dęmon vnus*, hinc poſtquam Adam culpam commiſit, vocauit eum dicẽs. *Adam, Adam ubi es*, non quod Deus ignoraret vbi eſſet Adam, cum omnia nuda, & aperta ſint oculis eius, ſed ſecundum mentem D. Chryſoſt. Deus Adam alloquens dicere volebat. *Vbi eſt imago mea primo formata? ubi paradiſi pretioſiſſimus ornatus? ubi manuum mearum artificium? ubi imago Regni mei nuper depicta? ubi nunc familiaris meus amicus?* hinc dicebat Dauid. *Verumtamen in imagine pertranſit homo*, quẽ locum exponit Doctiſſimus Incognitus de Anima peccatrice, & inquit. *Qualibet enim anima peccans in ſe imaginem Diaboli facit per culpam*, confirmat totum hoc Salamon, qui cùm eſſet in peccato dixerit. *Ego Eccleſiaſtes fui Rex in Hieruſalem*, & Chaldæus legit. *Ego Aſmodaus fui Rex in Iſrael*, quaſi diceret, cum eſſem in peccato, iam Dei imaginem amiſi, & Dęmoniorum effigiem acquiſiui, quia Aſmodæus eſt laſciuiæ effigies, & D. Chryſoſt. dicebat de peccatoribus. *Peiores ſatis Dęmonibus æquales, fortaſsè peiores.*

Pſal. 8. — hom. 15. — in pſ. 8. — in Aſcle. dial. 3. — q. 61. inter 83. — l. 6. exam. ſer. 148. — hom. 6. de Energ. — orat. 3. cõtra Iudęos — ſer. 5. de fil. prodig. — ſer. de Adam, & Acab to. 1 — Pſal. 38. — Eccl. c. 1.

Cum peccatum ſit onus importabile, de infelice peccatorum conditione valdè miror, ſunt enim ita ſenſitiui, & delicati, quod vix vnius vaſculi aquæ pondus ſuſtinere valent, ad ferendos tamen in corde peccatorum montes inſenſibiles ſunt, quod peccatorum pondus graue ſit, ipſa irrationabilia animalia teſtati ſunt, narrat enim Euangeliſta Marcus cap. 5. quod occurrerunt Saluatori duo homines à Dęmone vexati, qui antequam Chriſto propinquarent, non ignorantes, quod eijcerentur ab illorum duorum hominum corporibus, rogauerunt Chriſtũ, vt in porcos ingredi permitteret, quibus reſpondet Saluator, *Ite*, & ſtatim, ac ingreſſi ſunt, ait Textus. *Et ecce impetus totus grex abijt per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis*, perquirit D. Chryſolog. quare tàm graue damnum porcorum Dominis Chriſtus permiſerit, & reſpondet. *Vt appareat hoc portaſſe duos homines, quod numeroſitas non ualuit ſufferre porcorum*, vt oſtenderet ſcilicet Saluator, quàm graue pondus, illi duo homines peccatores ſuſtinerent, nam, vt referunt nonnulli illi porci erant duo millia, & pondus duorum hominum peccatorum ſuſtinere non valuerunt. *ſer. 16.*

Etiam aquæ peccatorum pondus teſtatæ ſunt, nam Sanctus Moyſes intuens populum adoraſſe vitulum aureum, Dei zelo motus confregit illum, & in puluerem redegit, & ita in potum, quaſi ad curandum, tam graue malum, illis tradidit, *Vitulum Moyſes confregit, quem ſparſit in aqua, deditque ex eo potum Filijs Iſrael*, ſic ſcribitur Exod. 32. ſed Deuter. 9. ſcribitur quod Sanctus Moyſes Vitulum confractum proiecerit in torrentem. *Vitulum confregit, & proijecit eum in torrente, qui de monte deſcendit.* Pero modo ſi proiecit in torrente, aquæ curſus, aùt ſecum traxit eum, aùt in profundum proiecit; quomodo ergo dicitur quod Moyſes dedit ex eo potum filijs Iſrael: Burcaditus has contrarietates reconcilians ita reſpondet. *Proijecit Moyſes totum puluerem Vituli in torrentem: aqua uero illum à ſe expulit tamquam execrabilem; tunc Moyſes eo collecto, potum dedit filijs Iſrael.* O mirum peccati pondus, aqua ipſa non valuit ſuſtinere, & homo bibit ſicut aquam iniquitatem. *lib. 4. itinerarũ c. 14*

Nauigabant Chriſtus, & Diſcipuli ſimul, vt ſcribit D. Matthæus Euangeliſta, & inopinanter magna procella eorum Nauis aggreditur, *ita ut Nauicula operiretur fluctibus*, ait Textus, mirum valdè eſt, quod mare hac vice tantum Chriſti Nauim, non veneratum fuiſſet, quod alias non fecerit; huius facti rationem aſſignat D. Ambr. dicens. *Non turbatur illa Nauis, quæ* *lib. 4. in Luc. c. 13*

Petrum

Digitized by Google

Petrum habet; turbatur iſta qua Iudam habet: etſi, multa illic Diſcipulorum męrita nauigabant; tamen eam adhùc perfidia proditoris agitabat, hac vice nauigat Iudas cum Chriſto, & Apoſtolis, ideò turbatur Nauis.

Matth.26 *num. 16.* *hom. in pſ. 3.* Peccati pondus, & ipſi lapides teſtati ſunt, non loquor de illis, qui in morte Saluatoris diuiſi ſunt, neque de ſepulchris, quæ aperta ſunt, vt propter tam grande ſcelus Chriſtum occidendi vociferarentur, nec de terra, quæ aperta eſt, vt impios illos Datan, & Abiron glutiret; neque tandem de illa terra, quæ corporis mortui Abſalonis Parricidæ pondus reſpuens, reſpuit, vt in aere moreretur, vt inquit D. Chryſoſt. *Quia terra eum auerſabatur, non ferens pollui paſsibus Parricidæ*; ſed conſideramus id, quod ſcriptura refert Regi Ieroboam accidiſſe. Dùm enim Rex hic Idolis ſuis incenſum offerebat, in quorum honorem plures vituli ſuper lapideo Altari exuſti fuerant, & dùm eorum cineres in eodem Altari adhùc eſſent, venit Propheta à Deo miſſus, vt impij Regis grande ſcelus obiurgaret; & conuerſus Propheta ad Altare, ita *3.Reg. 13* locutus eſt. *Altare, Altare, hæc dicit Dominus*, & poſtquam ei minatus eſt, eo quod ſimilia impia holocauſta ſuſtineret. Altare illicò ſciſſum eſt, & per aerem cineres diſperſi ſunt. *Altare ſciſſum eſt, & effuſus eſt cinis de Altari.* Perquirit modò D.Chryſoſt. quare propheta, non *hom. 3. de pęnit.* locutus eſt cum Rege, ſed cum lapideo Altari inſenſibili? & reſpondet. *Quoniam Rex lapide ipſo inſenſibilior eſt*, peccatores enim ipſis lapidibus inſenſibiliores ſunt, vt patet inquit Sanctus. *Quoniam Altare ſciſſum eſt, lapis audiuit fractus eſt, & effudit libamen. quomodo non audiuit homo*, perquirit prætereà Sanctus Doctor, quare Dominus permiſerit quod illius Altaris lapides frangerentur? & reſpondet. *Vt Rex lapidis exemplo ſanior fieret.* O mirum lapides inſenſibiles peccati pondus ſufferre non valent, & impius Rex, tàm graue pondus, non ſentit.

DE POENITENTIA.

.3. de pęnit. c. 7. 1 Diuus Ambroſ. Licèt Deus omnia nouerit, expectat tamen vocem tuam; non vt puniat, ſed vt ignoſcat, non vult vt inſultet tibi Diabolus, & cælantem peccata tua arguat, præueni accuſatorem tuum, ſi te ipſe accuſaueris, accuſatorem nullum timebis, ſi te detuleris ipſe, etſi mortuus fueris, reuiuiſces.

de David lib. 1. 2 Idem. Peccauit Dauid, quod ſolent Reges, ſed pęnitentiam geſſit; fleuit, ingemuit, quod non ſolent Reges; confeſſus eſt culpam, & obſecrauit indulgentiam.

ibidem. 3 Idem. Quod Dauid peccauit conditionis eſt, quòd ſupplicauit correctionis, lapſus communis, confeſſio ſpecialis, in culpam itaque incidiſſe naturæ eſt, dolere virtutis.

l. 2. de pęnit. c. 7. 4 Idem. Nouit omnia Deus, ſed expectat vocem tuam, non vt puniat, ſed vt ignoſcat.

5 Idem. Quod vulneratus medicum quærit, medicus confeſſionem exigit.

ſup. pſ. 40 6 Idem. Qui ſe accuſat, etſi peccator ſit, iuſtus eſſe incipit, quia nec ſibi parcit, & Dei iuſtitias confitetur.

ſuper beati immac. 7 Idem. Faciliùs inueni, qui innocentiam ſeruauerit, quàm qui congruè pœnitentiam egerit.

l. 2. de pęnit. c. 10. 8 Idem. Qui poſitus in vltima neceſſitate ægritudinis ſuæ, acceperit pœnitentiam, & mox *l. 2. de pęnit. c. ult.* reconciliatus fuerit, & exit de corpore, fateor vobis, non illi negamus quòd petit, ſed non præſumo dicere, quod benè hinc exijt; non polliceor, non vos fallo, non decipio; pœnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum. Vis te à dubio liberare? vis quod incertum eſt euadere? age pœnitentiam dùm ſanus es. Si autem tunc agere vis pœnitentiã, quando peccare iam non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa.

ibid. c. 9. 9 Idem. Qui propoſita ſpe agendæ pęnitentiæ, licentiam ſibi delinquendi propagatam putant; cum pęnitentia peccati ſit remedium, non peccandi incentiuum. Vulneri enim medicamentum neceſſarium eſt, non vulnus medicamento; quia propter vulnus medicamentum quæritur, non propter medicamentum vulnus deſideratur.

in lib. 50. Homiliar. hom. ult. 10 D. Aug. Non ſufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, niſi etiam de ijs, quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per pęnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium cooperantibus eleemoſynis.

lib. de pęn. 11 Idem. Aſcende Tribunal mentis, adſit ratio Iudex. conſcientia accuſatrix.

in ſer. de pœnit. 12 Idem. Illi, quos videmus non agere pęnitentiam, non quærant ſibi cæteros ad ſupplicium, nec gaudeant, quia plures inueniunt, quia cum multis ardebunt.

l. de utilit. pęnit. 13 Idem. In tribunal mentis tuæ aſcende coràm te, & & reum conſtitue ante te, noli te ponere poſt te, ne Deus ponat ante ſe.

14 Idem

Digitized by Google

14 Idem. Vis quod eſt incertum euadere, age penitentiam dùm ſanus es, ſi ita agis, dico tibi, quod ſecurus es. *l. 1. de mirabilib. ſacrę Scripr.*

15 Idem. Obſecro, vt antequam infirmitate grauaris, diſponas domum tuam, fac quod faciendum eſt, fac teſtamentum dùm ſanus es. *ſer. 48.*

16 Idem. Penitentia, quæ ab infirmo petitur, infirma eſt, quæ verò à moriente, vereor ne & ipſa moriatur. *de penit.*

17 Idem. Sis ante te, quòd vis eſſe ante Deum; ſi autem poſt te feceris peccatum tuum, retorquet illud tibi Deus ante oculos tuos. *tract. 12. in Ioan.*

18 Idem. [illegible] ta noſtra iudicta nos ſentiant, non patronos, accuſatores ſuos, non defenſores eſſe cognoſcant. *ſer. 87. de temp.*

19 Idem. Si penitentia continua amara ætatis meæ comes peccatorum meorum continuas dolor, vitæ meæ terror; ſi non ſum dignus oculos ad Cęlum leuare orando, certè ſum dignus illos exiccare plorando. *lib. de pen.*

20 Idem. Nemo mihi dicat ago pœnitentiam in corde, vt ſibi Cęlum aperiatur, aperi os tuum Sacerdoti, hæc ſola eſt porta Paradiſi. *in pſ. 177.*

21 Idem. Pœnitentia vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit, & roborat, omnia redintegrat, omnia lætificat ignorans ſe, per hanc ſe recognoſcit, quærens ſe, per hanc ſe inuenit: hæc eſt, quæ homines ad Angelos ducit, & creaturam reddit Creatori, in hac omne bonum inuenitur, per hanc omne bonum conſeruatur, fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia ipſa ignis conſumens, ſuper hoc bonum innixus, fortis eſſe poteris ad omnia bona. *l. de vera, & falſa penit. to. 4. ibid. in fine to. 4.*

22 Idem. Nullum peccatum eſt adeò paruum, quod non creſcat neglectum.

23 Idem. Conuerte te ad punienda peccata tua, quia impunita peccata eſſe non poſſunt, puniendum ergo erit aùt à te, aùt ab ipſo tu agnoſce, vt ille ignoſcat. *in pſ. 44.*

24 Idem. Peccata ſua defleat, & futurum iudicium per pœnitentiam præueniat. *lib. de vera, & falſa pœnit.*

25 Idem. Erit tempus, quo peccator velit pœnitere, ſed non poterit, quia quando potuit, noluit, & propter malum velle perdidit bonum poſſe, & ideò dilectiſſimi quicunque vult inuenire miſericordiam Dei, ſanus agat pœnitentiam in hoc ſeculo, vt ſanus eſſe valeat in futurum. *ſer. 58. de temp.*

26 Idem. *De Adamo ſe excuſante immo, & Deum accuſante*. Qui ſi humiliter ſe accuſaſſet, & in auctorem ſuum culpam non retorſiſſet, à Paradiſo non exulaſſet. *lib. de gratia, & liber arb. c. 2.*

27 Idem. Largitur tibi Deus ſpatium correctionis, ſed tu plùs amas dilationem, quàm emendationem expectas, & de miſericordia Dei tibi plurimum polliceris; quaſi ille, qui tibi per penitentiam promiſit ſalutem, promiſerit tibi, & longam vitam, & metuendum eſt ne te occidat ſpes. *ſer. 2. de Annũt. ſer. 47. de verb. Dõ.*

28 Idem. Iſta eſt filioli vera penitentia quando ſic conuertitur, quis vt non reuertatur quando ſic peniter, vt non repetat. *ſer. 7. de temp.*

29 Idem. In pœnitentia maiorem vtique in ſe ſeueritatem debet exercere, vt à ſeipſo diiudicatus, non iudicetur à Deo. *l. 50. homi. 50. c. 9*

30 Idem. Inanis eſt penitentia, quàm ſequens culpa coinquinat; nihil proſunt lamenta ſi replicentur peccata; nihil valet à malis veniam poſcere, & mala de nouo iterare. *in ſoliloq.*

31 Idem. Quare ambulauimus delectati cantibus laſciuis, nulli rei pro futuris ad tempus dulcibus, poſtmodum amaris; talibus enim turpitudinibus illecti animi eneruantur, & propter ipſas turpitudines poſtea ſentiant dolores, & cum magna amaritudine digerunt, quod cum dulcedine temporali biberunt; meliùs ergo nos amara vobis cantamus ad tempus, vt poſtea dulceſcant in vobis. *lib. de decem cordis c. 4.*

32 Idem. Iuſtitia de Cęlo proſpexit tamquam Dei dicentis. Parcamus huic homini, quia ipſe ſibi non pepercit; Agnoſcamus, quia ipſe agnoſcit; conuerſus eſt ad puniendum peccatum ſuum, conuertar, & ego ad liberandum eum. *ſup. pſ. 84*

33 Idem. Quid infeliciùs? quid peruerſiùs? quàm de ipſo vulnere, quod latere non poteſt, non erubeſcere, & de ligatura eius erubeſcere. *in l. 50 homiliar. homil. vlt. c. 4.*

34 Idem. Cum confeſſus fueris te peccatorem, appropinquas ad lucem, quia Confeſſio adiungit te Chriſto, qui eſt Sol Iuſtitiæ, vt verificetur de te illud Epheſ. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc lux in Domino. *ſuper 1. canon. Ioan.*

35 Idem, ſuper illud Pſal. *Numquid confitebitur tibi puluis, &c.* Confeſſio gemina eſt, aùt peccatorum, aùt laudis, quando nobis malè eſt, in tribulationibus confiteamur peccata

noſtra,

Digitized by Google

noſtra, quando nobis benè eſt in exultatione iuſtitiæ, confiteamur peccata noſtra; quando nobis benè eſt in exultatione iuſtitiæ: confiteamur laudem Deo, ſine confeſſione tamen non ſimus.

36 Idem, ſuper illud Pſal. 66. tom. 8. *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur populi omnes.* tuam iniquitatem confitere, gloriam Dei confitere, te reprehende, illum lauda, vt & ipſe veniens inueniat te punitorem tuum, vt exhibeat ſe tibi Saluatorem tuum.

37 Idem, ſuper illud Pſal. 95. *Confeſſionem, & decorem induiſti, &c.* Anima decora eſſe non poteſt, niſi confeſſa fuerit feditatem, tunc audiet, quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata? idest illuminata: accedit gratia? illuminans, & dealbans; primo nigra fuiſti, ſed facta es alba ex gratia illius, fuiſti enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

ſer. 38. de temp. 38 Idem. Erit tempus in quo peccator velit penitere, & non poterit, quia quando potuit noluit, & propter malum velle, perdidit bonum poſſe.

de vera, & falſa penit. c. 7 39 Idem. Illi qui cum potuerunt nunquam conuerti voluerunt, confitentes cum iam peccare nequeunt, non ſic facilè acquirunt, quod volunt, ſed quoniam raro, vel vix eſt iam iuſta conuerſio, timendum eſt valdè de penitentia ſero.

ibidem; 40 Idem. Multos ſolet ſerotina penitentia decipere; quem enim morbus vrget, & pena terret, ad veram vix veniet ſatisfactionem, maximè cum vxor, & filij quos illicitè dilexit ſint præſentes, & mundus ad ſe vocet.

ſer. 36. ad fratres in heremo. 41 Idem. Age pœnitentiam dùm ſanus es; ſi ſic agis, dico tibi, quia ſecurus es, quia penitentiam egiſti eo tempore, quando peccare potuiſti; ſi vis agere penitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa.

ibid. ſer. 77. 42 Idem. Satis alienus eſt à fide, qui ad agendum penitentiam tempus ſenectutis expectat. Feſtinare debet ad Deum, dùm poteſt vnuſquiſque ne ſi dùm poteſt, noluerit, omnino cum voluerit, non poſſit.

ſer. 12. de penit. 43 Idem. Quotieſcumque euenerit, vt in quodcumque graue peccatum aliquis cadat, ſic de miſericordia confidat, vt tamen iuſtitiam contremiſcat, nec dicat. Cum ad ſenectutem peruenero, tunc ad penitentiæ medicamenta confugiam. Quàm multos mors repentina ſubtraxit, vt nec ad illam momentaneam poenitentiam potuerint peruenire.

44 Idem, ſuper illud Pſa. 103. *Confeſſionem, & decorem induiſti.* Vis Chriſto placere anima? non potes quamdiu deformis, quid facies, vt pulchra ſis? prius tibi diſpliceat deformitas tua, & tunc mereberis pulchritudinem.

Confeſſ. 8. 45 Idem. Suſpirabam ligatus, non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate.

ſer. 36. 46 Idem. Quem enim morbus vrget, & pena terret ad veram vix veniet ſatisfactionem, maximè cum filij quos illicitè dilexit, ſint præſentes, vxor, & mundus ad ſe vocent; multos enim ſolet ſerotina penitentia decipere.

ſer. 58. de temp. 47 Idem. Quomodo aget penitentiam in extremis vitæ finibus conſtitutus? penitentia quæ à moriente petitur, vereor ne mortua ſit; & ideò dilectiſſimi quicumque inuenire vult miſericordiam Dei, ſanus agat penitentiam in hoc ſæculo, vt ſanus eſſe valeat in futuro.

ibidem. *l. de vera, & falſa penit.* 48 Idem. Planè, aùt non, aùt vix, inuenio mortis tempore aliquem poſſe penitentiam facere.

49 Idem. Penitentia vera vix ſine lachrymis eſſe poteſt.

lib. de inhoneſtis mulierib. 50 Idem. Dicit aliquis, iuuenis ſum, facio id, quod delectat modò, & poſtmodum agam penitentiam, ac ſi dicat. Percutiam me crudeli gladio, & poſteà ibo ad medicum, & neſcit quòd in vna hora mors poſt vulnus poteſt accidere, ſed longo tempore ad ſanitatem priſtinam reuocetur.

li. 50. homiliar. homil. 41. 51 Idem. Si quis in vltima neceſſitate poſitus, penitentiam accipere voluerit, & accepit, ſicque decedit, fateor vobis, non illi negamus quod petit, puta penitentiam, ſed non præſumimus, quòd benè hinc exeat. Numquid damnabitur? ſed nec dico, quòd ſaluabitur. Si ergo vis à dubio, atque omni periculo liberari, age penitentiam dùm ſanus es, quoniam penitentiam tunc egiſti, quando peccare potuiſti.

ſer. 164. de temp. 52 Idem. Quando corripis, quando mutaris? cras inquis. Ecce quoties dicis, cras, cras, factus es coruus. Ecce dico tibi, cum facis vocem coruinam, occurrit tibi ruina; nam ille coruus cuius vocem imitaris, exijt de Arca, & non redijt.

ſer. 58. de ſanct. 1. 53 Idem. Emenda igitur frater vitam tuam, dùm tempus datur, implora nunc auxilium diuinum, cum locus datur, fleto nunc dùm lachrymis non intercluditur via; noli peniten-

tiam

Digitized by Google

tiam differre, dùm hoc in tempore viuis, in quo tantum eius fructus eſt vtilis.

55 Idem. Veniet dies, quando eis, nec pœnitentiam licebit agere, nec bonis operibus ſe ab æterna morte poterunt redimere; quia percutitur etiam hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dùm viueret oblitus eſt Dei. *ſer. 3. de Innocent.*

56 Idem. Remedia ergo conuerſionis ad Deum, nullis ſunt cunctationibus differenda, nec tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim pœnitenti promiſit indulgentiam, diſſimulanti diem craſtinum non ſpopondit. *ſent. 91. apud S. Proſp.*

57 D. Bern. Animus pœnitentis nihil diſſimulat, ſed aggregat, & aggrauat vniuerſa, non ſibi parcit durus index in ſemetipſum, vtilis quidem exacerbatio, & digna miſeratione, crudelitas faciliter ſibi diuinam concilians gratiam, dùm pro eo mens æmulatur etiam contra ſeipſum. *in ſer. de Aſſump.*

58 Idem. A ſanguine aqua, & ſpiritu habetur teſtimonium; ſi contines à peccatis, ſi dignos agis pœnitentiæ fructus, ſi facis opera vitæ. *in ſer. de tribus teſtimon.*

59 Idem. Ecce enim moleſtus eſt vobis labor pœnitentiæ, corporis afflictio, grauis abſtinentia, onerosa, & in vigilijs dormitat anima noſtra præ tædio, non ob aliud ſanè, quàm propter inopiam ſpiritus. *in ſer. de S. Andrea*

60 Idem. Mutatis non effugitis pœnitentiam, nam malum impunitum eſſe non poteſt; non punitur hic propria voluntate, punietur alibi ſine fine. *ſuper ecce nos reliq. omnia.*

61 Idem. Cibus eius pœnitentia mea, & cibus eius ego ipſe, an non cinerem tamquam panem manducat? ego autem, quia peccator ſum, cinis ſum, vt manducer, ab eo mandor cum arguor, glutior cum inſtruor, decoquor cum immutor. *ſer. 79. in Cant.*

62 Idem. Ne differamus fratres, ne fortè in die mortis quæramus ſpatium pœnitentiæ, & inuenire non poſſimus. *ſer. ad fratres.*

63 Idem. Si benè memini, in toto Canone Scripturarum, vnum latronem inuenies ſic ſaluatum. Noli ergo huic tàm periculoſe expectationi credere temetipſum. *ſer. 38. ex paruis.*

64 Idem. Conſidera, quàm multi domi moriuntur, quibus ſi hæc hora ad agendum pœnitentiam concederentur, quæ tibi conceſſa eſt, quomodo per altaria, & quàm feſtinanter accurrerent, & ibi flexis genibus tamdiù ſuſpirarent, plorarent, & orarent, donec pleniſſimam peccatorum veniam à Deo obtinere mererentur; tu verò comedendo, bibendo, iocando, & ridendo, tempus otioſè viuendo perdis, quod tibi indulſerat Deus ad acquirendam gratiam, & ad promerendam gloriam. Cogita etiam quot animæ in Inferno nunc cruciantur ſine ſpe veniæ, & miſericordiæ. *de interiori domo. c. 63.*

65 D. Cyprian. in illa verba Sap. 1. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* Vtique qui neminem vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per pœnitentiam denuò ad vitam redire. *ep. 52. ad Anton.*

66 Idem in eodem articulo temporis, cum iam anima feſtinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerſerit, pœnitentiam clementiſſimi Dei benignitas non aſpernatur. *ſer. de Cœna Dom.*

67 Ephrem. Si ingemueris peccator, confeſtim ſuſpirando graue onus draconis euades. *tract. de pœnit.*

68 Euſebius Emyſſenus. Beatus, qui hic mala ſua deflere, qui hic debita ſua feſtinat euoluere, & innocentiam, quam nō poteſt reparare per baptiſmum, recuperare ſtudet per ſummum pœnitentiæ fructum. *hom. de pœnit. Niniu.*

69 Euthymius. Meditando praua opera, quæ commiſi, & mala quæ patior, ſemper meorum dolorum ignis inflammabit, & animæ meæ incendium augebit. *in pſ. 38.*

70 D. Greg. Nequaquam Dominus delicta hominum ſine vltione deſerit, aùt enim homo in ſe pœnitens punit, aùt hoc Deus ſine homine iudicans percutit. *moral. 9.*

71 Idem. Qui admiſſa plangit, nec tamen deſerit, culpæ grauiori ſe ſubijcit. *in Paſtor.*

72 Idem. Qui pœnitentibus veniam ſpopondit, peccantibus craſtinum diem non promiſit. *hom. 12. in Euang.*

73 Idem. Vitam noſtram, quæ nobis diſplicet, ſtudioſa afflictione cruciamus, vt quicquid in nobis polluerunt opera, diluant lamenta, & ſi quidem adhùc culpa delectationis inquinat, pœna mœroris terget. *mor. c. 25*

74 Idem. Sollicitare aliquantulum conſcientiam ingredere in promptuarium animæ ſecretius, præteritorum memoriam apud te parumper excita ſi enim plura ſunt peccata multitudine ne terrearis, vbi delictum abundauit ſuperabundauit, & gratia ſi eam receperis. *ibidem.*

75 Idem. *Quæ eſt de Pœnitentia.* Pœnitentiæ expectatio iacentem ſurgere, & amplius non delinquere hortatur. *hom. 29.*

76 Idem. Quot habuit in ſe oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta: conuertit ad numerum *hom. 35. ſup. Euāg.*

Digitized by Google

merum vitiorum, numerum criminum, vt totum ſeruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex ſe Domino contemplerat in culpa.

77 Idem. Plerumque gratior Deo amore ardens vita poſt culpam, quàm in ſecuritatem torpens innocentia.

78 Idem. Pœnitentia, eſt perpetrata peccata plangere, & plangenda non committere.

79 Idem. Eius clamorem tempore anguſtiæ Deus non audit, qui ipſe tranquillitatis tempore clamantem Dominum non audiuit, iuxta illud. *Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio eius execrabilis.*

80 Idem, ſtabilia verba Iſa. cap. 55. *Quærite Dominum dùm inueniri poteſt: inuocate eum dùm propè eſt.* Modò non videtur, & propè eſt: tunc videbitur, & propè non erit. Nunc non videtur, & inuenitur; tunc videbitur, & inueniri non poterit.

81 Idem. Qui tempus congruè pœnitentiæ perdit, fruſtra ante Regis ianuam cum precibus venit. Exemplum de fatuis Virginibus clamantibus: *Domine, Domine aperi nobis*; quibus reſponſum fuit. *Amen dico vobis*. Neſcio vos, & clauſa eſt ianua.

82 Idem. Securitate alienus eſt, qui ad agendum pœnitentiam tempus ſenectutis expectat. Metuendum eſt enim, ne dùm ſperat miſericordiam incidat in iudicium.

83 D. Hieron. In mentem mihi venit memoria peccatorum meorum, vt etiam obliuiſcar manducare, Deum ſolùm conſideranis.

84 Idem. Qualis eſt pœnitentia illa, ad quam idcircò quis accedet, quando ſe diutiùs non poſſe viuere cernit?

85 Idem. Qualis ad illum diem peruenire cupis, talis nunc eſſe conare.

86 Idem, ſuper illud Pſal. 108. *Et oratio eius fiat in peccatum.* Pœnitentia Iudæ peius peccatum factum eſt, quomodo peius factum eſt iuit, & ſuſpendio periit, & qui proditor Domini factus eſt hic, & interemptor ſui extitit, pro clementia Domini hoc dico, quia magis ex hoc offendit Dominum, quia ſe ſuſpendit, quàm quod Dominum prodidit.

87 Idem, ſuper illud. *Nonne vidiſti Achab humiliatum?* O felix pœnitentia, quæ ad ſe Dei trahit oculos, quæ furentem ſententiam Dei confeſſo errore mutauit.

88 Idem, ſuper illud Marc. cap. 1. *Pœnitemini, & credite Euangelio*. Amaritudinem radicis, dulcedo pomi compenſat; pericula maris ſpes lucri delectat, dolorem medicinæ ſpes ſalutis mitigat; qui deſiderat nucleum frangit nucem, pœnitentiam agit, qui vult æterno bono adhærere.

89 Idem. Antequam dignis operibus, & vera pœnitentia ad Patrem rediret, ad eius præcurrit aduentum, & reditum Filij anticipat.

90 Idem. Quæ peccata fletus iſte non purget? quas inueteratas maculas hæc lamenta non abluant? ò felix pœnitentia, quæ ad ſe Dei traxit oculos.

91 Idem. Nullum munus Deo acceptabilius eſt, quàm compunctio cordis prolata ex radice veræ dilectionis.

92 Idem. Qui dum ſanus eſt, & iuuenis, Deum offendere non formidat, in morte non merebitur diuinam indulgentiam.

93 Idem. Hoc teneo, hoc verùm puto, hoc multiplici experientia didici, quòd ei non eſt bonus finis, cui mala ſemper vita fuit, qui peccare non timuit, ſed in mundi vanitatibus ſemper vixit.

94 Idem. *Epiſt. 8. ad Demetriadem*. Pœnitentia, quaſi ſecunda poſt naufragium miſeris tabula eſt.

95 D. Ioannes Chryſoſt. Non ſic inſanus amator dilectam ſuam amat, vt Deus pœnitentem animam.

96 Idem. Noli expectare finem, vbi pœnitentiæ remedium nihil valet.

97 Idem. O pœnitentia, quæ peccatum miſerante Deo remittis, & Paradiſum reſeras: per te latronem Chriſtus ad Regnum, per te Dauid poſt flagitium felix adulterum recepit Spiritum Sanctum.

98 Idem. Multis, inquis, Deus dedit Priuilegium, vt in vltima ſenecta confiterentur. Quid enim tibi numquid, & tibi dabitur? Forraſsè dabit, inquis. Cur dicis, forraſsè. Contingit aliquoties. Cogita, quòd de anima deliberas; proinde etiam de contrario cogita, & dic. Quid autem ſi non det? Quid autem ſi det, inquis. Dat quidem ipſe, veruntamen hoc illo [illegible].

99 Idem. Eſt pœnitentia medela delictorum, præuaricatorum relatio, aduerſus Diabolum [illegible] mentum

armatura; ſimul, & gladiùs caput ipſius præſecans, ſalutis ſpes euaſio ignorantiæ ipſa homini Cęlum aperit, & in Paradiſum introducit.

100 Idem. Luge peccata, vt ipſe deleas, propter hoc enim triſtitia facta eſt, non vt morte, nec in vlla alia re tali doleamus, ſed vt ipſa ad delenda peccata vtamur. *hom. 5.*

101 Idem. Sicut enim impoſſibile eſt, vt igni inflammetur in aqua, ita impoſſibile eſt compunctionem cordis, vigere in delicijs, illa enim Mater eſt riſus, illa cor conſtringit, hæc diſſoluit, illa animæ alas innectit, & volare facit ad Cęlum, hæc ei plumbi pondus imponit, & demergit in Infernum. *l. 2. de cō-punct. cordis.*

102 Idem. Si erramus paruam pęnitentiam imponendo, melius eſt de miſericordia Deo rationem reddere, quàm de auſteritate; vbi enim pater familias eſt largus, diſpenſator non debet eſſe auarus, & ſi Deus benignus, vt quid Sacerdos auſterus? *ſuper illud Matt. 23. oneta grauia.*

103 D. Iſidor. Qui vult de remiſſione peccatorum ſecurus eſſe in hora mortis, faciat pęnitentiam cùm ſanus eſt, & tunc iniquitatem ſuam plangat; ſed qui malè vixit, & pęnitentiā in hora mortis agit, certum eſt, quod in ſummo vertetur periculo. Quemadmodum enim eius damnatio eſt incerta, ſic ſalus illius eſt dubia. *de ſummo bono c. vlt.*

104 Leo Papa. Nemo eſt deſperandus dùm in hoc corpore conſtitutus eſt, quia nonnunquam, quòd diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiori perficitur. *ſer. de pęnit.*

105 D. Petrus Chryſol. Curat pęnitentia, ne præcurrat ſententia: ne iudicemur Iudices noſtri ſimus; demus nobis pœnitentiam, vt poſſimus nobis auferre ſententiam. *ſer. 167.*

106 Theoph. Triſtitiæ medicina ad peccati ægritudinem ſola comodat, hæc medela à morte animæ hominem eripit. *2. Cor. 7.*

107 B. Thom. à Villanoua. Fęlix pœnitentia, quæ liberat à gehænna: peccauimus fratres, pęnitendum aût ardendum; quantò meliùs modicum pœnitere, quàm perpetuò ardere? *ſer. in Dō. Adu.*

M A N T I S S A
AD POENITENTIAM.

SAcroſancta Tridentina Synodus, pœnitentiæ excellentiam, atque neceſſitatem conſiderans, ſimul cum Sanctis Patribus ſecundam Tabulam poſt naufragium nuncupari voluit, & meritò; nam prima Tabula poſt naufragium, vt omnes affirmant Theologi, atque Patres, eſt Baptiſma, quæ quidem ſimilitudo ſumpta eſt ex his, qui mare huius mundi nauigantes, & naufragium patientes, quilibet eorum, ne pereat, omnibus viribus conatur aliquam capere Tabulam, qua mediante ad littora incolumis peruenire poſſit; Primus homo nauigans mare huius mundi, naufragium paſſus eſt, & nos in eo, vnde prima Tabula ne pereamus, eſt Baptiſma per id enim homo incolumis ad ſupra cęleſtem Patriam peruenit, amiſſamque gratiam iterum acquirit; at quia adhùc, dùm viuimus, huius mundi mare nauigare, nos oportet, cum naufragium patiemur, ne pereamus alia tabula indigemus, & eſt pęnitentia, vnde D. Hieron. *Pęnitentia, quaſi ſecunda poſt naufragium miſeris Tabula eſt*; qua mediante ad gratiam, & ad gloriam peruenimus, vnde Dionyſ. Carthuſ. perpendens viſionem Ioannis Apoc. 3. vbi refertur vidiſſe ſedem poſitam in Cęlo: *Et ſuper ſedem ſedens, & in conſpectu ſedis, tamquam mare vitreum, ſimile cryſtallo*, hoc mare dicit Dionyſ. eſſe pęnitentiam, & ait. *Impoſſibile eſt, vt anima poſt peccatum ad thronum gloriæ perueniat, niſi mare pœnitentiæ nauigando pertranſierit*: hanc pęnitentiam nos docuerunt primi parentes, qui poſtquam diuinum præceptum tranſgreſſi ſunt, rigidis ficus folijs, quaſi quodam cilicio ſe cooperuerunt. *Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata*, & alia litera habet. *Fecerunt ſibi cilicium pœnitentiæ*; & D. Hireneus dixit. *Ideò poſt diuini præcepti tranſgreſſionem rigidis illis ficus folijs ſe operuerunt, vt rigidam nos pęnitentiam docerent.* *ſeſſ. 6. c. 14* *ad Demetr. ep. 8.*

Sancta Pęnitentia, eſt ita Deo pergrata, quod pluris videtur Deus æſtimare Animam pęnitentem, quam Animam innocentem, porrigite quæſo aures, aſcendens Chriſtus in Cœlum non illicò, vt par erat, Cœlorum portæ apertæ ei fuere, clamans enim Chriſtus. *Attollite portas Principes veſtras*, fuit ei reſponſum. *Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens*, & tamen quamuis Chriſtus ſit ipſamet innocentia, & ſanctitas, non illicò fuit ei ianua aperta, ſed iterum oportuit clamare. *Attollite portas, &c.* quia inquit Gregorius Chriſtus tunc innocentem, & iuſtum figurabat, at in Iordane idem Chriſtus, dùm baptizatur à Ioanne Baptiſta,

Digitized by Google

pœnitentis perſonam repræſentabat, & illicò aperti ſunt ei Cęli, audite D. Auguſt. *Baptizato Chriſto, Cęli aperti ſunt ſuper eum, & vox Patris intonuit hic Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, vt declararetur per pęnitentiam in ſimilitudine hominis, ideò cęli aperti ſunt:* immò ita Deo pergrata eſt pœnitentia, quod quaſi libentiùs, anima pęnitens, quàm innocens Cœlum ingrediatur; cum eſſet Chriſtus in Cruce clauis affixus, ſtabat juxta Crucem Maria Mater eius, aderat etiam à dextris Chriſti bonus Latro pœnitens, qui intuens Chriſtum ſuper Crucis ſolium, dixit ei. *Memento mei, dùm veneris in Regnum tuum*, cui reſpondit Chriſtus. *Hodie mecum eris in Paradiſo*, quid agis clementiſſimè Domine? Duces poſt bella, & victorias, cum triumpharent, cariores ſecum ducere ſolent, & qui magis ſtrenuè præliati ſunt, ſed quis Chriſto fuit gratior, & carior Maria? quis fortior ea? de qua ſcribitur ob fortitudinem. *Stabat iuxta Crucem Maria Mater eius?* Matrem, & non Latronem, modò clementiſſimè Ieſu, dùm ad cœleſtes triumphos aſcendis tecum, ducere deberes.

Sed audio Chriſtum mihi reſpondentem; relinquatur modò Maria, Animæ innocentis ſymbolum, & ad cœleſtes triumphos mecum veniat bonus Latro, ſymbolum pęnitentis, vt ſic oſtenderetur, quàm grata ſit Dei Filio Anima pęnitens. *Nam gaudium erit in Cęlo ſuper vno peccatore pęnitentiam agente*, audite Dionyſ. Carthuſ. *Reſponſum accepit Latro, & non Maria ad conficiendam ſpem pęnitenti, dedit ei ſpem, ideò Latro in Regno præmittitur, & Mater relinquitur*, ſed animaduertendum eſt, quod modò, dùm ſumus ſani pęnitentiam amplecti debemus. *Dum tempus habemus operemur bonum venient dies in quibus non poterimus operari.*

Olim gentiles Fortunam Deam palam facere cupientes, quamdam pulcherrimam Mulierem, alatos pedes habentem, & ſupra volubilem rotam ſedentem depingebant, ex anteriori parte capitis oblongos capillos habebat, reliqua eius capitis pars, erat calua, vnde de ea ſcriptum reperio. *Fronte capillata, poſt hæc occaſio calua*; quaſi diceretur, dùm tibi occaſio offertur, ne tempus conteras, ne occaſio prætereat, ad benè operandum fac incumbas.

Hanc Deam Fortunam, *Chriſtum* quodammodò eſſe dicere poſſemus, habet enim pedes alatos, quia alæ eius, alæ ignis, ſuper rotam ſedet, *Vox tonitrui tui in rota*, pulſat ad oſtium cordis noſtri, dùm nos ad pœnitentiam inuitat, capillos oblongos habet, ob innumerabiles ferè occaſiones, quibus nos ad bene operandum vocat, hinc cum in Cruce eſſet, caput inclinauit, vt eius capillos (occaſiones ſcilicet) capere poſſemus, quibus gloriam adipiſceremur, audite quæſo D. Leonem Pontificem. *Sicut fortuna capillos porrigit feſtiuitatis, ita & Chriſtus Filius Dei, inclinato capite, in Cruce tradidit ſpiritum, vt accipias coronam capitis eius, & tibi peccatori Regnum Cęlorum porrigat*, ſtudeamus quæſo ne occaſiones, quas nobis porrigit Deus ad pęnitentiam agendam, & eius gratiam acquirendam, amittamus, quia *poſt hæc, occaſio calua*, quaſi diceret, ne differamus tunc in fine vitæ pęnitentiam; nam fortaſſis; vlla nobis occaſio porrigetur, & tempus pęnitendi non dabitur: caue ne boni Latronis exemplo decipiaris differens pęnitentiam in fine, nam quòd illi conceſſum eſt, tibi non concedetur: exemplo enim huius Latronis, Diabolus multos ſeducit, & ſi bonum Latronem verè pęnituit in fine vitæ, fuit hoc peculiare priuilegium: animaduertiſtis vnquam; cum in aliquo Palatio magni Principis aliqua comedia repræſentatur, tunc omnibus cupientibus ingredi, libenter ingreſſus conceditur, & qualitas perſonarum non attenditur, at finita comedia, ianuæ Palatij clauduntur, nec omnibus conceditur ingreſſus, niſi familiaribus Principis, eiuſque amicis. Theodoretus dicit, quòd dùm Chriſtus pependit in Cruce in Caluario, magna viſa eſt ſcena, vbi egregia comedia fuit recitata, & Chriſtus tamquam perſonam prologi repræſentans, comediæ initium dedit, & ecce Cęli aperti ſunt, vnde D. Stephanus hoc teſtatur dicens. *Ecce video Cęlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei*, dùm ergo Cęli aperti erant, mirum non eſt ſi bonus Latro ingreditur; mementote illarum decem Virginum, de quibus D. Matt. 25. narrat, quòd quinque prudentes ianuam Cęli apertam inuenientes intrauerunt ad nuptias. *Et clauſa eſt ianua nouiſſimæ verò venerunt dicentes; Domine, Domine aperi nobis*, fuit eis reſponſum, *neſcio vos*, audite verba D. Theodoreti. *Ne mireris Latronem audiuiſſe à Domino, hodie mecum eris in Paradiſo, & Virgines illę (amen dico vobis, neſcio vos) quia cum Chriſtus in Cruce pendebat, Cęlum apertum erat, ſed poſt mortem clauſum erat, ideò dixit, (neſcio vos, nam multi ſunt vocati pauci verò electi)* viderat Chriſtus vmbram Apoſtoli Petri, quamplura effeciſſe miracula; & cum eſſet in Cruce, & à dextris pariter Crucifixus eſſet bonus Latro, voluit Chriſtus, vt vmbra ſua pariter ſalutem bono Latroni tribueret, vnde habens clauem Cęli, Crucem ſcilicet, & volens Paradiſi ianuam aperire, dixit tunc Latro. *Domine memento mei*, cui fuit reſponſum, *hodie mecum eris in Paradiſo*, ergo miraculum Chriſti fuit, quod ſaluaretur: audite Diuum Chryſoſt. in illa verba. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, fęlix Latro ille fuit, qui ſub*

vmbra

Digitized by Google

vmbra illius ſedit; nam Crucifixus erat ſub vmbra Chriſti, ideò guſtauit fructus Crucis Chriſti, cum Cęlum ordinariam pluuiam terræ mittat, madefit terra, ſolitos fructus tempore ſuo tribuens, at ſi tempeſtas, & pluuia erit maxima, & inundans, arbores, & plantas euellit, & torrens aquarum domos inundans, eas ſecũ trahit ad mare, vt accidit tempore Noè, quãdo aperti ſunt fontes abyſſi, tempore Paſſionis Chriſti, arbor Crucis Latronis erat plantata, & corroborata in terra, attamen, tãm magnum fuit Sanguinis Chriſti diluuium ex omnibus corporis partibus emanans, vt ſecum traheret bonum Latronem in Paradiſum, quia fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei, audite D. Chryſoſt. *Lætificat Ciuitatem Dei, quando apertis cataractis Corporis Chriſti fundebat ſanguinem, & ideò Crux Latronis euulſa ſubſtulit in Paradiſum*, Diabolus inuidẽs Chriſti honorem. *Totus enim mundus poſt eum abit*, excogitauit Diabolus, auferre hunc honorem à Chriſto, & conatus eſt, vt haberetur tamquam Latro, vnde cum duobus Latronibus fuit Crucifixus, & ipſe in medio, quaſi Latronum caput, quod intuens Chriſtus, tamquam Latro voluit ſe gerere furans bonum Latronem, qui erat in poteſtate Diaboli. *Hodie mecum eris in Paradiſo*; nec nos dicere iuuabit, ergo Chriſtus furabitur pariter, & nos, quia reſpondet Paulus Apoſtolus. *Non rapinam arbitratus eſt*, quaſi diceret, non eſt amplius Latro, audite D. Petrum Damian. *Latro ſaluus factus eſt, nimirum, quia Chriſtus à Diabolo tamquam Latro reputatus induit ſimilitudinem Latronis, & furatus eſt Latronem, quia Chriſtus, non ampliùs cum Latronibus eſt, non enim rapinam arbitratus eſt, ideò non eodem iure ſalutem expectare, ſicut expectauerat Latro*, quaſi diceret, ne exemplo Latronis differas pęnitentiam in fine vitæ, fuit enim peculiare priuilegium illud Latronis: ſi enim tu Cęlum ingredi concupiſcis, neceſſaria erit tibi pęnitentia, vnde Ioannes Baptiſta prædicans Baptiſmum pęnitentiæ, dixit; *pęnitentiam agite*, indefinitè loquutus eſt. *Nullus tempus*: inquit D. Ambr. *Pęnitendi aſſignauit præcurſor, quia ſemper pęnitentiam amplecti debemus*, & idem Ambr. *Pęnitudo eſt neceſſaria ſicut vulneratis medicamina*, & Theoph. in illa verba Geneſ. *Adam vbi es, non ergo tamquam ignorans Deus interrogat, ſed cum eſſet miſericors præbuit occaſionem pęnitendi, & confitendi*; nam, vt ait Diuus Chryſoſt. *Non ſic inſanus amator dilectam ſuam amat, vt Deus pęnitentem animam.* ad Virg. lapsâ c.8. hom. 22. q. de pęnit.

D. Auguſt. admirans, quod Latro audierit à Chriſto, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, inquit, *vide quanta res ſit confeſſio? confeſſus eſt Latro, & Paradiſum aperuit, confeſſus eſt, & tantæ fiduciæ robur accepit, vt de latrocinio Regnum depoſceret*, & D. Chryſoſt. ait. *Ecce quantum præſtitit, confeſſio, vt ſine dilatione, introductus Latro mereretur in Paradiſum*, D. Auguſt. in verba Pſal. 95. *Confeſſio, & pulchritudo*, ait. *Pulchritudinem amas? vis eſſe pulcher, amamus pulchritudinem, priùs eligamus confeſſionem, vt ſequatur pulchritudo*; & D. Bern. *Ama confeſſionem, ſi affectas decorem, confeſſioni iungitur decora pulchritudo.* ſer. 130. de temp. ſerm. de Latrone. ep. 113. ad Virg. Sophiam.

Anima pęnitens tantum prævalet apud Deum, quòd quidquid exoptare poterit pro certo habeat ſe conſequuturam: audite, cum eſſet Chriſtus in cænaculo, alloquens Diſcipulos dixit. *Vnus veſtrum me traditurus eſt*, propter quod verbum contriſtati Apoſtoli, & inquirentes, quis nam hic eſſet, & præ cæteris Petrus dixit Ioanni, vt à Chriſto peteret, quis nam eſſet proditor, quia ipſe de hoc, præ nimio timore, non audebat interrogare, at poſtquam Chriſtus reſurrexit, & ad mare Thiberiadis apparuit Petro, dixitque ei, *tu me ſequere*, quaſi diceret, mecum curre ad Crucem, ad mortem, & pergens Petrus vidit Ioannem, & dixit Chriſto, *hic autem quid*, quaſi diceret, veniet forſan nobiſcum Ioannes ad mortem? indignatus Chriſtus reſpondit Petro, *tu me ſequere*, quaſi diceret, quid ad te interrogare, quid de Ioanne erit? *tu me ſequere.*

Quid eſt hoc? Petrus in cęnaculo, ita abiectus fuit, quod non fuerit auſus de proditore interrogare Chriſtum, & audiens Chriſtum dicentem. *Vnus veſtrum me traditurus eſt*, & Petrus ſilet? vulgaris in cęna, & ſtrenuus in naui? quia cum eſſet in cęna, non adhùc pęnitentiam egerat, quia nondum negauerat Chriſtum, at in Naui, iam Chriſtum abiurauerat, iam pęnitentiam (à qua ſtrenuitatem acceperat) amplexus fuerat, hinc intrepidè Petrus Chriſtum de Ioanne interrogat, *hic autem, quid*, audite D. Thom. *Qui Petro ante pęnitentiam præibat, Petrum poſt pęnitentiam ſequebatur, quia pęnitentia magnam fiduciam ad Deum accedendi Petro, donauit*; in q. 83. ar. 3. ad 3. hinc Mulier illa Cananæa, de qua Matth. 15. ſcribit, auſa eſt ad Chriſtum accedere, & ab eo filiæ ſalutem impetrare; dicens. *Ieſu fili Dauid miſerere mei, quia filia mea malè à Dæmonio vexatur, & ſanata eſt puella*, peto modò, quare Mulier hæc, non acceſſit ad Apoſtolos, vt per eos gratiam puellæ intercederet, ſed audacter ad Chriſtum acceſſit? quia fiduciam habebat in pęnitentia, quàm amplexa fuerat, audite Origen. *Non petiuit Iacobum, nec Ioannem, non acceſſit ad Petrum, ſed ſola venit ad Dominum, quia pęnitentia patrocinium in ſe ſumpſerat, quod, & ſi ſolùm appareat, obtinet, quidquid vult.* hom. 7.

Cum

Cum Chriſtus Dei Filius perueniſſet ad puteum Samariæ, laſſus ex itinere, & Diſcipuli è Ciuitate regreſſi fuiſſent afferentes cibos ad comedendum, dixerunt Chriſto. *Magiſter manduca*, reſpondit Chriſtus. *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis*, quod admirantes Diſcipuli dicebant ad inuicem. *Numquid aliquis attulit ei manducare?* vnde ſubiunxit Chriſtus dicens. *Cibus meus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me*, nam dùm Chriſtus laſſus ex itinere ſedebat ſupra fontem peruenit illùc Mulier Samaritana haurire aquam, vt mos erat, à qua Chriſtus petijt bibere. *Mulier da mihi bibere*, reſpondit illa, *Quomodo tu Iudæus, cum ſis à me poſcis bibere, quæ ſum Mulier Samaritana? ò Mulier ſi ſcires, quis eſt, qui dicit tibi, Mulier da mihi bibere, tu forſitan petyſſes aquam ab eo, &c.* & tandem audiens Samaritana, Chriſtum eſſe Meſſiam, ad eius ſuauiſſima verba, & dulcem, ac diuinam doctrinam conuerſa eſt, & egit pœnitentiam, huius ergo pœnitentia, & conuerſio erat cibus, & voluntas Aeterni Patris, quam Chriſtus adimplere ſtudebat, quòd perpendens D. Aug. dixit. *Quamnam creditis eſſe Aeterni Patris voluntatem niſi, vt nos à pernicioſo mundi errore, conuerteret? qualis eſt ergo cibus eius, talis, & potus, quapropter, hot in illa Muliere ſitiebat, vt faceret in ea voluntatem Patris*, vnde quidam Doctor hæc Auguſtini verba perpendens ſubiunxit. *Ergo conuerſio illius Mulieris, & noſtra conuerſio, & pœnitentia, eſt verus, & perfectus Chriſti cibus*: hinc Chriſtus, Ioan. 6. dixit. *Hæc eſt voluntas eius, qui miſit me Patris, vt omne, quòd dedit mihi non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud*, ad quæ verba ſubdit; D. Baſilius. *Non perdam per per peccatum, ſed reſuſcitem per pœnitentiam*; vnde D. Bern. ſer. 79. clamat, *Fratres, cibus eius pœnitentia mea, cibus eius ego ipſe*. Et qui pœnitentiæ cibum inſtruit Deo, magnum ei conuiuium parat, olim putabant Hebræi magnum, & ſumptuoſum conuiuium parare Deo, dùm animalia offerebant ei, at Deus quaſi indignatus dicebat eis. *Numquid manducabo carnes taurorum, aùt ſanguinem hyrcorum potabo?* ſed clementiſſimè Deus, quòd nam conuiuium erit pergratum Maieſtati tuæ? reſpondit. *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ*, audite quæſo quemdam doctiſſimum Cardinalem, hæc verba ita exponentem. *Illi ſacrificium iuſtitiæ ſacrificant, qui Deo pro peccatis offerunt rigorem pœnitentiæ*, vnde David Pſal. 50. dicebat. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, per pœnitentiam*.

D. Lucas Euangeliſta cap. 5. ſcribit, quod D. Matthæus Apoſtolus magnum præparauerit conuiuium Chriſto. *Fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua*, fuit magnum conuiuium hoc, non propter expenſas magnas, aùt quantitatem, ſeù qualitatem ciborum, ſed fuit magnum, dicit Paulus de Palatio, ob conuiuas, dicit enim Euangeliſta, & erat turba multa Publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant diſcumbentes, audite verba Pauli de Palatio. *Grande conuiuium fuit, quia fuere Publicani conuiuæ, nullum cibum lautiorem Chriſto appones, quàm Publicanos, ſi conuertantur*: hinc libenter Chriſtus perrexit ad conuiuium Pharisæi ſciebat enim, quòd Magdalena ad illud conuiuium veniret, & pergratiſſimum lachrymarum, & pœnitentiæ cibum ei offerret, audite D. Petrum Chryſologum. *Non tàm epulaturus, quàm pœnitentis lachrymas ex ipſis oculorum fontibus potaturus. Deus delinquentium gemitus eſurit, ſitit lachrymas peccatorum*, & licèt Chriſtus per totum vitæ ſuæ curſum, innumerabilia ferè tormenta, & labores ſuſtinuerit. *In laboribus à iuuentute mea*, intuens tamen peccatores pœnitentiam agentes, maxima lætitia, & iucunditate afficitur, ita, vt exultare, & feſtum agere videatur.

Dixit Deus Moyſi num. 28. quod, vt populus congratularetur Deo in die feſto, quem decantabat, mandaret ei, vt dona, & munera offerret Deo; hæc ſunt verba Textus. *Oblationem meam, & panes, & incenſum odoris ſuauiſſim. offerte per tempora ſua*, quæ verba Origen. ita legit. *Munera mea, data mea, oblationes meas, in odorem ſuauitatis obſeruabitis offerte mihi in ſolemnitatibus meis*, quæro modò quænam feſta tabernaculorum Paſchæ Pentecoſtes erãt hęc, quæ ab Hebræis quolibet anno celebrabantur? non credo fuiſſe hæc feſta; nam in his Deus offendebatur: vnde per Iſa. dicebat cap. 14. *Calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea*, non erant ergo hæc feſta, ſed ſecundum mentem Origen. erant illi dies, in quibus

hom. 23. in num. peccatores facinora propria deplorantes; pœnitentiam agebant, audite verba Orig. *Ego puto, quòd per ſingulos quoſque credentium, qui conuertuntur ad Deum, qui proficiunt in fide, feſtiuitas oritur Domini, eſt enim ei, magna feſtiuitas noſtra ſalus*, quòd volens oſtendere Dauid Pſal. 75. dicebat. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi*, quaſi diceret, peccator quamdiù peccauit Diabolo inſeruiuit, modò quia plorans pœnitentiam amplexus eſt, diem feſtum aget tibi; hoc confirmat Rupertus Abb. *Si primitiuæ cogitationes infeſtæ fuerint, reliquiæ eius per pœnitentiam, & confeſſionem diem feſtum agent tibi*; & hæc feſtiuitas Domini, hinc vbi legitur. *Reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi*, Textus Hebræus legit. *Reliquiæ pœnitentiæ*.

l. 5. in cap. 3. Cant. Aponius, perpendens illa verba. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate*,

meæ] quo coronauit illum Mater ſua, in die deſponſationis illius, in die lætitiæ cordis eius, perquirit Aponius, quis nam dies eſſet iſte, tantæ feſtiuitatis, & iucunditatis Domini; & ita reſpondit. *Omnis vtique eius lætitiæ dies Domini Chriſti, quando meretrix lachrymas fundendo, raptor quadruplum male arrepta reſtituendo, Publicanus relicto theloneo præſentibus lucris contemptis Chriſtum ſequendo; latro vociferando Regnum cælorum à ſe alienum pernaſiſſe monſtratur:* hinc cum Chriſtus à ſuis, Ioan. 7. inuitaretur ad magnam feſtiuitatem, quæ in Hieruſalem fiebat, reſpondit. *Vos aſcenditis ad diem feſtum hunc, ego autem, non aſcendam ad diem feſtum iſtum*, & ratio eſt, quia illi feſtiuitates mundanæ, nam ego ſpiritualibus delector vbi ſcilicet adſunt lachrymæ, & pœnitentia, audite D. Bernardin. Senen. *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego non aſcendam ad feſta iſta mundana, vana, & temporalia, alia ſunt feſta ſpiritualia, & ad illa iuit Chriſtus; feſta ſpiritualia ſunt, diſplicentia peccatorum dolendo de peccato facto*, & ex huiuſmodi feſtiuitate magnam Chriſtus conſolationem capit, & his feſtiuitatibus deficientibus, Chriſtus afficitur dolore; vnde conquæritur Chriſtus, dicens. *Conſolantem me quæſiui, & non inueni*, quæ verba expendens Rupertus, inquit. *Conſolantem me quæſiui, id eſt bene operantem per pœnitentiam*: vnde Diuus Chryſoſt. *Nihil eſt, quod ita Deum exhilaret, atque conuerſio noſtra*: hinc Chriſtus Luc. 15. tamquam amans paſtor, poſtquam inuenerit ouem, quam perdiderat dicebat. *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.* Hugo Cardinal. ibidem perpendens, quod cum luctum ſit amiſſæ ouis, id eſt peccatoris, quare Chriſtus dicit. *Congratulamini mihi?* audite verba Hugonis. *Congratulamini mihi, dicit, & non mihi, vt appareret quantum de hominum reparatione gaudeat.*

to. 4. ſer. 35.

hom. 2. in Geneſ.

Ea eſt animæ pœnitentis magnitudo, quod ſolum pœnitentibus ſceptra, coronæ, & imperia tribuuntur 3. Reg. 2. dicitur Dauid, duos habuiſſe filios Amonem primogenitum, & Salomonem ſecundum, & Dauid cum eſſet vir rectus, ſenex [illegible] dedit Coronam, & Imperium Salomoni ſecundogenito, & non Amoni primogenito: *Tollite filium meum Salomonem, & dicite viuat Rex*, D. Paſchaſius inquirens, cur Dauid hoc fecerit, reſpondit. *Secundo, & non primo tribuit coronam, quia Amon filius erat Dauidis, adhuc innocentis Salomon Dauidis iam pœnitentis*. perquirunt nonnulli, cur Chriſtus dederit Pontificatum Petro, non Ioanni; D. Hieron. duas aſſignat rationes. *Prima eſt, ne adoleſcens, ac penè puer, progreſſæ ætatis hominibus præferretur, ſecunda ne magiſter, bonis in adoleſcente, quem ille amabat cauſam præbere videretur inuidiæ*, ſed communior Patrum opinio eſt, quia Ioannes fuit innocens, & Petrus pœnitens, & ſceptra Imperia, & Regna pœnitentibus tribuuntur.

ibidem.

D. Bern. conſiderans verba illa Prophetæ. *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra*, monet nos, & rogat, ne ſanctam pœnitentiam differamus his verbis. *Videtis fratres, quam ſalubriter admoneat nos Propheta, vt ſi vocem eius audieritis hodie, non obduremus corda noſtra. Videtis itaque, & multo ſalubrius eſt, hodie audire eum conſulentem, admonentem, docentem, quam in die illa, tam amaram audire illum increpantem, ſaluentem, condemnantem.*

pſal. 94.

ſerm. de verb. Abac.

Similia ferè dixit D. Chryſoſt. attendens, quod Petrus poſt negationem egreſſus foras fleuit amarè, cuius verba hæc ſunt. *Peccatum ad pœnitentiam non annorum ſpatia poſtulauit annorum, [illegible] ſed ipſa nocte, qua cecidit, ipſa [illegible] ſenſit, ſenſit, & remedium ſanitatis*, vnde D. Ambr. de bono Latrone dicebat. *Citò verò ignoſcit Dominus; quia citò ille conuertitur.*

Luc. 23.

hom. de [illegible]

3 Sed dices forraſſis agam pœnitentiam cum ad ſenectutem peruenero, ſed audi Diuum Auguſt. dicentem cuidam, qui dicere ſolebat (ætas bona [illegible]) *Indulgentiam tibi promiſit Deus, craſtinum diem, nemo tibi promiſit, ſi male vixiſti, bene viue, iam hodie.*

in pſ. 101. & 104.

Et Diuum Bernard. *Quid de futuro mſer [illegible] diſponere præſumis, tamquam pater temporis, & momenta in tua [illegible] poſuerit poteſtate.*

de modo beneuiuē.

Nec confidas (exemplo boni Latronis) quod in fine vitæ pœnitentiam ages; quia Diuus Bernard. monet, dicens. *Si bene memini in toto canone ſcripturarum, vnum Latronem inuenies, veniſſe ſaluatum, vbi ergo, hunc tam periculoſa expectatione [illegible] temetipſum.* Recordare quæſo, quod Deus de piſcibus ſacrificium nolebat ſibi offerri, quia vix ex aqua egreſſi, moriuntur, ita pœnitentiæ ſacrificium in morte fieri non debet, audi Nicolaum de Lyra locum hunc exponentem. *De piſcibus autem, non fiebat ſacrificium, quia extracti de aqua, citò moriuntur, & ideò non poſſunt viui deferri ad templum, oblatio autem, non fiebat de mortuis*, hinc Chriſtus dicebat. *Venit nox, quando nemo poteſt operari*, quem locum explicans Hugo Card. ait. *Venit nox, id eſt mors, quando nemo poteſt operari, tunc ſcilicet, præſens vita dicitur dies, & mors dicitur nox, quia dies data ſunt ad operationem, nox ad quietem*, audi Diuum Auguſt. clamantem *Erit tempus,*

ad ſorores.

ſer. 38. int. paru.

Leuit. c. 10.

Ioan. c. 9.

ſer. 38. de temp.

pus, in quo peccator velit penitere, & non poterit, quia quando potuit, noluit, & propter malum velle, perdidit bonum poſſe.

2. Cor. c. 6 Et D. Anſelm, exponens verba Apoſtoli. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis*, inquit. *Dies enim ſalutis per Chriſti gratiam, eſt vita præſens, quoniam apta eſt ad bené operandum,*
hom. 30. *& concludetur noſte iudicij, in qua nemo poterit operari*, vnde D. Chryſoſt. dicebat. *Nolite miſe-*
in Euang. *ricordiæ tempora perdere; nolite accepta remedia diſſimulare, ante ſupplicium cogitate de ſupplicio.*
cap. 17. Refert Lucas quod quærentes Apoſtoli à Chriſto Domino noſtro, quando ſcilicet erit dies Iudicij finalis, reſpondit eis, *Memores eſtote vxoris Loth*, quæ quidem reſponſio non videtur ad propoſitum, ſed ſi diligenter eam perpendere velimus, ſecundum mentem Nicolai de Lyra optima quidem erit reſponſio, præceperat enim Deus vxori Loth; quod egrediens de Sodo-
Gen. 19. ma, ne reſpiceret retro, at quia Dei mandato non obtemperauit. *Verſa eſt in ſtatuam ſalis*, quo exemplo, voluit Deus nos monere, quod ſi iſta vxor Loth tempus, non habuit retro reſpiciendi, ſed conuerſa eſt in Statuam ſalis, ita, & verior ne idipſum accidat peccatoribus, quod ſcilicet tempus non habeant ad diuinam miſericordiam confugiendi, ſed morte repentina pereant, hæc ſunt verba Nicolai de Lyra. *Memores eſtote vxoris Loth; quæ nec habuit ſpatium reſpiciendo retro, ſed ſtatim conuerſa fuit in Statuam ſalis*, & concludit, *Sic nec tunc homines habebunt ſpatium reſpiciendi retro, ideſt ſpatium intendens alicui negotio, ſed oportebit eos ſtatim comparere*
Pſal. 6. *ante conſpectum Iudicis*, hinc Dauid ad Deum dicebat. *Conuerte Domine, & eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam*, ſed quare ita feſtinanter hoc petis? adhùc iuuenis es, habebis tempus penitentiam agendi; reſpondet Dauid. *Quoniam non eſt in morte, qui me-*
Leuit. c. 11 *mor ſit tui*, quem locum exponens Gloſſa ait. *Quoniam, non eſt in morte penitentia fructuoſa*, hinc Deus prohibuit, ne ſibi offerrentur Corui, aùt Cygni, quia ait Auguſtinus. *Coruus eſt ſymbolum peccatoris, qui de die in diem differt penitentiam, & Cygnus non in vita cantat, ſed in morte, vt ſolent peccatores, qui nunquam in vita laudauerunt Deum, ſed in morte aggreſſi cœptè*, ad Deũ recurrunt, vnde idem Auguſtinus cuidam de conuerſione loquenti qui dicere ſolebat cras bene viuam reſpondit. *Ecce dicam tibi cum facis vocem coruinam occurret tibi ruina*; vnde bene dixit D. Greg. *Clamorem eius anguſtia tempore Deus non audit, quia tranquillitatis tempore in præceptis ſuis ipſe clamantem Dominum non audiuit.*

Quod penitentia mutet, & faciat de peccatore iuſtum, nemo eſt qui neget, iam cunctis patet, vt videre eſt de Niniuitis, quibus Propheta minatus eſt dicens. *Adhùc quadraginta dies, & Niniues ſubuertetur*, & quamuis Niniue non fuerit euerſa, Ionæ tamen prophetia, iam fuit adimpleta; nam, vt ſubtiliter adnotauit D. Auguſt. penitentiam Niniuitæ agentes, in iuſtos conuerſi ſunt, & ſic euerſa eſt Ciuitas peccatrix, & ſancta inſurrexit; audite quæſo verba
in pſ. 60. D. Aug. *Stetit Niniue, an euerſa eſt Niniue? aliter quidem hominibus, & aliter viſum eſt Deo; ego autem puto impletum fuiſſe, quod Propheta prædixerat; reſpice, quæ fuit Niniue, & vide, quæ euerſa eſt; euerſa eſt in malo, ædificata eſt in bono, ſicut euerſus Paulus perſecutor, ædificatur Paulus prædicator*, quod videtur confirmari à Dauide dicente. *Increpaſti gentes, & perijt impius*, quem
in pſal. 9. locum ita exponit D. Auguſt. *Qua increpatione perijt impius? quia iuſtificatus eſt impius, & factus eſt pius; nomen eorum deleſti in ſæculum ſæculi, nomen impiorum deleſti in æternum, quia nunquam erunt impij.*

ibidem. Hanc mutationem per pœnitentiam cunctis patefieri deſiderabat Dauid, cum dixit. *Annunciate inter gentes ſtudia eius*, ſed vt legit D. Theodor. *Annunciate mutationes eius*, quia ſcilicet penitentia mutat hominem peccatorem in iuſtum, & ſanctum, vt ipſemet D. Theod. dicebat. *Annunciate mutationes eius, re vera mutatio fuit rerum omnium maximè; qui quondã inimici erant, amici ſunt, longinqui proximi, ſerui filij; qui in ignorantia erant, in cognitione ſunt, qui in tenebris in luce, in ſpe vitæ, qui mortui erant, pauperes hæredes Regni Cælorum, & hæ Saluatoris arte ſunt, decore*, hæc omnia efficit penitentia, vnde de hac mutatione D. Auguſt. peccatores monebat
in pſ. 99. dicens. *Damna quod es, vt merearis eſſe, quod non es; viue remedijs, qui moriturus fueras aliquando peccatis*, qui talis mutationis remedia perquirens D. Chryſoſt. dixit. *Niniuitæ confitentur,*
ſer. de con- *vt viuant, Sodomitæ obdurantur, vt pereant*, inde Sanctus Doctor, ſic concludit. *Confitemini*
feſſ. *Domino, quoniam bonus, peccatorem bonis abſoluit, iuſtos condemnat; qui confitendo bonum fieri noluerit, iuſtum ſentiet reticendo*, & vt peccator licèt maximus fuerit; hanc diuinam mutationem mereretur, ſufficit illi cum Dauid ad Deum clamare dicendo, *peccaui*; & quantum hoc valeat admiratur D. Ambr. dicens. *Quantum tres ſyllabæ valent?* De iniuſto, facit Iuſtum, de peccatore Sanctum, de Dæmone Angelum, vnde D. Hieron. perpendens verba Christi. *Qui vult*
hom. 10. in *venire poſt me, abneget ſemetipſum*, inquit. *Toties abnegamus nos, quoties priora vitia calcantes deſinimus eſſe, quod fuimus, & incepimus eſſe, quod ante non fuimus*, & D. Greg. *Semetipſum abnegat,*
Euang. *qui mu-*

Digitized by Google

qui mutatur ad meliora, & incipit eſſe quod non erat, & deſinit eſſe, quod erat, ſed vt magis, ac magis peccator, cognoſcant quantum valeant tres illæ ſyllabæ audiat Prophetam dicentem. *pſal. 95.*
Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius; quem locum exponens Diuus Aug. ait. *Pulchritudinem amas? vis eſſe pulcher? confitere: fœdus eras, confitere, vt ſis pulcher; peccator eras? confitere, vt ſis iuſtus? amamus pulchritudinem? priùs eligamus confeſſionem, vt ſequatur pulchritudo*, & Diuus Bern. inquit de hac pulchritudine. *Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius, cuius ſpecioſa erat forma præ filijs hominum, eius inquam, in quem deſiderant Angeli proſpicere; audis cui placeas? ama vnde placeas, ama confeſſionem, ob quam amaris, ama confeſſionem; ſi affectas decorem*, idem confirmat D. Hieron. dicens. *Qui ſua confeſſus fuerit peccata, & dixeris putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, fœditates vulnerum in ſanitatis decorem commutat.* *epiſt. 113* *ep. ad ruſt.*

Benedictus Fernand. perpendens quod Dauid petebat dicens. *Cor mundum crea in me Deus*, inquit. *Tàm purus ab omni labe per confeſſionem fidelis exiſtit, vt non tàm prioribus mundatum ſordibus, quàm de nouo creatum cor habere videatur. Vetus Adam, exuitur per confeſſionem, & nouus induitur; moritur cor maculatum, naſcitur immaculatum*, hinc D. Zenon. hoc conſiderans, magno affectu clamabat. *O liberatoris noſtri profunda promiſſio, o præſtantia ſingularis, ò dulcis ſententia, ò damnatio neceſſaria, homo iugulatur, vt viuat, ipſe eſt, & tamen ipſe, non eſt, vetus quidetur domicilium, ſed nouus eſt inquilinus*, & D. Greg. dicebat. *Ipſe quidem eſt per naturam, ſed non eſt ipſe per malitiam.* *in Oen.* *ſer. 3. ad Neop.* *hom. 32. in Euang.*

D. Hieron. exponens illa verba. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit Cælum, & Terram*, inquit Sanctus Doctor. *Multi de terra cælum fiunt, Paulus Apoſtolus terra erat, confeſſus eſt, & cælum factus eſt.* *in pſ. 123*

Dicebat Chriſtus per Euangeliſtam Matth. cap. 11. *Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. D. Ambr. per hoc Regnum Cælorum, Chriſtum intelligebat. *Regnum Cælorum non niſi Chriſtus eſt Dominus, vim facimus ergo Domino, non compellendo, ſed flendo, non prouocando iniurijs, ſed lachrymis exorando.* *in Lucan.*

Dixit Samuel Propheta Regi Saul, de Deo loquens. *Porrò triumphator in Iſrael non parcet, & plenitudine non flectetur: neq; enim homo eſt, ut agat pænitentiam*, vnum tantum inuenio, quòd faciat Deum pœnitere, delictorum ſcilicet confeſſionem, audite quæſo eundem. Deum per Hieremiam dicentem. *Si pænitentiam egerit gens illa à modo ſuo, agam, & ego pænitentiam ſuper malo, quòd cogitaueram, ut facerem ei*, quæ verba exponens Oleaſter dicebat. *Mira Dei dignatio: quem quæſo, non pæniteat peccatorum, cum Deum uideat pœnitere pænarum?* hinc D. Hieron. de Niniuitis dicebat. *Mutauit Deus ſententiam quia uidit opera commutata.* *1. Reg. 15* *in Hierem.* *in Ionam.*

Deus per Dauidem dicebat. *Cinerem tamquam panem manducabam*, & per cinerem D. Bern. intelligit pœnitentiam peccatorum, qua veſcitur ipſe Deus, & magna ſua dulcedine, & ſuauitate, & quamuis ipſe potiùs peccatoribus gratiæ paſcula præbeat, à peccatoribus tamen pœnitentiæ cibo veſci maximè delectatur, vnde D. Bern. dicebat. *Cum paſcit paſcitur, & cum paſcitur paſcit, ſimul nos ſuo gaudio ſpirituali reficiens, & de noſtro æquè ſpirituali profectu gaudens; cibus eius pænitentia mea, & cibus eius ſalus mea, cibus eius ego ipſe an non cinerem tamquam panem manducat? ego, quia peccator ſum, cinis ſum, ut manducer ab eo. Mandor cum arguor, glutior cum inſtituor; decoquor cum immutor, digeror cum transformor, unior cum conformor*; ſed ſi forſan peticritis, quare Deus, ita delectatur eſſe cum filijs hominum, cum maioribus delitijs in Angelis perfrui videatur, reſpondet Hugo Card. *Potius ſunt ei delitiæ in filijs hominum, quàm in Angelis, uel in alijs creaturis, quia de his, quæ aucupio, aut uenatione capiuntur, fiunt delitiæ, non autem de domeſticis. Angeli autem ad domeſticas res pertinent, homines uerò uenatione prædicationis, & aucupio Crucis cæpit.* *ſer. 71. in Cant.*

DE PVRGATORIO.

1 Diuus Ambr. Itaque non tàm deplorandam, quàm orationibus proſequendam, teor nec magnificandam lachrymis, ſed magis oblationibus animam eius Deo concedendam. *l. 2. ep. 8. ad Fauſt. de obitu ſororis.*

2 S. Anſelm. Dùm ibi ſunt poſiti, apparent eis Angeli, vel alij Sancti, in quorum honore aliquid egerunt in hac vita, & aùt auram, aùt ſuauem odorem, aùt aliquod ſolamen eis impendunt, vſque dum liberati introibunt in illam aulam, quæ non recipit vllam maculam. *in Elucid.*

in comm. epiſt.1. ad Cor. 3. 3 Idem. Sciendum, quòd grauior eſt ille ignis, quam quicquid homo pati poteſt in hac vita.

ſer. 11. de ss. tom. 1. 4 D. Auguſt. Ille Purgatorius ignis durior eſt, quàm quicquid poteſt in hoc ſeculo pęnarum videri, aùt cogitari, aùt ſentiri.

5 Idem, *lib. de cura pro mortuis agenda*. Neſcit quid petat, qui Purgatorium petit, dico verùm grauiùs eſt eum eſſe in Purgatorio, quamdiù poſſet oculos claudere, & aperire, quàm illa poena, quàm Sanctus Laurentius ſuſtinuit in graticula.

ibidem. 6 Idem. Numquam in carne tanta inuenta eſt poena, licèt mirabilia paſſi ſint Martyres tormenta, & multi nequiter iniqui ſubſtinuerint ſupplicia.

ibidem. 7 Idem. Heù grandis crudelitas clamant ad nos quotidie animæ illæ, quæ dùm in hac vita fuerunt multa mala pro nobis ſuſtinere voluerunt, nec eis ſubuenire curamus?

ſer. 44. ad fratres in heremo. 8 Idem. Ora pro defunctis, vt dùm fuerint in æterna vita pro te orare non negligant; expectant enim nos, vt iuuentur per nos; tempus enim operandi profugit ab eis. Clamant igitur quotidie qui iacent in tormentis, clamant, & pauci ſunt qui reſpondeant, viulant, & non eſt qui conſoletur eos. O quàm grandis crudelitas fratres mei! o quàm grandis inhumanitas! clamant ad nos quotidie, qui dùm vixerunt multa mala pro bonis ſuſtinuere voluerunt, nec eis ſubuenire curamus.

ibidem. 9 Idem. O verè magna inhumanitas! ecce enim infirmus conſolatur; cadit aſinus, & omnes eum ſubleuare feſtinant, ſed clamat fidelis in tormentis, & non eſt qui reſpondeat. Ecce veſtra inhumanitas fratres. Eia ergo non ſic, ſed mementote fratres, quòd ſancta, & ſalubris, pia, & ſuauis Deo, & Angelis eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à poenis, quas pro peccatis patiuntur, ſoluantur.

li. de cura pro mortuis agenda c.8. 10 Idem. Etſi æternus non ſit ille ignis, miro tamen modo grauis eſt, exceditque omnes pęnas, quas aliquis in hac vita paſſus eſt.

11 Idem. Vnum ex ſanctioribus exercitijs, & vna ex magis pijs curis, quibus homo ſe exercere poteſt in hac vita, eſt offerre ſacrificium, & eleemoſynas, & orare pro defunctis, qui ſunt in Purgatorio, quorum fratres ſumus.

li.60. homil. hō. 16 12 Idem. Orationibus Sanctæ Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum ſpiritibus eroganiur, & non eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordiùs agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerant.

ſer. 32. de verb. Ap. cap. 1. 13 Beda. Pęna Purgatorij grauior eſt, quàm quicquid vnquam paſſi ſunt Latrones, vel Sancti Martyres, vel quicquid grauiùs homo poſſit excogitare.

in pſ. 37. ſer. 50. in Cant. 14 D. Bern. *loquens de animab. in Purgat.* Surgam ergo in adiutorium illis interpellabo, gemitibus implorabo ſuſpirijs, orationibus intercedam, ſatisfaciam ſacrificio ſingulari, ſi fortè videat Dominus, & iudicet, vt laborem conuertat in requiem, miſeriam in gloriam verbera in coronam; his enim, & huiuſmodi officijs poteſt eorum pęnitentia reſecari, finiri labor, dextrui pęna.

in Cāt. 56 15 Idem. Surgam ergo in adiutorium illis, interpellabo gemitibus, implorabo ſuſpirijs, orationibus intercedam, ſatisfaciam ſacrificio ſingulari, ſi fortè videat Dominus, & iudicet, vt laborem conuertat in requiem, miſeriam in gloriam, verbera in coronam; his enim, & huiuſmodi officijs poteſt eorum pęnitentia reſecari, finiri labor, & deſtrui pęna.

ſer. de nomine Mariæ art. 2. cap. 3. 16 S. Bern. Senen. Beata Virgo etiam in Regno Purgatorij dominium tenet; propterea inquit Eccleſiaſticus. *In fluctibus maris ambaui;* ſcilicet viſitans, & ſubueniens neceſſitatibus, & tormentis deuotorum meorum, imò & omnium qui ibi exiſtunt, quia filij eius ſunt, cum ſint filij gratiæ, & in gratia confirmati, atque de gloria certificati.

in Litan. 17 S. Bonau. Oramus etiam te pijſſima Virgo Maria mundi Regina, & Angelorum Domina, vt eis quos in Purgatorio ignis examinat, impetres refrigerium.

ſer. de morte. 18 Idem, in verba Pſal. 72. *Animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem.* His verbis Eccleſia cum multo gemitu orat pro pauperibus animabus in Purgatorio, quarum pęnæ intolerabiles, tam durabiles ſunt, quaſi Dominus obliuioni eas tradiderit.

l. 10. in Io. cap. 14. 19 D. Cyrillus Alex. Mallet quilibet viuentium vſque ad finem mundi omnibus ſimul excruciari pęnis, quas omnes homines ab Adam hùc vſque tulerunt, quàm vno die in Purgatorio morari.

li. Eccleſ. Hierarch. cap. 7. 20 S. Dionyſ. Areopag. Accedens Antiſtes, precem ſacram ſuper mortuum peragit, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam commiſſa peccata defuncto, eumque in lucem ſtatuat, & regionem viuorum.

in pſal. 29 21 Idem. Animæ in Purgatorio exiſtentes ſciunt ſe liberandas, & vehementiſſimè liberari deſide-

Digitized by Google

deſiderant; imò dilatio gloriæ eſt eis ita pęnalis, vt nulla pęna ſenſibilis huius mundi æquari poſſit pęnæ, quam habent propter gloriæ dilationem.

22 Euſeb. Emyſſen. Memento in oblatione Sanctæ Euchariſtiæ parentum, ac fratrum, qui iam de vita deceſſerunt, hoc ſi feceris, magnam eis requiem præbes. *hom. 5. de Paſcha.*

23 D. Greg. ſuper illud Pſal. Pęnit. *Domine ne in furore tuo arguas me, &c.* Hoc ſolùm tota cordis intentione efflagito, ne me in illo tremendo examine, vel cum reprobis ferias, vel cum purgandis flammis vltricibus attingas.

24 Idem. Illum tranſitorium ignem omni tribulatione æſtimo præſenti intolerabilem. *in 7. pſal. pęnit. pſ. 3*

25 Idem. Eodem igne crematur damnatus, & purgatur electus. *l. 4. Dial. cap. 8.*

26 Idem. Multum ſolet animas poſt mortem ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adiuuare; ita vt hanc nonnunquam ipſæ defunctorum animæ expetere videantur. *ibid. c. 55*

27 Idem. Ignis Purgatorij idem eſt cum Inferni igne, hoc dumtaxat excepto, quòd vnus æternus eſt, alter verò temporalis. *ibid. c. 35*

28 Idem. Animæ Defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus Sacerdotorum, aut precibus Sanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunijs cognatorum. *in Epiſt. cit. in Miſſa s. Greg.*

29 D. Hieron. Pro qualibet Miſſa deuotè celebrata, plures animæ exeunt de Purgatorio. *pro Def.*

30 Idem. Animæ quæ in Purgatorio torquentur, pro quibus ſolet Sacerdos in Miſſa orare, interim nullum tormentum ſuſtinent, cum Miſſa celebratur. *ibidem.*

31 Hugo Card. *ſuper Canticum Beatæ Virg.* Ad Mariam reſpiciunt, & qui habitant Cęlo, & qui degunt in Purgatorio, & qui habitant in mundo; primi vt reſarciantur, ſecundi vt eripiantur, tertij vt liberentur.

32 D. Ioan. Chryſoſt. Iuuetur mortuus non lachrymis, ſed precibus, ſupplicationibus, & eleemoſynis. *hom. 41. in 1. ad Cor.*

33 Idem. Mille ignes Inferni ſimul vniti non darent tantam pęnam alicui, quanta eſt ſola pęna damni. *hom. 23 in Matth.*

34 Idem. Non fruſtra ab Apoſtolis ſancitum eſt, vt in ſacris Myſterijs memoria fiat eorum, qui hinc diſceſſerunt. Nouerunt quippè, illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. *ſer. 3. in ep. ad Philipp.*

35 Idem. D. Ioan. Damaſc. Myſteriorum conſcij Diſcipuli Saluatoris, & ſacri Apoſtoli, ſanxerunt in viuificis, & tremendis ſacrificijs, & myſterijs memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierunt. *lib. de ſuffrag. mor.*

M A N T I S S A
AD PVRGATORIVM.

TAm ingentia, atque intolerabilia ſunt tormenta, & pęnæ, quibus Animæ in Purgatorio excruciantur, quòd nullus ſanè creatus intellectus explicare, nec excogitare valeat, vnde D. Aug. inquit. *Ille Purgatorius ignis durior eſt, quàm quicquid poteſt in hoc ſæculo pęnarum videri, aut excogitari, aut ſentiri*; & idem Auguſt. dicit. *Grauior eſt ille ignis, quàm quicquid poteſt homo pati in hac vita*; & Venerabilis Beda. *Pęna Purgatorij grauior eſt, quàm quicquid vnquam paſſi ſunt latrones, vel Sancti Martyres, vel quicquid grauiùs homo poſſit excogitare*; & D. Cyrillus Alex. *Mallet quilibet viuentium, vſque ad finem mundi, omnibus ſimul excruciari pęnis, quas omnes homines ab Adam hucuſque tulerunt, quàm vno die in Purgatorio morari.* Nos ergo quomodo de his pęnis loqui poterimus? potiùs ſilentio debemus admirari, & ſolùm quicquid Patres cæterique Doctores ſenſerunt, dixeruntq; referre. *ſer. 41. de Sanctis. in pſ. 37. in pſ. 27. lib. 10. in Ioãc. 14.*

Duabus præcipuè pęnis, ac tormentis (vt Sancti Patres affirmant) Animæ in Purgatorio excruciantur.

Vna dicitur pęna ſenſus, altera damni, pęna ſenſus, eſt ignis, quo purgatur anima à peccatis, pęna damni eſt priuatio diuinæ viſionis.

Magna ſanè eſt poena ſenſus; nam ignis ille Purgatorij, eſt idem ignis Inferni, vnde dixit D. Greg. *Eodem igne crematur damnatus, & purgatur electus*; & D. Aug. inquit. *Et ſi æternus non ſit ille ignis, miro tamen modò grauis eſt, exceditque omnes pęnas, quas aliquis in hac vita paſſus eſt*: à quo igne cupiens Dauid liberari, Deum rogabat, dicens Pſal. 6: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*, quæ verba perpendens D. Greg. dicebat in perſona *li. 4. dial. cap. 8. lib. de cura pro mortuis agende cap. 8.*

Digitized by Google

pſ. 3. in pœnit. Dauidis. *Hoc ſolùm tota cordis, & intentione efflagito, ne me in illo tremendo examine, vel cum reprobis ferias, vel cum purgandis flammis vltricibus affligas*; alij magnum diſcrimen inquiunt eſſe inter furorem, & iram, & eſt illud, quod eſt inter flumen, & torrentem, flumen fluens placidè ſolùm conſumit, at torrentis eſt magno impetu fluere, & arbores, & plantas euellere, domoſque ſecum ducere, & per furorem de quo loquitur Dauid Purgatorium intelligunt, & per iram Infernum, ita Inferni, eſt veluti flumen, quæ lento gradu, ſcilicet ſecundùm culpas excruciat animas, at Purgatorium eſt veluti torrens, qui magno impetu fluens, omnes euellit, & purgat culpas, vnde D. Auguſt. dicebat. *Eodem igne purgatur electus, & cruciatur damnatus, miro tamen modò, eſt grauior animabus purgantibus, cum non ſit illis æternus.*

Pithagoras Philoſophus fuit interrogatus, quòd nam eſſet maius tormentum, & illicò ſupra quamdam tabulam, duas voraces flammas depinxit, quibus tale addidit dictorium, *zelus*, quaſi diceret, nullum maius tormentum, quàm zelotypia inter duos procos.

de ſummo bono. D. Iſidor. verba illa Pauli ad Hebræos 10. *Terribilis quædam expectatio iudicij, & æmulatio, & zelus, & vindicta ignis, quæ conſumptura eſt*, ad Purgatorium applicat, & ait. *Quid terribiliùs in illo loco inueniri poteſt flammis exardeſcentibus ad purgationem animarum Sanctarum*, & D. Chryſoſt. in eadem verba Pauli, inquit. *Significans, quàm ſit edax ignis eum veluti animauit, dicens ignis æmulatio: quomodo enim fera irritata, ita etiam ille ignis, tamquam quiſpiam punctus æmulatione, quem apprehenderit erodit, ac dilacerat*; flammæ illæ Purgatorij zelantur diuinam iuſtitiam, vnde Beatus Petrus Damian. ait. *Illa vitrix flamma vitiorum habet ardorem non habet*

opuſc. 50. cap. 2. *penitus lucem*; quælibet enim illarum flammarum conatur, in excruciandis animabus Purgatorij ſuam vim oſtendere, & ſic tormentum eſt maius, & eò magis, quia animæ illæ pro defenſione tantorum tormentorum, non aliud habent clypeum, niſi proprium cor. Olim Poetæ cum aliquem magnum, & intolerabilem dolorem vellent oſtendere, cor in forma Clypei depingebant, exponentes illud ſagittis, & ictibus cunctis, & meritò nil enim magis delicatiùs corde habet homo, in eo vita conſiſtit, eoque vulnerato, perit homo, hinc natura ad cordis defenſionem, tot oſſa quaſi Clypeum poſuit, quàm magnus ergo erit cordis dolor, ſi ictibus, & ſagittis, exponetur? ſed quàmnam defenſionem, & propugnaculum habent animæ in Purgatorio contra illas zelantes flammas, & diuinas indignationes niſi cor? quod videtur dixiſſe Hierem. dùm inquit. *Poſuit me Dominus, quaſi ſignum ad ſagittas*, quæ verba expendens D. Auguſt. ait. *Dabis ſcutum cordis*, & alloquens, idem Auguſt. Christum dicebat. *Quomodo, ò bone Ieſu, animæ illæ tantarum ſagittarum impetum ſuſtinebunt, quibus pro ſcuto cor dediſti?* nec mirum, quòd animæ in Purgatorio, ita atrociter excrucientur, manus enim diuinæ Iuſtitiæ eſt, quæ eas punit; audite Abulenſem. *Ignis ille Purgatorius, nullo An-*

q. 48. in c. 12. exod. *gelo bono, vel malo accendente, ardet ſed diuina Iuſtitia nutriente, & affligente per illum vnumquemque*; manibus proprijs in Purgatorio punit Deus animas, vt maiorem punitionis horribilitatem oſtenderet, quàm nec Angelus, nec Dæmon exercere valet, quod conſiderans D. Greg. & animaduertens quòd Ioan. 2. Chriſtus cùm feciſſet flagellum de funiculis omnes eiecit de templo, petit D. Greg. in hunc locum, quare Chriſtus per ſeipſum, & non per Angelum, aùt Dæmonem, aùt per aliquem Apoſtolorum punit? & reſpondet. *Quia ſubditorum culpas per*

hom. 17. in Euang. *paſtores percutit, ſed paſtorum vitia per ſemetipſam ferit*; ſed ſi petes, quare Chriſtus paſtorum vitia ipſemet punit, & ſubditorum per aliorum manus? reſpondet ipſe Gregor. verbis illis ſapientiæ. *Iudicium duriſſimum his, qui præſunt fiet, exiguo enim conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur*; puniens ſubditos exiguo conceditur miſericordia, at potentes, vt ſunt paſtores, potenter tormenta patientur: imò ſi verba Sancti Doctoris perpendamus clarè hoc patet, nam agens de punitione ſubditorum vtitur verbo. *Percutere*, audite. *ſubditorum culpas per paſtores percutit*, at agens de paſtorum punitione vtitur verbo, *ferire*, vnde dixit. *Paſtorum vitia per ſemetipſum ferit*, Paſtorum manus percutiunt tantum; at manus

de ſil. Cl. c. 105. Chriſti ferit, hinc Philippus Abbas perquirens, quare dæmoniaci illi Matth. 8. lamentabantur de Chriſto. *Et ecce clamauerunt dicentes, quid nobis, & tibi Ieſu Filij Dei? veniſti ante tempus torquere nos?* ita reſpondit Philippus Abbas. *Dolore irremediabili manum Chriſti duriſſimam patiuntur*; ſed, vt hoc clariùs pateſiat, animas ipſas in Purgatorio clamantes per Iob cap. 19. *Miſeremini mei, miſeremini mei, quia manus Domini tetigit me.*

art. 2. c. 3 B. Bern. Senen. de nomine Mariæ, expendens verba illa Eccl. 24. *Gyrum Cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui; in fluctibus maris ambulaui*, ita inquit. *Beata Virgo in Regnum Purgatorij dominium tenet, propterea inquit, & in fluctibus maris ambulaui*; & idem Sanctus, ſubdens rationem, quare Purgatorij pœnæ fluctibus maris aſſimilentur, ita inquit. *Pœna ſiquidem Purgatorij ideò dicitur fluctus, quia tranſitoria eſt, & additur maris, quia nimium amara*; & licèt huius

mundi

mundi tribulationes ſint amaræ, vnde dicebat, Rex Ezechias Iſa. 38. *Amaritudo meã amariſſi-*
ma, tamen ſunt ſtillæ, ſeu guttæ amaritudinis, vnde Paralypom. 34. dicitur: *Magnus furor*
Domini ſtillabit ſuper nos, & quia pœnæ Chriſti in paſſione cunctorum viuentium pœnas ſupe-
rarunt, ideò vocantur Calix. *Pater ſi vis transfer Calicem iſtum à me*, at pœnæ, quas patiuntur
Animæ in Purgatorio, nuncupantur (mare) *in fluctibus maris*, vnde idem Sanctus dixit. *Om-* *in Extrau.*
nes pœnæ, quæ poſſunt excogitari in hoc mundo, & pœna Chriſti, & omnium aliorum Martyrum, cæte- *ſer. 15.*
rarumque perſonarum, & creaturarum, nihil ſunt reſpectu pœnæ Purgatorij, & ratio quæ mihi val-
dè placèt eſt illa, quàm Abulenſis, affert dicens. *eos qui in Purgatorio ſunt, non puniri ad emen-* *q. 6. in c.*
dationem, ſed ad vltionem, vnde Iob 23. in perſona Animarũ in Purgatorio Deum alloquens, *10. leuit.*
dicebat. *Arbitraris me inimicum tuum*, non quod Anima in Purgatorio ſit Deo inimica; ſed
punitur tamquam inimica, & cum eſſet in Purgatorio, quaſi videretur eſſe in Inferno, vnde
Abulenſis, dicebat. *In Purgatorijs ſedibus tanta cruciatuum immanitas eſt, vt ab inferorum qua-* *Paralip.*
litate modicum, aut nihil diſtet; quantum ad cruciatuum magnitudinem, & duritiem; & D. Bonau. *c. 45.*
expendens verba Pſal. 72. *Animas pauperum tuorum, ne obliuiſcaris in finem*, ait, *his verbis. Eccle-*
ſia multo gemitu orat pro pauperibus animabus in Purgatorio, quarum pœnæ intolerabiles, tàm dura- *ſer. 3. de*
biles ſunt; quaſi Dominus obliuioni eas tradiderit; ſed petes, an animæ illæ in Purgatorio habeant *mortuis.*
aliquam conſolationis ſtillam? ait, quòd olim ignis Purgatorius, cum nonnullis aquarum
ſtillis depingebatur, quæ aliquam conſolationem indicabat, at D. Hieron. aquam in Purga-
torio adeſſe negat. *Emiſiſti ſanctos tuos in lacu, in quo non eſt aqua*, non quod neget D. Hieron.
nullam adeſſe conſolationis aquam, ſed quia ita modica eſt aqua conſolationis, vt quaſi, non
eſſet hæc ſunt verba Hieronymi. *Non quia nulla ſtillet aqua conſolationis, ſed quia quemadmodum*
paruæ guttæ non ſufficiunt ad magnum incendium extinguendum; ſubdit idem Hieron. dicens. *Et*
ſtillicidijs gratiarum, & conſolationis magis crudeſcet ſpes elongata animarum ſanctarum; hæc, &
maiora poſſunt dici de pœna ſenſus, quàm patiuntur Animæ in Purgatorio, modò de pœna
damni, & de vtraque pœna Rupertus Abbas, ait fuiſſe figuram illud Cherubim, quòd Para- *l. 3. de ope.*
diſi ianuam cuſtodiens, habebat in manu gladium flammeum, quo cunctis Paradiſi ingreſſum *Trin. c. 32*
interdicebat, & per gladium pœnam damni, & per ignem pœnam ſenſus ſignificari affirmat Ru-
pertus; his verbis. *Flammeus gladius, atque verſatilis ante Paradiſum eſt collocatus, vt quicunque*
deinceps admittendi ſunt illic, tranſeant per examinatorium ignem.
Et licèt tùm pœna ſenſus, tùm pœna dãni ſint acerbiſſimæ, dicit tamen D. Th. quòd pœna damni
longè ſuperat pœnã ſenſus, vt cõfirmatur à D. Chryſoſt. de reparat. lapſ. dicente, *Pone hic, vnam*
ſolam pœnã damni, & pone hac ex parte centum ignes Inferni, maior eſt hæc ſola pœna damni quã ibi cen- *in 4. diſt.*
tũ ignes Inferni, & D. Aug. in Enchyrid. *Abſẽtia Chriſti, quoad eius viſionẽ omnibus pœnis eſt intolera-* *20. q. 1.*
bilior: de qua abſentia lamẽtabatur, Iob 13. dicẽs. *Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me ini-* *art. 2.*
micũ tuum, contra folium, quod vento rapitur oſtendis potentiã tuam, quaſi diceret ſecundũ D. Greg.
Pontificis mentem, nullam maiorem potentiam contra peccatorem Deus oſtendere poteſt,
& nullo maiori tormento poteſt peccatores punire, quam eos diuina præſentia priuare, audi-
te quæſo D. Hieron. in hunc locum. *Cum faciem abſcondit tunc oſtendit potentiam.*

Iob in omnibus pœnis, tribulationibus, & perſecutionibus, quas paſſus eſt, numquam legi-
tur conqueſtum fuiſſe, ita, vt Deus de eo dixerit Iob cap. 17. *Non peccauit Iob labijs ſuis.*

Sed tantum ſemel ita dixiſſe inuenimus. *In amaritudinibus moratur oculus meus*, quæ verba *lib. de pat.*
perpendens, Tertull. dixit. *De oculo queritur, qui totus in tormentis poſitus eſt*, quaſi diceret, ad-
miranda quidem res eſt; nam cum maximè affligeretur, tùm in cunctis bonis, tùm in filijs,
tùm in propria perſona, & tamen oblitis omnibus hiſce tribulationibus, ſolùm de oculorum
pœna conqueritur, Dionyſius Carthuſ. in hunc locum, hoc de animabus in Purgatorio intel-
ligi affirmat, in quarum perſona Iob loquebatur. *In amaritudinibus moratur oculus meus, id eſt*
oculus interior Animæ in Purgatorio, & licèt Animæ in Purgatorio certè ſint, ſe conſequuturas
æternam gloriam, illa tamen dilatio, magis, ac magis Animas illas affligit, audite Dionyſ.
Carthuſ. in Pſalm. 23. his verbis. *Animæ in Purgatorio exiſtentes, ſciunt ſe liberandas, & vehe-*
mentiſſimè liberari deſiderant, ideo dilatio gloriæ, eſt eis ita pœnalis, vt nulla pœna ſenſibilis huius mun-
di æquari poſſit pœnæ, quàm habent propter gloriæ dilationem; mementote quod Abſalon 2. Reg.
14. expulſus à patria domo, & exul quamuis à Patre, vt regredi poſſet obtinuiſſet, hanc ta-
men conditionem adiecit Rex. *Reuertatur in domum ſuam, & faciem meam non videat*; quod
cum Abſalon pati non poſſet, dicebat. *Obſecro, vt videam faciem Regis, quod ſi memor eſt ini-*
quitatis meæ occidat me, quod perpendens D. Greg. in hunc locum dixit. *Quantò propinquior*
erat ad videndum faciem Regis, tanto magis cruciabatur; quare hoc? quia *ſpes, quæ differtur affli-*
git Animam, Prou. 13. vt Diuites ad eleemoſynam pauperibus elargiendam animentur, pro-
mittit

Digitized by Google

mittit ei Chriſtus. *Centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis*, quare clementiſſimè Deus centuplum promittis? numquid, non ſufficiens erat æternam vitam promittere? erat vtique ſufficientiſſima vita æterna in futuro, ſed erat in ſpe. *Et ſpes quæ differtur affligit animam*, ideò modo centuplum promittit, audite D. Ambr. *Bona temporalia hic promittit, vt faſtidia dilationis auferret*; hinc Guerricus Abbas inquirens, quis nam dolor, in toto Chriſti vitæ curſu omnium dolorum fuiſſet maximus ita reſpondet. *Omnium humanarum paſsionum, quas pro vobis pertulit diuina dignatio, maximam exiſtimo in vtero Virginis concipi, in vtero nouem menſium tempore contineri; non ſic in Cruce viſus eſt, nam moriens glorificauit latronem, & expirans inſpirauit centurionem*; ſed vnde hoc? quia ſpes, quæ differtur affligit animam.

lib. de pen. c. 16.

ſer. 3. de an.

ſer. 56. in Cant.

D. Bern. pęnas, martyria, & tormenta, quæ Animæ in Purgatorio patiuntur conſiderans, & quomodo ſuſtinere valeant, vt eas iuuare poſſet ſummo affectu ſeipſum excitans dicebat. *Surgam ergo in adiutorium illis, interpellabo gemitibus, implorabo ſuſpirijs; orationibus intercedam, ſatisfaciam ſacrificio ſingulari, ſi fortè videat Dominus, & iudicet, vt laborem conuertat in requiem, miſeriam in gloriam, verbera, in coronam; his enim, & huiuſmodi officijs poteſt eorum pęnitentia reſecari, finiri labor, & deſtrui pęna*, & D. Chryſoſt. *Iuuetur mortuus non lachrymis, ſed precibus, ſupplicationibus, & eleemoſynis*; Euſeb. Emiſſ. ait. *Memento in oblatione Sancta Euchariſtia parentum, ac fratrum, qui iam de vita diſceſſerunt, hoc ſi feceris magnam eis requiem præbes.*

hom. 4. in 1. ad Cor.

hom. 5. de Paſcha.

Libius Poeta narrat, quod olim Aethna, tàm ingens flammarum incendium euomit, quòd per diuerſa loca lateſceret, & dùm Catanam verſus ſe dirigebat, Catanenſes fugam arripere coacti ſunt, in qua Vrbe duo inter alios aderant ſenes, qui ob ſenectutem velociter, vt par erat fugere non poterant, & proculdubio ab igne exuſti fuiſſent, niſi duo robuſti iuuenes eorum filij, parentum erumnarum, & periculorum pietate moti, feſtinaſſent ad Vrbem, & vnus Patrem, aliùs Matrem, vt ab incendio eos liberarent baiulauiſſent, ſed ò res miranda licèt ignis, vbi pij iuuenes parentes baiulauerant, iam peruenißet, eos tamen, non combuſſit, imò quaſi rationis capax piorum iuuenum miſerans, eorumque parentum eis, vt illæſi, & incolumes tutè pergerent iter præbuit, ſed heù, oculis fidei parentum noſtrorum animas ab illo Purgatorij igne concremari iam intuemur, & eos præ nimio dolore à nobis auxilium expoſtulantes audimus. *Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei, & parentes mei, quia manus Domini tetigit me*, & tamen eis ſubuenire negligimus. *Heù grandis crudelitas*, clamat D. Auguſt. *Clamant ad nos quotidie Animæ illæ, quæ dùm in hac vita fuerunt, multa mala pro nobis ſuſtinere voluerunt, nec eis ſubuenire curamus*, & ſerm. 44. ad fratres in Hæremo. *O verè magna inhumanitas, ecce enim infirmus conſolatur, cadit aſinus, & omnes eum ſubleuare feſtinant, ſed clamat fidelis in tormentis, & non eſt, qui reſpondeat: ecce veſtra inhumanitas fratres, eia ergo non ſic, ſed mementote fratres, quod ſancta, & ſalubris, pia, & ſuauis Deo, & Angelis eſt cogitatio pro defunctis orare, vt à pœnis, quas pro peccatis patiuntur, ſoluantur*; (Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici, fratres mei; præterierunt ſicut torrēs, qui raptim pertranſit in conuallibus,) ita clamat Iob cap. 6. in perſona Animarum in Purgatorio; quæ verba, Hebræa tranſlatio, ita habet. *Amici mei fefellerunt me inſtar torrentis, qui raptim currit in conuallibus*; tempore hyemali vbiq; aquarum copia inuenitur, & torrentes abundant aquis, tempore autem æſtiuo propter nimium calorem, vbique deſideratur aqua, & vix in fontibus inuenitur, ita ſe habent mortales cum animabus illis in Purgatorio; nam tempore multarum aquarum conſolationum amici vbique inueniuntur, at tempore æſtiuo, ideſt tempore neceſſitatis, nullibi inueniuntur amici, ideò clamant Animæ illæ. *Amici mei fefellerunt me inſtar torrentis*: & meritò poſſunt dicere.

lib. de cura pro mortuis agēda

Tempore felici, multi numerantur amici;
Dùm fortuna perit, nullus amicus erit.

Et D. Hieron. in hunc locum ſupra alligata verba, Iob ita traducit. *Cari mei, & amici mei, quaſi contra lepram meam ſteterunt*, quaſi dicerent, Animæ illæ, dùm vitam ducebamus felicem, cari & amici nobis non defuerunt, at poſt mortem, ita abhorruerunt nos, ſicut abhorreri ſolent leproſi, addamus quod Ioann. 10. ſcribitur de Lazaro mortuo, ſcilicet, quòd dùm viueret eius ſorores magna dilectione eum proſequebantur, at poſt mortem dixerunt. *Domine iam fetit.*

Clamant vlterius Animæ illæ in Purgatorio dicentes. *Carnibus meis ſaturamini*, ideſt, exponit Gulielmus Pariſienſ. in Pſal. 7. *Duriſſimè in Purgatorio flagellari permittitis, qui carnibus meis, ideſt bonis vobis derelictis ſaturamini*; grandis quidem crudelitas; audite, multa inſtrumenta ad Chriſti mortem confluiſſe inuenimus; nam confluxit crux, claui, flagella, ſpinea corona, lancea, &c. & omnia inſtrumenta tamquàm pia laudantur ab Eccleſia. *Arbor decora, & fulgida*, & ſolùm lanceam vocat crudelem. *Mucrone diro lanceæ*, quare hoc? reſpondet D. Gregor. ibidem.

Digitized by Google

ibidem. *Vitè noſtræ ſalutis pretium, & lavecea dicitur, & quia poſt mortem in mortuum ſeuijt, & crudelis reputatur*; ſæuire in mortuos magna crudelitas. Tribus præcipuis modis poſſumus ſuffragari Animabus exiſtentibus in Purgatorio, eleemoſynis, ſcilicet, orationibus, & ſuffragijs, ita ferè omnes Sancti Patres docent, & præcipuè ſuffragamur animabus illis ſanctiſſimo Miſſæ Sacrificio, de quo dicit D. Hieron. cit. in Miſſa S. Greg. pro defunctis. *Pro qualibet Miſſa deuotè celebrata plures Animæ exeunt de Purgatorio*, & ibidem addit D. Hieron. *Animæ, quæ in Purgatorio torquentur, pro quibus ſolet Sacerdos in Miſſa orare, interim nullum tormentum ſuſtinent dùm Miſſa celebratur.*

Sanctum Sacrificium Miſſæ maximè iuuat Animas in Purgatorio exiſtentes, vt definit Sacroſanctum Concil. Trident. ſeſſ. 22. tùm ex opere operato virtute pretioſi Sanguinis Chriſti, eiuſque infiniti meriti, tùm etiam ex opere operantis. Et liceat nobis aliquando ex dementijs, & fabulis poetarum catholicam veritatem palam facere, refert Horatius veteres in ſepulchro eorum mortuorum hac ſolemni ceremonia vſos fuiſſe, poſtquam enim magna pompa mortuum humaſſent, animal ſupra ſepulchrum interficiebant, & magna diligentia incumbebant, vt ſanguis interfecti animalis intra ſepulchrum extillaret, putantes, quod per ſanguinem illum falſi Dei deſcenderent, & ſecum transferrent cadauer illud, ò magna dementia, ſed veritas catholica eſt, quod noſtrorum parentum animas maximè poſſumus iuuare pretioſo Chriſti Sanguine, qui in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio offertur pro mortuis, audite D. Ioann. qui Apoc. 7. refert ſe vidiſſe magnam Animarum Sanctarum turbam, & petens ab Angelo. *Qui ſunt iſti, & vnde venerunt?* reſponſum fuit, *iſti ſunt qui venerunt ex magna Tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni.*

Refert Albertus Magnus de formicæ prudentia, quod tempore æſtiuo, magna formicarum turba ſimul, in quibuſdam ſubterraneis domunculis frumenta deferunt, at ſi dùm pergunt eueniret, quod ſufflantibus ventis aliqua earum ob puluerem excęcaretur, vt ad propria hoſpitia tutè regredi poſſet in medio ſemitæ moratur, vt aliquam pertranſeuntium formicarum tangere poſſet, quàm fortiter tenens, nunquam eam dereliquit, ſciens eam remigaturam ad ſubterranea hoſpitia, ſperans ea duce, ſimul ad proprias domunculas ſe perueturam, & vt vbi oculorum viſus deeſt, prudentia ſuppleat. Animæ illæ in Purgatorio ſunt veluti formicæ cęcæ propter puluerem terrenorum affectuùm, vnde Sophonias cap. 1. dicebat. *Ambulabunt, vt cęci, quia Domino peccauerunt*, at ſcientes ſacroſanctum Altaris Sacrificium in Cęlum euolare, & quod pro eis fuerit oblatum ſacrificium, vix pertranſijt per manus Sacerdotum, quòd ipſe (eo duce) ad Paradiſi Patriam tutè ſe remigaturas pro certò ſciunt, audite D. Greg. Nazian. cap. 1. *Myſtici enim iſti, & ſurſum ferentibus ſacris Deus colitur, quibus, nec maius quidpiam, nec excellentiùs habentur, cum Sacramentum iſtud ſurſum ferens dicatur*, hinc Ioanni Euangeliſtæ ſupradict. fuit reſponſum de animabus illis, qui ad Paradiſum pergebant. *Lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas, in ſanguine Agni*, audite Pinedam in Iob. *Iſti ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, hoc eſt de tribulatione Purgatorij, quæ vere magna dicitur, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni, qui percipitur in Altari, quod dicitur lauacrum Eucharistiæ.*

D. Matth. Euangeliſta ſcribit, quod in paſſione Chriſti. *Multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt*, Abbas Lucas Burgenſis, perquirens, quare multa corpora Sanctorum, & non omnia ſurrexerunt; dicit, quòd pergens Chriſtus ad Caluarium Montem, vt cruſigeretur, & ex eius ſacratiſſimo Corpore ſanguis copioſè emanans, ſolùm madeſcebat, & ea corpora, quæ humata in eo ſolo madido Sanguine Chriſti reperiebantur, ſurrexerunt, *quia*, ait Lucas Burgenſis. *Fuerunt teſtes non ſolùm reſurrectionis, ſed etiam efficacitatis Sanguinis ipſius Chriſti, &c.*

Iacobus de Vorag. narrat, quod quædam vidua Mulier reperiebatur vnicum habens filium, qui ab inimicis captiuus detinebatur, rogabat Mulier Beatam Virginem, vt filius libertati daretur, & intuens non exaudiri magna ſimplicitate, & fide, ex brachijs Mariæ tulit infantulum Chriſtum, dicens Matri. *Non reſtituam tibi filium tuum, donec meum mihi reſtitueris*, & ecce Beata Virgo, (ò immenſa Dei Matris Pietas) eadem nocte Maria iuueni apparuit, & ianuam carceris aperiens, vt inde ex rei præcepit, Mulier hæc ait, D. Bonau. eſt Sacerdos Sacrificium Deo offerens, filius captiuus eſt Anima in Purgatorio, dùm ergo Sacerdos ſacrificat capit Chriſtum ex ſinu Mariæ, & in carcere ſacrorum accidentium catenis ligatum detinet, vt ipſemet Chriſtus per Hieremiam cap. 26. dixit. *Ego in manibus veſtris ſum, quod bonum, & rectum videtur oculis veſtris facite mihi*, poterit Sacerdos cum illa Muliere reſpondere, non dimittam te è manibus meis, niſi à Purgatorio liberes animas illas, & in Paradiſum deducas *in feſt. nat. B. M. V.*

hæc

hæc ſunt verba D. Bonau. in expenſ. *Quę enim maior benitas, quàm quod Chriſtus dignatur eſſe captiuus in Altari, vnde ipſe dicit in perſona Hieremiæ: Ecce ego in manibus veſtris ſum, quod bonum, & rectum eſt in oculis veſtris facite mihi, ergo eum non dimittamus, niſi quòd priùs petimus obtineamus.*

DE SACERDOTALI DIGNITATE.

in epiſt. Theo. Imp. 1 Diuus Ambr. Nihil in Sacerdote, tàm periculoſum apud Deum, tàm turpe apud homines, quàm quod ſentiat veritatem non libere pronunciare.

in quodam ſerm. 2 Idem. Ex inordinata, & indiſciplinata multitudine Sacerdotum hodie datur contemptui Redemptoris noſtri Venerabile Sacramentum, nam, qui debuerat eſſe Vicarij Apoſtolorum, & filij Petri facti ſunt ſocij Iudæ, & præambuli Antichriſti.

l. de Vid. 3 Idem, in illa verba Luc. *vadite, & oſtendite vos Sacerdotibus.* Vides, Sacerdos, ſi mundos eos qui ante fuerunt leproſi Chriſtus iubet occurrere Sacerdotibus, quantò magis ipſum conuenit Sacerdotem?

l. de viſit. infir. to. 9. 4 D. Aug. Sicut ſtella differt à ſtella in claritate, ſic Sacerdos differt à Sacerdote in ſua conuerſatione.

in pſ. 77. 5 Idem. Sacerdos cum ineffabile conficit myſterium, & Angeli conficienti ſibi quaſi famuli aſſiſtunt, & ſuper tàm inſigni priuilegio ſtupet Cœlum, miratur terra, veretur homo horret Infernus, contremiſcit Diabolus, reueretur quamplurimum Angelica celſitudo.

in pſ. 37. 6 Idem. O veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus velut in vtero Virginis Filius Dei incarnatur, & vno, eodemque momento idem Deus qui præſidet in Cœlis, inter manus eſt Sacerdotis in Sacramento Altaris.

ibidem. 7 Idem. O venerabilis ſanctitudo mànuum, ò fœlix exercitium; qui creauit me (ſi fas eſt dicere) dedit mihi creare ſe, & qui creauit me ſine me, ipſe creatur mediante me.

ſer. 37. ad fratres in Heremo 8 Idem. O Sacerdotes, ſi anima cuiuslibet iuſti ſedes Dei eſt, multò magis ſedes, & Templum Dei, eſſe debetis mundi, & immaculati. Si ſepulchrum Dei glorioſum eſt, in quo corpus iacuit exanime glorioſiora eſſe debent corpora veſtra, qui à morte ſuſcitatus dignatur inhabitare. Si beatus eſt venter, qui nouem menſibus Chriſtum portauit; ita, & ſi non tantum, tamen beata debent eſſe corda veſtra, in quibus quotidie elegit ſibi hoſpitium Filius Dei. Si beata ſunt vbera, quæ paruulus ſuxit; ita debet eſſe os beatum, quòd carnem eius ſumit, & ſanguinem ſugit. Carnes ergo veſtras cum timore eius configite, & vobis diligenter prouidete ne lingua loquendo, quæ vocat de Cœlo Filium Dei contra Dominum loquatur, & ne manus quæ intinguntur Sanguine Chriſti, polluantur ſanguine peccati.

de contẽptu mundi. 9 D. Bern. Aliud vndique circuit ſedulus explorator blanditur obſequitur, ſimulat, & diſſimulat manibus, & pedibus repens ſi quo modò tandem ſe quæat ingerere in patrimonium Crucifixi, & bona Domini quæ ſola hodie inueniuntur omnibus expoſita.

ſerm. 77. 10 Idem. Quem dabis mihi de numero præpoſitorum, qui non plùs inuigilet ſubditorum marſupijs euacuandis, quàm vitijs extirpandis.

epiſt. 2. 11 Idem. Quicquid propter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de Altari retines tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.

ad quoſdã Epiſc. ep. 229. 12 Idem. Ad hoc vos Deus in ſublimitate poſuit, vt tanto maiori Eccleſiæ ſuæ vtilitate viuatis, quantò in ea eminentiori authoritate præeſtis.

in Conuerſ. S. Pauli, 13 Idem. Heu, heu Domine Deus, quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in Eccleſia tua primatum diligere, gerere principatum.

ſer. ad fratres. 14 Idem. O quantam dignitatem, quantumque donum contulit vobis Deus, ò Sacerdotes prærogatiuam enim ordinis veſtri prætulit Deus omnibus Regibus, & Imperatoribus terræ; prætulit ordinem veſtrum omnibus ordinibus mundi, imo vt altiùs loquar, prætulit vos Deus omnibus ordinibus Angelorum, & omni Angelicæ Hierarchiæ.

l. 3. ep. 65. ad Rogat. 15 D. Cypr. Dominus noſter ipſe Ieſu Rex, & Iudex, & Deus noſter vſque ad paſſionis diem ſeruauit honorem Pontificibus, & Sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent. Nam cum leproſum emundaſſe, dixit illi. (Vade, & monſtra te Sacer-

te Sacerdoti, & offer donum.) Quo docuit, Sacerdotes verò legitimè nos honorare, dùm
circa falſos Sacerdotes talis exitu.
16 Idem, in illa verba Ioan. 18. *Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens. Sic reſpon-* *l.4. ep.9.*
des Pontifici? Dominus in Euangelio, cum ei dictum eſſet. Sic reſpondes Pontifici? cu-
ſtodiens, & docens Sacerdotalem honorem ſeruari contra Pontificem nihil dixit, ſed inno-
centiam ſuam tantummodo purgans, reſpondit. Si malè loquutus ſum, teſtimonium pe-
rhibe de malo, ſi autem benè, quid me cędis?
17 S. Dionyſ. Sacerdotium eſt apex bonorum omnium, quæ ſunt in hominibus: ſi quis er- *de cęleſti*
go Sacerdotes inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Ieſum Chriſtum primoge- *Hierarch.*
nitum omnis creaturæ. *cap. 2.*
18 Euſeb. Ecce mundus vndique feruet Sacerdotibus tamen iam ſunt rariſſimi Sacerdotes, *ep. ad Da-*
quod vix de certo vnus reperiatur bonus, nulla certè in mundo, tàm crudelis beſtia, quàm *maſ. in*
malus Sacerdos, nam corrigi non patitur ne verùm tamen numquam audire poteſt, & vt *morte D.*
breuiter dicam multi præminent malitia. *Hieron.*
19 D. Greg. Nullum puto fratres chariſſimi ab alijs maius præiudicium, quàm à Sacerdo- *hom. 17.*
tibus tolerat Deus, quando quos ad aliorum correctionem poſuit dare ſe exempla prauita- *in Euang.*
tis cernit, quando ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus. *tom. 3.*
20 Idem. Cauſa ſunt ruinæ populi mali, quos enim ſe pro populi peccatis interceſſor obij- *in Regiſt.*
ciat, ſi Sacerdos, qui orare debuerat grauiora committat?
21 D. Hieron. Grandis dignitas Sacerdotum, ſed grandis ruina ſi peccant, lætamur ad *ſup. Ezec.*
Aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum: non eſt tanti gaudij exceſſa tenuiſſe, quanti mœroris *lib. 2.*
de ſublimioribus corruiſſe, nec enim ſolum pro noſtris delictis reddemus rationem, ſed pro
omnium, quorum abutimur donis, & nequaquam ſumus de eorum ſalute ſolliciti.
22 Idem. Clamat veſtis Clericalis animi honeſtatem, clamat ſtatus puritatem, clamat pro- *in epiſt.*
feſſio Religionem, clamat officium deuotionem, clamat ſtudium contemplationem.
23 Idem. Abſit, vt ſiniſtrum aliquid loquar de his, qui Apoſtolico gradu ſuccedentes, *in epiſt. ad*
Corpus Chriſti ſacro ore conficiunt, per quos nos Chriſtiani ſumus, qui Regis Cęlorum *Eliod.*
claues tenentes ante iudicij diem iudicant.
24 D. Ioan. Chryſoſt. Sicut ſi in corpore aliquid membrum infirmatum fuerit, non om- *hom. 3. in*
ninò languet, & ſtomachus; ſi autem ſtomachus languerit, omnia membra inueniuntur *imperf.*
infirma, ſic ſi aliquis peccauerit Chriſtianorum, non omninò peccant Sacerdotes, ſi autem
Sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum.
25 Idem. Per ipſos Chriſtum induimus, per ipſos Dei Filio coniungimur, per ipſos mem- *de digni-*
bra beati ipſius capitis efficimur; quomodo ergo nobis iſti, non ſolùm reuerendi magis *tate Sacer*
quàm Reges, aut iudices? ſed etiam nobis magis erunt honorabiles, quàm parentes. *dot. lib. 2.*
26 Idem. Meo quidem iudicio, qui noſtros Sacerdotes deſpiciunt, & contemnunt, mul- *lib. de Sa-*
tò ſceleratiores, ac maiori ſupplicio digni ſunt, quàm Dathan cum ſuis omnibus. *cerdot.*
27 Idem. Ijs datum eſt, vt poteſtatem habeant, quàm Deus optimus maximus, neque An- *ibidem.*
gelis, neque Archangelis datam eſſe voluit: numquam enim dictus eſt illis. *Quodcumque*
ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cęlis.
28 Idem. Neceſsè eſt Sacerdotem ſic eſſe purum, ac ſi in Cœlis ipſis collocatus inter cęle- *ibidem.*
ſtes illas virtutes medius ſtaret.
29 Idem. An ignorans, quid ſit Sacerdos? Angelus vtique Domini eſt, nec ex ſeipſo lo- *hom. 2. in*
quitur; ſi deſpicis, non illum deſpicis, ſed Deum qui illum ordinauit, dicens Dominus. *2. ad Tim.*
Qui vos ſpernit, me ſpernit.
30 Idem. O miraculum, ò Dei benignitatem! qui cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo tem- *li. 3. de Sa*
poris articulo Sacerdotum manibus pertractatur. *cerd.*
31 B. Laurent. Iuſtin. Magna prorſus, & admiranda Sacerdotum dignitas eſt, maxima illis *in epiſt. ad*
eſt collata poteſtas; ſua namque prolatione, & ad eorum penè libitum, Corpus Chriſti de *Eliod.*
panis tranſubſtantiatur materia: deſcendit de Cœlo in carne Verbum, & Altaris veriſſimè
reperitur in menſa: Hoc illis prærogatum eſt gratiæ, quòd nuſquam datum eſt Angelis: aſ-
ſiſtunt Deo, illum contrectant manibus, tribuunt populis, inſeq; ſuſcipiunt. Verùm An-
gelorum quoniam vice funguntur, Angelicam potiùs, quàm humanam debent conuerſa-
tionem habere.
32 Philo Hebræus, in verba Leuit. 21. *Omnis, qui habuerit maculam de ſemine Haron, Sacer-* *l. 2. de mo*
dotis, non accedet conferre Hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo. Si mortale corpus Sacerdotis *narch.*

 inſpici

Digitized by Google

inſpici oportet, ne aliquo contractum ſit vitio, quantò magis animam immortalem?

pſ. 44. 33 D. Theodor. Sacerdotum ordo, veluti quædam facies eſt Eccleſiæ; tamquam maioris ſpiritus dignitate exornatus.

MANTISSA
AD SACERDOTALEM
Dignitatem.

EST igitur excelſa, & ſublimis Sacerdotalis dignitas, non ſolùm Principibus, & Regibus æquiparatur, ſed quàm longiſſimè omnibus ſceptris, & coronis anteponitur.

Olim Populum Hebræorum, (vt ſacra Scriptura docet) tribubus fuiſſe diſtributum, nemo eſt, qui ignoret, ex quibus, tribus leui, & tribus Iuda, tamquam excellentiores, & nobiliores alijs cunctis tribubus anteponebantur; nam ex tribu leui Sacerdotalis, & ex tribu Iuda Regalis dignitas ortum habebant, hinc 1. Reg. 1. loquens Scriptura de Elcana, Patre Prophetæ Samuelis, (qui Elcana ex parte Matris fuit de Tribu Leui, & ex parte Patris fuit de Tribu Iuda) inquit. *Fuit vir vnus de Ramathaim*, Rupertus Abbas, in hunc locum inquirens, quid nam ſignificet, *Ramathaim*, ait. *Ramathaim interpetratur excelſa duo, & hæc excelſa duo intelliguntur Tribus Regia, videlicet, & Sacerdotalis.* Sacerdotalis enim dignitas Regiæ dignitati æquiparatur, hinc 2. Reg. 8. loquens Scriptura de Filijs Dauidis, ait. *Filij autem Dauid Sacerdotes erant*; ſi Dauid fuit ex Tribu Iuda, quomodo ad eum Sacerdotalis dignitas ſpectare poterat, quæ tantum Tribui Leui concedebatur? reſpondet Abulenſis, quod Sacerdos non ſolùm ſignificat, *ſacra dijs faciens*, ſed etiam, *Princeps*, qui cunctorum honorum, & dignitatum in terra maximus eſt, vt ſic oſtenderetur Sacerdotalem dignitatem cunctos ſuperare, & Regali æquiparari, vnde Oleaſter perpendens, quòd Exod. 6. Aaron accepit vxorem Eliſabeth filiam Amminadab ſororem Naaſon de Tribu Iuda, ait. *Solebat Sacerdos de Tribu Iuda vxores ſibi deligere.*

Imò Sacerdotalem dignitatem, regali dignitate nobiliorem eſſe affirmamus, nam quantò vna res alia antiquior, eo nobilior, ſed Sacerdotalis dignitas cunctarum dignitatum, honorum, & magnitudinum antiquiſſima eſt, ergo nobilior, vt videre poſſumus apud Moyſem

de Para. Barceſ. Epiſcop. qui expendens verba illa Pſal. 138. *Formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum*

lib. 1. c. 28 *tuam*, vult Doctor hic, Dauidem his verbis loquutum fuiſſe in perſona Adami, & quod tunc Deus ſtatim, ac creauit Adam Sacerdotali dignitate eum condecorauit, & licèt Adam fuerit etiam Rex, regalis tamen dignitas fuit et collata poſt creationem Heuæ, & tunc dixit ei Deus. *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus Cæli, & vniuerſis animantibus*, audite verba Moyſis Barceſ. *Sacerdotium per impoſitionem manuum confertur.*

Num. 27. receſſurus Moyſes ex hac vita rogauit Dominum, vt de ſucceſſore imperij prouideret, & elegit Deus Ioſuè, dixitque. *Tolle Ioſuè filium Nun in quo eſt ſpiritus, & pone manum tuam ſuper eum, qui ſtabit coràm Eleazaro*; Oleaſter ibidem perpendens, quod Eleazar. erat Sacerdos, & quod Deus iuſſit, vt Ioſuè ſtaret coràm Eleazaro, ita inquit. *Non dixit ſedebit, ſed ſtabit, vt diſcant Reges, & Principes ſuperiores ſe habere Sacerdotes; & ſtandum ſibi eſſe coràm Sacerdotibus Dei*, D. Ambr. admirans Sacerdotalis dignitatis excellentiam, & magnitudinem, ita

de ſacerd. inquit. *Si Regum fulgori compares; & Principum diademati longè erit, quaſi plumbi metallum ad*

dignit. 2. *auri fulgorem compares: quippè cum videas Regum colla, & Principum ſubmitti genibus Sacerdotū.*

Dauid Pſal. 77. dixit. *Panem Angelorum manducauit homo*, D. Paſchaſ. intelligit de Eucha-

de canon. riſtia, ſed petò, quare Eucharſtia dicatur panis Angelorum? cum non Angelorum manibus

Dom. c. 5. adminiſtretur, ſed hominum? ſed D. Bonau. vult intelligi Sacerdotes per quorum manus ad-

in cap. 16 miniſtratur, & ait. *Panem Angelorum manducauit homo, ſcilicet Sacerdotum.*

ſapien. D. German. loquens de veſtibus Sacerdotalibus, ait. *Præsbyteri ad imitationem Seraphica-*

in rer. Ec- *rum poteſtatum ſtolis vice alarum contecti ſunt.* Abulenſis perpendens, quod in ſacris Canon.

cleſ. omnes interfectores, & membrorum mutilatores à Sacerdotali dignitate arcentur, & perquirens huius rei cauſam, reſpondet. *Quia debent eſſe ſimiles Chriſto, qui non percutiebat licet percuteretur.*

Hugo Card. in illa verba, quæ D. Paulus ad Timoth. 1. cap. 5. aduerſus præsbyteros accu-

ſationes

ſationes non accipere, inquirens Hugo cauſam talis prohibitionis, ſic reſpondet. *Quia non eſt facilè accuſanda perſona tàm alti ordinis cum ſit vice Chriſti.*

Alexander ab Alex. refert Sacerdotes Aethiopiæ tantæ fuiſſe auctoritatis, quod punire poterant Reges ſi deliquiſſet, & etiam ad mortem eos damnare, ſi dignum mortem crimen patraſſent, & Regiam dignitatem alteri tribuere, & confirmatur à Baron. dicens. *Quod Reges, qui in Iſrael dominabantur, iugiter Sacerdotibus ſubtecti fuere*, imò Clemens Alex. refert. *Quod apud Aegyptios, nemo Regia Corona frui poterat, niſi priùs Sacerdotali dignitate fulgeret.* *genial. dier. l. 2. c. 8* *to. 1. ann.*

Alexander ab Alex. cit. rem admiratione dignam refert de Sacerdotibus Frygiæ, quòd ſcilicet ita à populis venerabantur, quòd Sacerdotum mortuòrum cadauera in ſepulchro lapideo, decem cubitis ſupra terram, ob magnam riuerentiam ſepeliebant. *l. 5. ſtrom.*

D. Auguſt. narrat, quod olim magnus Alexander magno furore, ac ira accenſus contra ſummum Hieroſolymitanum Pontificem; Hieroſolymam verſus pergens, vt eum omnemq; leuitarum ordinem diſperderet atque exterminaret, cui fuori, atque potentiæ animaduertens Pontifex ſe reſiſtere non valere, induit ſe Pontificijs veſtibus, præcepitque pariter reliquis Sacerdotibus inferioris ordinis ſimiliter facere, & ſic induti, indignato Alexandro venienti occurrerunt, ſperans Pontifex, ſe ita commulcere Alexandrum, & quidem non ſe fefellit; nam intuens Alexander ſummum Sacerdotem Pontificijs veſtimentis indutum, ex equo deſcendens, illicò placatus magna cum reuerentia, & honore excepit Pontificem, ac reliquos Sacerdotes à quibus comitatus pacificè ingreſſus eſt Hieruſalem; præcipiens, vt ſacrificia Deo offerrentur, & ita humaniter, ac benignè cum Pontificè ſe geſſit Alexander, vt quicquid pro diuino cultu ab eo petierit Pontifex obtinuerit, quàm repentinam Alexandri mutationem admirantes eius aulici, & amici, Parmenion. inter alios tamquam cęteris Alexandro carior petijt ab eo, ex quo nam hæc mutatio oriretur, cui reſpondit Alexander. *Non hunc adoraui, ſed Deum cuius Sacerdotio fungitur*, ò digna tanti Principis reſponſio. *lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 45.*

D. Greg. ſcribens Mauritio Imperatori, ait. *Ante tempora Conſtantini in Republica Principes fuerunt, qui Deum verùm neſcientes, Deos ligneos, & lapideos colebant, & tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum tribuebant: quid ergo mirum eſt, ſi Chriſtianus Imperator, veri Dei Sacerdotes dignatur honore, dùm pagani honorem impendere Sacerdotibus nouerunt, qui Dijs ligneis, & lapideis ſeruiebant.* *l. 4. de Regiſt. ep. 75*

Et D. Chryſoſt. clamat. *Ne ſimus deteriores in fidelibus, qui propter errorem idolorum ſuorum, adhùc tantum cultum exhibent eorum Sacerdotibus, ſed quantum diſtant error, & veritas, tantum diſtant illorum, & Dei Sacerdotes.* *hom. 65. in Gen.*

Num. 15. quamuis Deus pro qualibet culpa peculiare ſacrificium aſſignauerit, noluit tamen aſſignare pro Sacerdotum peccatis, cuius rei cauſam perquirens Oleaſter, ita reſpondit. *Non vult Dominus ſeculares cernere, aùt ſcire defectus Sacerdotum, ſed quoad poteſt abſcondere, & occultare nititur.*

Num. 12. peccauerunt Aaron, & Maria loquentes contra Moyſem, & Deus puniuit Mariam lepra. *Et ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix*; & non legitur fuiſſe punitus Aaron, quamuis grauiùs peccaſſet, cum eſſet Sacerdos, imò vix de hac culpa clam fuit repræhenſus, quare hoc? audite Theodoretum. *Quoniam leproſus ſecundum legem immundus eſſe videbatur, Aaron autem radix, & origo erat Sacerdotum propterea, & Deus parem pęnam non inflixit, ſed per ſororem terruit*, idem affirmat D. Chryſoſt. *q. 23. in lib. num.* *hom. 3. in ep. ad Coloſſ.*

D. Thom. mirandam quidem de Sacerdotibus affirmat; nam ſi aliquando in iudicando deciperentur, mundos putantes leproſos, Deus nouo miraculo huiuſmodi deceptioni ſupplebat, leproſos ſanans, ne Sacerdotum auctoritas, apud populos præiudicium afferretur, hęc ſunt verba D. Thomæ. *Contingebat quandoque, vt diuino miraculo, per ritum legis lepra corporalis mundaretur, quando Sacerdos in iudicio decipiebatur.* *c. 1* *2. q. 101. ar. 2. ad 3*

D. Chryſoſt. in illa verba Pſal. 49. *Congregate illi omnes Sanctos eius*, per Sanctos eius intelligit Sacerdotes reprobos, qui ad iudicium ſunt vocati, ſed ſi ſunt, reprobi, quare ergo vocantur Sancti? reſpondet Chryſoſt. *Ob reuerentiam Sacerdotij*; quamplures Doctores referunt Magnum Conſtantinum de Sacerdotibus dixiſſe. *Si proprijs oculis vidiſſem Sacerdotem peccantem, clamidem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur*; & tamen multi ſæculares; nòn Sacerdotum virtutes multas, quæ in eis refulgent exaltant, ſed inquirunt minimos eorum defectus, & imperfectiones, vt detrahere poſſent, audite Magnum Baſil. *Vita ſplendorem, recteque factorum magnitudinem, nec aſpiciunt quidem, ad marcida verò mirum in modum feruntur*; hinc Aegyptij Sacerdotem depingebat in dextera Horologium, & in ſiniſtra eclypſatum Solem habentem, cui tale addebant dicterium. *Nonniſi cum deficit ſpectatorem* *homil. de inuid.*

in c. quod ſi ſanguis diſt. 2. habet, D. Greg. cit. à Gloſſa ait. *Ad Sacerdotis vocem Cęli aperiuntur, in eius miniſterio Angelorum Chori adſunt, ſummis ima ſociantur, cęleſtibus terrena iunguntur, vnumque viſibilia, & inuiſibilia fiunt*; D. Auguſt. in Pſal. 37. *Super hoc tàm inſigni priuilegio ſtupet cęlum miratur terra, veretur homo, horret Infernus, contremiſcit Diabolus, venerantur Angelorum ciues*, & paulò poſt admirans Sacerdotalem dignitatem clamat. *O veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus velut in vtero Virginis Filius Dei incarnatur, & vno eodemque momento idem Deus, qui præſidet in Cęlis inter manus eſt Sacerdotis in Sacramento Altaris*, *de Sacerd. lib. 3.* & D. Ambr. ait. *Regum colla, atque principum ſubmittuntur genibus Sacerdotum oſculantes eorum dexteram*; & ſubdit Ambr. *Cui nam Angelorum, dixit Deus, tibi dabo claues Regni Cęlorum?* quaſi diceret, nemini dictum niſi Sacerdotibus: *ser. 1. in Cęna Dñ.* vnde D. Bern. clamat. *O præclara, & veneranda Sacerdotij poteſtas, cui nihil in Cęlo, nihil in terra valeat comparari*.

Tanta eſt Sacerdotij dignitas, quòd nonnulli dixere, quod in quantum ad Sacramentorum miniſterium Mariæ dignitatem ſuperaſſe videtur, adducentes verba Gabrielis dicentis *lect. 4. ſuper Cant.* de Maria. *Hæc, & ſi in gratia plenitudine creaturas ſupergrediatur vniuerſas, Hierarchis tamen cedit Eccleſia in commiſſi miniſterij executione*: vnde D. Auguſt. in Pſal. 37. clamat. *O venerabilis ſanctitudo manuum, ò fęlix exercitium, qui creauit me (ſi fas eſt dicere) dedit mihi creare ſe, & qui creauit me ſine me, ipſe creatur mediante me*.

hom. 2. in epiſt. 2. ad Thimot. D. Chryſoſt. perpendens verba Matth. 10. qui vos ſpernit, me ſpernit ait. *An ignoras, quid ſit Sacerdos? Angelus vtique Domini eſt, ſi deſpicis, non illum deſpicis, ſed Deum, qui illum ordinauit, dicens Dominus, qui vos ſpernit me ſpernit*, D. Paſchaſ. in cap. 4. Hierar. *Quamuis mali ſint Sacerdotes non ſunt contemnendi, ſed in eis venerandus eſt ille, & colendus, & cuius ſunt Sacerdotes, & cuius nomine, ac perſona veniunt*; *lib. 3. de Sacerd.* D. Chryſoſt. quare omnes libenter iudicant Sacerdotes, de eorumque imperfectionibus mirantur? quia intueantur eos, non quaſi homines humana fragilitate indutos, ſed quaſi Angelos, audite Chryſoſt. *Sacerdoti omnes iudices eſſe volunt, vt carne nequaquam compoſito, vt humanam naturam non ſortito, verùm vt Angelo, & humanæ infirmitatis nequaquam participi*, Theophilatus in Ioan. cap. 20. *Sacerdotes honorandi ſunt, vt Deus, & quamuis indigni ſint, quid hoc? diuinorum donorum miniſtri ſunt, & gratia operatur per ipſos; non enim indignitas noſtra gratiam prohibet*, Leuit. 21. præcepit Deus Sacerdotibus, qui ante tabernaculum aſſiſtere debebant omnibus corporalibus defectibus carere, ſcilicet non eſſe cęcos, claudos, &c. Philo Alexandr. lib. 2. de Monarchia, hoc perpendens, dixit. *Si mortale corpus Sacerdotis inſpici non oportet, quod vitio contractum ſit, quanto magis animam immortalem*.

ser. 37. ad fratres in Heremo. D. Auguſt. pergens per Aethiopiam de illorum populorum Sacerdotibus Idolatris, ita inquit. *Quorum Sacerdotes à conuerſationibus hominum fugiebant, & ab omni libidine carnis abſtinebant, & in ſeptimana in qua Dijs ſuis thura offerre debebant nihil ſumebant, niſi metretum aquę per diem*; quod conſiderans D. Auguſt. clamat. *O magna Chriſtianorum miſeria; ecce pagani doctores fidelium facti ſunt*, D. Matth. Euangeliſta cap. 1. deſcribens Chriſti Genealogiam, ponit in ea nonnullos peccatores, quos D. Lucas Euangeliſta arcet, eamdem Genealogiam deſcribens cap. 3. quare hoc? reſpondet D. Ambr. Matthęum loquutum fuiſſe de Chriſto Redemptore, & ita parum referebat, an in hac Genealogia adeſſent peccatores, Lucas verò loquitur de Chriſto Sacerdote, & quia in Sacerdote magna debet eſſe puritas, ideò ab hac Genealo- *in Luc. c. 3* gia arcet peccatores, audite verba D. Ambr. *Neque enim Achab, neque Ieconiam, neque poſtremò Vria vxorem nominandos putauit, vt immaculatam ſacerdotalis generis ſeriem declararet*.

D. Theodoret. exponens verba illa Pſal. 44. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis*, ita inquit. *Sacerdotum ordo veluti quadam facies eſt Eccleſiæ, tamquam maioris ſpiritus dignitate exornatus*. Mulier licèt cunctas perſonæ partes per pulchras, & venuſtas habeat, ſi faciem habebit deformem nullatenus pulchra dici poterit, facies Reipublicæ ſunt Sacerdotes, ſi Sacerdotes erunt boni, bona quoque erit Reſpublica, at ſi Sacerdotes erunt peccatores, peſſima erit, & Reſpublica, vt olim fuit Reſpublica Iudæorum, quæ valdè deformis erat, quia ſummus Sacerdos Caiphas peſſimus dominabatur, qui Caiphas Chriſtum abiurans ſi ipſe eſſet Dei Filius, & audiens, quod ſic, ſcidit veſtimenta ſua, dicens blaſphemauit, D. Leo Papa *concion. 6 de Paſſion. Dom.* animaduertit Sacerdotum peccata, aliquando, ita peſſima, & magna eſſe, vt ſeipſos pudeat Sacerdotibus veſtibus indutos apparere; hoc accidit Caiphæ, nam indignatus eſt, intuens ſe Sacerdotalibus veſtibus indutum; ideò ſcidit veſtimenta ſua, hæc ſunt verba D. Leonis. *Et neſciens, quod hac ſignificat et inſania, Sacerdotali ſe honore priuauit*; licèt ipſemet Caiphas neſciret, quid faceret, vnde ſequitur D. Leo dicens. *Tu verò, à quo iam alienabatur hæc dignitas, ipſe tibi, es executor operis*.

Quidam Doctor animaduertit, quod Moyſes loquens de Sacerdotio, & de Regia dignita-

te, illud

te, illud tamquam accidens, hac verò tamquam ſubſtantiam, vnde dixit. *Eritis mihi in Regnum Sacerdotale*, at D. Petrus Apoſtolus loquens de Sacerdotali dignitate, inquit: *Vos eſtis genus electum Regale Sacerdotium*, ponens Sacerdotium pro ſubſtantia, & Regiam dignitatem pro accidente, Sacerdotalis enim, quammaximè Regiam dignitatem ſuperat, & vnde nos legimus genus electum alij legunt, *Genus Dei*.

Sacerdotes Dei vicem gerunt, vnde Hebræi, quanti Sacerdotis benedictionem facerent, maximè oſtendit Paraphraſtes Chaldæus Cant. 3. dicens. *Quàm pulchri ſunt Sacerdotes in tempore quo extendunt manus ſuas, & ſtant in ſuggeſto ſuo, & benedicunt populo domus Iſrael, & illa benedictio circumdat eos, ſicut murus excelſus, & fortis*; vnde olim tempore quadrageſimæ, quo grauiores Dęmonum inſultus eſſe ſolent, quædam peculiaris Sacerdotis benedictio maximè Chriſti milites iuuabat, fortioreſque reddebat; ita dixit Amalarius Fortunatus. *Quadrageſimali tempore ſcit aduerſarius noſter, Sancta Eccleſia ſingulare certamen commiſſum eſt contra ſe, ac ideò inſtat fortiùs ad rapiendum, atque proſternendum, ſi fortè aliquem inuenerit negligentem. Sacerdos noſter, vt prudens Agonotheta, & pugnator, quanto in maiore periculo videt milites fore, tanto munit eos ampliùs ſua benedictione, vult Sacerdos noſter, vt noſtris armis veſtiti ſimus, propterea iubet per miniſtrum, vt humiliemus capita noſtra Deo, & ita tandem infundit ſuper milites, protectionem benedictionis ſuæ*; & Vgo de Sancto Victore. *Quadrageſimali tempore ſcit aduerſarius noſter contra ſe ab Eccleſia parari conflictum, ac ideò inſtat fortiùs ad rapiendum ſi fortè aliquem negligentem inuenerit, Sacerdos autem, vt ſapiens agoniſta quantò in maiore periculo videt Chriſti milites fore, tanto eos ampliori protegit benedictione, & quia quanta maior eſt deuotio, tanto magis prodeſt benedictio, Diaconus clamat, vt humiliemus capita noſtra Deo, & tunc Sacerdos benedictionem apponit*. Sacerdotis benedictio, è Cęlo oritur; veniat quæſo vobis in mentem, quod antequam Moyſes, & Aaron populum benedicerent, vt narratur Leu. 9. ingreſſi ſunt tabernaculum, vt è Cęlo benedictionem deducerent, hæc ſunt verba Textus. *Ingreſſi autem Moyſes, & Aaron tabernaculum teſtimonij, & deinceps egreſſi benedixerunt populum*, quòd annuit Iſichius præsbyter ſupradicta verba expendens. *Quamobrem priùs in Tabernaculum teſtimonij ingrediuntur, & poſteà benedictionem præſtant? niſi, vt non ignoremus, quia de intelligibili Tabernaculo, videlicet, de Cęlo benedictionem proferunt Sacerdotes dicentes, ſicut Paulus; Benedictus Deus, & Pater Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpiritali in cęleſtibus in Chriſto*, & ſubdit dicens. *Hoc enim nobis, & ipſe tradit Dominus, quinque panes, & rurſus ſeptem benedicens ad Cęlum reſpiciebat*.

l. 3. c. 37.

lib. 3. de obſeruat. Miſſ. c. 3.

l. 2. in Leuit.

D. Auguſt. magnam Sacerdotum dignitatem conſiderans clamabat. *O veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus, velut in vtero Virginis, Filius Dei incarnatur. O ſacrum, & cęleſte myſterium, quod per vos Pater, Filius, & Spiritus Sanctus operatur; vno, eodemque momento, idem Deus, qui præſidet in Cęlis, in manibus veſtris eſt*, & Diuus Chryſoſt. *Sacerdotium principatus eſt, imò etiam Regno venerabiliùs, ac maius*, & non ſolùm omnes terrenas, & temporales dignitates Sacerdotium ſuperat, ſed etiam, audeo dicere, quod Sacerdotium maius ſit ipſiſmet Angelis, qui licèt ſummopere à Deo diligantur, & innumerabilibus donis, & gratijs ſint repleti, liberi voluntate, potentes, nobiles in origine veloces in motu, &c. Attamen Deus Sacerdotibus, non Angelis Regni Cęleſtis claues tradidit, vnde D. Ambr. inquit. *Cui nam Angelorum dixit Deus, tibi dabo Claues Regni Cęlorum?* quaſi diceret. *Nemini*, ſed tantum Sacerdotibus, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, magna igitur eſt Sacerdotij dignitas, ita vt meritò Diuus Auguſt. dicat. *Nulla maior dignitas ſub Cęlo, quàm Sacerdos Dei ad cęleſtia Sacramenta pertractanda conſecratus*, & D. Bern. clamabat. *O præclara, & veneranda Sacerdotis poteſtas, cui nihil in Cęlo, nihil in terra valeat comparari*, & D. Chryſoſt. vlteriùs progrediens inquit. *Quod, cum hoc honore conferri poteſt à terra iudicandi principalem authoritatem ſumit Cęlum: ſeruus ſedet Iudex in terra, & Dominus ſequitur eius ſententiam, atque confirmat, vt quicquid hic in inferioribus iudicauerit, hoc ille in ſupernis comprobet*.

in pſ. 37.

hom. 5. de verb.

lib. 3. de ſacerd.

Matt. c. 16

l. de dogm. Eccl.

ſer. 1. in feſt. ss. Petri, et Pauli.

Quàm magnam dignitatem D. Ephrem conſiderans, humiliter omnes Sacerdotes monet, vt ſanctè, ac piè huiuſmodi cęleſte myſterium pertractent, his verbis. *Genu poſito lachrymis, atque ſuſpirijs oro, vt hunc ſacerdotij theſaurum inſpiciamus; theſaurum inquam, his, qui eum dignè, & ſanctè cuſtodiunt*, vnde D. Paulus Sacerdotes hortatur, vt omnibus ſint virtutum exemplar. *Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in caritate, in fide, in caſtitate*, D. Chryſoſt. in hunc locum ponderans illud verbum, *exemplum*, inquit, *ſpeculum vitæ, quod omnibus ad imitandum proponitur*, & D. Bernard. *Sic debet conuerſari, vt ex moribus exterioris hominis, qui videntur, exiſtimetur compoſitio interioris animi, quæ non videtur*; & progrediens vlteriùs D. Bern. oſtendit maximi iuuaminis eſſe, vt onera, quæ Sacerdotes alijs imponunt, ipſi ſint priores ad portandum

ſer. 1. de ſacerd.

1. Timot. cap. 4.

ſer. 29. int. paru.

Digitized by Google

ep. 201. dum his verbis. *Pulcherrimus ordo eſt, & ſaluberrimus, vt onus, quod portandum imponis, tu portes prior.*

D. Ignatius Martyr conſiderans Sacerdotij eminentiam, & magnitudinem inquit. *Sacer-*
epiſt. 10. *dotium eſt omnium bonorum, quæ ſunt in hominibus apex*, hinc apud Aetiopes à Sacerdotibus, &
creabantur, & alij iterantur Reges, & apud Aegyptios magni momenti diſſidia à Sacerdotibus componebantur. Apud Perſas ad regiam dignitatem, nemo aſſumebatur, niſi etiam, & sacerdotali dignitate fulgeret. Apud Athenienſes omnes illi illuſtres Areopagi magiſtratus sacerdotio fugebantur. Apud Gallos ſoli Sacerdotes publicas, & priuatas ciuium cauſas determinabant. Apud Romanos Sacerdotalis dignitas cunctis dignitatibus præeminebat, & tantæ auctoritatis antiquitus erant Sacerdotes, quod nunquam ad iurandum coegebantur, ſed eorum tantum verbo credebant, quod quocunque iuramento validiùs erat, hinc D. Dionyſ. Areopag. quaſi omnia compræhendens dixit. *Qui Sacerdotem dixit, auguſtiorem, prorſuſque diuinum inſinuat virum.* Ad quam dignitatem cum inuitus traheretur D. Paulinus Epi-
de Eccleſ. hierarc. c. 1. epiſt. 6 ad ſeuer. ſcop. Nolæ eam admirans, & venerans dicebat. *In arcanis, & penetralibus Dei ſummi, receptum me video, & inſertum communicare cæleſtia, ac Deo propriùs admotum in ſpiritu Chriſti, & corpore, & ſplendore verſari; vix adhùc intellectum ſacræ molis capio mentis anguſtijs, & onus muneris mei, conſciùs infirmitatis horreſco.* O magna sacerdotum dignitas, quæ, & omnibus hominibus præeſt, & Angelis æqualis, & ipſum Deum emulatur, hinc vt annotauit D. Ambroſ. ſe-
epiſt. 6. parauit Deus Sacerdotes à cuncto populo quaſi cunctis eminentiores. *Separauit*, inquit Ambroſ. *Deus Sacerdotes à Populo cum præcepit Moyſi, vt montem cum Sacerdotibus aſcenderet, Populus autem deorſum ſtaret. Videt diuiſiones? vides in sacerdotibus nihil plebeium requiri, nihil populare, nihil commune, cum ſtudio, atque vſu, & moribus incondita multitudinis? quomodo enim obſeruari poteſt à Populo, qui nihil ſecretum habet à Populo? quid in te miretur, ſi ſua in te recognoſcat?* Audite quæſo, quæ de Sacerdotibus ſcripſit Petrus Bleſſenſis his verbis. *Agnoſcat vnuſquiſq;*
in Iob c. 1 *ſuæ vocationis honorem; habet enim primatum Abel, Patriartatum Abrahæ. Gubernationem Noe. Ordinem Melchiſedech; dignitatem Aaron, auctoritatem Moyſis, virtutem Samuelis, poteſtatem Petri, vnctionem Chriſti.*

D. Cyrillus Alex. ponderans verba, quæ dixit Deus, Leuit. 16. *Nullus homo erit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingreditur*, legit Cyrillus. *Non erit homo, quando Pontifex ſanctuarium ingreditur*, pero modo, ſi non erit homo, quomodo erit Sacerdos, qui eſt homo? numquid ingrediens Sacerdos Sanctuarium Dei non erit amplius homo? reſpondet Cyrillus.
in c. 6. Leuit. *Non erit homo, ſed tamquam Angelus Dei, cum ingredietur Pontifex intra velamen: ſiuè vnus cum domino ſpiritus fiat, ſiuè per reſurrectionis gloriam, in Angelorum ordinem tranſeat, non erit homo,* Sacerdotes, Angelos vocauit Malachia, labia sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem nequirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. D. Hieron. in verba hæc Mala-
in Malac. chiæ inquit. *Angelus, Sacerdos Dei veriſſime dicitur, quia Dei, & hominum ſequeſter eſt, eiuſque populum nunciat voluntatem*, & D. Paulus Apoſt. Galat. 1. monet mulieres, vt velato capite ingrediantur templa Dei. *Propter Angelos Dei*, & D. Thom. legit. *Propter sacerdotes*, & ite-
in epiſt. ad Galat. rum idem Paulus, *Si Angelus de Cœlo Euangelizauerit vobis*, quod perpendens D. Chryſoſt. inquit. *Non temerè dixit Angelus de Cælo, nam ſanè dixit de Cælo, quoniam sacerdotes quoque dicti ſunt Angeli, ne quis exiſtimaret de his Angelis nunc verba fieri, addita particula, de Cælo, ſuper nos virtutes indicauit*, & D. Bonau. verba Dauid Pſal. 77. *Panem Angelorum manducauit homo*, interpretatur. *Panem sacerdotum.*

Imò diuina Scriptura, Deos vocat Sacerdotes, Exod. 22. ait Moyſes. *Dijs non detrahes, & Principi populi tui non maledices*, & Chriſtus per Ioannem. *Deos appellat, ad quos ſermo Dei factus eſt*, & Dauid, *ego dixi Dij eſtis*, quæ verba Pſalmi, Innocentius Papa ita interpretatur.
opuſc. 6. *Sacerdotes intelligit, qui per excellentiam ordinis, & officij dignitatem Deorum nomine nuncupantur*,
c. 10. & D. Petrus Damian. inquit. *Dij, & Chriſti, reperiuntur Sacerdotes, propter accepti miniſterij Sacramentum*, & D. Greg. ſcribens Imperatori Mauritio de Sacerdotibus, ita ait. *Quid ergo*
l. 4. ep. 31 *mirum, ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos, ipſe etiam appellat Deus?*

Et magnus ille Conſtantinus Imperator cui plures ſupplices tabellæ contra Sacerdotes delatæ fuere, eas in ignem proijciens, in memoranda illa verba prærupit. *Vos Dij eſtis, à vero*
Apolog. 1. *Deo conſtituti: ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite, quia dignum non eſt, vt nos iudicemus Deos,* & D. Greg. Naz. inquit de Sacerdote. *Deus eſt, aliaſq; Deos efficit.*

epiſt. ad Epiſcop. Et idem Greg. Naz. ait. *O Sacerdotes, Dei incruenta ſacrificia mittentes: ò illuſtres animarum cultores, ò magni Dei figmentum, in manibus veſtris geſtantes, ò mundi fundmenta.*

D. Chryſoſt.

Digitized by Google

D. Chryſoſt. *Ne mihi narres purpuram; neque diadema, neque veſtes aureas umbre ſunt iſthæc* *hom.5. de*
omnia, verniſque floſculis; maius eſt, & mirabilius ipſi Regno Sacerdotum principatus. *verb. Iſa.*

Idem. *Per eos generati eſtis æterna generatione, per ipſos eſtis Regnum aſſecuti; per manus ipſo-* *in ep. 1. ad*
rum fiunt omnia: per ipſos vobis portæ cæleſtes aperiuntur, ita ſi Chriſtum diligis, ſi diligis Regnum *Theſ. c. 5*
Cælorum, agnoſce per quos id habueris.

Petrus Bleſſen. de Sacerdotibus loquens ait. *Eſt Paſtor, eſt Iudex, eſt interceſſor, Paſtor in Ec-* *epiſt. 46.*
cleſia, Iudex in Cathedra, interceſſor in Miſſa; Paſtor, vt ſanè erudiat, Iudex, vt iuſtè definiat; inter-
ceſſor, vt piè ſubueniat.

Petrus Cellenſ. Abb. *Quanta dignitate, ordine, & officio, alijs ſumus altiores, tanto in conſpectu* *ſer.45. in*
Dei ſumus deſpectiores, ſi dignitate indigna conuerſatio contradicit, ſi ordini inordinata vita obloquitur, *Synodo ad*
ſi officij noſtri munditiam vitæ incontinentia impugnat. *Sacer.*

D. Hieron. *Grandis dignitas Sacerdotum, ſed grandis ruina eorum ſi peccant: lætemur ad aſcen-* *in Ezech.*
ſum, ſed timeamus ad lapſum: non eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quanti mœroris de ſublimioribus *43.*
corruiſſe.

Euſebius Cæſarienſ. *Sacerdotes ab hac mortali vita ſeiuncti ipſum dumtaxat corpus in terra ge-* *lib. 1. de*
rentes, cogitatione, & animo in cęlo degentes, quaſi quidam cælites pro vniuerſo hominum genere *mon. Euã-*
ſunt ſacrati. *gel. c.9.*

DE SVPERIORE.

1 Diuus Ambroſ. Monitio Superioris ſine aſperitate, hortatio ſine offenſione. *l. off. c. 22*
2 D. Auguſt. in illa verba Lucæ 23. *Memento me: Domine, dùm veneris in Regnum* *ſer. in Pa-*
tuum. Dic mihi latro, Regnum petens? quid in eo tale vides, ex quo Regnum *raſc.*
petis? dic mihi, nam in proſpicuo eſt; clauos, & Crucem cernis, ſed hæc Crux
ipſa Regni inſigne eſt, & per eam Iesum Regem appello? quia video Crucifixum, opus
enim Regis eſt vitam pro his, quibus regnat exponere, nam bonus paſtor animam ſuam
dat pro ouibus ſuis.

3 D. Bern. in illa verba Cant. 3. *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem.* Qui enim *hom. 76.*
vigiles hi? nempè illi, quos Saluator in Euangelio beatos pronunciat, ſcilicet cum venerit, *in Cant.*
inuenerit vigilantes: quàm boni vigiles, qui nobis dormientibus, ipſi peruigilant, quaſi ra-
tionem reddituri pro animabus noſtris.

4 Idem. Quem dabis mihi de Præpoſitorum, qui non plùs euigilet ſubditorum marſupijs *ſer. 77. in*
euacuandis, quàm vitijs exſtirpandis? *Cant.*

5 Idem. Erudimini, qui iudicatis terram: diſcite ſubditorum matres vos eſſe debere, non *ſer. 15. in*
dominos. Studere magis amari, quàm metui. Etſi interdum ſeueritate opus eſt, paterna *Cant.*
ſit non tyrannica, matres fouendo, patres verò corripiendos vos exhibeatis.

6 Idem. Miror an fieri poſſit, vt aliquis ex Rectoribus fiat ſaluus. *in decla-*
7 Idem, in verba Io. vlt. *Paſce oues meas.* Paſce dixit, non mulge, nec tondet ſperet ergo *mat.*
Diſcipuli Chriſti locum, & miniſtri eius gradum; qui dominicum paſcere gregem ſatagit,
& non tondere.

8 Cic. Tunc inquam ſenibus, veluti prudentioribus, & dignis gubernatoribus Deus rerum *lib.4. Re-*
adminiſtrationes in manus tradidit. *thor. ad*
9 D. Greg. in illa verba Iob 9. *Sub quo curuantur, qui portant orbem.* Ipſi etenim orbem *Heren.*
portant, qui curas præſentis ſęculi tolerant. Tantorum quippè pondera vnuſquiſque ſu- *9. moral.*
ſtinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur. *c.20.*
10 Idem. Manſuetus ſit ſuperior, ſed ſine iuſtitiæ præiudicio. *3.p. paſtor*
11 Idem. Locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, fugientibus offerendus. Virtuti- *cap. 17.*
bus ergo pollens, coactus ad regimen veniat. *in Regiſt.*
12 Idem. Hortor, vt officium, quod geris, ſolicita mente conſideres; nam non terrena- *l. 7. ep. 7.*
rum rerum curam, ſed animarum te ducatum ſuſcepiſſe cognoſcas.
13 Idem, in illa verba. *Quæſiuit ſibi virum; iuxta cor ſuum, vt eſſet dux ſuper populum ſuum.* *1. Reg. 13*
Quæſijſſe virum Deus dicitur, vt eligendorum Antiſtitum formam omnibus prebeatur, vt
omnis qui ad Sanctæ Eccleſiæ culmen eligitur, diſcutiendus eſſe ab hominibus doceatur,
ſed quæri debet ſecundum cor Dei, vt videlicet non ſolùm diuinam voluntatem intelligat,
ſed bonis operibus oſtendat.
14 Idem. In Prælatis debet eſſe conſolans miſericordia, & piè ſeuiens diſciplina. *l. 20. mor.*

15 D. Greg.

Digitized by Google

or. in laud. Baſilij. 15 D. Greg. Nazian. Qui, vel vitæ probitate ſolùm, vel ſolùm doctrina præſtant; atque ab altera deſtituuntur; hi mihi nihil à luſcis differre videntur, qui in magna claritate, in maiori ſunt deformitate, ſiuè alios inſpiciant, ſiuè ab alijs inſpiciantur.

in cap. 4. Iudicium. 16 Gloſſa, Apis habet aculeum pungentem, & facit mel conſolans; & in bono Prælato, vel Principe, debet eſſe rigor iuſtitiæ, & dulcior miſericordiæ.

l. 1. contra Iouin. 17 D. Hieron. in verba Matth. 6. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum.* Cur non Ioannes electus eſt virgo, vt caput eſſet Eccleſiæ? Ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhùc adoleſcens, & pœnè puer, progreſſæ ætatis hominibus præferetur.

18 Idem, in verba Pſal. 81. *Vſquequo iudicatis iniquitatem, & faciem peccatorum ſumitis?* Quando venerit ad vos iudicium, non conſideratis cauſam, non conſideratis iudicium, ſed perſonas eorum, qui cauſas habent, ac ſi dicat. Si venerit pauper habens negotium iuſtum, & venerit habens negotium nequam, vos perſonam accipitis, non negotium.

ibidem. 19 Idem. Miſcenda eſt lenitas ſeueritati, faciendumque quoddam ex vtraq; temperamentum, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur.

in hūc loc. 20 Hugo Card. in verba Matth. 8. *Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit.* Hortatur Dominus omnes ad vigilandum, & maximè prælatos ad vigilantiam, & diligentiam, quos non tantum vult eſſe vigilantes, ſed etiam vigiles,

21 D. Ioan. Chryſoſt. ſuper illud Matth. 23. *Alligant onera grauia.* Circa vitam eſto auſterus, circa aliorum benignus: audiant te homines parua mandantem, & grauia facientem.

ibidem. 22 Idem. Clerici peccantes difficilè pœnitentiam agunt; erubeſcit enim aliquando fieri reus, qui ſemper fuerat Iudex.

l. 3. de Sacerd. 23 Idem. Non poſſunt Superiorum vitia diſſimulari, ſed vel parua, & exigua ſtatim manifeſta fiunt; quemadmodum in lucidis corporibus, & ſplendidis facilè aduertimus, & notamus, quodlibet vitium, etiam leue, vt patet in lapidibus pretioſis; ita, & in ijs, quos Deus poſuit in edito loco imitandos à cæteris.

24 Idem, in illa verba ad Hebr. c. 13. *Ipſi peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Audiant ij, qui regunt, & gerunt magiſtratus, quantum eſt periculum, omnium quos regis: mulierum, virorum, & puerorum tibi reddenda eſt ratio. Miror ſi poteſt ſaluari aliquis Rectorum.

in pſ. 114 25 Idem, in illa verba Io. 18. *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.* Hoc maximè oſtendit principem, quòd ſcilicet ſuorum curam gerat, eis prouideat, ac proſpiciat, & ideò Chriſtus paſtor bonus, non dixit honoratur, ſed animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.

hom. 12. in c. 19. 10. 26 Idem, in Exod. 32. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis: dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Tales eſſe oportet eos, quibus animarum cura commiſſa eſt, vt perire malint cum his qui ſibi crediti ſunt, quàm ſine illis ſalui eſſe.

27 Oleaſter, in illa verba Exod. 29. *Cumque tuleris de ſanguine, qui eſt ſuper Altare, & de oleo vnctionis aſperges Aaron, & veſtes eius, & filios, & veſtimenta eorum.* Vnguntur oleo, & ſanguine. vt ſcirent olei miſericordiam, cum rigore ſanguinis temperare.

28 Idem, in illa verba Exod. 18. *Prouide viros, qui oderint auaritiam.* A Iudice non ſolùm exigi, vt expers auaritiæ ſit, ſed quòd maius eſt, odio eam habeat, vt diſcat quàm longè ab ea eſſe debeat. Nulla enim paſſio humana ita infeſtari Iudices videtur, ſicut auaritia, ideò eam maximè fugere docet.

in hūc loc. 29 Idem, in verba Iſa. 9. *Factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Putant vſque hodie inſenſati filij Adam, imperia, regna, & principatus huius ſeculi, honores eſſe non onera: quos puer noſter arguit, qui ſuum principatū, quaſi graue onus ſuper humeros gerit. Non ergo prælate, aut princeps, cum ad prælaturam vocaris, te ad honorem vocari putes, ſed ad onus, & ſub præfectura tibi gerendum puta ſicut ſub onere graui.

hom. 20. 30 Origen. in illa verba Num. 25. *Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael.* Populus peccat, & principes ſuſpenduntur; non enim tantum pro ſuis arguuntur delictis; pro populo enim coguntur principes reddere rationem, ne fortè non docuerint, non monuerint, non ſolicitè arguerint eos, qui primùm peccauerunt, ne contagio diſpergeretur in populos. In ipſo enim conuertitur ira Dei; & ceſſabit à populo. Hæc ſi cogitarent homines, principatum non ambirent; ſufficit enim pro peccatis proprijs argui, & reddere rationem.

ſerm. de Transfig. 31 D. Petrus Cluniacenſis, in verba Matth. 17. *Et ecce apparuerunt eis Moyſes, & Helias cum eo loquentes.* Duo ergo illi patres, alter mitiſſimus, alter immitiſſimus apparent coràm Domino:

Digitized by Google

mino: quare? quia miſericors, & miſerator Dominus, & Iuſtitias dilexit. Miſericors ergo miſericordem, iuſtus iuſtum deſignat. Vnde, & congruè Scriptura non priùs Hæliam, & poſteà Moyſen, ſed ante Moyſen, & poſtmodum Hæliam ponit.

32 Philo Hæbr. Si vis bonus eſſe Rex, cum fortitudine benignitatem, & manſuetudinem ſerua, vt non formidoloſus, ſed reuerentia dignus tuis ſubditis videaris. *lib. de Monarch.*

33 Seneca. Nullum magis decet eſſe benignum, quàm Regem, & Principem. *lib. de Clement. c. 19*

34 Idem. Princeps debet eſſe ſermone affabilis, acceſſu facilis, vult quo maximè populos demulcet amabilis, æquis propenſus, iniquis acerbus: talis à tota Ciuitate amatur, defenditur, colitur: hic princeps beneficio ſuo tutus nil præſidijs eget, arma ornamenta animi pro ſe habet. *ibidem.*

35 Idem. Iracundiſſimæ, ac pro corporis captu pugnaciſſimæ ſunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt, Rex ipſe ſine aculeo eſt. Noluit illum natura, nec ſæuum eſſe, nec vltionem magno conſtituram petere, telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplum hoc magnis Regibus ingens eſt. *ibidem.*

36 D. Thom. Graue periculum eſt hominem de factis alteriùs rationem reddere, qui de ſuis non ſufficit; & acerbum, ac magnum Iudicium ſibi vindicare, dùm vult fieri magiſter. *lect. 3. in cap. 13. ad Hæbr.*

37 B. Thom. à Villanoua. Fœlices, qui ſolùm de ſeipſis in die Iudicij reddituri ſunt rationem, nam altitudo dignitatis officij, quaſi præcipitium timenda eſt. *ſerm. de Dom. 3. Adu.*

38 Idem. Quàm multi boni viri, & boni chriſtiani in humili ſtatu ſaluarentur, qui in altu dignitatis gradu poſiti perierunt, aut propter inhabilitatem, aut propter negligentiam? *ibidem.*

M A N T I S S A
AD SVPERIOREM.

QVanti iùgiter Deus Superiores fecerit, nemo eſt, qui ignoret, cum id, tùm humanę, tum ſacræ literæ teſtentur, & non immeritò, nam vt inquit D. Greg. in illa verba Iob 9. (ſub quo curuantur qui portant orbem.) *Ipſi etenim orbem portant, qui curas præſentis ſęculi tolerant.* Sed quibus virtutibus, gratijs, ac conditionibus eos ornatos eſſe oportet, modò nobis explicandum occurrit; debent enim eſſe doctrina præditi, vt ea ſubditos paſcant, & regant, debent bonorum operum, exemplo fulgere, & ſubditis præire, debent inuigilare ne aliquid eis deſit debent denique eſſe ſenes, &c. Sapientia requiritur in ſuperioribus, & quemadmodum forma eſt, quæ dat eſſe rebus, ita, & ſapientia eſt, quæ dat eſſe, & conſtituit ſuperiores, & ſine qua, non valent eſſe ſuperiores, hoc fatetur Salomon Prou. 8. vbi loquens ipſa ſapientia inquit. *Per me reges regnant*, & deficiente ſapientia cuncta deficiunt, & diſperduntur, vnde Eccl. 10. inquit. *Rex inſipiens perdet populum ſuum.* *9. moral. cap. 20.* ✳

Ezechiel cap. 21. vidit Deum indignatum contra populum, audiuitque eum dicentem. *Eijciam gladium de vagina ſua, & occidam in te iuſtum, & impium*, magna quidem Dei indignatio, dum, & bonos, & malos punire ſtatuit, & vt maior appareat indignatio ſubdit. *Gladius acutus, & elimatus*; nec ſufficit hoc, ſed inquit. *Duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum*, nec quieuit Dei indignatio; vnde mucroni loquens, dixit. *Reuertere ad vaginam tuam mucro*; quaſi huiuſmodi punitio diuinæ indignationi non ſufficeret, & populum alloquens dixit, effundam ſuper te indignationem meam, magnus profectò furor Domini, maxima erit plaga, & percuſſio, audite punitionem, quàm minatur Deus. *Daboq; te in manu hominum inſipientum*; & hæc eſt omnium plagarum, & punitionum maxima, quia Rex inſipiens perdit populum ſuum, & Eccleſiaſtes cap. 10. ait. *Eſt, & malum, quod vidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens à facie principis poſitum ſtultum in dignitate ſublimi*, & licèt Titelmanus in hunc locum perpendens hæc verba. *Quaſi per errorem egrediens à facie Principis*, intelligat de Regibus, & Principibus huius mundi, qui ſæpè inſipientibus fauent, dignitatibus eos condecorantes, quibus indigni ſunt, at D. Greg. Neoceſarienſis, per principem Dęmonem intelligit, vnde Ioann. 12. inquit de Dęmone. *Nunc Princeps huius mundi eijcietur: foras* audite verba Greg. *Opera tyranni patris omnis malitiæ hæc ſunt, inſipientes in excelſum ſublimare*; quaſi diceret, cum ſtultum in dignitate ſublimi poſitum intuemur, opus Diaboli eſt, vt diſperdat ſubditos.

Econtra verò, ſapientia Regum, ſuperiorumque forma eſt, & eſſentia, *per me Reges regnant*, hinc Plato dixit, vt referunt Valerius Maximus lib. 7. cap. 2. & Maſilius Ficinus in vita Platonis,

tonis. *Reſpublicè illæ felices dici poſſunt, vbi aût Philoſophi regnant, aût Reges philoſophantur*, quòd, ita apud cunctas nationes fuit obſeruatum, vt idem nomen ſapientiæ, ac ſuperioritati dederint, vt videre eſt apud Romanos, qui Principatum, & Imperium. *Magiſtratum*, nuncupauere, à Magiſtro ſcilicet Doctore; *magiſtratus enim*, vt Rubertus Stephanus in ſuo Theſauro, eduxit ex Feſto Pompeio. *Significat quemlibet in poteſtate conſtitutum, vt Conſulem, Proconſulem, Prætorem, Proprętorem, & alios qui Ciuitates, & Prouincias regunt*,

Hierem. 3. loquens Deus Iſrael, dixit. *Reuertere auerſatrix Iſrael, & non auertam faciem meam à vobis, conuertimini, quia ego vir veſter*, quaſi diceret, tui miſerans veniam, & licèt olim (diſperſiſti vias tuas ſub omni ligno frondoſo) modò dabo tibi Arrham ſponſalitij, ſed quæ erit hæc Arrha audite. *Dabo tibi paſtores iuxta cor meum, qui paſcant te doctrina, ſcientia*; & per Iſa. 32. promittens populo ſeculum aureum ſufficit dicere, quòd inter Principes, & Reges, eorum vllus erit ignarus. *Non vocabitur vltra is, qui inſipiens eſt Princeps*.

Et Paulus Apoſtolus ad Epheſ. 4. dinumerans Eccleſiæ dignitates, ait. *Alios dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios Prophetas, alios Paſtores, & Doctores*, vbi animaduertendum eſt, Apoſtolum poſuiſſe, verbum, *alios*, ad diſtinctionem vnius dignitatis ab alia; at inter Paſtores, & Doctores, non poſuit verbum illud. *alios*, quia inter Paſtores, & Doctores nulla debet eſſe diſtinctio, nam Paſtores debent eſſe Doctores. *Per me Reges regnant*, in ſacris literis, quòd ſal ſapientiam ſignificet non eſt, qui neget, vnde de Sanctis Doctoribus canit Eccleſia. *Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal infatuatum fuerit, &c.* habet Textus Græcus, & noſtra vulgata editio, *quod ſi ſal euanuerit*, ſuperior ignarus, eſt veluti res vana, eſt nihil, ita intelligi poteſt Textus ille Heſter. 14. *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt*, quaſi diceret, ne tradas ſceptrum tuum inſipientibus, vnde Deus per Oſeam 4. *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam, & ego te, ne Sacerdotio fungaris mihi*.

Superior debet eligi ex ſenioribus, tamquam magis expertis, vnde Chriſtus Petrum tamquam ſeniorem, & non dilectum Ioannem elegit caput Eccleſiæ, hinc D. Hieronymus petit. *l. 1. contra Iouin.* *Cur non Ioannes electus eſt virgo, ut caput eſſet Eccleſiæ?* & reſpondet, *ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhùc adoleſcens, & penè puer progreſſa ætatis hominibus præferretur*.

Etſi aliter permitteretur diuina vtique eſſet punitio, vt Deus per Iſa. 3. minatur. *Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet à Hieruſalem, & à Iuda ſenem, & honorabilem vultu, conſiliarium, & ſapientem, & dabo pueros principes eorum*.

12. Metaphy. Superior debet inuigilare ſubditis, & non dormire, Ariſt. neque Deo dormire concedit, vnde dicit. *Deus ſi aliquando dormiret, non eſſet Deus*; quod ratione probatur, ſomnus enim defatigationem indicat, quæ ſi daretur in Deo, non eſſet infinitus, hinc Pſalmographus dicebat Pſal. 120. *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael*.

l. 1. hieroglif. Solium Salomonis, de quo dicitur, *Non eſt factum tale opus in vniuerſis Regnis*, inter alia admiranda, duodecim aderant Leones; Pierius ait. *Leonem eſſe ſymbolum vigilantiæ*.

Virgam illam, quam vidit Hierem. cap. 12. multi affirmant fuiſſe Sceptrum Regium, in cuius capite ſecundum mores Aegyptiorum oculus apertus, & vigilans inſpiciebatur, vnde fuit dicta (vigilans) *Virgam vigilantem ego video*, & vt alij legunt. *Oculatam, vel oculos apertos, & vt vigiles habentem*, & Alciatus in ſuis Emblem. Principis manum figurat oculum apertum in medio habentem, hoc dicterio, *oculata manus*, & Ezech. 16. vidit quoſdam æquos multos habentes oculos, *& totum corpus eorum oculis plenum erat*, vt indicaretur vigilantia ſuperiorum quàm Chriſtus monuit dicens, vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit, in quæ verba Hugo Cardin. ait. *Hortatur Dominus omnes ad vigilandum, & maximè prælatos ad vigilantiam, & diligentiam, quos non tantum vult eſſe vigilantes, ſed etiam vigiles*, vnde Chriſtus Matth. 14. repræhendit Petrum. *Simon dormis? non potuiſti vna hora vigilare mecum?*

Refert Plutarchus in Apotheg. de Philippo Patre Alexandr. quod fuerit cunctorum Principum vigilantiſſimus, at cum quadam die in meridie parumper quieſceret, peruenerunt, quidam duces, vt cum Philippo agerent de rebus magni momenti, & audientes eum dormire, qui alios de vigilantia monebat, admirati ſunt, ſed Parmenion Regis ſeruus reſpondit eis. *Nolite mirari ſi nunc Philippus dormit; nam quando vos dormiebatis, ille vigilabat*.

l. 8. de geſtis Alex. Et Magnus Alexander alloquens ſuos aulicos, vt refert, Ammian. dicebat *Plùs vigilare, quàm vos me certè ſcio, vt ipſi quietos ſomnos capere poſſitis*.

Exod. 18. dixit Deus Moyſi, quomodo eſſe debebat veſtis ſummi Sacerdotis. *Rationale, & ſuperhumerale, tunicam, & lineam ſtrictam*, quæ verba Textus Hebræus legit. *Tunicam oculatam*, & Pagninus explicat, *tunicam opere phrigionico oculis contextam*, vt oſtenderetur ſuperiorum vigilantia ſuper ſubditos: debet etiam ſuperior ſua præſentia iugiter aſſiſtere, & regere

ſubditos

Digitized by Google

ſubditos: debet etiam ſuperior ſua præſentia iugiter aſſiſtere, & regere ſubditos, vnde D. Am-
broſ. cit. à Gloſſ. in illa verba Apoc. 14. *In medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia, &c.*
per hæc quatuor animalia, D. Ambr. intelligit ſuperiores, & Doctores, qui inuigilant ſuper
ſubditos, & ſic ait. *In circuitu ſedis quatuor animalia ſtant, quia Doctores populum ſibi commiſ-
ſum, & à viſibilibus, & inuiſibilibus hoſtibus, quanta virtute poſſunt defendunt, in medio ſedis conſi-
ſtunt, quia vnumquemque eorum, vt in bonis operibus proficiant, admonere non deſinunt*, & hæc fuit
cauſa cur Deus num. cap. 12. non puniuit Aaron eodem lepræ morbo, qua puniuit Mariam
ſororem, cum ambo detraxerint Moyſi; nam leproſi ab hominum commercio arcendi erant,
vt ſcribitur Leuit. 13. & Aaron tamquam multorum ſuperior, & rector eis præſentia aſſiſte-
re, & iugiter inuigilare debebat, ita ait Theodor. & Abulenſ. hinc ille apud Iſa. 3. cui princi- *q. 13. in*
patus fuit oblatus recuſauit, dicens. *Non ſum medicus, nolite me conſtituere Principem populi;* *num.*
nam Principes, & ſuperior omni diligentia, aſſiſtentia, & inuigilantia, veluti medicus ad ſub- *ibid. q. 64*
ditorum ſalutem debeat incumbere, audite D. Bern. *Sciunt boni fideleſq; præpoſiti languentium
ſibi creditam curam animarum, medicos ſe, & non dominos agnoſcentes: parant confeſtim aduerſus* *ſer. 23. in*
phreneſim animæ non vindictam, ſed medicinam. Requiruntur etiam in ſuperiore miſericordia, *Cant.*
& iuſtitia in regendo, vnde dixit Salomon Prou. 20. *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem,
& clementia thronus eius*, at iugiter longè maior debet eſſe clementia, quàm iuſtitia, quod co-
gnouit Plinius his verbis. *Clementia longè valentior eſt ad obtinendum, quòd velis, quàm timor,* *li. 8. epiſt.*
& D. Theodoret. *Tardus ad vindictam pœnamque ſumendam eſſe oportet, qui maximas obtinet po-* *vlt.*
teſtates, quia in obeundis vitæ officijs non magis iuſtitiæ aculeum, quàm dulcem mellis clementiam *quæſt. 22.*
oſtendere debet, vnde Seneca ad oſtendendam clementiam, qua Rex debet eſſe præditus, vti- *in Gen.*
tur Apum ſimilitudine his verbis. *Iracundiſſima, ac pro corporis captu pugnaciſſima ſunt apes, &* *lib. 1. de*
aculeos in vulnere relinquunt; Rex ipſe ſine aculeo eſt; noluit illam natura, nec ſæuum eſſe, nec vltio- *Clemen.*
*nem magno conſtituram emere, telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit; exemplum hoc
magnis Regibus ingens eſt.*

Hinc Deus Leuit. præcepit Moyſi, vt in conſecratione Aaron, ac filiorum, ita eos vngeret.
*Cumque tuleris de ſanguine, qui eſt ſuper Altare, & de Oleo vnctionis aſperges Aaron, & veſtes eius,
& filios, & veſtimenta eorum*, Oleaſter in cap. 8. Leuit. perpendit oleum miſericordiæ, & ſan-
guinem iuſtitiæ eſſe ſymbolum, & ait. *Non enim debuit eſſe in Sacerdote ſine oleo ſanguis, nec
ſine ſanguine oleum, quia cum conſtitueretur populi Iudex non ſolùm miſereri, ſed etiam punire reos
debebat*, hinc D. Greg. perpendens illud mirandum Samaritani factum Euangelicum Luc. *li. 20. mo-*
10. dicit, quàm maximè ſuperioribus conuenire, erga ſubditos his verbis. *Vt per oleum foue-* *ral. c. 8.*
*antur, & per vinum vulnera mordeantur miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate faciendumq; quoddam ex
vtraque temperamentum, ut neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate
diſſoluantur*; hinc legimus Chriſtum Transfiguratum apparuiſſe inter Moyſen, & Hæliam
Matth. 17. Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra, & Hæ-
lias rigidiſſimus, audite Petrum Cluniacenſem. *Duo ergo illi Pater alter mitiſſimus, alter im-* *ſerm. de*
mitiſſimus apparent cum Domino; quare? quia miſericors, & miſerator Dominus: quia iuſtus Domi- *Transfig.*
*nus, & Iuſtitias dilexit: miſericors ergo miſericordem, iuſtus iuſtum deſignat, unde, & congruè ſcrip-
tura, non priùs Hæliam, & poſteà Moyſen, ſed ante Moyſen, & poſtmodum Hæliam ponit*, & D. Pe-
trus Chryſol. ſer. 145. *Iuſtitia ſine pietate crudelitas eſt*, & Poeta cecinit.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia uelox.

D. Bern. ſuperiores alloquens, dicebat. *Diſcite, ſubditorum vos matres eſſe debere non domi-* *ſer. 23. in*
nos, ſtudete magis amari, quàm metui, & ſi interdum ſeueritate opus eſt, paterna ſit non tyrannica; *Cant.*
hinc Exod. 20. præcepit Deus, vt in veſte Summi Sacerdotis, nonnullæ aureæ laminæ pone-
rentur in quibus duodecim Tribus inciſa inſpicerentur, quæ ſuper Summi Sacerdotis hume-
ros ponerentur, D. Greg. Papa in hunc locum dicit, hoc ſignificare onus ſuperiorum in re-
gendo, vnde Iob de ſuperioribus loquens cap. 9. dixit, ſub quo curuantur, qui portant orbem,
in quæ verba, ait D. Greg. *Tantorum quippè pondera portat, quot ſunt homines, quibus dominatur*,
ad hoc forſan reſpexit Iſa. 9. cum de Meſſia loquens dixerit. *Et factus eſt principatus eius ſuper
humerum eius.*

D. Ambr. & alij, Iſaiam de Crucis Imperio loquutum fuiſſe affirmant, vt oſtenderetur ſi- *lib. 3. de*
mul cum honore ſuperioritatem concedi, audite Oleaſtrum in cap. 9. Iſa. *Inſenſati filij Adam:* *fide c. 4.*
*Imperia, regna, & principatus huius ſæculi, honores eſſe non onera: quos puer noſter arguit, qui ſuum
principatum, quaſi graue onus ſuper humeros gerit: non ergo Prælate, aùt Princeps, cum ad Præla-
turam vocaris, te ad honorem vocari putes, ſed ad onus, & ſub præfectura tibi gemendum puta, ſicut
ſub onere graui.*

Digitized by Google

3.p. Theo D. Antonin. refert Adrianum Tertium, Pontificem Maximum, dicere ſolere. *Romano*
log.tit. 22 *Pontifice nemo eſt miſerabilior; conditione eius, nulla miſerior; ipſa eſt Cathedra Romani Pontifi-*
cap. 8. *cis; tantæque molis, vt robuſtiſſimos premat, terat, & comminuat humeros, & bene ſe dicit non tàm*
nuncupatiuè, quàm etiam ſubſtantiuè; Summum Pontificem ſeruum ſeruorum Dei.

Animaduertite quæſo, quòd Samuel ſortes, proiecit ſuper omnes Tribus Iſrael, vt ex eis
1.Reg.10 Regem eligeret, *& cecidit ſors ſuper Tribum Beniamin*; ex qua erat Saul, litera Hebræa habet,
capta fuit Tribus Beniamin, quare ergo dicitur captiuata fuiſſe Tribus Beniamin? quia nulla
maior captiuitas, & ſeruitus, quàm alijs præcipere, & imperare, hinc Saul audiens ſe futurum
Regem aufugit, & cum Dominus fuerit rogatus, vt indicaret vbi nam eſſet Saul reſpondit,
ecce abſconditus eſt Domi, & Hebræus Textus habet. *Ecce ipſe abſconditus eſt in vaſis*, ſed quę-
nam erant hæc vaſa? reſpondet Gaetanus. *Inter ſarcinas populi occultauit ſe Saul*, excogitabat
enim Saul, quanti ponderis eſſet illa dignitas, ideò ſe abſcondit inter ſarcinas eorum, qui ve-
nerant ad Regis electionem, quaſi ex tunc ſe exercens ad ſarcinas, & onera ferenda, quia Im-
de regim. perium nonniſi onus eſt: hinc D. Laurentius Iuſtin. dicebat. *Grande prorsùs onus, negotium*
Prælat. *multarum vigiliarem, pauendumq; miniſterium eſt regimen animarum*, & Plato dixit. *Vnuſquiſq;*
cap. 16. *qui non amens ſit, potiùs eliget, alium ſibi præeſſe, quàm dùm alijs ipſe conſulit, multis ſe negotijs*
l. 1. de Re- *implicare*, vnde D. Chryſoſt. lib. 2. de Sacerd. cap. 2. perpendens Chriſtum ter interrogaſſe
pub. Petrum dicens. *Petre amas me*, & cum à Petro diligi audiuerit; tunc dixit Chriſtus Petro.
Ioan. 1. *Paſce oues meas*, dicit Chryſoſt. quod nihil aliud voluit dicere Chriſtus, niſi obſignum tanti
amoris. *Ieiunia exerce ſuper nudam humum dormi, vigila continenter*, hæc ob amorem dicere
debebat Chriſtus Petro, & non paſce oues meas, quia alijs imperare, & regere debebat.

Apud Iſa. cap. 3. fuit cuidam oblatum regimen, dicens ei. *Eſto Princeps noſter*, & reſpondit
offerentibus. *Non ſum medicus, & in domo mea, non eſt panis neque veſtimentum, nolite me conſti-*
tuere Principem populi, Textus Chaldæus legit. *Non ſum Chirurgus*, ſcilicet, vt ita alteriùs vi-
tam dirigam ne mores computreſcant, quod videtur dixiſſe Chriſtus per Math. 7. *Vos eſtis*
ſal terræ, vos eſtis lux mundi, proprium ſalis eſt carnem ſeruare ne putreſcat aſſimilatur etiam
ſuper ſali, quia ſal ſe habet ſicut tempus, ſi tempus eſt humidum, ita, & ſal, ſi aridum ſimiliter
ſal, &c. ita ſuperior ſecundum tempus ſe debet gerere, aliquando rigidum, aliquando humi-
lem debet ſe oſtendere.

Cyrillum per panem intelligit ſapientiam, vnde in domo mea, non eſt panis: legit. *In do-*
mo mea non eſt ſapientia: poſtquam Iacob fuerit benedictus ab Iſaac his verbis. *In pinguedine*
Gen. c. 27 *terra, & in rore cęli erit benedictio tua, viues in gladio, & fratri tuo ſerues.*

Et quamuis hæc benedictio, potiùs maledictio videatur cum ſeruum faciat attamen, Di-
uus Ambr. in Pſal. 104. dicit, huiuſmodi benedictionem ſenis Patris Iſaac profuiſſe Eſaù; &
fuiſſe peculiarem gratiam, hæc ſunt verba D. Ambr. *Quia ad virtutem ſe proprijs viribus erigere*
non poterat, nec ſpontaneum greſſum attollere benedixit eum, vt ſeruiret fratri ſuo, & eſſet ipſius
ſeruus oſtendens, ita deteriorem eſſe inſipientiam, vt remedio ei ſeruitus ſit, quia ſtultus regere ſe non
poteſt, & niſi moderationem habeat, præcipitatur proprijs voluntatibus. Quaſi Iſaac diceret, ſicut
ſapientem Iacob, ita inſipientem agnoſco Eſaù. ideò ſeruiet fratri ſuo, à quo regi neceſsè erit,
nam ſapientum eſt regere, & gubernare, & alijs præeſſe, quia vir inſipiens perdet populum
ſuum.

Fabulantur Poetæ, quod dùm Troiana Ciuitas ædificabatur, è Cęlo deſcendit Mineruæ
Palladium hoc monito, quòd tamdiù Ciuitas illa ſtaret, donec inter Ciuitatis Troiæ mœnia
ſimulachrum illud conſeruaretur. Natalis Comit. attendens huius fabulæ allegoriam dixit,
quod voluerunt ſignificare ſapientiæ neceſſitatem in ſuperioribus, vt Ciuitates regere vale-
rent ſine qua diſperduntur, quia vir inſipiens perdet populum ſuum, hæc ſunt verba Natalis.
Mythol. *Ciuitas illa in qua ſapientia deſit in rebus publicis adminiſtrandis diutiùs conſiſtere non poteſt*, & Troia
lib. 40. c. 5 propter Regis Priami inſipientiam fuit euerſa, & eſt ita neceſſaria ſuperioribus ſapientia, vt
minus malum æſtimetur ſubdi tyranno, quàm inſipienti, vnde Hugo Card. in Pſal. 108. dixit.
Pęna magna eſt, habere Prælatum cupidum, vel auarum, ſed maior eſt habere ſtultum Prælatum,
Poli. lib. 4 idem eſt regi ab auaro, & cupido ſuperiore, veluti rege à tyranno, Tyrannus enim veluti ho-
cap. 10. mo cupidus, & auarus, ait Ariſt. *Reſpicit ad propriam vtilitatem, non ad vtilitatem ſubditorum*;
Salomon Sap. 10. Reges alloquens, dicebat. *Ad vos ergo Reges ſunt ij ſermones mei, vt diſcatis*
ſapientiam, & vbi vulgata editio, legit. *Reges*, alia litera habet, *mali tyranni*, vbi Reges inſi-
pientes vocantur, *mali tyranni*. Prælatorum læſiones zelatus, & vltus eſt Deus: cum in deſer-
to à populo Hebræo exponeretur vitulus aureus, qui fuit cauſa Idolatriæ indignatus eſt Deus,
& dixit Moyſi. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus, attamen Moyſis precibus placatus eſt Deus.*

Datan,

Datan, & Abiron ſuſurrauerunt contra Moyſen, & Deus non placatur, ſed aperta eſt terra, & deglutiuit Datan, & Abiron, & tamen maius peccatum fuerat Idolatria, quia Deus non poteſt non vleiſci Prælatorum iniurias, erat enim Moyſes Dux populi.

In electione Prælatorum docet Chryſoſt. ſobolis nobilitatem non eſſe perquirendam, ſed elegendorum bonitatem, virtutes, ſapientiam, atque prudentiam, vt non accidat ſicut euenit Loth, qui propter Regionis amenitatem, aeris ſerenitatem, fructuum abundantiam, Paradiſus videretur, elegit ſibi Sodomam, & non perquiſiuit mores habitantium. *Terra tantum naturam*, ait Chryſoſt. *Et non inhabitantium malitiam aduertit*, qui erant quaſi tot ſerpentes.

Cum Moyſes in Ducem Hebræorum eligeretur, Exod. 3. dixit Deo. *Si ij quibus me præeſſe vis, petierint, quod nomen eſt, qui miſit te, quid dicam eis?* reſpondit Deus. *Ego ſum, qui ſum*, Moyſes de nomine requirit, & Deus reſpondit quoad conditionem, & qualitatem, falluntur enim homines in Prælatorum electione perquirentes elegendorum ſtirpem, & nobilitatem, ſed debent aduertere, an virtutibus bonitate, prudentia, atque ſapientia ſint præditi. Dauid adhùc adoleſcens occidit Goliath, & victor ingrediens Ciuitatem canebant Mulieres. *Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia*, & à cunctis fuit honoratus, non poſt multum tempus obliti Hebræi Dauidis beneficiorum petebant ab eo, *De qua ſtirpe es adoleſcens*, nobilitatem perquirunt, & non virtutes, hæc eſt mundi ignauia, & hæc fuit cauſa, inquit Nicolaus de Lyra, quare Rex Pharao, & omnis Aegyptus maximè lætati ſunt in Aduentu Iacob Patris Ioſephi, nam Ioſeph dominabatur in Aegyptum, & maximè æſtimabatur propter eius ſapiētiam, prudentiam, atque bonitatem, at Ioſephi nobilitatem ignorantes triſtabantur, idem færè accidit Hebræis videbant miracula, prudentiam, bonitatem, virtutes, & ſapientiam Chriſti, ſed eum filium fabri reputabant, dicebantque. *Nonne hic eſt filius fabri*, hinc, vt Meſſiæ dignitatem à Chriſto auferrent, eam obtulerunt Ioanni Baptiſtæ, quia ex magna ſtirpe, & nobilis erat, & hoc fuit Hebræorum exitium, & exterminium, quia Chriſtus Hebræos repræhendebat de eorum vitijs, & peccatis, & ipſi fugiebant à facie Chriſti, nec eum pati poterant, cupientes fures aliquam domum furari, & ſcientes in eius cuſtodia adeſſe ſæuum canem timent, ne aliquod malum eis accidat, & venientes ad domum aliquod os proijciunt cani, qui dùm os illud abrodit interea fures illius domus bona ſurripiunt, ita Hebræi veluti tot fures Meſſiæ dignitatem à Chriſto ſurripere cupientes, huius dignitatis os Ioanni Baptiſtæ offerunt, & proijciunt dicentes ei. *Tu es qui venturus es*, quod animaduertens Ioannes, dixit eis, ne puteris huius dignitatis oblatione me futurum canem mutum, ſed ego vox clamans, non ſum ego Meſſias, non ſum dignitatum cupidus, ſicuti, & vos de quibus Michea 3. *Si non dederunt in ore eorum, quidpiam ſanctificans aduerſus eos prælium*; ego vox clamans: non ſum ego Chriſtus.

Olim in creatione alicuius Regis, dùm coronabatur ſimul cum corona volumen diuinæ legis in capite ponebant, vt de Hieroboam Summo Sacerdote ſcribitur 4. Reg. 11, *Expoſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium*, & hoc, vt qui corona fueruut, & alijs præeſſe volunt, ferant ſimul, & volumen diuinæ Legis, & primi ſint ad diuinæ Legis præcepta cuſtodienda.

Hæliſeus cupiens ad vitam reuocare filium viduæ, incubuit ſuper puerum os, ad os, ſed quomodo Hæliſeus hoc facere potuerit mirum eſt, nam Hæliſeus erat magnæ ſtaturæ, & ille cum eſſet puer erat ſtatura puſillus, oportuit ergo, vt ſeipſum cohiberet Propheta, & in ſtatura illi puero ſimilis euaderet, ita, & Prælatus, vt ad gratiæ vitam ſubditum reuocare valeat non debet eum cohibere præceptis, & ordinationibus, quibus ipſe obedire recuſat, ſed ſimilis ſit ſubditis in obſeruatione diuinæ Legis; quia ſic ad vitam reuocabit ſubditos.

Num. 25. intuens Deus innumerabilia færè Populi facinora vocauit Moyſem, dicens ei. *Tolles Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem*, quare hoc pijſſime Domine ſi populus eſt, qui peccauit, quare ſuſpendes Principes? quia (reſpondet Deus) Principes cum debuerint eſſe ſol, vt fulgidis radijs boni exempli ſubditis illuminarent, & regerent, peſſimam duxerunt vitam, & ſcandalum fuere cunctis, vnde commiſſa ſunt facinora.

Superior debet eſſe intrepidus in conferendis dignitatibus non amicus lucri, non reſpiciens coniunctos, ſed benemerentes virtuoſos, prudentes doctrina præditos, & ſeniores anteponere iuuenibus, vt legitur feciſſe Chriſtum, Pontificatum conferens Petro ſeni, & non Ioanni iuueni, & coniuncto, vt Mater filiorum Zebedei petebat, quæ tamquam Chriſto coniuncta, petijt ab eo pro filijs dexteram, & ſiniſtram in Regno Dei, ſed fuit ei reſponſum. *Neſcitis, quid petatis*, quaſi diceret, dignitates non ob coniunctionem, ſed ob merita conferendæ ſunt, Iſaias rogabat Dominum, dicens. *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de petra deſerti*, quare, ò Sancte Propheta, de petra deſerti? quia Prælatus, & caput omnium debebat eſſe, ideò cupio, quod, neque Patrem, neque Matrem habeat, tamquam ſi è petra ortus eſſet, ſcilicet,

Digitized by Google

licet, vt non reſpiciat ad coniunctos, & ita euenit; nam mundum ingrediens, & cum ei dictum fuerit. *Ecce Pater tuus, & Fratres tui quærunt te*, reſpondit Chriſtus. *Quæ eſt Mater mea, & Fratres mei?* quaſi diceret, coniunctos, non agnoſco, *ſed qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt*, & in nuptijs Canæ Galileæ cum Maria diceret Chriſto. *Vinum non habent*, reſpondit Chriſtus. *Mulier quid mihi, & tibi?* vbi perpendendum eſt Chriſtum non vocaſſe Mariam, *Matrem*, ſed Mulierem, eodem modo Chriſtus ſe geſſit cum eſſet in Cruce, tamquam Prælatus in Cathedra docens.

Et D. Paulus Apoſtolus, ait. *Melchiſedec Rex ſalem ſine Patre, ſine Matre, ſine Genealogia*, quomodò ergo natus eſt?

D. Hieron. ait, Melchiſedec fuiſſe Sem filium Noè, dicitur fuiſſe ſine Patre, ſine Matre, ſine Genealogia. *Quia erat Rex, & Sacerdos, & non reſpiciebat ad coniunctos, & ſanguinem.*

Exod. docens Deus, quomodo eſſe debent indumenta Summi Sacerdotis, inter alia ornamenta præcipit, vt in rationali nonnullæ pretioſæ Margaritæ fulgerent. *Pones in eo quatuor ordines lapidum Topazius, Smaragdus, &c.* at nullam facit mentionem de Adamante, quare hoc? non quia, non æſtimaretur, ſed quia Adamas: Hirci ſanguine frangitur, vt indicaret, quòd Prælatus talis debet eſſe, vt nullatenus coniunctorum ſanguine frangatur.

Exod. 14. Poſtquam Moyſes Legem à Domino accepit, ita reſplenduit facies eius, quòd Hebræi non poterant eam intueri, deſcendens Moyſes de monte, ignorans, quod facies eius eſſet cornuta, poſtquam Legem Domini populo promulgaſſet, poſuit velamen ſuper faciem ſuam. quare Moyſes non priùs velamen poſuit ſuper faciem ſuam? quia Moyſes erat Prælatus, & Legislator poſtquam diuina præcepta promulgauerit poſuit velamen, quaſi diceret, impoſterum ad perſonas, non reſpiciam, ſiuè ſint coniuncti, ſiuè non, ſiuè nobiles, ſiuè ignobiles, &c. & ita accidit propriæ ſorori, quæ lepra fuit punita, quòd perpendens, quidam Doctor dixit. *Moyſes velamen ponens ſuper faciem ſuam, optimum exemplum fuit Prælatis, ne ad ſanguinem reſpicerent.*

Petrus Rauenn. in quodam ſerm ait. *Quidam ante dignitatis adeptionem, ſatis commendabiles extiterunt, ſed ſuper candelabrum Eccleſiæ conſtituti lucem in tenebras, & famam in infamiam conuerterunt.*

Exod. 32. Moyſes Dux Populi Dei fuit mitiſſimus, & iuſtus ſeuerè puniens delinquentes, nec mortem timuit pro populi liberatione, dicens Deo. *Aut parce populo iſto, &c.* vnde D. Gre-
li. 8. mor. gor. cunctis Prælatis proponit Moyſem, quaſi exemplar, quod imitari, & reſpicere debeant, & ita ait. *Moyſes ſic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis, nec ſibi parceret, & tamen delinquentes, ſic perſequutus eſt, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente proſterneret: vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator amabilis, cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum gladijs allegauit.*

Dixit Deus, Hierem. cap. 1. *Quid tu vides Hieremia? virgam vigilantem ego video*, reſpondit Deus. *Amen dico tibi, quia vigilabo ſuper gregem meum.*

Pierius Valerianus lib. 33. refert, Aegyptios ponere ſolitos ſupra virgam oculum vigilantem, vt optimum Imperatorem, & Superiorem ſignificarent, hoc idem videtur Chriſtus, nobis oſtendiſſe in Euangelio, loquens de Superioribus. *Accendunt lucernam, & ponunt eam ſuper candelabrum, vt luceat omnibus*, bonorum operum exemplo.

Iob 29. in proſperitate cum ſuis ſubditis, tanta ſeueritate ſe iugiter geſſit, quod ſi aliquando ob vrbanitatem humaniter ſe gerebat, & hilaris oſtendebatur, non credebatur: hæc ſunt verba Iob. *Si quando ridebam ad eos, non credebant*, vt oſtenderetur grauitas, quæ in regendis
l. 20. mor. cap. 3. ſubditis, requiritur in Superioribus, quæ verba Iob perpendens D. Greg. ait. *Sæpè enim à diſciplina metu reſoluimus ſubditos, ſi noſtro regimini hilaritatis fræna relaxamus, quia dùm nos, quaſi licenter lætos aſpiciunt, ſtatim ipſi ad illicita reſoluuntur*, mirum quidem, ſi Spiritus Sanctus per Eccl. 10. inquit. *Qualis rector Ciuitatis, talis habitantes in ea*, ſi rector licenter ridebit, quare ſubditi intuentes eum ridere res illicitas, & malas putant in Superiore? ita, vt ipſi ad illicita reſoluantur? quia talis eſt conditio Superiorum, quòd minima eorum actio licèt indifferens ſit, ſæpè eam ſubditi in malam partem interpretantur, vt ipſi licitè ad illicita reſolui permittatur; vt accidit Apoſtolis, quos Iudæi apud Chriſtum accuſabant, dicentes. *Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur mandata ſeniorum, non enim lauant manus ſuas cum panem manducant?* nam crimen in Superioribus ſemper maius apparet, quàm in ſubditis, vt cecidit Iuuenal. Sat. 8. his verbis.

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.

Et

Et D. Iſidor. ait. *Creſcit delicti cumulus, iuxta ordinem meritorum, & ſæpè, quòd minoribus ignoſcitur maioribus imputatur*, hinc eſt, quod tempore Ioannis Baptiſtæ, quamuis Hieruſalem innumerabilibus ſceleribus, culpis, & ſacrilegijs abundaret, ita vt de ea dixerit, Iſa. 24. *Quoniam completa eſt malitia eius*, Ioannes tamen Baptiſta ſolùm repræhendebat Hærodem tamquam ſuperiorem. *Arguebat enim Ioannes Harodem*, quia erat Rex, *& creſcit delicti cumulus iuxta ordinem meritorum*.

l. 2. de ſummo bono cap. 18.

Iſa. 24. intuens Deus ſui populi inobedientiam, & facinora indignatus ait. *Tranſgreſſi ſunt Leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum, idcircò viſitabo ſuper malitiam cæli in excelſo, & ſuper Reges, qui ſunt ſuper terram*, quid eſt clementiſſimè Deus? quare indignatio tua erit tantum contra Reges, & Principes, & non etiam contra populum, qui adhùc peccauit tuamque diuinam Legem tranſgreſſus eſt? omnes tranſgreſſi ſunt Leges, omnes mutauerunt ius, omnes diſſipauerunt fœdus ſempiternum, at creſcit delicti cumulus juxta ordinem meritorum, ideò quod minoribus ignoſcitur maioribus imputatur.

Claudianus de 4. conſ. componitur orbis.

Regis ad exemplar, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Inter omnes qualitates, & conditiones, quas boni Superiores, & Iudices, & qui alijs præſunt habere debent (vt dictum fuit Moyſi) quatuor ſacræ literæ eſſe teſtantur, ſcilicet vt ſint ſapientes, timentes Deum, in quibus ſit veritas, & odium auaritiæ, hæc ſunt verba Exod. c. 18. *Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam*, & per potentes Gloſſ. Interlineal. intelligit ſapientes, quæ verba Exod. ipſa Gloſſa aduertens ait. *Formam boni Iudicis præſcribit*, nam vt ſcribit D. Auguſt. *Ignorantia Iudicis plerumque eſt calamitas innocentis*.

l. 19. de Ciuit. Dei cap. 6.

Patet hoc exemplis diuinæ Scripturæ, nam poſtquam Adam inobediens fuit, deſcendit Deus clamans. *Adam, Adam vbi es*, ſciebat Deus peccatum Adæ, & poterat eum punire, tamquam pertinacem, ad quid vocare Adamum? vt ſcilicet in Solio ſedeat, examinet, & diſcutiat delictum; ita Diuus Chryſoſt. fatetur his verbis. *Mox aſſiſtit, & quaſi manſuetus, & miſericors Iudex in Tribunali tremore, & horrore plenus ſedet, & examinet diligenter*, & concludit idem S. Doctor. *Per hoc nos docendo ne fratrem noſtrum condemnemus, niſi cauſa ante diligenter cognita*. Hoc obſeruaſse Deum ſacræ Literæ teſtantur; nam cum clamor peccatorum Sodomorum peruenisſet ad diuinas aures; dixit Deus. *Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita; vt ſciam*.

hom. 16. in Gen.

Gen. 18.

Omnes færè interpretes huius loci affirmant, Deum optimè ſcire peccata Sodomorum, ſed hoc dixit, vt Iudices, & Superiores inſtruerentur, qua circumſpictione, & maturitate debeant ſe gerere in ſententijs delinquentium, audite inter alios Abulenſ. *Factum fuit ad inſtruendum Iudices, qui licèt delictum cognoſcunt per formam, velut ſingulares perſona, donec eis perfectè conſtiterit peccatum eſſe commiſſum ſententiare, non debent, ſed primò rei geſta inquirere veritatem*.

in cap. 18 Gen.

Nicolaus de Lyra admiratur, quòd poſtquam filij Noè, magna cum temeritate turrim illam effecerint, quæ cœlum pertingebat ait diuina Scriptura. *Deſcendit autem Dominus, vt videret Ciuitatem, & Turrim*, quid opus erat ait Lyranus Deum deſcendere, vt videret? Dauid enim in Pſal. 32. dicit. *De Cœlo reſpexit Dominus: vidit omnes filios hominum*, omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, ſed his verbis reſpondet Nicolaus de Lyra. *Hoc autem dicitur, non quod Deus indigeat deſcenſu ad videndum ea, quæ fiunt in terra, ſed, vt per hoc inſtruantur fideles Iudices, ne procedant ad ſententiam, donec cauſam examinauerint oculatim*, idem eleganter dixit Rupertus Abbas. *Si is, qui omnia ſcit deſcendere dicitur, vt videat, quanto magis homo, qui falli poteſt, antequam ſententiam proferat, rem diligenter inueſtigare debet?*

D. Iob conſiderans damnum, quòd properæ ſententiæ, & abſque conſideratione, & matura deliberatione afferunt dixit. *Cauſam, quàm neſciebam diligentiſsimè inueſtigabam*, quem locum Diuus Greg. ita interpretatur. *Qua in re notandum video, ne ad proferendam ſententiam, numquam præcipites eſse debeamus, ne temerè indiſcuſsa iudicemus*.

l. 19. mor. cap. 14.

Perquirit Seneca, quare antiqui fingebant, quod fulmina quæ ab ipſomet tantum Ioue vibrabantur maiora fuiſse, quam illa, quæ aliorum Deorum conſenſu emittebantur his verbis. *Quare ergo id fulmen, quod ſolus Iuppiter mittit, placabile eſt, perniciosſum id, de quo deliberauit, & quod alijs quoque dijs auctoribus mittit?* & reſpondet Philoſophus. *Quia Iouem ideſt Regem prodeſse etiam ſolùm oportet, nocere nonniſi, cum pluribus viſum eſt*, progrediens vlteriùs Seneca dicens. *Diſcant hoc ij, qui tum magnam potentiam, inter homines adepti ſunt, ſine conſilio, nec ful-*

l. 2. c. 43. nat. quæſt.

nec fulmen quidem mitti, aduocent, conſiderent multorum ſententias, placita temperent, & hoc ſibi proponant vbi aliquis percuti debet, nec Ioui quidem ſatis eſſe conſilium.

Pietas enim, & iuſtitia debent ſemper fulgere in pectoribus Superiorum, vnde Dauid Pſ. 88. dicebat de Deo. *Iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis eius*, & Solium Salomonis his duobus quaſi manibus ſuſtentabatur, & de Iuſtitia dicitur Prouerb. 16. *Iuſtitia firmatur ſolium*, & de pietate Prou. 20. *Roboratur clementia tronus eius*, & de vtriſque. *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem*, ſuper quæ verba Nicolaus de Lyra ait. *Iuſtitia miſericordia temperata cuſtodiunt*
Matth. 5. *Regem, & Regnum*, vnde Chriſtus poſtquam dixit. *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt Iuſtitiam*, ſtatim ſubiungit. *Beati miſericordes*, quia debent ſimul inueniri in Superioribus, & his, qui præ-
to 4. tit. 7 cap. 6. ſunt; ita innuit Diuus Antoninus Florentinus his verbis. *Rectè poſt iudicium ponitur miſericordia, quia ita coniunctæ ſunt, vt vna altera debeat temperari; nam iuſtitia ſine miſericordia eſt crudelitas, & miſericordia ſine iuſtitia eſt remiſsio, & diſſolutio*. Attamen ſemper magis, ac magis in Superioribus debet pietas fulgere, cum hæc ſit præcipua conſtitutiua Regum, & Imperatorum ſecundum mentem Venerabilis Bedæ ſuper illa verba. *Miſereor ſuper Turbam*, & inquit,
cit. à s. Tb. in Cāt. hic lib. 8. de præceptis Ciri. *homines volunt Regem pium ad regendum*, vnde Xenophons inſtruens Principes ad gubernandum, dat eis conſilium, vt Deum imitentur, qui magna pietate, & clementia orbem gubernat. *Clementia autem Princeps Deo maximè ſimilis efficitur, cui proprium eſt benefacere omnibus, & parcere delinquentibus*, & Democritus dixit. *Princeps non ideò creatus eſt, vt lædat, ſed vt iuuet.*

apud Laert. in vitis phyloſ. in vita Valer. Secunda conditio, quæ in Superioribus, & his qui præſunt debet fulgere, eſt, vt ſint timentes Deum, Trebonius Pollio refert quod Senatus Romanus volens eligere cenſorem; Valerianus magna cum aucthoritate dixit. *Ille de Senatu iudicet, qui nullum habet crimen, cui nihil poteſt obijci*, ſcribitur Exod. 28. quòd olim Deus dedit Moyſi formam, qua ſummus Sacerdos Aaron apparere debebat, vt ſuo exemplo omnes ſucceſſores eum imitarentur, ordinauit. *Vt in Rationali cælaretur, doctrinam, & veritatem*, quod Septuaginta legunt. *Illuminationes, & per-*
Matth. 5. *fectiones*, vt oſtenderetur quod in pectore eorum qui alijs præſunt debent fulgere radij doctrinæ, & ſanctitatis; vnde Chriſtus. *Luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant opera veſtra bona*, patet hoc exemplo Paralypomen. 3. cap. 83. vnde de Manaſſe ſcribitur. *Fecit malum coràm Domino, iuxta abominationes gentium*, & concludit Scriptura. *Igitur Manaſſes ſeduxit populum, & habitatores Hieruſalem, vt facerent malum ſuper omnes gentes*, & tamen in toto Canone Scripturarum, non legitur Manaſſen induxiſſe populum ad Idolatriam, reſpondit ad hoc Hugo Cardinal. *Seduxit exemplo*, & Spiritus Sanctus inquit. *Qualis rector Ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.*

Et ex hac Superiorum, & iudicum bonitate, oritur, vt non facilè paſſione vincantur, nec fiant præcipites ad proferendam ſententiam, ſed potiùs fortes ſint, & animoſi; Salamon de-
Prou. c. 30 ſcribens Superiorum, & Iudicum qualitates, ait. *Leo fortiſsimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum*, & ſecundum mentem expoſitorum, loquitur de Superioribus, qui debent eſſe veluti, tot Leones fortes, magnanimi, qui nullatenus corrumpantur, nec paſſionibus, nec parentum affectu, nec potentiam precibus, nec fauoribus, nec nullis proprijs commoditatibus, hinc Eccleſ. cap. 7. *Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates*, ſupra quem locum Gloſſ. Ord. inquit. *Debet quiſque proprias virtutes perpendere, & pro quantitate virium curam aliorum ſuſcipere, ne dùm delectatur gloria, fiat à ſubditis auctor ruinæ, & qui grauatur pondere ſuarum, velit fieri Iudex alienarum culparum*, & qui, vt Leo fortis, & conſtans, non eſt, dignitates huiuſmodi quærere, non debet, & Prou. 24. *Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum*, ideſt, vt exponit hic Lyranus. *Ex aliqua familiaritate ei condeſcendere plùs debito, non eſt bonum, quia eſt contra veritatem Iuſtitiæ*, hinc Salamon dicebat. *Qui cognoſcit in iudicio faciem*
Prou. c. 18 *non bene facit*, quod exponens Nicol. de Lyra inquit. *Condeſcendens alicui plùs debito ex aliqua praua familiaritate, non benè facit iſte, quia declinat à rectitudine Iuſtitiæ.*

In Superioribus, & Iudicibus debet eſſe veritas, non debent enim inuertere leges, nec impugnare contra agnitā veritatem, vt in fauorē amici proferant ſententiā, contra quos Superiores,
Pſal. 81. & Iudices clamat Dauid dicēs. *Vſquequo iudicatis iniquitatē?* & Gloſſ. Interl. explicat dicens. *Iniqua iudicia proferendo*, & Nic. de Lyra. *Iudicatis iniquitatē, iuſtificando partē iniquā propter fauorē.*

Exod. 18. Debent etiam Superiores, & Iudices odio habere auaritiam, huiuſmodi conſilium dedit Petro S. Moyſi. *Et qui oderint auaritiam*, Nicol. de Lyra inquit. *Quia homines cupidi, propter munera, de facili deflectuntur à Iuſtitia.*

apud Pier. lib. 10. Hieroglif. Scribit Plutarchus quod Aegyptij in Ciuitate Tebis iudicum ſimulacra abſque manibus fabricabantur, vt innuerent Iudices, & Superiores, non debere habere manus ad capienda munera,

Digitized by Google

munera, ne corrumpantur Ezechiel Propheta in perſona Nabucdonoſor, loquens de Superioribus, & Iudicibus ait. *Aquila grandis magnarum alarum, plena plumis*, & Septuaginta legunt, *plena vnguium*; & per Aquilam grandem, & generoſam intelligitur ampliſſimum Nabucdonoſor Imperium, ſed quod plena erat vnguium; ad lacerandum, & ſubditorum ſanguinem exſugendum, & de huiuſmodi Superioribus, & Iudicibus loquens Amos Propheta ait. *Qui conuertitis in abſynthium Iudicium, & Iuſtitiam in terra relinquitis*, & Gloſſ. moral. exponit. *Eam propter munera diuitum omittendo*, & Rupert. Abbas clamat. *Grandis culpa magnæ damnationis cauſa, conuertere dulcedinem Iudicij in amaritudinem iniquitatis, & pulchritudinem Iuſtitiæ in horrorem Iuſtitiæ*, & Dauid in Pſal. 54. inquit. *Labor in medio eius, & iniuſtitia*, quod Gloſſ. Interlin. explicat. *In iudicijs faciendis*, & huiuſmodi Superiores, & Iudices non conſiderant, quod locum Dei tenent, vt Rex Ioſaph. eos monet dicens. *Non enim hominis, ſed Dei exercet Iudicium*. 2. paralip. c. 19.

Dilectiſſima Sponſa monens Ambitioſos inquit. *Filij Matris meæ pugnauerunt contra me*, ſed ſi contra te pugnauere, quid mali tibi attulerunt? reſpondet Sponſa. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis*; ergo efficere aliquem Superiorem ſiuè Prælatum, eſt pugnare contra eum? vtique, audite Benedictum Fernand. *Tot ſpicula in meum contorſerunt pectus, quot vota in meam electionem coniecerunt, non tàm electores, quàm peremptores*.

D. Greg. ponderans verba Iob cap. 26 *Gigantes gemunt ſub aquis*, per Gigantes intelligit, qui dignitate, & ſuperioritate fulgent, & hos gemere ſub aquis. *Quia elati omnes dùm in hac vita aſſequi honorum celſitudinem cupiunt ſub ponderibus populorum gemunt*, ſed verba D. Ioannis Chryſoſt. magnam Prælatis confuſionem mihi afferre videntur, & hæc ſunt. *Miror an fieri poſſit, vt aliquis ex rectoribus ſit ſaluus*, meliùs, & ſecuriùs eſſet cœleſtes affectare honores, ita nos monet, D. Greg. dicens. *Ad cœleſte Regnum tendite, ſi gloriam dignitatum diligitis in illa ſuperna Angelorum Curia adſcribi feſtinate*. l. 27. mor. cap. 12.

DE TRIBVLATIONE.

1 Diuus Ambroſ. Ibi incipit beatitudo iudicio diuino, vbi ærumna æſtimatur humano. lib. de off.

2 Idem. Iniuſti ſicut paleæ ventilantur, iuſti ſicut triticum: audi dicentem Petro Dominum, Sathanas expetiuit, vt cibaret vos. l. 2. de interpell. c. 5

3 Idem, ſuper illud, *Pauli vobis vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolùm, vt in eum credatis, &c.* pati pro Chriſto non datur, niſi amatoribus Chriſti gratia, ſumma dignitas illa eſt.

4 Idem, ſuper illud Pſal. 118. *Iuſtus es Domine*. Non decet redimitos floribus corona, ſed puluerulentos.

5 Idem. Si taciti, & immemores fuerimus diuinorum beneficiorum, tamquam indigni eorum adminiſtratione, fraudabimur, vt Deum, quem beneficijs non cognouimus, malis ingruentibus requiramus, & aduerſis ſtimulemur ad rogandum, quia pro proſperis gratias non egimus ad fruendum. ſerm. 42.

6 Idem, in illa verba Hierem. cap. 1. *Quid tu vides Hieremias? Virgam vigilantem ego video*. Hieremias priùs baculum vidit, deinde ollam feruentem; ſed cur priùs baculum, poſteà ollam? quoniam qui baculo non corrigitur, in ollam mittitur, vt ardeat. in pſ. 38.

7 D. Auguſt. Quòd difficiliùs quæritur, dulciùs inuenitur. Pſal. 104.

8 Idem. Sicut ſub vno igne aurum rutilat palea fumatur, ita vna eadem vis irruens bonos probat, purificat, eliquat, malos damnat, vaſtat, exterminat. concion. 2 1. de Ciuit. Dei c. 8.

9 Idem. *De Tribulatione*. Prior bibit ſanus, vt bibere non dubitaret ægrotus: quid enim amarum eſt in tali poculo, quid iſte non biberit? ſi contumelia dicis, prior audiuit cum Dæmones expelleret Dæmonium homines: ſi dolores amari ſunt, ligatus, flagellatus, crucifixus eſt: ſi mors amara eſt, etiam mortuus eſt: ſi genus mortis exhorreſcit infirmitas, nihil eo tempore ignominioſiùs fuit morte Crucis. ſer. 17. de verb. Dñi.

10 Idem. Tota vita iſta intelligentibus tribulatio eſt; ſunt enim duo tortores animæ, non ſimul torquentes, ſed cruciata alternantes, quorum duorum tortorum Domini ſunt timor, & dolor; quando tibi benè eſt, times, quando malè eſt, doles. de verbis Dom. homil. 43.

11 Idem. Illi iraſcitur, quem peccantem non flagellat Deus. in pſ. 98.

12 Idem. Qui hic conſolantur, Domine Ieſu, indigni tua conſolatione habentur, ſed qui hic cru- in ſoliloq. cap. 21.

hic cruciantur à te conſolantur; nemo poteſt in vtroque ſeculo conſolari; nemo poteſt hic quidquis, & in futurum gaudere.

ſerm. 33. 13 Idem. Magnæ fęlicitatis eſt à fęlicitate non vinci; ſed fęlicitatem vincere fęliciſſimum eſt; & magnæ virtutis eſt cum fęlicitate luctare.

in Manual 14 Idem. Nihil iam ad mortem, quòd morte Chriſti non ſanetur.

c. 22. 15 Idem. Inter omnes tribulationes, & anguſtias, nulla maior, quàm conſcientia delicto-
in pſ. 45. rum; ſi ibi malum non eſt, vbicumque paſſus fueris tribulationes, illud confugies, & inuenies Deum.

l. 4. *de Ci-* 16 Idem. Iuſtis quicquid malum irrogatur, non eſt pęna criminis, ſed virtutis examen.
uit. Dei c. 3 17 Idem, *loquens de ſequentibus Chriſtum non propter Cruces, ſed delicias.* Vti fruendis, & frui
l. 50. *quęſt.* vtendis ſumma peruerſio eſt.

ſuper Io. 18 Idem. Quod te Dominus permiſit pati flagellum, corrigentis eſt, non pęna damnantis; ad hæreditatem ſempiternam erudimur, & flagellari dedignamur?

ſup. pſ. 21 19 Idem. Intelligat homo medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem non pęnam; ad damnationem ſub medicamento poſitus, vreris, ſecaris, clamas, non audit medicus ad voluntatem, ſed ad ſanitatem.

ſup. pſ. 99 20 Idem. Noli repellere flagellum, ſi non vis ab hæreditate repelli.

ſer. 4. *de* 21 Idem. Ipſe vilis cum ſis iumenta verbere, ſtimuloque percutis, vt ſibi ſubrecta ſint, nec
verb. Dñ. recedant ad dexteram, vel ad ſiniſtram, ſed ambulent in via cum oneribus; cur nos cum iumenta fuimus, ægrè ferimus, & murmur in nobis reſonat; ſi inimico noſtro tamquam ſtimulos, ſiuè flagello vtatur, vt illi ſubditi ſimus in omnibus, nec à mandatorum via recedamus, & laborum oneribus onuſti, ſollicitè, & non pigrè ambulemus.

in Enchir. 22 Idem. Tàm bonus eſt Deus, vt nullum permitiere malum, niſi iàm ſapiens, ac potens
c. 11. & 96 eſſet, vt ex malis bona eliceret bonis immò; ideò Deus ſuſtinet malos in hac vita, vt miniſtrent bonis præbendo illis materiam meritorum.

li. 8. *conf.* 23 Idem. Iacula tua Domine in me ſint, & ſagittæ amoris tui ſeruiant cor meum, vt dice-
c. 6. & 8. re continuò paſſim; ego charitate diuina vulneratus ſum.

ſer. de ſe- 24 Idem. Si quotidie oporteret nos tormenta perferre, ſi gehennam ipſam paruo tempore
ſto omniũ tolerare, vt Chriſtum videre digni eſſemus venientem in gloria, & Sanctorum eius numero
Sanctor. ſociari; nonnè erat dignum pati omne quod triſte eſt, vt tanti doni, tantæque gloriæ participes haberemus?

in pſ. 31. 25 Idem. Non dixit Iob Dominus dedit, Diabolus abſtulit; prorſùs ad Deum tuum tefer flagellum tuum, quia nec Diabolus tibi aliquid facit, niſi ille permittat, qui deſuper habet poteſtatem.

epiſt. 87. 26 Idem. Quid ergo non miſericorditer præſtatur hominibus à Deo, à quo etiam tribulatio beneficium eſt? nam res proſpera, donum eſt conſolantis, res autem aduerſa, donum eſt admonentis Dei.

27 Idem, ſuper illud Pſal. 33. *Multæ tribulationes iuſtorum, &c.* Eos Dominus, numquid ideò ſunt Chriſtiani, vt nihil tribulationis patiantur? non hoc promittit, ſed dicit; multæ tribulationes iuſtorum magis ſi iniuſti ſunt, pauciores habent tribulationes; ſi iuſti ſunt, multas habent, ſed poſt paucas tribulationes, aùt nullas illi venient ad tribulationem ſempiternam: vnde numquam eruentur; iuſti autem poſt multas tribulationes venient ad pacem ſempiternam, vbi numquam aliquid mali patientur.

l. 50. *hom.* 28 Idem. Multi res aduerſas timent; periculoſiores proſpera animo, quàm aduerſa cor-
hom. 21. pori priùs corrumpunt, proſpera, vt inueniant, quod frangant aduerſa.

in pſ. 98. 29 Idem. Illi Deus iraſcitur, quem peccantem non flagellat.

in pſ. 114 30 Idem. Flagellat omnem filium quem recipit, nec tàm amarum mihi debet eſſe, quòd flagellat, quàm dulce quòd recipit.

in pſ. 35. 31 Idem. Nullus ſeruus Chriſti ſine tribulatione eſt; ſi putas, te non dùm habere perſecutiones, non dùm cœpiſti eſſe Chriſtianus.

in pſ. 36. 32 Idem. Amoris ſigna ſunt flagella, talia amoris ſigna filio ſuo vnico Deus dedit, vt pro omnibus pateretur: talia pro ſalute ſuſtine, & gratus eſto amando ſigna amoris, & amorem, & amatorem tàm feruentem.

in pſ. 37. 33 Idem. Illis, quibus paratur vita ſempiterna, neceſſè eſt, vt hic flagellentur: Non vis flagellum? non tibi datur hæreditas. Omnis enim filius neceſſè eſt, vt flagelletur.

34 Idem, in verba Pſal. 59. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, &c.* Per tribulationes temporales ſignificaſti tuis fugere ab ira ignis ſempiterni. Ergo, & de temporalibus tribulationibus

nibus gratias Deo agamus, quia dedit plebi ſuæ ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, vt exercitati fideles eius in tribulationibus, euadant ignem ſempiternum.

35 Idem, in illa verba Pſal. 133. *In noctibus extollite manus veſtras, &c.* Facilè eſt benedicere in diebus. Quid eſt in diebus? in rebus proſperis: nox enim triſtis res eſt, dies res eſt læta. Quando tibi benè eſt, benedicis Dominum; Quando filium deſideras, & naſcitur, benedicis Dominum; ægrotabat filius liberatur; benedicis Dominum. Benedicite ergo Dominum. Quando? in noctibus. Quando benedicit Iob? Quando triſtis nox erat, ablata ſunt omnia, quæ poſſidebantur; ablatis filijs, quibus ſeruabatur, quàm triſtis nox? Sed videamus, ſi non in noctibus benedicit. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum.

36 Idem, in illa verba Pſal. 33. *Multæ tribulationes iuſtorum.* Si iniuſti ſunt peccatores, habent tribulationes, ſi iuſti ſunt, multa habent. Iniuſti poſt paucas tribulationes venient ad tribulationem æternam, iuſti autem poſt multas tribulationes venient ad pacem ſempiternam. *in pſ. 31.*

37 Idem, in verba Iob cap. 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.* Ne dicas. Hæc mihi Diabolus fecit, prorsùs ad Deum tuum refer flagellum tuum: quia nec Diabolus ſibi aliquid facit, niſi ille, qui deſuper habet poteſtatem permittat, aùt ad pœnam, aùt ad diſciplinam.

38 Idem. Quare vis peruenire delicatus ad illam rem, ad quàm non perducit niſi dolor? attende Chriſtum, pati venit, ſed & glorificari. *ſerm. de Verb. Dñi.*

39 Idem, in illa verba Prou. 3. *Quem diligit Dominus corripit, & quaſi Pater in Filio complacet ſibi.* Flagellat Deus omnem filium, quem recipit: es tu fortè exceptus à paſſione flagellorum? exceptus es à numero filiorum. *l. 2. de paſtor. c. 5.*

40 Idem, in verba Pſal. 9. *Exacerbauit Dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret.* Multum iraſcitur Dominus, dùm non requirit, dùm quaſi obliuiſcitur, & non attendit peccata. Nemo gratuletur homini, cuius peccatis deeſt vltor, adeſt laudator: maior hæc ira Domini eſt.

41 Idem, in verba Actor. 12. *Erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus.* Admiror Petræ quietem tuam; in medio catenarum, velut inter flores requieſcis: quid eſt hoc? niſi quia ibi tu iuſtus quietem reperis? *ſerm. de SS. Petro, & Paulo.*

42 Idem, in Pſal. 93. *Secundum multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Multi quidem dolores, ſed multæ conſolationes; amara vulnera, ſed ſuauia medicamenta.

43 Idem. Nemo enim poteſt in vtroque ſæculo conſolari, nec poteſt hic, & in futuro gaudere; ſed vnum neceſsè eſt, vt perdat, qui alterum voluerit poſſidere. *in ſoliloq. cap. 21.*

44 Idem, in Pſal. 90. *Cum ipſo in tribulatione.* Noli timere quando tribularis, ne quaſi non tecum Deus ſit? Iuxta eſt Dominus ijs, qui tribulato ſunt corde.

45 Idem, in illa verba 2. Cor. 6. *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.* Triſtitia noſtra habet (quaſi,) gaudium noſtrum non habet (quaſi,) quia in ſpe certa eſt.

46 Idem, in Pſal. 35. *Prætende miſericordiam tuam, &c.* Illi ſunt recti corde, qui ſequuntur in hac vita voluntatem Dei. Voluntas Dei eſt aliquando, vt ſanus es, dulcis eſt voluntas Dei, & quando ægrotas, amara eſt voluntas Dei, non recto corde es: Quare? quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, ſed Dei vis curuare ad tuam. Illa recta eſt, ſed tu curuus. Voluntas tua corrigenda eſt ad illam, non illa curuanda eſt ad tuam; & rectum habebis cor. Benè eſt in hoc ſæculo? Benedicatur Deus, qui conſolatur. Laboras in hoc ſæculo? Benedicatur Deus, qui emendat, & probat. Et eris recto corde, dicens. *Benedicam Dominum in omni tempore.* Ille igitur ſolus cor rectum habere cenſendus eſt, qui vult quòd vult Deus.

47 D. Bern. Habet virgam, ſed habet baculum, & conſolationem, quia is; qui virga cæditur, baculo ſubſtentatur. *de contẽptu mundi.*

48 Idem. Parat Paſtor virgam, & baculum, illam ouibus, illum lupo: omnia autem propter electos, ſiquidem, & virga eos conſolatur à ſtimulis conſcientiæ, dùm hoc modo ſentiunt prædicta dimitti, & baculus ad tolerantiam virgæ, dùm illius comparatione fit leuior, virga punit eos, qui in labore hominum non ſunt, cum filijs non flagellabuntur, nec diliguntur ab eo, nec recipiuntur. *ibidem.*

49 Idem. Propè eſt Dominus his, qui tribulati ſunt corde; nam, & Mater, quæ ægrotantem nouit Filium, magis fouet, & amplectitur. *in ſer. de ramis.*

ſer. 2. de Aſcenſ. 50 Idem Chriſtus verò cum per naturam diuinitatis non haberet, quo creſceret, vel aſcenderet, quia vltra Deum nihil eſt per deſcenſum; quomodo creſceret inuenit, veniens incarnari, pati, mori, propter quod Deus exaltauit illum.

ſer. 2. de Dō. Palm. 51 Idem. Hæc eſt enim via vitæ tribulatio præſens, via gloriæ, via Regni.

ſer. in vig. SS. Petri, & Pauli. 52 Idem. Ita ſemper gaudium noſtrum in hac valle lachrymarum pane condiri debet, vt ſemper non ſolùm extrema, ſed & prima gaudij luctus occupet; quia & ſi magna eſt gaudiorum materia, ſed maxima eſt dolorum.

53 Idem. *ſerm. de Dom. Palm.* Hæc eſt enim via vitæ, tribulatio præſens, via gloriæ, via Regni.

ſer. 17. in pſ. qui habitat. 54 Idem, in Pſal. 90. *Cum ipſo ſum in tribulatione.* Vnde ſcimus quòd nobiſcum ſit Deus in tribulatione? Ex eo vtique quod in tribulatione nos ſumus.

55 Idem. Deus nobiſcum eſt in tribulatione, & ego aliud quæ râm, quàm tribulationem?

ibidem. 56 Idem. Bonum mihi Domine tribulari, dummodò ipſe ſis mecum, quàm regnare ſine te, epulari ſine te, ſine te gloriari. Bonum in tribulatione magis complecti te, in camino habere te mecum, quàm eſſe ſine te, vel in Cęlo.

ſer. 42. in Cant. 57 Idem. Nec eris amore dignus, qui indignus caſtigatione cenſeris. Vides quia tunc magis iraſcitur Deus, cum non iraſcitur. Miſericordiam hanc ego nolo, ſuper omnem iram miſeratio iſta. Volo iraſcaris mihi pater miſericordiarum, ſed illa ira, qua corrigis deuium. Non enim cum neſcio, ſed cum ſentio te iratum, tunc maximè confido propitium.

58 D. Anſel. in verba 2. Cor. 9. *Fidelis eſt Deus.* Illud facit prouenire, quòd poteſt humana fragilitas ſuſtinere: cum viribus tentamenta modificat, nec permittit vltra virium veſtrarum menſuram, tentationis pondus excreſcere.

annot. 103 in l. 1. reg. 59 D. Baſilius. Sagittæ, quæ iuxta nos à potenti Dei manu interdum iaculantur, non ad interitum ſunt, ſed ad ſalutem; quoniam ſigna ſunt amoris diuini, non furoris.

60 Beda, ſuper illud Iacob. *Omne gaudium fratres mei, &c.* Ne indignemini, ſi malè in hoc mundo floret, & vos patimini, quia non eſt Chriſtianæ religionis in mundo exaltari, ſed deprimi, mali nihil habent in Cęlo, vos nihil in mundo, ſed ſpe illius boni ad quod tenditis, quicquid in via contigerit, gaudere debetis.

61 Idem, in 1. Petri 2. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, &c.* Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, non quidem deliciarum, ſed tribulationum, contumeliarum, flagellorum, dolorum, opprobriorum, ſpinarum, crucis, vulnerum, & mortis.

de gradib. virtutum cap. 24. 62 Bonau. Perfectiùs eſt aduerſa tolerare patienter, quàm bonis operibus inſudare.

l. 5. contra Demetr. 63 D. Cyprianus. Nullus dolor eſt de incurſatione malorum præſentium, quibus fiducia eſt futurorum bonorum.

epiſt. 56. 64 Idem. Ne vereamur occidi, quos conſtat quando occidimur coronari.

65 Euſeb. Emiſſen. ſuper illud Hierem. 31. *Noluit conſolari, quia non ſunt.* Sancta namque Mater Eccleſia, quamuis multum de filiorum ſuorum nece lugeat, conſolationem non recipit, quia non ſunt in tali euentu dandæ, vel ſuſcipiendæ conſolationes; vbi enim lætitia vincit lachrymas, gaudium mœrorem, gloria paſſionem ibi conſolatio neceſſaria non eſt; magis enim lætandum eſt de illa vita, quàm de iſta ſit dolendum.

lib. de Incarnat. 66 D. Fulgent. Vna eſt manus boni Patris, quæ Filio, & cibum tribuit, & flagellum, aùt vt viuat, aùt vt benè viuat; aliud ne infirmitate deficiat, aliud ne indiſciplinatus paterna præcepta contemnat; quem enim diligit Dominus, corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit.

in præfat. mor. c. 2. 67 D. Greg. Sicut vnguenta niſi commota redolere latiùs neſciunt; & ſicut aromata fragantiam ſuam noniſi cum incenduntur, expandunt ita ſancti viri omne quod virtutibus redolet, in tribulationibus innoteſcunt.

ibid. c. 3. 68 Idem. Cum Iob omnium mandata virtutum perficeret, vnum ei deerat, vt etiam flagellatus agere gratias ſciret.

69 Idem ſuper illud Iob 2. *Videbant dolorem eius eſſe vehementem.* Si caput noſtrum, ſcilicet Chriſtum tormenta non tangerent, nequaquam afflictis membris perſecutori ex excelſo clamaret, Saule, Saule, quid me perſequeris? ſi cruciatus noſtri eius pęnæ non eſſent, conuerſus, afflictuſque Paulus minimè diceret, ſuppleo ea, quæ deſunt paſſioni Chriſti in carne mea.

moral. 10 70 Idem. Nequaquam retributionis gaudium de æternitate colligitur, quod non eſt tribulatione pia ſeminatum.

71 Idem, ſuper illud Mor. 10. *Lampas contempta apud cogitationes diuitum.* Sæpè conuenit, vt ele-

vt electus quiſque, qui ad æternam felicitatem docitur, continua hic aduerſitate deprimatur.

72 Idem. Flagello interrogat cum mentem benè ſibi per tranquillitatem ſubditam afflictionibus pulſat. 24. mor.

73 Idem. Pœna præſentis ſeculi, quàm peccatores, & iniuſtos à prauis deſiderijs non immutat, nequaquam eos ab æternis ſupplicijs liberat; ideò eos dolores non iam totum calcent, ſed putrem cineris exit, quia videlicet eorum pars hic quidem per dolorem incipitur, ſed in viſione perpetua conſummatur. 5. moral.

74 Idem. Cum vbi etiam noſtræ pacientiæ flagella tranſeunt, valdè metuendum eſt ne peccatis exigentibus (non quaſi filij à Patre, ſed quaſi hoſtes à Domino) feriamur. l. 14. mor.

75 Idem. Afflicti terrena perdimus, ſed afflictionem humiliter ſuſtinentes, cæleſtia multiplicamus. li. 2. mor.

76 Idem. Secreto Dei conſilio agitur, vt eius peregrinationis tempore electorum vita turbetur: via quippè eſt vita præſens, qua ad Patriam tendimus, & idcircò hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus. l. 23. mor.

77 Idem. Aurem cordis tribulatio aperit, quam ſæpè proſperitas huius mundi claudit. l. 26. mor.

78 Idem. In tribulatione potiùs peccator ad eum recurrat, in quo ſolo vera eſt conſolatio. in regiſt.

79 Idem. Iuſti dùm tribulationibus quatiuntur, magis ad bonum proximorum attendunt, quàm ad ſuum malum. li. 3. mor. cap. 16

80 Idem, *loquens de Iob*. Quàm iuſtus eſſet in proſperitate innotuerat, valdè autem ignotum erat ſi porkucrare iuſtus, inter flagella potuiſſet. hom. 19. in Ezech.

81 Idem. Si mens in Deum fortitudine tota dirigitur, quicquid ſibi in hac vita amarum ſit, dulce æſtimat; omne quod affligit, requiem putat, tranſire, & per mortem appetit, vt obtinere pleniùs vitam poſſit. li. 7. mor.

82 Idem, ſuper illud: *Homo ad laborem naſcitur, & Auis ad volatum*. Quia inde mens ad ſumma euolat; vnde caro infirmis, durius ideſt patientiùs, laborat. 6. mor. c. 7

83 Idem. Aurum in fornace ad naturæ ſuæ claritatem proficit, dùm ſordes amittit; probantur Animæ iuſtorum, quibus exuſtione tribulationis, & ſubtrahuntur vitia, & merita augentur. l. 16. mor. cap. 16.

84 Idem. Reproborum vita tanto ſine flagello dimittitur, quanto ad nulla præmia ſeruatur. 12. mor. c. 5.

85 Idem. Quaſi per amena prata ad carcerem peruenit, qui per præſentis vitæ proſpera ad interitum tendit. 6. moral. cap. 7.

86 Idem, ſuper illud Iob. 19. *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei*. Hoc habere ſolet proprium mens piorum, quod cum iniuſta ab aduerſarijs patitur, non tàm ad iram, quàm ad preces mouetur, tantum abeſt, vt eis reſiſtat. 12. moral. c. 23.

87 Idem. Ecce eos à quibus ſe per contumelias affligi conſiderat, amicos vocat, quia bonis mentibus etiam fiunt proſpera, quæ videntur aduerſa. ibidem.

88 Idem, loquens de Iob. *Percurſus à Sathan*. A Satan percuſſus fuerat, nec tamen percuſſionem ſuam ſatanæ tribuit, ſed tantum ſe manu Domini appellat; ſicut, & ipſe quoque Sathan dixerat, mitte manū. & tange os eius, & carnem, ſi non in faciem benedixerit tibi. ibidem.

89 Idem, in verba Iob cap. 1. *Dominus dedit, &c.* Sanctus vir tentante aduerſario cuncta perdiderat, ſed tamen ſciens, quia contra ſe Sathan tentandi vires, niſi permittente Domino non habebat, non ait. Dominus dedit, Diabolus abſtulit, ſed Dominus dedit, Dominus abſtulit. Fortaſsè enim fuerat dolendum, ſi quòd Dominus dedit, hoſtis abſtuliſſet; at poſtquàm non abſtulit, niſi qui dedit, ſua recepit, non noſtra abſtulit.

90 Idem, in verba 2. Timoth. 2. *Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit*. Delectet igitur mentem magnitudo præmiorum, ſed non deterreat certamen laborum. hom. 37. in Euang.

91 Idem. Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. in Paſtor.

92 Idem. Peccantes tunc conſideremus ampliùs miſeros, quando eos conſpicimus in culpa ſua ſine flagello derelictos. hom. 12. Ezech.

93 Idem, in Pſal. 22. *Virga tua, & baculus tuus, &c.* Non ſolùm Domine Deus in eo quòd parcis, conſolaris me, ſed in eo, quòd flagellas, quia quem pater diligit corripit.

94 Idem, in illud Pſal. 90. *Cum ipſo ſum in tribulatione*. Da mihi ſemper aliquam tribulationem, vt poſſis ſemper mecum eſſe.

95 Idem. Sancti viri fortius dejecti ſunt, & velut indigni omnia tolerantes, ſed dignos ſe ſupernis ſedibus confidentes gloriam cùm certitudine expectant. 6. mor. c. 8

Digitized by Google

or. de laudib. Athanaſ. 96 D. Greg. Nazian. Perſæpe in impiorum manus, ac poteſtatem Iuſti, veniunt, non vt illis honor habeatur, ſed eorum virtus exploretur.

or. 17. ad ciues, 97 Idem. Prudentes faciunt, qui calamitatibus erudiuntur: dùm illis, velut aurum igne purgantur: qui Dauidicum illud in ore habent. *Bonum mihi, quia humiliaſti me.* Qui beneficiorum omnium Auctorem per afflictionem ſibi conciliant; quandoquidem ægra Anima Deo propinqua eſt.

98 Gloſſa, in verba Prou. cap. 1. *Vult, & non vult piger.* Vult piger regnare cum Domino, & non pati pro eo; delectant præmia cum pollicentur, terrent certamina cum iubentur, de quo Iacobus. Vir duplici animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.

99 Idem, in verba Iſa. cap 54. *Ad punctum in modico dereliquit te, &c.* Ad punctum, quia quæcunque tribulatio vitæ præſentis, quaſi momentanea eſt reſpectu conſolationis cœleſtis; ideò ſubditur. *Et in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui.*

ep. 42. ad Theoph. 100 D. Hieron. Fundendo ſanguinem, & patiendo magis, quàm faciendo contumelias, Chriſti fundata eſt Eccleſia; perſecutionibus creuit, martyrijs coronata eſt.

in ep. ſt. ad Cyprian. 101 Idem. Quanto in hoc ſeculo morborum crudelitate fuerimus afflicti, tanto poſt reſurrectionem in futuro maiora præmia conſequemur.

102 Idem, in verba Ezech. cap. 7. *Non parcet oculus meus, neque miſerebor.* Clementiſſimus medicus incidere cupiens putridas carnes, & carioſa vlcera adurere cauterio, non parcit, vt parcat, non miſeretur, vt magis miſereatur, percutit autem Dominus quem diligit, & caſtigat omnem filium, quem recipit.

ibidem. 103 Idem. Difficilè eſt, imò impoſſibile, vt præſentibus, & futuris, qui fruatur bonis, vt de delitijs tranſeat ad delitias, vt in Cœlo, & in Terra appareat glorioſus.

ibidem. 104 Idem, Magna ira eſt, cum peccatoribus non iraſcitur Deus, & qui hic cum hominibus flagellari noluerit, cum Dęmonibus in Inferno flagellabitur.

105 Idem, in verba Pſal. 80. *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, &c.* Infelix, qui à Deo non corripitur; ſi quis peccans non percutitur, iſte miſer eſt; ideo dicit. *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum*: ideò eos dimiſi, quoniam ſæpè percuſſi, & diſciplinam non receperunt. Rogaui, non audierunt: percuſſi, non ſenſerunt dolorem; dimitto eos in voluntatibus ſuis.

106 Idem, in verba Oſeæ 4. *Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicatæ, & ſuper Sponſas veſtras cum adulterauerint.* Quando videris peccatorum diuitijs affluere, iactare ſe potentia, ſanitate gaudere, delectari coniuge, corona circumdari liberorum, & impleri illud quod ſcriptum eſt. *In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur*; dicito in illo comminationem Prophetæ eſſe completam. Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fuerint fornicatæ, & ſuper Sponſas veſtras cum adulterauerint.

in ep. 34. ad Iulian. 107 Idem. Contemnis aurum, contempſerunt, & multi philoſophi, & tutè putas in virtutum culmine conſtitutum; ſi parte ex toto offeras te ipſum, vult Dominus Hoſtiam viuam placentem Deo, inquam non tuá; & ideò varijs tentationibus commonet, quia multis plagis, & doloribus erudiuit Iſrael.

108 Hugo Card. ſuper illud Pſal. *Sagittas ſuas ardentibus effecit.* Ex igne diuini amoris ſagittæ amoris veniunt.

hom. 8. ad Epheſ. 109 D. Ioan. Chryſoſt. Quemadmodum Paulus carcerem non egrediebatur, tametſi potuiſſet, donec qui in illum coniecerat, ipſum reuocaret: ita nec hi tres pueri caminum egreſſi ſunt, donec qui iniecerat, egredi quoque iuſſiſſet.

de repar. lapſi. 110 Idem. Quotidie oportet nos tormenta perferre pro eo, vt Chriſtum videre poſſimus in gloria, & Sanctorum eius numero ſociari; non erit dignum pari ratione, omne, quod triſte eſt modo, vt tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur.

hom. 3. de David, & Saul. 111 Idem. Talia nobis præſtant inimici, qualia nequeunt amici.

112 Idem. Pro Chriſto pati maius donum eſt, quàm dominari Dęmonibus, aùt Dęmones expellere.

ſerm. 8. in ep. ad Eph. 113 Idem, ſuper illud Popul. Antioch. *Per multas tribulationes oportet intrare in Regnum Dei.* Tribulari prorsùs oportet, & niſi tribulemur hic, illic nos ſæuior manet tribulatio.

hom. 98. in c. vlt. Lucæ. 114 Idem, Chriſtus intrauit in gloriam ſuam per paſſionem, & tu vis intrare in alienam ſine Cruce?

in cap. 7. Matth. 115 Idem. Omnis aduerſitas; quæ nos ſine noſtra occaſione tribulat, baptiſmus ignis eſt, & in aqua quidem ſemel baptizamur, in igne autem hoc penè dùm viuimus.

hom. 6. 117 Idem. Propterea Deus laborioſam naturaliter vitam noſtram, & grauem conſtituit, vt præ-

vt præſenti tribulatione compulſi, futurum deſiderium capiamus.

117 Idem, ſuper illud Matth. *Rachel plorans filios ſuos, &c. quia non ſunt*. Duo diuerſa ſunt in eo conſpicio, quod flet, & quod conſolari contemnit; ſi enim fleuit, cur conſolari contempſit? aut ſi noluit conſolari, cur fleuit? conditio à matre defletur, ſed ſpe gloriæ, conſolatio humana contemnitur, plangit affectus, ſed fide exultat. *hom. 3. de varijs.*

118 Idem. Cum ſecuritate, ac libertate futuris bonis potiemur, tamquam in ſchola aliqua vitæ præſentis per morbum, per afflictionem, per tentationes, per paupertatem, per cætera item, quæ mala eſſe videntur eruditi, vt apti efficiamur ad futurorum bonorum perceptionem. *ſer. 10. in ep. ad Romanos.*

119 Idem. Propterea Deus tribulationes irruere permittit, vt ad ipſum, & frequentiùs confugiamus, & expreſſiùs, nec ab eò diſcedamus aliquando. *homil. 10. in Matth.*

120 Idem. Tu neque Paulo melior es, neque Petro: ſi vis eadem cum illis aſſequi, quid contrariam ambulas viam? Si vis ad illam peruenire Ciuitatem, qua ſunt illi digni putati, perambula viam illùc ferentem. *hom. 68. ad pop.*

121 Idem. Cum Cęlum præparetur in præmium, nihil de præſentis viæ aſperitatibus debet ſentiri: maximè id labores mitigat, finis itineris. Non ergo aſpicias, quòd via eſt aſpera, ſed quo ducit; neque aliam quòd lata eſt, ſed vbi deſinat. *hom. 42. in Matth.*

122 Idem, in verba Luc. 24. *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam*. Chriſtus intrauit in gloriam ſuam per paſſionem, & tu vis intrare in alienam ſine Cruce?

123 Idem, in verba Act. 10. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei*. Tribulari prorſus oportet, & niſi tribulemur hic, illic nos ſæuior manet tribulatio. *hom. 98. ad pop.*

124 Idem. Nullus vnquam ex his, qui maximè Deo chari, & acceptabiles fuerunt, ſine præſſuris vixit. *lib. de prouid. Dei.*

125 Idem, in verba Act. 5. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu conſilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*. Tametſi flagella non gaudij ſunt occaſiones, ſed triſtitiæ, & mœroris, nihilominus flagella propter Deum, & cauſa propter quàm flagellabantur, gaudium eis pariebat. *hom. 23. in Gen.*

126 Idem, in verba 2. Cor. 4. *Momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur*. Vides quicquid in præſenti eſt leue, eſſe etiam ſi tribulatio ſit. Quomodo leue? quia immenſum pondus futuræ gloriæ leuem facit præſentis temporis tribulationem. *li. 1. de cōpunct. cordis.*

127 Idem. Res pretioſa vili pretio non emitur, magnum laborem neceſſè eſt nobis impendere, ſi volumus ad regna cęleſtia peruenire. *hom. 8.*

128 D. Iſidor. Aegritudo carnem vulnerat, & mentem curat. *in Synod. BB. PP.*

129 D. Idelphonſ. Poſt multas aſſumptæ carnis iniurias, ad vltimum felle potatus, & patibulo afflixus; vt te veram Matrem oſtenderet, ſe verùm filium patiendo tormenta monſtrauit. *ſerm. 2. de nat. Virg.*

130 B. Laurent. Iuſtin. Hoc naturalis teſtatur ratio, hoc Sanctorum, & maximè Verbi exempla confirmant, vt eò quiſq; duriùs in præſenti flagellatur, quo arctiùs amatur. *de caleſti cōnub. c. 19*

131 Origen. Tribulatio propriè Sanctorum, impiorum autem tribulatio flagella appellantur. *l. 4. in c. 5. ep. ad Rō.*

132 Idem, ſuper illud num. 29. *Decima die menſis ſeptimi, &c. animas veſtras*. O mira feſtiuitas, dies feſtus animæ afflictio appellatur, quia videlicet feſtiuitas cum ipſa afflictione coniungitur; gaudium enim quo incidit cum afflictione. *tom. 3. hom. 25.*

133 Idem. Ego opto, vt dùm in hoc ſęculo ſum, viſitet Dominus peccata mea, ne in altero audire merear. Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua. *hom. 20. in Exod.*

134 Idem, in verba Oſeæ 4. *Non viſitabo ſuper veſtras, cum fuerint fornicatæ, & ſuper Sponſas veſtras, cum adulterauerint*. Vis autē audire indignantis Dei terribilem vocem? audi quid dicit per Prophetam, cum enumeraſſet multa nefanda, quæ commiſerat populus, addit etiam hæc. *Et propter hoc non viſitabo ſuper filias veſtras cum fornicantur, neque ſuper Sponſas veſtras cum adulterauerint*. Hoc eſt terribile, hoc extremum, cùm iam non corripimur pro peccatis, cum iam non corrigimur delinquentes. Tunc enim cum exceſſerimus peccandi modum Deus zelans auertit à nobis zelum ſuum.

135 D. Petrus Chryſolog. ſuper illud Lucæ 10. *Sicut miſit me Pater, ſic ego mitto vos*. Mitto ad tolerantiam famis, ad onera vinculorum, ad ſqualorem carceris, ad perferenda omnia genera pœnarum; mitto non authoritate adhùc iubentis, ſed toto diligentis affectu. *ſerm. 84.*

136 Ricchardus de S. Vict. in verba 2. Cor. 4. *Momentaneum, & leue tribulationis noſtra, æternum gloriæ pondus operatur*. Exiguum, & breue eſt, quòd pati poteſtis, immenſum quòd

per hoc

per hoc expectatis. (Momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, & æternum gloriæ pondus operatur in nobis.) Cogitate æternum, & leuiter fertis momentaneum: cogitate pondus, ideſt magnitudinem gloriæ, & leuis fit tribulatio, quàm comitatur talis remuneratio: dùm patimini, coronam intueamini.

in cap. 1. Apoc.

137 Rupert. Hoc ius legale eſt apud Celeſtem Regem, vt ſicut ipſi Pater, ita vobis ipſe diſponat in Regno premium permanentibus cum illo in tentationibus eius, vt ſi ſuſtineamus, conregnemus, ſi compatiamur conglorificemur, ſi amarum Calicem bibamus, conſedeamus in Regno, ſi configamur cum Chriſto Cruci, fauum mellis deguſtemus.

l. 2. de prouid. Dei c. 2

138 Seneca. Nullum ſpectaculum Ioue digniùs, quàm virum fortem intueri, cum aduerſa fortuna luctantem.

ibidem.

139 Idem. Nihil eò infeliciùs, cui nihil euenit aduerſi: Argumentum eſt talem à Deo contemni, vt imbellem, & ignauum.

140 Theodor. ſuper illud Hierem. *Fruſtra percuſſi filios veſtros diſciplinam, non recepiſtis*. Nec beneficio affecti agnouiſtis benefactorem, nec dùm caſtigaremini receſſiſtis ab impietate.

141 Tertull. ponderans illud cap. 3. *Tamquam aurum in fornace probauit illos*. Atque exinde de tormentis in tormenta, de ſupplicijs in delicias, de ignominijs in honores metalli refuga mutatur.

MANTISSA
AD TRIBVLATIONEM.

SI quis mortalium, quantum tribulatio proſit, & valeat attentè conſideraret, non eam tamquam naturæ repugnantem abhorreret, ſed omnimodè ad finem noſtrum, gloriam, ſcilicet æternam obtinendam neceſſariam eſſe, non poſſet, non iudicare, hinc D. Paulus Apoſtolus 2. Timoth. 2. clamat. *Non coronabitur niſi, qui legitimè certauerit*, in quæ verba D. Greg. ait. *Ad magna premia perueniri non poteſt, niſi per magnos labores*, vnde Paulus egregiùs prædicator dicit. *Non coronabitur, niſi, qui legitimè certauerit, delectet igitur mentem magnitudo premiorum, ſed non deterreat certamen laborum*, & idem Greg. in Paſtorali, inquit. *Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt*; & D. Bern. ſerm. de Dom. Palm. ſcribit, de tribulatione. *Hæc eſt enim via vitæ tribulatio præſens, via gloriæ, via Regni*, & Diuus Chryſoſt. clamat. *Chriſtus intrauit in gloriam ſuam per paſſionem, & tu vis intrare in alienam ſine Cruce?* immò, vt Deus iugiter nobiſcum ſit, tribulatio operatur, audite, ipſumet Deum per Pſalmographum Pſ. 90. dicentem. *Cum ipſo ſum in tribulatione*, in quæ verba D. Greg. Deum alloquens, ait. *Da mihi ſemper aliquam tribulationem, vt poſſis ſemper mecum eſſe*, & D. Bern. ſerm. 27. in eumdem Pſalmum, ita concinit. *Vnde ſcimus, quod nobiſcum ſit Deus in tribulatione? ex eo vtique quod in tribulatione nos ſumus*; & idem, ibidem. *Deus nobiſcum eſt in tribulatione, & ego aliud quæram, quam tribulationem?* & idem, ibidem. *Bonum mihi Domine tribulari, dummodo ipſe ſis, mecũ, quàm regnare ſine te, epulari ſine te, ſine te gloriari: bonum in tribulatione magis complecti te in camino habere te mecum, quàm eſſe ſine te, vel in Celo*: D. Auguſt. in Pſal. 37. *Illis quibus paratur vita ſempiterna neceſſè eſt, vt hic flagellentur, non vis flagellum? non tibi datur hæreditas, omnis enim filius neceſſè eſt, vt flagelletur*; & idem Auguſt. in illa verba Pſal. 90. cum ipſo in tribulatione, inquit. *Noli timere, quando tribularis ne quaſi, non tecum Deus ſit, quia iuxta eſt Dominus ijs, qui tribulato ſunt corde.*

hom. 37. in Euang.

in cap. vlt. Lucæ.

Duo centra habet Deus, in quibus requieſcit, in Celo vnum, alterum in terra, in Cœlo quieſcit in ſemetipſo, cum ſit ex ſe infinitè beatus, ſibique cunctos beatos vniat, aliud centrum in terra, eſt Anima afflicta, & in ea, quaſi in ſuo centro quieſcit Deus, audite Deum ipſum per Iſa. dicentem. *Hæc eſt requies mea, dicit Dominus, hoc eſt refugium meum*, quaſi diceret, vultis ne ſcire vbi moror? *reficite lapſos* in anima afflicta quieſco, quæ per multam defatigationem, & ſudorem laſſa inuenitur: tribulationes ergo in quibus Deus inuenitur, & quieſcit, non tribulationes, ſed diuinæ conſolationes dici debent, & tanti facit Deus tribulationes, quod cunctis ſuadet, & inuitat, & vt ita dicam cogit ad animabus afflictis ſubueniendum, audite ipſumet Deum per Iſa. 10. *Subuenite oppreſſo, defendite viduam, & venite, & arguite me*, & Gloſſ. Interlin. legit. *Et venite contra me in Iudicium, ſi non remunerabor.*

Imò tanti facit Deus tribulationes, quod natura humana afflicta lachrymabile ſpectaculum di-

ſum diuinis oculis repræſentare videatur, vbi Theatrum eſt ipſa tribulatio, ſpectatores ſunt Cœlum, & Terra; D. Chryſoſt. petit ſi Deus poteſtatem dedit Diabolo, cuncta armenta, & bona à Sancto Iob auferre, quare eamdem poteſtatem non tribuerit ſupra vitam Iob, ſed dixit. *Verùmtamen animam eius ſerua?* reſpondet Chryſoſt. *Si illum de medio tollis, Theatrum tollis Deo dignum*, hinc D. Paulus Apoſt. clamabat. *Spectaculum facti ſumus Deo, Angelis, & Hominibus*, & Textus Græcus legit. *Theatrum facti ſumus*, & inter ſpectatores, Deus iugiter primus vult eſſe. Olim Imperatoribus dùm aliquo ſpectaculo intererant Regius Thronus inſtruebatur, in quo quieſcentes ſpectaculo frui potuiſſent, per idem accidit Deo, nam quieſcens omnia contemplatur, vnde dixit per Iſa. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam ad gentem laceratam*, & tu clementiſſimè Deus, quid facies? *Et ego dicit Deus, quieſcam, & conſiderabo in loco meo*, id eſt mihi parato contemplatur Deus ſpectacula, hoc fecit Chriſtus Dei Filius cum domum ſocri Simonis, febre laborantis fuit ingreſſus, vt perpendit D. Chryſolog. ibidem dicens. *Vidit, intendit, reſpexit*, audite quæſo artem, qua vſus eſt Patriarcha Abraham, cum filium ſuum Iſaac in Monte Moria ſacrificare voluerit, apparuit Iſaac ligatus, ligna, mons, ignis, gladius, quid amplius? *in Monte Dominus videt*, & paulo poſt. *Dominus videbit*, duo magna myſteria intuemur, Propheticum vnum. Hyſtoricum alterum, quod locus hic ad Propheticam pertineat clarè oſtendit D. Auguſt. & alij, aſſerentes montem Moria eſſe montem Caluarium, in quo Chriſtus fuit ſacrificatus, modò videt Dominus obedientem Iſaac ligna baiulantem, at videbit Deus Filium ſuum Crucem baiulantem, videt modo Iſaac ligatum, at videbit Filium ſuum clauis Cruci affixum, videt modo Arietem inter vepres inhærentem, at videbit Filium ſuum ſpinis coronatum, modò videt enſem, quo interficiendus erat Iſaac, at videbit lanceam, qua filij pectus aperietur, videt modò pueri Iſaac obedientiam ergo Patrem ſuum Abraham, at videbit filium ſuum, qui factus eſt obediens, vſque ad mortem, ſenſus eſt hic Propheticus, at ſenſus Hyſtoricus eſt, quod videt Deus in monte tribulationum, vbi Deus, diuinum viſum impreſſum, reliquit, & voluit quod locus ille, quaſi æternum Theatrum permaneret, vt ſic oſtenderetur, quàm maximè delectatur Deus eſſe tribulationum ſpectator, quod etiam Seneca fidei lumine orbatus agnouit, vnde dixit. *Nullum ſpectaculum Ioue digniùs, quàm virum fortem intueri cum aduerſa fortuna luctantem*; ita delectatur Deus tribulationibus, vt cum tribulatis in carcerem deſcendere non dedignetur, vt ſcribitur de Patriarcha Ioſepho, de quo inquit Sap. *Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum, quaſi in eaſdem compedes manus mitteret*, cum ipſo ſum in tribulatione, vnde D. Ambr. inquit. *Non turbentur innocentes, cum falſis criminibus appetuntur viſitat Deus, & in carcere ſuos, & ideò ibi eſt plùs auxilij, vbi eſt plùs periculi, ſed quid mirum ſi viſitat Deus in carcere poſitos, qui ſeipſum in ſuis in carcere incluſum memorauit? in carcere inquit eram, & non veniſtis ad me.* Nabucdonoſor mittens illos tres ſanctos pueros in fornacem, & intuens, quod ab igne non læderentur, ſed ibi lætanter commorantes canebant, benedicebantque Deo, & contuens in fornace animaduertit, quod eſſent quatuor, vnde obſtupeſcens dicebat. *Nonnè miſimus tres? & ecce video quatuor, & quartus eſt ſimilis Filio Dei*, in quæ verba Rupertus Abb. ait. *Quando non adfuit Dei Filius Agonizantibus ſeruis ſuis propter ipſum? nonnè cum pijs martyribus Filius Dei, & in flammis, & in cæteris Agonibus ſemper præſens fuit? num quia Laurentius igne aſſatus ſuper craticulam emiſit ſpiritum, ideò illi Filius Dei abſens fuit, imò præſentior illi fuit, & glorioſius in eo triumphauit, quam ſi excuſſiſſet carbones, & ignitam craticulam, quaſi ventum roris flantem feciſſet*, cum ipſo ſum in tribulatione.

l. 2. de prouid. Dei cap. 2.

lib. de Ioſeph. c. 5.

Tribulatio eſt mutus concionator: olim vocauit Deus Ezechielem, dixitque ei. *Fili hominis pone ſuper te vincula*, volo inquit Deus te ad concionandum pergere, ſed animaduerte, quòd mea voluntas eſt, vt ſis mutus. *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo*, quid eſt hoc, clementiſſime Deus? me concionari præcipis, & inquis, eris mutus? vt oſtenderet Deus, quòd Ezechieli præcipiebat, vt non lingua, ſed opere ipſo concionaretur, quaſi diceret Deus, ſermonem habebis, prædiceſque Hebræis eorum captiuitatem. Michea egreſſus in platea, & quadam virga conuocat gentes multas, vt audirent, *audite auribus*, cucurrerunt omnes, & ei circumdederunt dicentes, *quare nos vocaſti*, & ipſe, quaſi mutus non reſpondit, quid Michea præcipis? *audite virgam, igitur*, ait Pagninus, *virga eſt lingua tribulationis*.

Cum expelleretur Agar cum filio Iſmaele, & pergens per deſertum, defecit eis aqua, vnde puer ſitiens, & Agar non valens filio aquam tribuere, præ nimia ſiti Iſmael peruenit ad finem vitæ, vnde Mater poſuit eum ſubter vnam arborem dicens. *Non videbo puerum morientem, & ecce Angelus de Cœlo vocauit Agar dicens, exaudiuit Dominus vocem pueri*, numquam puer clamauit, quomodo ergo exaudiuit vocem pueri? *Non clamauit puer*, ait, quidam Doctor. *Sed*

clamanis tribulatio cuius vox ad Cœlum peruenit, & meruit exaudiri; quia tribulatio eſt mutus concionator.

Tribulationes, tot fontes ſunt ex quibus emanant omnes diuinæ dulcedines.

Iob in lachrymis conſolationem recepit. *Vt plangam paululum dolorem meum*, & Septuaginta legunt. *Vt refrigerer*, & D. Auguſt. *Paſce me ſingultibus meis*, hinc Diua Agatha. *Ad carcerem quaſi ad epulas ibat*, & D. Stephano. *Lapides torrentis dulces fuerunt*, D. Laurentio prunæ apparebant ſicut ros, &c.

Iſa. ait de Chriſto. *Butyrum, & mel comedet*, ſed peto, quando Chriſtus comedit mel, niſi poſt ſuam reſurrectionem, quando dixit Diſcipulis. *Habetis aliquid, quod manducetur, & attulerunt piſces, & mel*; ſed ante Reſurrectionem, fel guſtauit. *Dederunt in eſcam meam fel*, vnde Tertullianus dixit. *Chriſtus poſt fella, & mella guſtauit, & non prius dictus eſt Rex gloriæ, quàm Rex Iudæorum.*

hom. 5. ad popul. Antioch. Diſcutiendum eſt cur Deus innumerabilibus fœrè tribulationibus affligat electos, D. Chryſoſt. dicit, quod tot ſunt beneficia, quibus Deus electos remuneratur, quod ne in ſuperbiam incidant, tribulationibus eos deprimit, vnde dicebat Paulus Apoſtolus. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, &c.* & Dauid Pſal. 181. *Priuſquam humiliarer ego deliqui*, & idem Chryſoſt. dicit, quod ideò Deus tribulationibus affligit electos, vt oſtenderet, quòd diuino auxilio corroborati nil timeant, vnde dictum fuit Apoſtolo Paulo. *Sufficit tibi gratia mea*, alij dicunt, quòd Deus affligit electos, vt oſtenderetur eorum fortitudo, & quod ſint animo intrepidi ad tolerandas tribulationes, vnde cum abſtulerit a Iob filios, ſanitatem, & cuncta bona, ſcribitur. *Quod in his omnibus non peccauit Iob labijs ſuis.*

Alij dicunt, quod Deus affligit electos, vt tribulationis flumen conſolationis, & dulcedinis mare egurgitet, hinc Paulus Apoſtolus dicebat. *Fratres omne gaudium exiſtimate, cum in varias tentationes incideritis.*

Alij dicunt, quod Deus affligit electos, vt appareat falſum eſſe, quod mundus clamat, ſcilicet. *Beatum dixerunt populum, &c.* ſed illi ſunt verè Beati de quibus, inquit Chriſtus. *Beati eritis cum maledixerint vobis homines, &c.*

Alij dicunt, quòd Deus affligit tribulationibus electos, quia tribulatio, eſt patens ſignum prædeſtinationis; vnde dixit Angelus Tobiæ. *Quia gratus eras Deo neceſſè fuit, vt tribulatio probaret te*; Alij dicunt, Tribulationem eſſe ianuam, per quàm Cœlum ingredimur; oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam, Anima iuſta, eſt quaſi quædam nauis, quæ vento tribulationis peruenit, imò peruolat ad portum, ad Cœlum, tacta eſt, quaſi nauis; tribulatio eſt ignis vrens. *Miſit ignem in oſſibus meis*, in quo igne Anima electa veluti aurum purgatur, & perficitur tamquam aurum in fornace probauit electos, tribulatio eſt, vnda impetuola. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me*, ſed anima iuſta eſt veluti ſcopulus immobilis reſiſtens. *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion non commouebitur in æternum, &c.* Tribulatio eſt ſagitta vulnerans. *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi*, ſed Anima iuſti eſt Turris, vndequaque munita. *Collum tuum ſicut Turris Dauid, &c.* Tribulatio eſt ſpina pungens, *Conuerſus ſum in ærumna mea, dùm configitur ſpina*, at Anima iuſti eſt veluti lilium inter has ſpinas. *Sicut lilium inter ſpinas, &c.* Tribulatio eſt malleus percutiens. *Mallei percutientes, &c.* Anima iuſti eſt Adamas reſiſtens malleis. *Dedi faciem tuam, vt adamantem*, Alij affirmant, quod Deus affligit electos, vt clarè videatur, quod Animæ iuſtæ fortitudo, non conſiſtit in denudando enſe, ſed in tolerandis iniurijs, & tribulationibus: hinc Cant. deſcribens Animæ iuſtæ fortitudinem, & armaturam, inquit. *Collum tuum ſicut turris Dauid mille clypei pendet ex ea, omnis armatura fortium*, vbi perpendendum eſt, quod de ſolis clypeis mentionem facit, & inquit. *Omnis armatura fortium*, clypei ſunt arma defenſiua tantum, vbi ergo ſunt arma offenſiua, quibus, & vulnerare, & interficere inimicos poſſimus? nullam prorsùm facit mentionem, & tamen ex hac turri, dicitur pendere omnis armatura fortium, vnde hoc? niſi, vt oſtenderet Spiritus Sanctus Animæ iuſtæ fortitudinem conſiſtere, non in offenſione inimicorum, ſed

ſer. 18. de Sanctis. in defenſione, & tolerantia tribulationum, audite Venerabilem Bedam. *Catholica Mater Eccleſia in ipſo capite ſuo Chriſto Ieſu edocta, contumelias, cruces, & mortem didicit non timere, magis, magiſque robarata eſt, non reſiſtendo, ſed perferendo.* Affligit tribulationibus Deus iuſtos, vt le-

in pſ. 17. diſcipl. tua correxit me. gitimi Dei Filij à ſpurijs cognoſcantur, Incognitus ait. *Aduerſitatis diſciplina peccatores corrigit, & manifeſtat, qui ſint veri Filij Dei, qui adulteri, nam qui per diſciplinam conuertitur ad Deum verus Filius Dei, qui autem per diſciplinam auertitur à Deo, adulter, & ſpurius iudicatur*; & Poli-

in quadam epiſt. tianus de flumine Rheno ſcribit, quod per id cognoſcitur legitimus Filius à ſpurio, hoc modò, accipiunt infantulum, & ponunt cum ſuper fluminis aquas, ſi ſummergitur, & ad pro-

fundum

fundum trahitur, vt ſpurius, ſi autem ſubſtentatur ſuper aquas legitimus habetur, flumen hoc, tribulatio eſt, audite D. Paulum ad Hebræos 2. *Si extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri, & non filij eſtis*, vnde Dauid Pſal. dicebat. *Probaſti nos igne Deus*; & quomodo? *tranſiuimus per ignem, & aquam*, & ecce vt Filij legitimi. *Et eduxiſti nos in refrigerium*, & incolumes pertranſiuimus tribulationum flumen, ideò introibo in domum tuam, ſed contrarium accidit filio ſpurio, propter impatientiam enim, veluti alter Pharao. *Summerſus eſt, quaſi plumbum in aquis vehementibus*.

Spiritus Sanctus alia metaphora vtitur dicens Cant. *Collum tuum ſicut turris eburnea*, quis vnquam vidit turrim eburneam? lapidibus aſtruimus, & fabricamus turres, ebur dens eſt Elephantis, hanc habens proprietatem cum enim ſanguine tingitur fortior apparet.

Perſæ ad bellum properantes, rubeis veſtibus ſe induebant, vt ſi accideret ſanguinem intueri, non perterreſcerent propter rubeum ſanguini ſimilem, ita anima iuſta non formidat in ſanguine Tribulationum, vt accidit martyribus, qui fortiter, & hilariter pugnabant tolerando martyria.

Legitur in Hyſtoria Scolaſtica, quod cum Dauid tentaretur à Diabolo, vt adulterium cum Berſabea committeret, antequam peccaſſet perquiſiuit Deus eum auertere à peccato, vnde miſit Natam Prophetam ad commonendum Dauidem, & cum perueniret ad atrium Palatij, quidam occurrit Prophetæ, quem Demonem eſſe dicunt, qui oſtendit Prophetæ, hominem mortuum vulneribus plenum, tunc Propheta interrogauit Demonem, ſub forma humana, quis nam tot vulneribus interfeciſſet hominem illum, reſpondit Diabolus, hic erat Propheta, & perrexit ad commonendum Dauidem de quodam malo contra Deum, & proximum, quod Dauid patrare excogitabat, propter quod Rex tot vulneribus interfici præcepit, quod audiens Natan tergiuerſatus eſt, & non monuit Dauidem, hoc fecit Natan, quia non habebat Elephantis fortitudinem.

D. Greg. in Regiſtr. ait. *Facilis erit conſolatio ſi inter flagella, quæ patimur, quæ fecimus ad memoriam delicta reuocemus, atque hæc non flagella, ſed dona cognoſcamus*, & quod tribulatio ſit Dei donum, audi D. Paulum ad Philipp. 1. *Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolùm, vt in eum credatis, ſed etiam, vt pro illo patiamini*; hinc Act. 9. miſit Deus Ananiam, vt quæreret Saulum, & ei viſum reſtitueret, imponens manum ſuper oculos, docens eum res fidei: *Surge, & vade in uicum, qui vocatur (Rectus,) & quære in domo Iudę Saulum*, reſpondit Ananias. *Domine audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit Sanctis tuis in Hieruſalem, & hic habet poteſtatem à principibus Sacerdotum alligandi, omnes, qui inuocant nomen tuum, dixit autem ad eum Dominus: vade quoniam vas electionis eſt mihi iſte*, & quod ſignum dabis? *Ego enim oſtendam illi quanta oportuit eum pro nomine meo pati*.

Cant. 11. in Matth.

D. Hilarius ait. *Sancti numquam dulciùs requieſcunt, quam dùm laboribus fatigantur*. Gen. 47. Iacob petijt à filio ſuo Ioſepho, vt oſſa ſua transferret in terram Canaam, quod promittens Ioſephus, ait Sacer Textus, *Quod adorauit Iſrael Deum conuerſus ad lectuli caput*, at Septuaginta legunt. *Adorauit Iſrael ſummitatem virgæ eius*, & D. Auguſt. ait. *In capite virgæ ſuæ*; quid quæſo volunt, cubile, & virga niſi, vt oſtenderet, quod numquam dulciùs ſancti requieſcunt in cubili regio, quàm dùm laboribus fatigantur, quod intelligitur per virgam, ita dulciter requieſcebat Petrus Apoſtolus, *Inter duos milites vinctus catenis duabus*.

Pati pro Chriſto eſt magna dignitas, vnde Act. 5. dicitur. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*, hinc admirabatur Dauid, quod dùm à proprio filio patiebatur triſtis eſſet, cum potiùs lætari deberet. *Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo dùm affligit me inimicus?* quaſi diceret, cum tribulationes ſint Dei donum, & magna dignitas à Deo conceſſa, & in ipſis quaſi in regio lectulo quieſcimus mirum eſt, quod aliquis in tribulationibus triſtetur.

Iob 6. cum innumerabilibus ferè, & maximis doloribus affligeretur, non rogabat Deum, vt dolores leniret, ſed dicebat. *Soluat manum ſuam, & ſuccidat me, & hæc ſit conſolatio mea, vt affligens me non parcat*, quaſi diceret, duplicentur dolores in me, & hæc ſit conſolatio mea.

Mundi Principes ſunt veluti tot indomiti equi, qui ne recalcitrent, & Domino obediant, vnicum remedium eſt tribulatio; ita Zacch. 6. illorum temporum Monarchiam deſcribit. *In quadriga primi, &c.* ſed ſola tribulatio veluti quodam fræno conſtringit, & domat, vnde Dauid Pſal. 31. dicebat. *In Chamo, & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te*.

Cęleſtis Sponſus Cant. 4. extollens Sponſæ pulchritudinem, comparat eam fonti, & puteo dicens. *Fons hortorum puteus aquarum viuentium*, ſed animaduertendum eſt, quod quando in ſacris Canticis corporis partes laudantur, tunc animæ virtutes extolluntur, vt pro oculis mo-

clamauit tribulatio cuius vox ad Cęlum peruenit, & meruit exaudiri; quia tribulatio eſt mutus concionator.

Tribulationes, tot fontes ſunt ex quibus emanant omnes diuinæ dulcedines.

Iob in lachrymis conſolationem recepit. *Vt plangam paululum dolorem meum*, & Septuaginta legunt. *Vt refrigerer*, & D. Auguſt. *Paſce me ſingultibus meis*, hinc Diua Agatha. *Ad carcerem quaſi ad epulas ibat*, & D. Stephano. *Lapides torrentis dulces fuerunt*, D. Laurentio prunæ apparebant ſicut ros, &c.

Iſa. ait de Chriſto. *Butyrum, & mel comedet*, ſed peto, quando Chriſtus comedit mel, niſi poſt ſuam reſurrectionem, quando dixit Diſcipulis. *Habetis aliquid, quod manducetur, & attulerunt piſces, & mel?* ſed ante Reſurrectionem, fel guſtauit. *Dederunt in eſcam meam fel*, vnde Tertullianus dixit. *Chriſtus poſt fella, & mella guſtauit, & non priùs dictus eſt Rex gloriæ, quàm Rex Iudæorum.*

hom. 5. ad popul. Antioch. Diſcutiendum eſt cur Deus innumerabilibus ferè tribulationibus affligat electos, D. Chryſoſt. dicit, quod tot ſunt beneficia, quibus Deus electos remuneratur, quod ne in ſuperbiam incidant, tribulationibus eos deprimit, vnde dicebat Paulus Apoſtolus. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, &c.* & Dauid Pſal. 181. *Priuſquam humiliarer ego deliqui*, & idem Chryſoſt. dicit, quod ideò Deus tribulationibus affligit electos, vt oſtenderet, quòd diuino auxilio corroborati nil timeant, vnde dictum fuit Apoſtolo Paulo. *Sufficit tibi gratia mea*, alij dicunt, quòd Deus affligit electos, vt oſtenderetur eorum fortitudo, & quod ſint animo intrepidi ad tolerandas tribulationes, vnde cum abſtulerit a Iob filios, ſanitatem, & cuncta bona, ſcribitur. *Quod in his omnibus non peccauit Iob labijs ſuis.*

Alij dicunt, quod Deus affligit electos, vt tribulationis flumen conſolationis, & dulcedinis mare egurgitet, hinc Paulus Apoſtolus dicebat. *Fratres omne gaudium exiſtimate, cum in varias tentationes incideritis.*

Alij dicunt, quod Deus affligit electos, vt appareat falſum eſſe, quod mundus clamat, ſcilicet. *Beatum dixerunt populum, &c.* ſed illi ſunt verè Beati de quibus, inquit Chriſtus. *Beati eritis cum maledixerint vobis homines, &c.*

Alij dicunt, quòd Deus affligit tribulationibus electos, quia tribulatio, eſt patens ſignum prædeſtinationis; vnde dixit Angelus Tobiæ. *Quia gratus eras Deo neceſsè fuit, vt tribulatio probaret te*; Alij dicunt, Tribulationem eſſe ianuam, per quàm Cęlum ingredimur; oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam, Anima iuſta, eſt quaſi quædam nauis, quæ vento tribulationis peruenit, imò peruolat ad portum, ad Cęlum, facta eſt, quaſi nauis; tribulatio eſt ignis vrens. *Miſit ignem in oſſibus meis*, in quo igne Anima electa veluti aurum purgatur, & perficitur tamquam aurum in fornace probauit electos, tribulatio eſt, vnda impetuoſa. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me*, ſed anima iuſta eſt veluti ſcopulus immobilis reſiſtens. *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion non commouebitur in æternum, &c.* Tribulatio eſt ſagitta vulnerans. *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi*, ſed Anima iuſti eſt Turris, vndequaque munita. *Collum tuum ſicut Turris Dauid, &c.* Tribulatio eſt ſpina pungens. *Conuerſus ſum in ærumna mea, dùm configitur ſpina*, at Anima iuſti eſt veluti lilium inter has ſpinas. *Sicut lilium inter ſpinas, &c.* Tribulatio eſt malleus percutiens. *Mallei percutientes, &c.* Anima iuſti eſt Adamas reſiſtens malleis. *Dedi faciem tuam, vt adamantem.* Alij affirmant, quod Deus affligit electos, vt clarè videatur, quod Animæ iuſtæ fortitudo, non conſiſtit in denudando enſe, ſed in tolerandis iniurijs, & tribulationibus: hinc Cant. deſcribens Animæ iuſtæ fortitudinem, & armaturam, inquit. *Collum tuum ſicut turris Dauid mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*, vbi perpendendum eſt, quod de ſolis clypeis mentionem facit, & inquit. *Omnis armatura fortium*, clypei ſunt arma defenſiua tantum, vbi ergo ſunt arma offenſiua, quibus, & vulnerare, & interficere inimicos poſſimus? nullam prorsùm facit mentionem, & tamen ex hac turri, dicitur pendere omnis armatura fortium, vnde hoc? niſi, vt oſtenderet Spiritus Sanctus Animæ iuſtæ fortitudinem conſiſtere, non in offenſione inimicorum, ſed

ſer. 18. de Sanctis. in defenſione, & tolerantia tribulationum, audite Venerabilem Bedam. *Catholica Mater Eccleſia in ipſo capite ſuo Chriſto Ieſu edocta, contumelias, cruces, & mortem didicit non timere, magis, magiſque roborata eſt, non reſiſtendo, ſed perferendo.* Affligit tribulationibus Deus iuſtos, vt le-

in pſ. 17. diſcipl. tua correxit me. gitimi Dei Filij à ſpurijs cognoſcantur, Incognitus ait. *Aduerſitatis diſciplina peccatores corrigit, & manifeſtat, qui ſint veri Filij Dei, qui adulteri, nam qui per diſciplinam conuertitur ad Deum verus Filius Dei, qui autem per diſciplinam auertitur à Deo, adulter, & ſpurius iudicatur*; & Poli-

in quadam epiſt. tianus de flumine Rheno ſcribit, quod per id cognoſcitur legitimus Filius à ſpurio, hoc modò, accipiunt infantulum, & ponunt eum ſuper fluminis aquas, ſi ſummergitur, & ad pro-

fundum

Digitized by Google

fundum trahitur, vt ſpurius, ſi autem ſubſtentatur ſuper aquas legitimus habetur, flumen hoc, tribulatio eſt, audite D. Paulum ad Hebræos 2. *Si extra diſciplinam eſtis, ergo adulterij & non filij eſtis*, vnde Dauid Pſal. dicebat. *Probaſti nos igne Deus*; & quomodo? *tranſiuimus per ignem, & aquam*, & ecce vt Filij legitimi. *Et eduxiſti nos in refrigerium*, & incolumes pertranſiuimus tribulationum flumen, ideò introibo in domum tuam, ſed contrarium accidit filio ſpurio, propter impatientiam enim, veluti alter Pharao. *Summerſus eſt, quaſi plumbum in aquis vehementibus*.

Spiritus Sanctus alia metaphora vtitur dicens Cant. *Collum tuum ſicut turris eburnea*, quis vnquam vidit turrim eburneam? lapidibus aſtruimus, & fabricamur turres, ebur dens eſt Elephantis, hanc habens proprietatem cum enim ſanguine tingitur fortior apparet.

Perſæ ad bellum properantes, rubeis veſtibus ſe induebant, vt ſi accideret ſanguinem intueri, non pertercfierent propter rubeum ſanguini ſimilem, ita anima iuſta non formidat in ſanguine Tribulationum, vt accidit martyribus, qui fortiter, & hilariter pugnabant tolerando martyria.

Legitur in Hyſtoria Scolaſtica, quod cum Dauid tentaretur à Diabolo, vt adulterium cum Berſabea committeret, antequam peccaſſet perquiſiuit Deus eum auertere à peccato, vnde miſit Natam Prophetam ad commonendum Dauidem, & cum perueniret ad atrium Palatij, quidam occurrit Prophetæ, quem Demonem eſſe dicunt, qui oſtendit Prophetæ, hominem mortuum vulneribus plenum, tunc Propheta interrogauit Demonem, ſub forma humana, quis nam tot vulneribus interfeciſſet hominem illum, reſpondit Diabolus, hic erat Propheta, & perrexit ad commonendum Dauidem de quodam malo contra Deum, & proximum, quod Dauid patrare excogitabat, propter quod Rex tot vulneribus interfici præcepit, quod audiens Natan tergiuerſatus eſt, & non monuit Dauidem, hoc fecit Natan, quia non habebat Elephantis fortitudinem.

D. Greg. in Regiſtr. ait. *Facilis erit conſolatio ſi inter flagella, quæ patimur; quæ fecimus ad memoriam delicta reuocemus, atque hæc non flagella, ſed dona cognoſcamus*; & quod tribulatio ſit Dei donum, audi D. Paulum ad Philipp. 1. *Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolùm, vt in eum credatis, ſed etiam, vt pro illo patiamini*; hinc Act. 9. miſit Deus Ananiam, vt quæreret Saulum, & ei viſum reſtitueret, imponens manum ſuper oculos, doceret eum res fidei. *Surge, & vade in uicum, qui vocatur (Rectus,) & quære in domo Iudæ Saulum*, reſpondit Ananias. *Domine audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit Sanctis tuis in Hieruſalem, & hic habet poteſtatem à principibus Sacerdotum alligandi, omnes, qui inuocant nomen tuum, dixit autem ad eum Dominus: vade quoniam vas electionis eſt mihi iſte*, & quod ſignum dabis? *Ego enim oſtendam illi quanta oportuit eum pro nomine meo pati*.

D. Hilarius ait. *Sancti numquam dulciùs requieſcunt, quam dùm laboribus fatigantur*. Gen. 47. Cant. 11. in Matth.
Iacob perijt à filio ſuo Ioſepho, vt oſſa ſua transferret in terram Canaam, quod promittens Ioſephus, ait Sacer Textus. *Quod adorauit Iſrael Deum conuerſus ad lectuli caput*, at Septuaginta legunt. *Adorauit Iſrael ſummitatem virgæ eius*, & D. Auguſt. ait. *In capite virga ſua*; quid quæſo volunt, cubile, & virga niſi, vt oſtenderet, quod numquam dulciùs ſancti requieſcunt in cubili regio, quàm dùm laboribus fatigantur, quod intelligitur per virgam, ita dulciter requieſcebat Petrus Apoſtolus. *Inter duos milites vinctis catenis duabus*.

Pati pro Chriſto eſt magna dignitas, vnde Act. 5. dicitur. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*, hinc admirabatur Dauid, quod dùm à proprio filio patiebatur triſtis eſſet, cum potiùs lætari deberet. *Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo dùm affligit me inimicus?* quaſi diceret, cum tribulationes ſint Dei donum, & magna dignitas à Deo conceſſa, & in ipſis quaſi in regio lectulo quieſcimus mirum eſt, quod aliquis in tribulationibus triſtetur.

Iob 6. cum innumerabilibus ferè, & maximis doloribus affligeretur, non rogabat Deum, vt dolores leniret, ſed dicebat. *Soluat manum ſuam, & ſuccidat me, & hæc ſit conſolatio mea, vt affligens me non parcat*, quaſi diceret, duplicentur dolores in me, & hæc ſit conſolatio mea.

Mundi Principes ſunt veluti tot indomiti equi, qui ne recalcitrent, & Domino obediant, vnicum remedium eſt tribulatio; ita Zacch. 6. illorum temporum Monarchiam deſcribit. *In quadriga primi, &c.* ſed ſola tribulatio veluti quodam fræno conſtringit, & domat, vnde Dauid Pſal. 11. dicebat. *In Chamo, & fræno maxillas eorum conſtrige, qui non approximant ad te*.

Cœleſtis Sponſus Cant. 4. extollens Sponſæ pulchritudinem, comparat eam fonti, & puteo dicens. *Fons hortorum puteus aquarum viuentium*, ſed animaduertendum eſt, quod quando in ſacris Canticis corporis partes laudantur, tunc animæ virtutes extolluntur, vt pro oculis mo-

Digitized by Google

deſtia pro Genis rubor Virginalis, pro auribus animæ fides denotatur, & ſic de reliquis partibus, ſed vt ad rem noſtram deueniamus, non admiror, quod Animæ pulchritudo fonti comparetur, pulchrum enim eſt, chriſtallinum, & limpidum fontem intueri; ſed mirum eſt, quod puteo comparetur, cum horridum ſit putei profunditatem aſpicere. Aquæ puteorum æſtiuo tempore frigidæ, hyemali autem tempore calidæ ſunt, cuius rei cauſa eſt Antiperiſtaſis, æſtiuo enim tempore frigus fugit in puteis, & eorum aquæ frigidæ euadunt, tempore hyemali fugit calor in puteis, & aquæ calidæ fiunt, ita tempore hyemali cum tribulationis pluuia grando nix abundat, tunc anima calida eſt in Dei amore, tempore autem æſtiuo cum adeſt, ſcilicet calor bonorum temporalium, & voluptatum, aquæ putei, anima ſcilicet frigida eſt in Dei amore, hoc videtur Dauid Pſal. *Dum ſuperbit impius incenditur pauper*, ſermo eſt de populo Hebræo, qui dùm à ſuperbo, & impio Pharaone malè tractaretur, & affligeretur, tunc populus incendebatur in Dei amore, at populus hic, *incraſſatus impinguatus recalcitrauit*, & Dauid Pſ. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea acceleraverunt*.

Mos eſt apud amicos, cum aliquis illorum in longinquas Regiones profecturus ſit, munus aliquod amico largiri, vt eo viſo, abſentis amici recordetur. *Amicus enim*, (vt dixit ille) *eſt alter ego*; pari modo ſe geſſit Chriſtus, cum animabus noſtris; nam cum aliqua anima propter frigiditatem ſpiritus elongat ſe à Chriſto, vt Chriſti recordetur, tribulationis munus, & donum tribuitur ei, audite D. Paulum ad Phil. 1. *Vobis datum pro Chriſto non ſolùm, vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini*; donum ergo, & munus eſt tribulatio, & quod Chriſtus hoc donum nobis conferat, vt ipſius recordaremur, clarè patet ex Dauide Pſal. 37. vbi longum nobis multarum tribulationum catalogum edicit. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, quoniam ſagittæ infixæ ſunt mihi, &c.* ſed ad quid ò Sancto Propheta tot labores enumeras? legite quæſo huius Pſalmi titulum, & ita Dauidis conceptum, & reſponſionem percipietis; ait enim Titulus huius Pſalmi. *In remuneratione diei Sabbati*, & Caetanus legit. *Ad faciendum recordari*, in die Sabbati, ideſt in die proſperitatis, & voluptatum, vt Animæ ad Deum properent, eique vniantur nullum tutius remedium tribulatione; dicebat Dauid Pſal. cit. *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi*, duos ſenſus hæc verba continent literalem vnum myſticum alterum, loquens ergo in ſenſu literali, Deus in tribulatione gerit ſe veluti venator arcum, & ſagittas deferens, & emittens ſagittam contra auem eam occidit, & prædatur.

Iuriſperiti circa venationem, hoc dubium repræſentare ſolent, ſi aliquis ſagitta percutit auem, at non eam occidit, ſed ſic vulnerata hinc, inde volitans tandem deuenit in manus alicuius, qui numquam de aue cogitauerit cuius erit hæc auis? vulnerantis an capientis? non videtur eſſe capientis, cum nullum in interfectione auis ſuſtinuerit laborem, neque videtur vulnerantis cum eam non ceperit, nam poſſeſſio capitur manibus, cuius ergo erit? lex ſtatuit eſſe capientis. Dauid Deum alloquens voluit dicere, dùm veluti auis volitabam, quaſi à te fugiens, tu piiſſime Domine ſagittis tribulationum percuſſiſti me, & ab infantia mea voluiſti, vt cum Leonibus, Vrſis, & Gigante pugnarem, & quod Saul me inſequeretur, & perquireret, & ad interficiendum me, & tot tantiſque tribulationibus me affligere voluiſti, quod meritò omnes me: Tribulatorum Principem appellare poterunt, at ego tuis ſagittis vulneratus non in alienorum manus deueni, ſed à tuis manibus non aufugi, *Sed confirmaſti ſuper me manum tuam*, attendite Dauidem dicentem, *confirmaſti*, quid nam ſignificet illud, *confirmaſti*, Epiſcopi Pontificalibus veſtibus induti, iuxta ſacrum Altare ſedentes, confirmationis Sacramentum conferunt, accedunt pueri, vt hoc Sacramentum recipiant, & vt recepiſſe recordentur, alapa ſolent percuti ab Epiſcopis, ita Dauid tot tribulationibus fuit percuſſus, vt Dei recordaretur, *ad faciendum recordari*, ita Iob tot paſſus eſt tribulationes, ſed quis percuſſit eum? *Manus Domini tetigit ad faciendum recordari*, audite Oſeam cap. 11. *Ego ero eis exultans iugum ſuper maxillas eorum*, iugum ſuper collum, & non ſuper maxillas poni ſolet, ſed audite quomodo legunt Septuaginta. *Ego ero eis, quaſi dans alapas ſuper maxillas eorum*; tribulatio quamuis ſæua ſagitta videatur lenis tamen eſt. *Ad faciendum recordari, in remuneratione diei Sabbati*, in Gymnaſijs in hebdomada plures leguntur lectiones, at in die Sabbati omnes lectiones repeti ſolent: hoc dicere voluit Dauid, Domine tu quàm pluribus tribulationibus me afflixiſti, ſed ad quem finem. *In remuneratione diei Sabbati*, ideſt in die proſperitatis lætitiæ, & conſolationis recordarer tribulationum, & earum iugiter memoriam haberem, & ita memoriæ tribulationum lectiones imprimerentur, vt numquam obliuiſcerer, ſed dices, numquam Dauidem gymnaſia frequentaſſe, nec didiciſſe, vt ipſemet Dauid fatetur Pſal. 70. dicens. *Quoniam non cognoui litteraturam*, at Textus Græcus legit. *Non cognoui negotiationem*, ideſt non fui mercator, ſed iugiter

l. latro ff. de acq. rer. don.

giter gymnaſio tribulationum incubui, & expertus ſum, audite Pſal. cit. *Deus docuiſti à iuuentute mea*; & ſicut cum aliquis puer in gymnaſio nonnullos Virgilij verſus memoriæ mandans etiam vir factus ita eos memoriæ retinet, vt promptè iugiter recitet; ſimiliter Dauid, cum eſſet iuuenis gymnaſia tribulationum frequentauit quamplures tribulationes tolerans, & ita memoriæ mandauit, & retinuit, quòd homo factus dicat. *Et vſque nunc pronunciabo mirabilia tua*, aſcendens Ieſus montem Tabor. *Transfiguratus eſt; & reſplenduit facies eius ſicut Sol veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix*. Mons Tabor poſt montem Olympum; eſt cunctis montibus altior petunt nonnulli quare Chriſtus Transfiguratus eſt in monte, & non planitie, vel in aliquo Thalamo? reſpondet D. Leo Papa, quòd benè in monte Transfiguratus eſt cum enim Apoſtoli transfigurationis gloria eſſent potituri montem aſcendere neceſsè erat, & laborare; nam ſine laboribus non peruenitur ad gloriam, quod ita verùm eſt, vt quaſi dicerem, ſi dicere liceret, quòd ſine laboribus Deus gloriam ſuam tribuere non valeat; quod hóc modò debet intelligi, Rex in quodã belli ſimulacro Margaritam magni pretij promittit victori, at Regis filius Margaritæ pulchritudine captus eam petit à Patre, reſpondet Rex, non poſſum hanc Margaritam tibi concedere, quia victori in belli ſimulacro tribuenda erit, & quamuis ſim Dominus, tamen ita à me ſtatutum eſt, ingredere, & tu quoque fili mi in belli ſimulacrum, & ſi victor eris Margaritam lucraberis, audite D. Paulum. *Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit*, pugnare ergo, & laborare oportet ſi ad gloriam peruenire voluerimus.

Exod. 3. dixit Deus Moyſi eſto hilari animo, nam oſtendam tibi gloriam meam oſtendam tibi faciem meam; poſt multos dies dixit, Deus Moyſi. *Eleua oculos tuos*, & intuens Moyſes vidit Dei humeros, audiuitque vocem ſibi dicentem. *Poſteriora mea videbis*, quod factum contemplans, D. Anſelmus dicebat. *Et quid in poſterioribus tuis bone Ieſu videbo, niſi flagella nudata, & plagas crudeliſſimas, quaſi diceret nulla alia breuior via ad videndum faciem tuam niſi paſſiones, quibus in Cęlum conſcendiſti.*

Strabo refert olim Imperatorem Cæſarem à quibuſdam Athenienſibus nuntijs fuiſſe exoratum, vt enarraret quomodo ad Imperatoriam dignitatem perueniſſet, duxit eos Cæſar in cubiculo, vbi expoliatis veſtibus oſtendit eis vulnera, & plagas quibus pugnando fuerat vulneratus, & tenens in manu enſem denudatum, dixit eis, *his ducibus*, ita, & ad gloriæ dignitatem, omnium dignitatum digniſſimam, nonniſi plagis, & vulneribus peruenitur, *his ducibus*.

D. Petrus Apoſtolus cum vidiſſet gloriam Dei in Monte Tabor, deſiderio eam poſſidendi, dixit. *Domine, bonum eſſe nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula, &c.* & tunc vox Patris intonuit. *Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi benè complacui, ipſum audite*, non dixit ipſum glorioſum videte, licèt magis adhærere debemus rebus, quas videmus, quàm rebus, quas audimus, videbatur Chriſtus glorioſus, & audiebatur loqui de Cruce, de ſpinis, de flagellis, loquebantur de exceſſu paſſionis, vnde hoc? intuebatur Aeternus Pater Petrum Apoſtolum gloriæ cupidum, & dicens, *ipſum audite*, quaſi diceret, animaduertite, quòd ad gloriam nonniſi per Crucem, per flagella, per ſpinas peruenitur, & quos Deus tamquam filios eligit, ſecum gloria potituros, hic flagellat, & vulnerat. vnde dixit D. Ambr. in Pſal. 1. *Pater diligit Filium, & cum eum arguit diligit, & cum baculo verberat, qui enim baculo parcit, filium odio habet, nos quoque Dominus caſtigat, & diligit*: hinc Dauid peccatum ſuperbiæ commiſit populum numerans, & Deus puniuit peſte, idem peccatum commiſit Cæſar Auguſtus, cum exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, & tamen non fuit punitus ſicut Dauid, ratio eſt, inquit D. Auguſt. quia Dauid erat Dei amicus, Cęſar autem inimicus, bis legitur Chriſtum fuiſſe Aeterni Patris Filium promulgatum, in monte Tabor, & in Iordane; non autem in monte Caluario vbi conuenientiùs videbatur, quòd tunc Aeternus Pater declaraſſet Chriſtum eſſe ſuum dilectiſſimum Filium, licèt vulneratum, & eſanguem intuebantur, vt ſic perfidi Iudæi in Chriſtum crederent, & tamen Chriſtus in Caluario non fuit promulgatus Dei Filius, ſicut in Tabor, & in Iordane, imò Chriſtus cum eſſet in Cruce, intuens ſe ab omnibus derelictum, clamauit ad Patrem dicens. *Pater venit hora clarifica Filium tuum*, & Pater non reſpondit, quod admirans D. Bern. ait. *Quaſi nulla eſſet oſtenſio maieſtatis*; ſi cauſam ſcire concupiſcitis, audite D. Chryſoſt. his verbis. *Dùm Chriſtus pendebat in Cruce, non dixit Pater hic eſt Filius meus dilectus, vt dixit quando transfiguratus eſt, quia in Caluario ſufficiebant martyria ad manifeſtandum fuiſſe Filium Dei*, & Ioannes Damaſc. perpendens, quod quaſi vox Patris eſſet ſuperflua, ait. *Opera eius loquebantur*; tanti æſtimatur tribulatio, quòd D. Chryſoſt. conſiderans Petrum Apoſtolum in vinculis, dixit, quòd deſcendens Angelus ad liberandum Petrum obſtupuit, quòd Petrus tanto ſplendore circumdaretur, eo quia eſſet in vinculis, vnde inquit Chryſoſt. *Si mihi quiſpiam dixiſſet, elige vtrum velis eſſe Angelus Petrum liberans, & ſol-*

de paſſ. Dñ.

de fide orthod. c. 3.

hom. 8. in ep. ad eph.

uens

Digitized by Google

uens, an Petrus ſolutus, vtique maluiſſem Petrum eſſe per quem Angelus deſcendit in vinculis.
Matth. 5. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter propter Iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum*
Cælorum, ò res miranda cunctis virtutibus promittitur gloriam in futuro, ſolùm tribulatis
gloria tribuitur in præſenti, nunc quodammodo fruuntur gloria.
1, 2, q. 5. art. 3. D. Thom. dicit, quod in hoc mundo nō poſſumus perfecta B atitudine potiri, ſed aliquali,
hæc ſunt verba D. Thom. *Aliqualis participatio beatitudinis in hac vita haberi poteſt, perfecta au-*
tem, & vera beatitudo haberi non poſt; tribus dotibus Beati potiuntur in Cœlo, Viſione, Amo-
re, & Delectatione, ſeù fruitione; viſio corriſpondet fidei, vt docet D. Aug. dicens. *Viſio eſt*
l. 1. de Trinit. *tota merces fidei*, Amor perfectiſſimus in Cœlo, correſpondit Amori, quem habuerunt San-
cti in terra, Delectatio, ſeù fruitio correſpondet ſpei, maior alijs eſt ipſa viſio. vt docet Diuus
1, 2, q. 4. art. 2. Thom. Tribulati hac viſione fruuntur, in tribulatione enim poſiti deguſtant, & vidēt Deum,
audite Iob. 1. *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te*, quaſi diceret, cum non
tribularer, per fidem cognoſcebam te, nunc quia tribulationibus abundo oculus meus videt
te, Euſebius, Iſidorus, Dionyſius, & Titelmanus dicunt, quod Iob vidit Deum facie ad faciem,
ſer. 95. & ſer. de Sanctis. & D. Auguſt. dicit, quod D. Stephanus in ea forma, in qua in hac vita videri poteſt, vnde
exclamauit Act. 7. *Ecce video Celos apertos, & Ieſu ſtantem, &c.* ſecunda, dos eſt Amor perfe-
ctiſſimus, vt docet D. Thom. charitas ardentiſſima, qua vnimur vltimo noſtro fini D. Paulus
1, 2, q. 4. art. 4. Cor. 2, cap. 6. loquens de ſua tribulatione ait. *Exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei Miniſtros in mul-*
ta patientia, in tribulatione, &c. & deinde concludit. *In charitate non ficta*, & hunc perfectiſſi-
mum Amorem oſtendemus Deo, cum diligendo ſicut Sancti in Celo: Textus Syriacus legit.
In charitate non dolcſa; ideſt, non falſa, ſed vera, Textus Græcus legit. *In charitate non hypocrita*,
vnde Dauid dicebat Deo Pſal. 25. *Vre renes meos, cor meum*, in quæ verba D. Auguſt. ait. *Du-*
plici ſe poſtulat igne cremari, altero corporis, & altero cordis; ſcilicet, quod corpus tribulatione,
& cor, igne perfecti amoris comburatur. Tertia, dos eſt fruitio, ſeù delectatio, vt docet Di-
uus Thom. quæ conſiſtit in quadam inexplicabili dulcedine, hac potiuntur tribulati, vnde
1. 3. q. 4. art. 1. D. Paulus dicebat. *Superabundo gaudio in omni tribulatione noſtra*, 2. Corinth. 1. *Ita abundat con-*
ſolatio noſtra, vt poſſimus ipſi conſolari eos, qui in omni præſſura ſunt, momentaneum, & leue tribula-
tionis noſtræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Non contemplantibus nobis, quæ viden-
tur, ſed quæ non videntur.

D. Paulus Apoſtolus ſcribens ad Philipp. 1. ait. *Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa*
me ſunt, &c. Res profectò miranda, quòd D. Paulus antequam poneretur in vincu-
lis innumerabilia ferè miracula, & prodigia faciebat, infirmis ſanitatem, mortuis vitam tri-
buens, &c. oſtendens cunctis Chriſtum eſſe Dei Filium, & mundi Saluatorem. poſtquam
autem fuit poſitus in vinculis deſijt talia operari, numquid Chriſti cauſa obſcuratur, abſit,
imò magis proficit Euangelium, & magis Chriſti diuinitas in ſeruo ſuo Paulo in vinculis po-
ſito oſtenditur, patiens enim Paulus magis, ac magis Chriſti gloria dilatatur, & promulgatur,
audite D. Chryſoſt. hom. 5. de Iob. *Vides vinculorum fortitudinem, magis quàm reſurrectionem*
mortuorum eſſe glorioſam? & Tertull. lib. de Patient. *Non ſermonibus modò in præcipiendo his,*
quibus credere datum eſt: patientiam Dei eſſe naturam effectam, & præſtantiam ingenitæ cuiuſdam
proprietatis.

Tanti fecit D. Paulus Vincula, quod cum eſſet Romæ in vinculis ſcribēs Philomen. quam-
uis pluribus ornamentis Epiſtolam condecorare potuerit, vinculis tamen eam in fronte orna-
uit audite eximium encomium. *Paulus vinctus, Paulus in catenis*, quod admirans D. Chry-
ſoſt. hom. 16. ad populum exclamauit. *Multa ipſum alia ſplendidum feciunt, in Cęlum rapi ter-*
tium, in Paradiſum deferri, verba audire ineffabilia, ſed horum nihil poſuit, ſed pro omnibus catenam,
hæc enim magis, quam illa illuſtrem reddebant, ac ſplendidum: hinc meritò nonnulli verba illa
l. 3. epiſt. ep. 25. Gen. 49. *Diſſoluta ſunt vincula brachiorum illius*, ex Hebræo transferunt. *Deaurata ſunt brachia*
illius, & D. Cyprian. loquens de martyrum vinculis, ait. *Ornamento ſunt iſta, non vincula; nec*
Chriſtianorum pedes ad infamiam copulant, ſed clarificant ad coronam.

Hugo Carp. in illa verba Pſal. 117. *Hæc porta Domini*, ait, *hæc tribulatio porta Domini.*

Et D. Remigius, ibidem. *O caſtigationes itineres iuſtorum, vos eſtis porta per quam iuſtum de-*
ducit Dominus.

Diuus Auguſt. in illa verba Pſal. 59. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie*
arcus, inquit, *per tribulationes temporales ſignificaſti tuis fugere ab ira ignis ſempiterni.*

D. Chryſoſt. lib. de Prouid. Dei, ait. *Nullus vnquam ex his, qui maximè Deo chari ſunt, &*
acceptabiles fuerunt, ſine præſſuris vixit.

Et

Digitized by Google

Et D. Leo ſerm. 9. Quadrag. *Nunquam deeſt tribulatio perſecutionis ſi nunquam deſit obſeruantiæ pietatis.*

D. Auguſt. in Soliloq. cap. 21. ait. *Qui hic conſolantur Domine Ieſu, indigni tua conſolatione habentur, ſed qui hic cruciantur à te conſolantur, nemo poteſt hic quiſquis, & in futuro gaudere.*

Tanti valoris eſt tribulatio, quod non ſolùm nos Regni Cœleſtis cohæredes, ſed etiam, vt homo in terris eſſet, quaſi alter Deus faciat. Act. 12. cum eſſet Petrus in vinculis, inter duos milites, vinctus catenis duabus, vt nullatenus aufugere poſſet, & poſtquam Petrus (Deo iubente) ab Angelo fuit ſolutus, & libertati donatus, cuſtodes experrecti, Petrum nō audientes, nec intuētes, omni diligētia perquiſiuerunt, & cū non inueniſſent eum cucurrerunt ad portas, & inuenerunt clauſas, & conterriti ad inuicē altercabantur, tandē acquieuerunt, vt refert Gaietan. ibidem. *Dixerunt tandem Petrum conuerſum fuiſſe in aliquod numen*, mirum quidem, quid nam Deitatis milites viderant in Petro, vnde eum Deum eſſe dixerunt? imò potius intuentes eum catenis vinctum, ligatum, & in carcere, poſitum, caducum, & mortalem, alijſque viris ſimilem putare debuerant, & tamen audacter dixerunt Petrum conuerſum fuiſſe, in aliquod numen, & milites reſpondere, vtique poſſent, imò quia Petrum catenas vincula, & carceres ita lætanter tolerare intuemur, & quia eum, & eſſe Principem, & caput Apoſtolorum, Chriſti Vicarium, Deique vicemgerentem non ignoramus, ideò Petrum in aliquod numen conuerſum eſſe fatemur; nam ſi homo alijs ſimilis eſſet, non poſſet non quæri, quod abſque culpa excrucietur, audire verba Gaetan. ibidem. *Vide quantum ſit manſuetudinis robur; nam quem priùs reum habebant nunc Deum prædicant*, tribulationes ergo hominem mortalem diuino honore dignum efficiunt, hinc Ioann. 1. intuentes Hebræi magnam Ioannis Baptiſtæ ſanctitatem cogitauerum fuiſſe Meſſiam, eique diuinos honores offerre volebant, renuit Ioannes dicens. *Non ſum ego Meſſias non ſum ego Chriſtus: imò non ſum dignus; corrigiam eius calceamenti ſoluere.*

Paulò poſt Hærodes miſit in carcerem Ioannem Baptiſtam, & illicò. *Ioannes cum eſset in vinculis miſit duos ex Diſcipulis ſuis ad Chriſtum, vt interrogarent eum, tu es qui venturus es, an alium expectamus?* mirum quidem cum Ioannes eſſet extra carcerem, & à cunctis honoratus, & ita in gratia Hærodis, quòd libenter eum audiebat, & per eum multa faciebat, non legimus, tunc Ioannem miſiſſe ad Chriſtum, vt interrogarent eum, niſi cum eſſet in vinculis, quare hoc? quia Ioannes dubitabat, ne Hebræi intuentes Ioannem ita letanter, & patienter tolerare vincula, & carceres, cum facilè tamquam Deum habuiſſent, vnde hoc perpendens Diuus Chryſoſt. hom. de Ioan. ait. *Attende quomodo Ioannes in carcere conſtitutus, oſtendit Diſcipulis ſe Meſſiam non eſse, ne per catena dulcedinem ipſum Deum ſuſpicarent.*

Tanti valoris eſt Tribulatio, quòd Dei Filius eos honores, quos tamquam Deus non valuit recipere, tamquam tribulatus, & afflictus recepit, Deus bis oſtendit Angelis Sanctiſſimam Chriſti humanitatem, primum in deſcenſu è Cęlis ad Terram, ſecundum in aſcenſu è Terra ad Cœlum, ideſt in Incarnatione, & in Aſcenſione hoc tamen diſcrimine, quòd in Incarnatione rebelles Angeli, ne Chriſti humanitatem adorarent, potiùs æternaliter in Inferno excruciari paſſi ſunt, at in Aſcenſione, omnes Angeli, tùm boni, tùm etiam rebelles adorauerunt eum, audite Paulum Apoſtolum ad Philipp. 2. *In nomine Ieſu omne genuflectatur Cęleſtium, Terreſtrium, & Infernorum*; quia, prima vice, ſcilicet in Incarnatione nondum ſanguinem fuderat, nec ſpineam coronam, neque flagella, neque clauos, neque crucem, neque martyria tolerauerat, ſicut ſecunda vice in Aſcenſione, ſcilicet iam paſſus fuerat, audite Cornelium à lapide cap. 2. *Adorent eum omnes Angeli eius, non quia incarnatus, ſed quia paſsus, quia mortuus, & ad ludibria iam venerat.*

Tanti valoris eſt Tribulatio, quòd idem ſit tribulatio, ac Paradiſus, & Paradiſus, ac Tribulatio, Ioan. 6. cum quidam perrexerit ad mare Galileæ, vt Chriſtum inueniret ſperans eum ſequuturus, & cum eum ad mare non inueniſſet, reuertebatur triſtis, at obuiam venit ei Ioannes dicens, quod infallibiliter inueniret Chriſtum in monte. *Abijt Ieſus trans mare Galileæ*, ergo ſubijt in montem ſi Chriſtus dereliquit mare non valet conſequentia, ergo ſubijt in montem; nam illa eſt bona conſequentia, quæ neceſſariò ex antecedente infertur, ſed animaduertendum eſt Euangeliſtam Ioannem myſticè fuiſſe loquutum, intelligēs per mare tribulationes, de quibus Dauid Pſal. 68. dicebat. *Aquæ multæ intrauerunt vſque ad Animam meam*; & per montem Paradiſum, de quo Iſa. 2. dixit. *Mons Domus Domini in vertice montium*, at quia ex mari tribulationum, ad montem Paradiſi neceſſariò pertranſimus, ideò dixit Ioannes. *Abijt trans mare Galileæ*, ergo ſubijt in montem, audite D. Anſelmum epiſt. 2. *Benè ſcripſit abijt*

trans

Digitized by Google

trans mare, ergo ſubijt in montem, nam cum vna de doloribus ſtat altera de gloria;

Apoc. 19 vidit Ioannes magnam animarum turbam lætantem, & exultantem, & [illegible] petens, quid hoc eſſet reſponderunt Angeli. *Quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor præparauit* [illegible] & vidit Ioannes, quod veſtimenta Sponſæ eſſent. *Biſſyno ſplendenti, & candido*; mirum [illegible] dem quod cæleſtes incolæ, ita exultent, & gaudeant pro vna veſte Byſſina candida, & quod Animæ in Paradiſo linea veſte induantur, quid hoc ſignificat? iam cunctis paret, quod antequam ex lino veſtis efficiatur, quot martyria, & ita dicam, linum pati neceſſè ſit, vnde edocemur, quod ad gloriam nonniſi per magnos labores nos introire neceſſè eſt, audite Origen. homil. 6. in Hierem. *Sicuti multò labore linum fit candidum, ita multis tribulationibus ad apicem animæ producuntur.*

Tanti valoris eſt tribulatio, quòd conſecrandi Chriſti Corpus poteſtatem habeat, cupiens Magdalena Chriſtum tangere, prohibuit Chriſtus dicens. *Noli me tangere*, at D. Thomæ Apoſtolo non ſolùm conceſſum eſt Chriſtum tangere, ſed ab ipſo Chriſto fuit exoratus, vt tangeret. *Mitte manus in latus meum, &c.* & tamen Thomas infidelitatis peccatum commiſerat, quare ergo prohibetur Magdalenæ Chriſtum tangere, & conceditur Thomæ? quia Chriſtus cum apparuit Thomæ, tunc venerat ex Caluario monte, in quo tribulationes, & martyria iam Chriſti Corpus conſecrauerant, & Chriſti Corpus conſecratum prohibetur mulieribus poſſe tangere, ideò dixit Magdalenæ, tamquam Mulieri. *Noli me tangere*, & conceditur Sacerdotibus Chriſti Corpus tangere, ideò Thomæ tamquam Sacerdoti, dictum fuit, *Mitte manum tuam in latus meum*, hinc antequam Chriſti Corpus à Cruce, ſpinis, flagellis, & martyrijs fuerit conſecratum, fuit conceſſum Magdalenæ tangere, vnde Luc. 7. ſcribitur. *Lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis terſit?* audite D. Greg. ibidem. *Tribulatio Corpus Chriſti conſecraret ad cuius tactum ſoli presbyteri digni erant.*

Iob. 19. inquit. *Nunc intelligite, quod Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit.* Gaetanus, vt Iob conceptum explicare valeret, dixit. (*Barbaricè loquendo*) *Deus tortum mihi fecit*, ſi Deus proprio ore probauit Iob, dicens. *Neque ſtultum aliquid contra Deum loquutus eſt*; quomodo modo Iob dicit. *Tortum mihi fecit Deus?* D. Thom. termine ſcolaſtico excuſans Iob dixit. *Loquutum fuiſſe ex ſuppoſitione*, quaſi diceret, ò amici mei ſi veſtra propoſitio vera eſſet, quòd Deus affligit, vt peccatores puniret. *Tortum mihi fecit Deus*, quia ipſemet innocentem me appellauit. Sed ex ſenſu formali ex verbo Hebræo habemus, *Deum Eloim*, ideſt, *Iudex mihi fecit tortum*, quaſi diceret Iob, ſi Deus impuniendo me ſe gerit tamquam Iudex. *Tortum mihi facit*, Iudex enim contra reos debet procedere ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, & cum ipſe me tamquam bonum, & innocentem comprobauerit, ſi ergo me punit tamquam Iudex. *Tortum mihi facit*; tribulationes ergo meæ, non poſſunt ab hoc Iudiciali Tribunali procedere, ſed aliundè, quòd ſcilicet Paterna prouidentia, & diuinus Amor; ita diſpoſuerit, ſed hæc paradoxa videntur, ò Sancte Iob? remunerans reos, & puniens innocentes, ita vt de Deo poſſemus dicere. *Diliges odientes, & odio habes diligentes te?* 2. Reg. 19. per pulchra quidem dubitatio, & alio dubio reſpondetur, peto ego, quare cytharedus, licèt cunctas cytharæ cordas percutiat; ſæpiùs tamen percutit primam? quia prima cum ſit alijs cordis magis tenuis dulciorem, ſuauioremque ſonum auribus reddit; hæc prima corda ſunt electi, & ſunt prima per virtutem, per meritum, per gratiam, & de hac prima corda loquitur Deus per Baruc cap. 4. *Delicati mei ambulate per vias aſperas*, & vt prima corda iugiter manum cæleſtis cytharedi debet expectare, vt percutiat, & repercutiat; nam, vt prima corda ſuauiorem reddit concentum, talis fuit Iob, de quo ipſe Deus gloriabatur dicens. *Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis ſuper terram?* at ei fuit reſponſum. *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet*, & Deus vtique hanc primam, multis modis percutere voluit, audite quot percuſſiones. *Boues arabant, & aſinæ paſcebantur, & irruerunt ſabei, &c. ignis cecidit de Cælo, &c. Chaldæi fecerunt tres turmas, &c. ventus vehemens irruit, &c.* quid ampliùs, *percuſſit Iob, vlcere peſſimo à planta pedis vſq; ad verticem capitis*, ſed audite quàm ſuauem concentum hæc prima corda reddit. *Dominus dedit, &c.* ò cœleſtis armonia, ò muſica diuina, qua Deus maximè delectatur, vt accidit tempore Diuo Protomartyris Stephani; nam vt Deus admirari, & hac diuina muſica potiri potuiſſet, Cæli aperti ſunt, vt cytharedus Stephanus cecinit. *Ecce video Cælos apertos, &c.*

D. Hieron. admiratur Sancti Iob, lætitiam, & patientiam, patientiam, quia plagis calamitatibus, & omnibus ferè miſerijs, plenus hilariter, tamen omnia ſufferens dicebat. *Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum*, ſic inquit Sanctus Doctor. *O virum*
ep. ad Demetr. *ante Euangelium; Euangelicum, & Apoſtolicum, ante præcepta Apoſtolica, Diſcipulum Apoſtolorũ.*

D. Bern.

Digitized by Google

[illegible]n. Vt Rinaldum Abbatem ſolaretur, qui lamentabatur, ſuper vacaneis negotijs, &
[illegible] eſſe oneratum, ita inquit. *In quantum grauaris, in tantum lucraris, & in quantum iuuaris,* ep. 72. ad
[illegible] *tibi pręmia minuis, elige ergo, quod eligas; an, qui grauando iuuant, an, qui iuuando* Rinald.
[illegible] *hi tibi promeritores, illi fraudatores meritorum exiſtunt*, Saluianus dicebat. *Nequa-* Abb.
quam nobis dolenda eſt hæc afflictio, quàm intelligimus Matrem eſſe virtutum, immò notandum
eſt quod quotieſcumque D. Paulus loquitur de flagellis, quę Deus ſeruis ſuis mittit, iugiter
fære termino (quaſi.) ſicut; (tamquam,) vel ſimilibus vtitur, audite Apoſtolum, qui dùm
ſcribit 2. ad Cor. 6. inquit. *Quaſi triſtes, ſicut egentes tamquam nihil habentes, &c.* at ſeruorum
Dei conſolationes oſtendens, non vtitur ſupradictis terminis; ſed ait. *Semper autem gauden-*
tes, id etiam admiratur D. Aug. vnde dicebat. *Triſtitia noſtra habet (quaſi) gaudium noſtrum,* in pſ. 48.
non habet (quaſi) & hoc perquirens tandem, ita reſpondet. *Quia ſicut ſomnus tranſiet, &c. no-*
uit enim charitas veſtra, quia; qui ſomnium indicat addit (quaſi.) quaſi dicebam, quaſi loquebar, quaſi
prandebam, quaſi equitabam, quaſi diſputabam. Totum quaſi, quia cum euigilauerit, non inuenit,
quod videbat; quaſi theſaurum inueneram, dicit mendicus, ſi quaſi non eſſet, mendicus non eſſet, &
D. Greg. inquit. *Et notandum, quod nequaquam, cum conſumptus fueris, ſed, cum te conſumptum* l. 10. mor.
putaueris dicit: quia, & quod videmus indubitate eſt, & quod ſperamus incertitudine, & vt hoc
idem Sanctus Doctor magis roboraret, adducit exemplum D. Pauli Apoſtoli dicens. *Vnde*
& idem Paulus non ſe conſumptum nouerat; ſed putabant, quia in aduerſa tribulationum corruens, vt
Lucifer reſplendebat dicens; quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: quaſi morientes, & ecce viui-
mus. David dicebat in Pſal. 118. *Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ*, quæ verba D. Hieron.
legit. *Carmina mihi erant martyria tua.*

[illegible] D. Aug. perpendens, quòd fingere, proprium figuli ſit, cum ex argilla, aùt cera vas ali-
quod format, & aduertens, quod Deus per Prophetam loquens de tribulatione, ſeù labore,
dixerit: *Qui fingis, laborem in præcepto.* quaſi diceret Deus, veluti figulus, de labore, quic-
quid ei placuerit facere poterit, ſcilicet tribulationem eſſe conſolationem, tormenta, & mar-
tyria, eſſe voluptates, quia ex labore in manu Domini, quæcumque forma ei placuerit, eam
efformare poterit, hæc ſunt verba D. Auguſt. *Fingis, & facis, formas, plaſmas: vnde, & figuli*
dicuntur, & vas fictile dicitur, quod formatur, vt habeat aliquam formam, quòd dicere voluit
Chriſtus ſecundum mentem D. Bern. dicens. *Tollite iugum meum ſuper vos; & inuenietis re-*
quiem animabus veſtris, inquit D. Bern. *Mira nouitas, iugum tollens inuenit requiem*, & ſubiun- in decla-
git Sanctus Doctor. *Nouerat hoc ille, nimirum homo ſecundum cor Dei, qui ei loquebatur in pſal-* mat.
mo: qui fingis laborem in præcepto, an non fictus in præcepto labor, onus leue, ſuaue iugum, Crux inun-
cta? & idem D. Bern. commentans verba illa Cant. 4. *Mel, & lac ſub lingua eius*, ita inquit in
ſentent. *Sub lingua eius mel, & lac, quia iuxtà Prophetam; laborem fingit in præcepto, audi quomo-*
do laborem fingere, ipſe ſe probat: tollite inquit iugum meum ſuper vos; & inuenietis requiem ani-
mabus veſtris, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue; quomodo non fictus labor, vbi non la-
bor, ſed requies inuenitur? ideò ergo labor in lingua, mel ſub lingua, hinc Dauid in Pſal. 118. dice-
bat. *Bonum mihi, quia humiliaſti me*, quod exponens D. Aug. clamabat. *Bonum mihi, quia hu-*
miliaſti me, & humiliatus ſum, & bonum eſt mihi: & pęna eſt, & gratia eſt, & ita concludit San-
ctus Doctor. *Quid ſeruas poſt pęnam, qui per gratiam exhibet pęnam?* quis non admiratur ver-
ba Iſaiæ Prophetæ cap. 52. dicentis. *Confitebor tibi, quia iratus es mihi?* intuens enim ipſe
Deum aditatum, gratias ei refert, quia vlciſcitur, quia punit, quis vnquam hoc audiuit?
hinc Oleaſter dicebat. *Raritatem, & nouitatem gratitudinis expende*, & ſubiungit Oleaſter. *Con-*
fitebor tibi, quoniam iratus es mihi, nouerat ipſe Dominum, non minus benefacere iratum, quàm man- in Iſa.
ſuetum; ſi expenderemus paſſionem Domini, cognoſceremus, verè eſſe bona, & mala.

D. Petrus Damianus, conferens Iudith diuinijs abundantem, & fęlicem, cum paupercula,
& infęlice Ruth, ita inquit. *Vtraque ſcilicet mente vna, licèt diuerſa fortuna; vni Deo, non imme-* l. 8. ep. 14.
ritò placuit, quia neque aduerſis illa ſuccubuit, neque inter proſpera, ſuimet obliuiſcens ſe iſta deiecit;
ſed illa tolerabat, quibus abundabat, iſta fruebatur, qua patiebatur.

Credo vos non ignorate, quòd Tribulatio aliquando ſecundum Dei voluntatem, iræ ali-
quando manſuetudinis, & miſericordiæ officium gerit, hinc D. Auguſt. exponens illa verba in pſ. 89
Pſalmi 89. *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ*, inquit Sanctus Doctor. *Valdè paucorum hominum eſt,*
noſſe iræ tuæ poteſtatem, quia plerumque, ita magis cum parcis iraſceris, vt non ad iram, ſed potiùs
ad manſuetudinem pertinere intelligatur labor, & dolor.

Hinc Dauid non ignorans, quàm vtile ſit diuina Tribulatio, deprecabatur Deum flagel-
lari dicens. *Proba me Deus, & tenta me, vre renes meos, & cor meum*, quid ais Sancte Rex? di-
uina flagella, & punitiones, non times? timent, & contremiſcunt omnes, audientes ſolùm fu-

turum Dei flagellum, & tu intrepidus, & tu magna auiditate petis flagellari? ſed reſpondet
in pſ. 25. Sanctus Rex. *Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt*, quaſi diceret, in punitione, & fla-
gello Dei, miſericordiam, & pietatem, ac in igne, diuinum Amorem intueor, ideò flagellum
quæro; audite D. Auguſt. hæc verba exponentem, *Et vide, ſi non ignem quærit? non times, ne in igne deficias? (non,)* inquit, *quare? quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt*, idem fere
inquit D. Hyeron. loquens de Sanctis illis pueris, qui in ardentem Babyloniæ fornacem miſſi
in c. 3. Daniel. fuere; his verbis. *Grande miraculum, cadunt in medium ignis præcipites, ardent vincula, quibus ligati ſunt, & vinctorum corpora timens flamma non tetigit, &c. ò quàm patiens ignis, quàm inenarrabilis Dei patientia, vinculis ſtricta ſunt corpora, vruntur vincula, corpora, non vruntur*, idem
dicendum de igne Rubi Moyſis, in cuius medio Deus morabatur, erat tunc populus Hebreus
in captiuitate Pharaonis, & nimis patiebatur, & ab illo iniquo Rege flagellis afficiebatur, ideò
apparuit Deus Moyſi in medio rubi, qui vrebatur, & non conſummabatur, quia Deus in medio rubi, quaſi diceret Deus Moyſi. *Dùm ego cum populo ero, ne timeat Regis flagella, quia flagella, non ſentiet, ſed potius flagella erunt miſericordiæ*, quod perpendens D. Ambroſ. dicebat.
lib. 1. de Spiritu ſancto c. 16. *Vox ergo de flamma, & in rubo flamma, & flamma non noxia, vrebatur enim rubus, & non exurebatur: eo quod, illo myſterio Dominus ſignaret, quia illuminaturus ſpinas noſtri corporis adueniret, nec conſumpturus ærumnoſos, ſed conſumaturus ærumnas*, quod expertus eſt Dauid in Pſal. 31. vnde dicebat. *Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit*, quod admirans D. Auguſt. petit. *Quomodo eſt refugium à preſſura?* & reſpondet Sanctus Doctor. *Quem primo circumdedit preſſura, poſteà circumdabit miſericordia, qui legem dedit: legem in flagellis, miſericordiam in conſolationibus*, mementote, quòd
Patriarcha Ioſeph venditus fuit Iſmaelitis à Fratribus propter inuidiam, ne eis dominaretur,
& vt ita eius memoria periret, & ad nihilum redigeretur, ſed ò res miranda, tamen perſecutio,
& tribulatio exaltationis Sancti Patriarchæ fuit cauſa, totiùs enim Aegypti Saluator effec-
homil. de Ioſeph. tus eſt, vnde dixit D. Chryſoſt. *Suſcipis ſeruitutis notam, quem Dominus præparabat ad gloriam*,
& D. Greg. attendens quod Sanctus Patriarcha, à proprijs fratribus fuit venditus, ne eum
hom. 21. in Ezech. adorarent, vt idem Sanctus Patriarcha in ſomno præuiderat, inquit Greg. *Quia mutari Dei conſilium non valet; quem ideò vendiderunt, ne adorarent, adorauerunt, quia vendiderunt*, & Diuus
tract. 112 in Ioan. Auguſt. dicebat. *Benè vtens bonus malis, & faciens bona de malis.*

D. Auguſt. loquens de bonis ſpiritualibus quæ nobis eueniunt propter flagellum à Deo miſſura, & exponens illa verba Dauid Pſal. 17. *Aſcendit fumus ab ira eius: carbones ſuccenſi ſunt ab eo*, inquit. *Aſcendit fumus in ira eius, aſcendit lachrymoſa deprecatio pœnitentis, cum cognouiſſet, quid minatur Deus impijs: carbones ſuccenſi ſunt ab eo; qui mortui erant, reuixerunt, qui frigidi erant, accenſi ſunt*, hinc idem Dauid Pſal. 59. dicebat. *Deus repuliſti nos, iratus es, & miſertus es nobis*, quæ verba exponens D. Auguſt. ita ait. *Deſtruxiſti nos, vt ædificares nos; deſtruxiſti malè ædificatos, deſtruxiſti vanam vetuſtatem, vt ſit ædificatio manſura in nouum hominem, ædificatio æternum, meritò iratus es, & miſertus es nobis: non enim miſereris niſi iraſcaris*, & idem D. Aug. exponens illa verba Pſal. 55. *In ira populus confringes*, quæ verba ipſe Sanctus Doctor legit. *In ira populos deduces*, ſic inquit Aug. *Deducis, & ſæuis, & ſaluas; terres, & vocas; quid enim eſt in ira populos deduces? implens tribulationibus omnia, vt in tribulationibus omnia, vt in tribulationibus poſiti, omnes recurrent ad te, ne delicijs, & ſecuritate peruerſa ſeducantur.*

Et licèt Tribulatio ſit grande malum, tamen ex eo, vt docet Tertull. ſummum, & optimum bonum oritur, ſicut enim vulneratus medicum vocat, vt à malo quod vulnus ei minatur, ſanetur, & liberetur, & licet medicus putridam carnem ſecando, & trucidando magnum dolorem vulnerato afferat, non ideò infirmus medicum odio habet, ſed ei gratias refert, & pro accepto beneficio remunerat, audite quæſo Tertullianum quomodo de hoc facto loquitur.
contra Gnoſt. c. 15. *Et iſt planè, quaſi ſæuitia medicina de ſcarpello, de cauterio, de ſynapis incendio, non tamen ſecari, inuri, mordeţi, idcircò malum, quia dolores vtiles adfert: horrorem operis fructus excuſat. Vlulans denique ille, & gemens, & mugiens inter manus medici, poſtmodum eaſdem mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit*, quòd valdè placuit Diuo Auguſt. inquiens, quod ita Deus voluit
mederi Paulo Apoſtolo deijciens eum ex equo, oculorum lumine orbat eum, ſed ad quid?
quia nimirum medicus cœleſtis erat, & curare eum voluit, atque ſanare; audite D. Auguſt.
ſer. 14. de Sanct. *Ego percutiam, & ego ſanabo, vides illum præparantem ferrum, ò ſæuitia, ò miſericordia, ſeruaturus eſt, non perempturus*, & idem Auguſt. alio in loco inquit. *Dolorem ingerit, ſed vt perducat ad*
ſer. 34. de temp. *ſanitatem, moleſtus eſt, ſed niſi eſſet, vtilis non eſſet; horrorem operis fructus excuſat*, ſed cum Diuus Paulus vehementer à dolore angeretur rogauit medicum, vt emplaſtrum tolleret, à quo
quo maximè torquebatur, & erat Angelus Sathanæ, & ſtimulus propriæ carnis, ſed medicus,
non

Digitized by Google

non compatitur Apoſtolo, imò cum pati permittit, & per Diuum Auguſt. inquit. *Ego noui quem curo: non mihi det, qui ægrotat conſilium. Tamquam emplaſtrum mordax vrit te, ſed ſanat te.* in pſ.89.

Idem confirmat D. Hyeron. his verbis. *Si adhùc miraris amatoris noſtri medicina, per flagella coſtare, illud quoque debes mirari, quòd torquens remedia, quos medicus amat: qui in nocendo, quod nocet excludit, vtique, qui nocentia quærit excludere, non poteſt, niſi nocere, & ideò nocendo curat, vt carior ſit ſanitas præparata mœroribus*, & idem D. Hyeron. alio in loco inquit. *Inſtar medici non parcit, vt parcat; crudelis eſt, vt miſereatur, nec conſiderat patientis dolorem, ſed vulneris ſanitatem*, & D. Baſilius perpendens illa verba Dauid Pſ. 107. *Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me*, ita inquit. *Non ſolùm ob id gratias agit, quod liberatus ſit à malis, ſed, & quod incidit in mala, maximam expertus gratiam*, & D. Hyeron. dicebat. *Magna eſt ira Dei, cum non iraſcitur; quæ putatur eſſe aſperitas, clementia eſt*, hinc Petrus Bleſſen. poſt lungam infirmitatem Deo gratias referens dicebat. *Gratias ago gratiæ largitori, qui me miſericorditer flagellauit, & iram mihi conuertit in gratiam, infirmari me voluit, ne grauius infirmarer.* in epiſt. ad amicum in tri. in comm. ſuper Ezech. ep.31. ad Abb. de contr.

D. Greg. ponderans illa verba Iob 6. *Et hæc mihi conſolatio, vt affligens dolore non parcat*, ait Sanctus Doctor. *Ac ſi apertè diceretur, quia ideò hic quibuſdam parcit, vt eos in perpetuum feriat, ideò me hic feriat, non parcendo, vt in perpetuum parcat; ex afflictione enim conſolor, quia ad ſpem ſalutis ex vulnere certus reddor*, Petrus Bleſſenſ. aduertens verba Dauid Pſal. 72. *In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur*, inquit hic Doctor. *Proculdubio qui non flagellantur temporaliter cum hominibus, in perpetuum flagellabuntur cum Dæmonibus, & qui cum hominibus, non laborant, cum Dæmonibus laborabunt.* l.7.mor. epiſt. 9.

D. Bern. ait. *Miſericordia eſt, ſubtrahere miſericordiam.* ſer. contra vitium ingratitudinis

D. Auguſt. inquit. *Ignoſcendo propitius fuerat, propitius fuerat, & vindicando, &c. illi Deus iraſcitur quem peccantem non flagellat.*

D. Auguſt. perpendens illud Diui Pauli. *Flagellat omnem filium quem recipit*, ait Sanctus Doctor. *Ne te ſine flagello ſperes futurum, niſi fortè cogitas exhæreditari: flagellat omnem filium quem recipit, ita ne omnem? vbi te volebas abſcondere? omnem, & nullus exceptus, nullus ſine flagello erit, quid ad omnem? vis audire quàm omnem? etiam vnicus ſine peccato, non tamen ſine flagello*, idem ponderans illa verba Dauid Pſal. 102. *Sicut miſeretur Pater Filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe*, inquit D. Auguſt. *Iam ſæuiat quantum vult, Pater eſt: ſed flagellauit nos, & afflixit nos, & contriuit nos: Pater eſt; noli repellere flagellum ſi non vis repelli ab hæreditate, noli attendere quàm pœnam habeas in flagello, ſed quem locum in teſtamento.* ſer.42. in Cant. heb. 12. in pſ. 37

D. Auguſt. aduertens verba Diui Pauli. *In diſciplina perſeuerate tamquam filijs vobis offert ſe Deus*, ita inquit Sanctus Doctor. *Sicut filios vos aggreditur Deus: non admouet vobis manus, ſicut hoſtis hoſti, ſed vt Pater filijs: emendaturus non perditurus.* lib. de tēp. barb. c.6.

D. Chryſoſt. ponderans illa verba Diui Pauli. *Flagellat omnem filium, quem recipit*, inquit Chryſoſt. *Si flagellat omnem filium, quem recipit, qui non flagellatur fortaſsè, non eſt filius.* in ep. ad Hebr.

D. Auguſt. *Igitur S. Petrus dùm fluctuat, dùm mergitur, dùm periclitatur, ſic peruenit ad Chriſtum: oſtendens nobis, quod nonniſi per pericula peruenitur ad Chriſtum.* ſer. 16. de Sanctis.

Idem D. Auguſt. aduertens quod Chriſtus per Euangeliſtam Matth. cap. 5. dixerat. *Cum vos oderint homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos*, ita inquit Diuus Auguſt. *Non eſt timendum nè aliquid faciat homo inimicus, quid enim facturus eſt? multa mala dicturus? opprobria iaculaturus? in conuitijs ſæuiturus? ſed quid tibi? gaudete inquit, & exultate, quoniam merces veſtra magna eſt in cælis, ille in terra geminat conuitia; tu in cęlo lucra.* & D. Auguſt. *Quò pungeris, inde naſcitur roſa, qua coroneris.* in pſ. 54. epiſt. 34.

D. Paulin. *Quoties reſiſteris, toties coronaberis.* epiſt. ad ſororem.

Saluianus. *Numquam vt puto, habitatore Deo dignior extitiſti; quantò imbecillior corpore, tantò purior ſenſu; vincentibus carnem tuam morbis, nempè te viciſti.*

D. Bern. in ſent. *Quantò magis corpus oneratur, tanto ampliùs animus exoneratur.*

D. Auguſt. *Gaudes, agnoſce Patrem blandientem. Tribulans, agnoſce Patrem emendantem, ſiuè blandiatur, ſiuè emendet eum erudit, cui parat hæreditatem.*

Abbas Berengoſius attendens illa verba Pſalmi, iratus es, & miſertus es nobis, ita clamat. *O ira miſericors, & ſalubris indignatio, per quàm fructuoſa fit omnis infructuoſa conuerſatio. O ira miſericors, quæ ſic iraſcitur, vt ſubueniat, ſic minatur, vt parcat: ſic auferet, vt reſtituat: ſic tradit, vt eripiat: ſic dextraxit, vt muniat: ſic abijcit, vt recipiat; ò quàm ſalubris indignatio, qua ſic auertit, vt reſpiciat, ſic claudit, vt aperiat; ſic exigit, vt dimittat: ſic deijcit, vt erigat: ſic perdit, vt requirat: ſic amittit, vt cuſtodiat.*

Digitized by Google

in Gen. 9. Hugo Card. de caſu Luciferi ait, *Lucifer qui priùs volebat quieſcere, quàm laboraſſet, expulſus eſt in locum, vbi perpetuò laborabit.*

ſer. 6. de temp. D. Auguſt. inquit. *Non requiramus gaudium in hoc mundo, quia verùm gaudium, comparari hic poteſt, poſſideri non poteſt, non quæras in via, quod tibi paratur in patria, & quia contra Diabolum, Chriſto Duce, quotidie tibi pugnare neceſſe eſt, non requiras in prælio, quod tibi ſeruatur in Regno, non quæras in pugna, quod tibi ſeruatur in futuro, cum fuerit perfecta victoria.*

DE VIRGINITATE.

de inſtit. Virg. c.17 1 Diuus Ambroſ. Vnigenitus Dei Filius venturus in mundum, puriorem carnis ſuæ generationem reperire non potuit, quam in cœleſti habitatione aulam Virginis dedicaret, in qua eſſet immaculatæ Virginitatis ſacrarium.

ad Virg. lapſã c.2. 2 Idem, quæ exiuit de clauſura. Eras Virgo in Paradiſo Dei, vtique inter flores Eccleſiæ de Templo Dei facta es fanum immunditiæ, de habitaculo Spiritus Sancti tugurium Diaboli.

lib. 1. de Virg. 3 Idem. Premium iam tenetis, quod nobis promittitur, vobis præſto eſt, votorumque noſtrorum vſus apud vos eſt, de hoc mundo eſtis, & non eſtis in hoc mundo, ſeculum vos habere potuit, tenere non potuit.

ibidem. 4 Idem. Præceptum non habuit, ſed habuit exemplum; non enim imperari poteſt virginitas, ſed optari; nam quæ ſupra nos ſunt magis, in voto, quàm in magiſterio ſunt.

l. 2. de habitu Virg. 5 Idem. Maior eſt victoria Virginum, quàm Angelorum, Angeli ſine carne viuunt, Virgines in carne triumphant.

lib. de Viduis. 6 Idem. Supergreditur Virginitas conditionem humanæ naturæ, per quàm homines Angeli aſſimilantur.

li. de Virginit. c.13 7 D. Auguſt. Virginalis integritas Angelica portio eſt.

lib. de Virgin. c.23. 8 Idem. Dominica Virgo, nec oculis erectis, vel lætis, ſed inclinato ad terram vultu procedat: nec in ſeruiles inducta mores, & ſi ipſa non pereat, alijs tamen cauſa perditionis exiſtat.

ibidem. 9 Idem. Dominica Virgo ab omni inuerecundo ſermone, vel riſu ſe debet penitus abſtinere, & cum ſilentio, & diſciplina omnem ſuam vitam ornare.

l. 2. contra Iouin. 10 Idem. In Helia Virginitas demonſtratur in Moyſe nuptiæ; Moyſes mortuus eſt, & ſepultus; Hælias igneo curru raptus ante immortalis eſſe cœpit, quam mortuus.

ibidem. 11 Idem, ſuper illud Ioan. 21. *Exijt ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur.* Ex hoc oſtenditur virginitatem non mori, ſed manere cum Chriſtum, & dormitionem eius tranſitum eſſe non mortem.

lib. de Virginit. 12 D. Baſil. *loquens de Chriſto,* Cum in omnibus legi obtemperauit, ſolùm coniugium renuit.

ibidem. 13 Idem, Magnum quidem, vt verè dicam eſt virginitas, incorruptibili Deo, vt ſummatim dicam hominem ſimilem faciens.

in ſent. 14 D. Bern. Martyrium ſine ſanguine triplex eſt, parcitas in vbertate, quàm habuit Dauid, & Iob; largitas in paupertate, quàm exercuit Tobias: caſtitas in iuuentute, qua vſus eſt Ioſeph in Aegypto.

hom. 3. ſuper miſſus eſt. 15 Idem. O Virgo prudens, ò virgo deuota, quis docuit Deo placere virginitate? quæ lex, quæ iuſtitia, quæ pagina veteris teſtamenti, vel præcipit, vel conſulit, vel hortatur in carne non carnaliter viuere, & in terris Angelicam ducere vitam?

l. de habitu Virg. 16 D. Cyprian. Dùm liberè euagari virgines volunt, eſſe virgines deſinunt, fortiuo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptiæ.

ibidem. 17 Idem. Virginitas Dei imago eſt reſpondens ad ſanctimoniam, & puritatem Domini.

18 Idem, *lib. 2. de Habitu Virgin.* Cum caſtè perſeueratis, & virgines, Angelis Dei eſtis æquales.

in anchor. 19 D. Epiph. Hælias erat in virginitate, vt prærogatiua virginitatem immortalitatem prædicaret mundo, & cum corpore corruptibilitatem.

in orat. de Natiu. 20 D. Greg. Nyſſen. Cum rogaſſet quomodo venit Dominus, reſpondet, non nauigio, aùt curru, ſed incorrupta virginitate in vitam humanam traijecit; nimirum virginitas, ſiuè virgo nauis fuit de longè, &c.

in li. 6. in 1. reg. c.15 21 D. Greg. Papa. In veſtitu aureo virginitas prædicatur: ſed omnis gloria intus, & in fim-

brijs

Digitized by Google

brijs aureis, & varietate circum amicta aſſeritur, vt in numeris virtutibus adiuncta integri-
tas vſque ad finem deduci ſentiatur.
22 Idem, in illa verba Apoc, cap.4. *Et vidi, & ecce Angelus ſtabat ſupra montem Sion, & cum* *li. 1. Reg.*
eo centum quadraginta millia, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt. Benè *cap. 4.*
in ſublimi eſſe Virgines dicuntur, quia quod naturam humanam ſupergrediuntur, in altiſſi-
mo virtutum culmine ſitum eſt; vide, & Virgo ille dilectus Ieſu locum Virginum inſinuãs,
ait. *Vidi ſupra montem Syon Agnum ſtantem*; in monte quidem eſſe non agro dicuntur, quia
per meritum incorruptionis, quo à terrenis, & carnalibus delectationibus ſe diuidunt, in
ſempiterna Redemptoris gloria ſublimantur.
23 Idem, in illa verba Cant 2. *Qui paſcitur inter lilia.* Quid per lilia, niſi mundæ animæ de-
ſignantur, quæ dùm caſtitatis candorem retinent, per bonæ famæ opinionem proximis
quibuſque ſuauiter olent.
24 Idem. Inter lilia Sponſus paſcitur, quia proculdubio animarum caſtitate delectatur, quę *ibidem.*
& munditiam carnis cuſtodiunt. *hom. in c.*
25 S. Greg. Naz. in carne præter carnem viuere Angelicum eſt. *192. Matt.*
26 D Hieron. in illa verba Cant.2. *Dilectus meus mihi, & ego illi; qui paſcitur inter lilia.* In- *l. 1. aduer*
ter lilia, hoc eſt inter candidiſſimos Virginum choros. *ſus Iouin.*
27 Hugo Card. Virginitas ſignificat Eccleſiam triunfantem, vnde non poteſt conſecrari, *in Matth.*
niſi virgo: & Epiſcopus corruptus conſecretur, quod ſignificat Eccleſiam militantem. *13.*
28 Idem. Theſaurus abſconditus eſt virginitas, vel caſtitas abſcondita per humilitatem in *ibidem.*
agro carnis.
29 D. Petrus Chryſol. Hælias neſcit mortem, commoratur Angelis, conuiuit Deo, vt ter- *ſerm. 43.*
renus hoſpes ſupernas poſſidet manſiones: per hanc Ioannes fit Angelus in carne cęleſtis in
terra, & totam ſolus capit, tenet, amplectitur Trinitatem.
30 B. Petrus Damian. in illa verba Apoc. cap. 19. *Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum.* Re- *ſer. 1. de*
fugit obſequium ab illo Angelus ſuſcipere, & noluit adoratorem, quem nouerat æqualem, *S. Io. Bap.*
fratrem recognouit, ſocium iudicauit, ſubiectionis obedientiam non accepit, quia in om-
nibus Sanctis ſemper eſt Angelicæ munditiei contubernalis, & cognata Virginitas.
31 Tertull. Virginitas nihil magis timet, quàm ſemetipſam; confugit ad velamen capitis, *de velan-*
quàſi ad galeam, quaſi ad clypeum. *dis Virg.*
32 Idem. Virginitas gratia conſtat, continentia vero virtute. *c. 15.*
33 Idem. *Pro cuſtodienda Virginit.* Induc armaturam pudoris, circum duc vallum verecun- *ibid. c. 10*
diæ. murum ſexui tuo ſtrue, qui nec tuos mittat oculos, nec admittat alios. *ibid. c. 16*
34 D. Thom. Virginitas ſoror eſt Angelorum. *ſerm. de Annunt.*

M A N T I S S A
AD VIRGINITATEM.

VT aliquid de Virginitatis ſplendore, atque nobilitate concipere valeamus, perpendendum nobis eſt, quod tanto illuſtrior, atque præclarior aliqua familia erit, quanto ab illuſtrioribus, & antiquioribus progenitoribus originem traxerit, ſed quæ familia Virginum familia illuſtrior, præclarior, atque antiquior, inueniri poteſt? Virginitas enim non à Philippo, non ab Alexandro, non à Cæſare, non à Regibus, & terrenis Monarchis, non ab Angelis, aût ab Archangelis, &c. ſed quaſi æterna à diuinis Perſonis originem trahit, ita vt D. Greg. Nazian. primam Virginem Sanctiſſimam Trinitatem affirmet his verbis.

Prima Trias Virgo eſt, ſiquidem Patre natus Anarcho
Filius eſt, nec enim Pater ortum traxit ab illo,
Vtpotè principium rerum, & vitalis origo
More, nec humano generauit ſanguine natum.

Hinc Salomon dixit, Sap.4. *O quàm pulchra eſt caſta generatio: immortalis eſt enim memoria illius, quoniam nota eſt apud Deum, & apud homines*, & D. Ambr. *Quis autem humano eam poſſit ingenio comprahendere? quàm nec natura ſuis inclusit legibus?* & idem Ambr. ibidem. *Virginitas nubes, aera Angelos, ſyderaque tranſgrediens Verbum Dei in ipſo ſinu Patris inuenit*; & D. Cyprian. *lib. 1. de Virg.*

de diſcipl. & habitu Virg. prian. ait : *Virginitas illuſtrior portio gregis Chriſti*; hinc ab ipſomet Cyprian. fuit dicta. *Dei Imago, reſpondens ad ſanctimoniã Domini*; Deus non poteſt eſſe Apoſtolus, quia Apoſtolus dicitur, *Miſſus*, non Martyr, neque Confeſſor, Virgo tamen eſſe poteſt; veteres olim tanti faciebant Virginitatem, quòd non ſolùm Virginitati Arcus triumphales, ſtatuas, pyramides, &c. conſecrabant, ſed cum aliquis Dux, aùt Imperator Romam triumphans ingrederetur, ſi occurreret ei aliqua Virgo, conſiſtebat triumphans, & prius Virgini magnum exhibebat obſequium, poſteà progrediebatur, ita refert D. Hieron. contra Iouin. Euſebius refert de Coſtantino, tanto honore ab eo Virgines affici, quòd ſolùm deeſſe eis thus offerre. *Virginum chorum tantum non adore*, adoratione, ſcilicet, quàm Deo exhibemus; at ego dicerem, quòd eas adorare poteritis, iubente Deo per Prophetam Pſal. 11. *Apprehendite Diſciplinam*, quę verba Pagninus legit. *Oſculamini Filium*, Symmacus. *Adorate purè*, & Textus Hebræus. *Adorate puritatem*; hinc Dei Filius deſcendens de Celis, Virginum familiam ſibi elegit, audite Diuus Cypr. *Virginitas illuſtrior portio gregis Chriſti*; & ſicut in Cęlo a puriſſimis ſpiritibus adoratur, ita in terra Virgines eſſent eius delitiæ, audite D. Hieron. *Statim, vt Filius Dei ingreſſus eſt ſuper terram nouam ſibi familiam inſtituit, vt qui ab Angelis adorabatur in Cęlo, haberet Angelos in terris*, vnde Titulus Pſal. 44. eſt. *Pro filijs core, prolilijs*, id eſt, *pro Virginibus*, legit D. Hieron. *Qui in Angelos commutantur*, Virgines enim Angeli ſunt, hinc Deus Pater Filio ſuo in terram venienti, mandauit per Iſa. cap. 51. *Vt plantes Cęlos, & fundes terram*, quod Hebræus legit. *Vt plantes cęlos in terra*; vnde D. Ambr. ait. *Quis igitur neget hanc vitam fluxiſſe de Cęlo, quàm non facilè inuenimus in terris?* vnde D. Lucas cap. 20. ait. *Neque nubunt, neque ducunt vxores, æquales enim Angelis ſunt, & Filij ſunt Dei*; hinc mirum non eſt, ſi Virgines Angelis ſimiles dicamus, cum ſint Filij Dei, audite D. Ambr. *Nemo ergo miretur ſi Angelis comparentur, quæ Angelorum Domino copulantur.*

ep. 22. ad Euſtoch.

lib. 1. de Virg.

Auctor Imperfectus quærit, quare æterna ſapientia, loquens de Ieiunijs, de eleemoſynis, de oratione, cæteriſque virtutibus, numquam homines Angelis æquiparauit, ſolùm cum de Virginitate ſermonem habuit? reſpondet idem Auctor, quia nulla virtus eſt, ita Angelorum propria, ſicut Virginalis pulchritudo, quæ virtutem celeſtes plantas inhumana carne inſerendi habet, vnde ſcribitur. *Simile eſt Regnum Cælorum decem Virginibus, &c.* at ſi cum D. Greg. Papa per Regnum Celorum Eccleſia militans eſſet intelligenda, propoſitam dubitationem ſoluemus verbis Iſa. ſcilicet. *Sub vmbra manus meæ protexi te, vt plantas Cęlos in terra*, dicentes, quod hæc Eccleſia militans eſt vmbra, & imago Eccleſiæ triumphantis, & ſicut aliquando mundus, cum ſuis partibus, ſcilicet Aſia, Africa, &c. depingi ſolet; & tamen; duæ Aſiæ non reperiuntur, ſed hæc pictura, eſt imago verè Aſiæ, in qua pictura inſignes, & illuſtres heroes intuemur, ita Eccleſia militans Cęlorum Regno aſſimilatur, in qua ſolùm Virgines depictę, tamquam cæteris illuſtriores, & magnificentiores inſpiciuntur, ſimile eſt Regnum Cęlorum decem Virginibus, & licèt cunctis electis commune ſit, eſſe Cęli Ciues, qui tamen Virgines non ſunt, quaſi latitare videntur, at Virgines palam ſe Cęli Ciues eſſe oſtendunt; Virgines erunt pluſquam Angeli; nam Angeli ex natura habent Virginitatem, homines enim auxilio diuinæ gratiæ vim ſibi ipſis inferentes, Angeli per Virginitatem non merentur, dicunt enim Theologi, in naturalibus. *Neque meremur, neque demeremur*; vnde D. Bern. epiſt. 42. dixit. *Differunt quidem inter ſe homo pudicus, & Angelicus, ſed fęlicitate, non virtute, & ſi illius caſtitas fęlicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur.*

li. 4. epiſt. 157. D. Iſidor. Pelúſiota admiratur, quod ſcribitur Exod. 13. ſcilicet. *Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum*; & tamen præcipitur Summo Sacerdoti, ne tangat oſſa mortuorum. *Ad omnem mortuum non ingrediatur omninò*, numquid Moyſes hoc præceptum obſeruare non tenebatur? minimè, immò tamquam populi Dux, maiori cum diligentia, ac vigilantia præcepta Domine cuſtodire debebat, vt dicere valuiſſet. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita, & vos faciatis*, quare ergo tulit ſecum oſſa Ioſeph? reſpondit Iſidor. quòd Moyſes licèt tulerit oſſa Ioſeph, non eſt tamen tranſgreſſus legem, quia lex dicebat. *Ad omnem mortuum non ingrediatur omninò*; ſed Ioſeph non erat mortuus, quia triumphauerat de libidine impudicam Dominam vincens, audite verba Iſidori in perſona Moyſis. *Non violo, non ſoluo legem, ſed per hoc oſtendo rem ipſam, quæ perſcripturam, ac verba legis ſignificantur, diligenter eſſe attendendam: ego enim eum, qui caſtitatem coluit pro mortuo non habeo.*

Virginitate nil meliùs poteſt inueniri, ideò Deus tribuit eam Mariæ, vt per Virginitatem aliquo pacto diuina efficeretur, audite D. Zenonem ſerm. de Continentia. *Dei Mater fuit Virgo poſt connubium, Virgo poſt conceptum, Virgo poſt Filium; denique ſi eſſet aliquid virginitate melius,*

Dei

Dei Filius hoc magis potuerat ſuæ Matri præſtare, cui præſtiterat, vt diuinæ Virginitatis polleret honore.

D. Hieron. loquens de Virginitate, inquit. *Benè Angelus ad Virginem mittitur, quia ſemper eſt Angelis cognata Virginitas. Profectò in carne præter carnem viuere; non terrena vita eſt; ſed cæleſtis*; hinc D. Bern. perpendens Angelicam Salutationem ad Virginem, ita inquit. *Et forſitan talia meditabatur, vnde hoc mihi, vt veniat Angelus Domini mei ad me? ne timeſis Maria, ne mireris Angelum venientem, & maior Angelo venis, mireris Angelum Domini, & Dominus Angeli ſecum: poſtremò quid tu videas Angelum, cum iam Angelicè viuas.*

ſer. de Aſſumpt.
ſer. de natiu. Virg.

D. Chriſoſt. expendens, quòd olim ſponſi coronabantur, quia vſque ad nuptias fortiter pugnantes contra libidinem victores extiterunt, ait. *Idcircò coronæ imponuntur capiti, vt victoriæ ſigna ſint, quod ſcilicet, antea libidini impenetrabiles, ita demum cubiculum ingrediantur, alioquin cuius iam rei gratia incedat coronatus, qui eâm fedæ libidini colla ſubdiderit?* færè videntur cognoſcere caſtitatis imperium, vnde de Daniele, inquit D. Ioannes Damaſc. lib. 4. de fide cap. 25. *Quid de Daniele dicam, cuius corpus Virginitate ita obduratum eſt, vt ferarum dentes ei infigi nequiuerint?* Ignis etiam Virginitatis imperium agnouit; vt idem Damaſc. cit. affirmat, dicens. *Quid tres pueri, num enim Virginitatem coluiſſent, ignis ardorem ſuperarunt, id videlicet per Virginitatem adepti, ut eorum corpora igne conſici minimè poſſent?*

hom. 6. in ep. 1. ad Timot. c. 3

D. Paulus ad Hebræos cap. 12. inquit. *Sequimini pacem, & ſanctimoniam, ſine qua nemo poteſt placere Deo*, quæ verba D. Thom. D. Hieron. & D. Anſelm. legunt. *Sequimini caſtitatem*, progreditur vlterius Virginitatis magnitudo, & excellentia, meruit enim Virginitatis Matrem eſſe, & Dei Filium parere, vnde Venantius Fortunatus dixit.

Virginitas fœlix, quæ partu eſt digna Tonantis.
Quæ meruit Dominum progenerare ſuum.

Illuſtriſſimam ergo Virginum Proſapiam ex Sanctiſſima Trinitate ortum trahere dicere poterimus, cuius Pater eſt Deus, Sponſus Spiritus Sanctus, Mater, eſt Maria, & quòd magis mirandum eſt; Virgines ſunt etiam fecundæ, cum Virginitas ſit Dei Filij Mater: audite D. Hildephonſum, loquentem de Maria. *Prima omnium fœminarum Deo virginitatem obtulit*, & Albertus ait. *Virgo eſt Mater omnium in virginitate, quæ virginitatis munus Deo obtulit, per quod omnes Virgines per imitationem virginitatis genuit*; & D. Damaſcenus inquit. *Tu ò Virgo virginitatis feraciſſima planta per te enim virginitatis pulchritudo latiſſimè ſe ſe diffudit.*

ſer. 1. de Aſſumpt.
ſup. miſſus eſt c. 82.
orat. 2. de nat. Virg.

D. Thom. expendens illud Iſa. 7. *Ecce Virgo concipiet, & pariet, & vocabitur Emanuel, &c.* ait. *Ad hoc Dei Filius veniebat in mundum carne aſſumpta, vt nos ad reſurrectionis ſtatum promoueret, in quo neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in Cœlo, vnde, & continentiæ & integritatis doctrinam introduxit, vt in fidelium vita reſplendeat aliqualiter gloriæ futuræ imago.*

opuſc. 221

D. Hieron. perpendens illud Hieremiæ 1. *Priuſquam te formarem ſanctificaui te*, ait. *Hieremias in vtero ſanctificatus eſt, & cognitus in vulua Matris, ideò hoc priuilegio fruitur, quia Virginitatis erat beatitudini deſtinatus*; ita, vt duas in Cœlo Beatitudines eſſe poſſumus dicere, vna qua celeſtes illæ ſedes replentur, altera, quæ in virginibus reſplendet, & ſicut illa omnem excludit maculam, quia nihil coinquinatum intrabit in Regnum Cœlorum, ita, & hæc omni ſanctitate, & puritate fulget.

l. 1. contra Iouin.

Deum populo Iſraelitico in deſerto, manna in cibum conceſſiſſe legimus, & è ſepulchro Ioannis Euangeliſtæ manna ſcaturiſſe nonnulli referunt, tunc è Cœlo, modo ex virginitate, vt ſimilitudo inter Cœlum, & virginitatem oſtenderetur, audite D. Petrum Damian. ſerm. 2. de Sancto Ioan. *Veniant igitur omnes nationes gentium, & obſtupeſcant miraculum omnibus ſeculis inauditum: veniant inquam, & admirantes aſpiciant, quia in ſepulchro quod procuIdubio domus eſt vermium panis naſcitur Angelorum, adeò, ut cum Propheta in magni muneris admiratione pronunciet, quod Iſraelitico populo manna Deus conceſſit in cibum*, dicens. *Panem Angelorum manducauit homo, Panem Cœli dedit eis: quod illis tunc mittebatur è Cœlo, nunc ſcaturire conſpicitur è ſepulchro, ecce quid mereatur pudicitia Virginalis, ecce quantæ magnitudinis eſt inuiolata carnis integritas*; ò magnitudo virginitatis, Cœli expreſſa Imago, hinc nil mirum ſi Angeli maius obſequium exhibeant Virgini, quàm eidem Cœlo, dicit enim Lucas Euangeliſta cap. 1. de Gabriele. *Miſſus eſt Gabriel à Deo in Ciuitatem Galileæ ad Virginem, &c.* quòd expendens D. Baſil. Seleuc. ait. *Cum Gabriel ad Deiparam Virginem miſſus, ad inferiora hæc deſcendebat, Cœlos utique à tergo relinquebat*; quaſi diceret, Gabriel, cum mihi Virginem intueri conceſſum eſt, Cœlo terga verto, nil de eo curans, & D. Bern. ait. *Sola eſt caſtitas, quæ in hoc mortalitatis, & loco, & tempore, ſtatum quemdam immortalis gloriæ repræſentat, ſola inter nuptiarum ſolemnia morum beata illius*

orat. 1.

nendi-

Digitized by Google

Errata Corrige

Page	Line	Errata	Corrige
Pag. 3.	lin. 6.	*ſanctnm*	*ſanctum*
p. 4.	l. 41.	*ieiuoium*	*ieiunium*
	l. 47.	*totiis*	*totus*
	l. 51.	*partem*	*patrem*
	l. 53.	*Ciuitatis*	*Ciuitas*
p. 20.	l. 41.	*ſe*	*ſed*
p. 22.	l. 40.	*ſimulat*	*ſimulat*
p. 25.	l. 55.	*ſapientiſſimue*	*ſapientiſſimus*
p. 27.	l. 1.	*cum Principem*	*de Principe*
p. 33.	l. 3.	*adeo*	*ideo*
	l. 5.	*mr*	*me*
p. 34.	l. 24.	*& dicentem ei*	*& dicit ei*
	l. 31.	*aliud*	*alium*
p. 36.	l. 3.	*exienſo*	*extenſo*
	l. 27.	*aterna*	*aterna*
	l. 40.	*elter*	*alter*
	l. 56.	*me*	*mi*
p. 37.	l. 42.	*Amr.*	*Ambroſ.*
p. 39.	l. 50.	*baberem*	*habere*
p. 40.	l. 40.	*quod Ioannes*	*quod cum Ioannes*
	l. 41.	*aiiquis*	*aliqui*
p. 41.	l. 7.	*benignitatem*	*benignitati*
	l. 14.	*committens*	*ne committeret*
	l. 17.	*quandam*	*quamdam*
p. 42.	l. 15.	*vt patrem*	*vt partem*
p. 43.	l. 12.	*cubeat*	*iubeat*
p. 48.	l. 6.	*auxiiiantur*	*auxiliantur*
	l. 20.	*mulierie*	*mulieris*
p. 49.	l. 26.	*Angelus*	*Angelos*
	l. 27.	*cutanimus*	*curanimus*
	l. 54.	*perbibent*	*perbibet*
p. 51.	l. 21.	*nobiles*	*nobile*
p. 52.	l. 29.	*Angelus*	*Angelus*
p. 53.	l. 1.	*conquinari*	*coinquinari*
	l. 4.	*Anpelos Sanctos*	*Angeli Sancti*
	l. 53.	*ſibi Deo finxerũt*	*ſibi Deus finxerũt*
	l. 54.	*fuiſſet mentionem*	*feciſſet mentionem*
p. 64.	l. 24.	*ſonno*	*ſomno*
p. 66.	l. 46.	*Domiois*	*Dominis*
p. 67.	l. 41.	*quos*	*quas*
	l. 47.	*maledicite*	*maledicere*
p. 70.	l. 12.	*in grecem*	*in gregem*
	l. 52.	*horsaris*	*hortatur*
	l. 55.	*vnde hoc.*	*vnde hoc?*
p. 71.	l. 31.	*gratius*	*gratias*
p. 76.	l. 3.	*radio*	*radios*
p. 77.	l. 23.	*erit*	*erat*
p. 78.	l. 22.	*dixetunt*	*dixerunt*
p. 90.	l. 24.	*coſcidixti*	*conſcidiſti*
p. 91.	l. 57.	*cura*	*curia*
p. 92.	l. 42.	*exaltis.*	*exaltus?*
p. 99.	l. 14.	*peccatoſum*	*peccatorum*
	l. 44.	*capitis*	*capiti*
p. 100.	l. 10.	*capitis*	*capiti*
	l. 21.	*nor*	*nos*
p. 102.	l. 19.	*inſinuantur*	*inſeruntur*
	l. 48.	*meum*	*mecum*
p. 105.	l. 17.	*ab intra*	*ad intra*
p. 106.	l. 9.	*dinos*	*duos*
p. 108.	l. 48.	*Deumr*	*Deum*
p. 109.	l. 9.	*appaſuerit*	*apparuerit*
	l. 25.	*a cerums*	*acernus*
	l. 28.	*cecidit*	*cecinit*

Errata Corrige

Page	Line	Errata	Corrige
p. 110.	l. 25.	*apparnit*	*apparuit*
p. 111.	l. 56.	*anra*	*aura*
p. 112.	l. 22.	*poruiſſet*	*potuiſſet*
p. 117.	l. 32.	*reſpoupetur*	*reſpondetur*
p. 121.	l. 16.	*qoi*	*qui*
p. 129.	l. 29.	*compelit*	*competit*
p. 131.	l. 27.	*aurtculam*	*auriculam*
	l. 48.	*quid*	*quia*
p. 132.	l. 28.	*frum*	*ſuum*
	l. 56.	*pergrinatur*	*peregrinatur*
p. 133.	l. 2.	*forma*	*formam*
	l. 23.	*ſenno*	*ſerno*
p. 135.	l. 14.	*innen'o*	*in vino*
	l. 19.	*ſi fuerit*	*fuerint*
	l. 24.	*pmior*	*purior*
	l. 49.	*vuumquoq;*	*vnumquodq;*
p. 139.	l. 30.	*cam*	*ea*
	l. 31.	*licet*	*quamuis*
p. 140.	l. 33.	*luceſcit?*	*luceſcit*
p. 145.	l. 17.	*diſcenſurum*	*diſcenſurus*
	l. 27.	*moniſtris*	*miniſtros*
p. 146.	l. 26.	*Petro*	*Petrus*
	l. 32.	*facta*	*fama*
p. 147.	l. 36.	*Ioſepi*	*Ioſephi*
p. 155.	l. 2.	*vt pater*	*vt patet*
p. 156.	l. 54.	*crucis*	*cruci*
p. 184.	l. 22.	*glorioſut*	*glorioſius*
p. 241.	l. 9.	*conſideratè*	*conſideratè*
p. 242.	l. 34.	*in fundè*	*in funda*
p. 243.	l. 6.	*Euangelica*	*Euangeliſta*
p. 244.	l. 32.	*cunctis*	*cunctas*
p. 245.	l. 22.	*innai*	*Iudæi*
	l. 44.	*vita*	*vitam*
	l. 57.	*dulcedine*	*dulcedinet*
p. 246.	l. 19.	*enima*	*anima*
	l. 19.	*inas*	*tua*
	l. 26.	*gemita*	*genita*
	l. 28.	*induclus*	*indutus*
	l. 53.	*Curiſti*	*Chriſti*
p. 257.	l. 21.	*inditio*	*iudicio*
p. 259.	l. 5.	*mon*	*non*
	l. 20.	*comminia*	*comnixa*
p. 260.	l. 34.	*videatur*	*videtur*
p. 261.	l. 51.	*voi*	*vos*
p. 265.	l. 6.	*calendum*	*alendum*
p. 266.	l. 47.	*curam*	*curant*
p. 268.	l. 23.	*audita*	*audite*
p. 271.	l. 2.	*vna*	*vua*
	l. 8.	*poſſumus*	*poſſumus*
	l. 28.	*eportet*	*oportet*
p. 274.	l. 36.	*ſolo*	*ſalo*
p. 275.	l. 28.	*grauentam*	*prauentam*
p. 277.	l. 29.	*Samaria*	*Samaritana*
p. 281.	l. 6.	*magnis*	*magnus*
p. 282.	l. 29.	*unmquam*	*numquam*
p. 283.	l. 1.	*ox*	*ex*
	l. 24.	*inuertice*	*inuertice*
p. 284.	l. 2.	*bamilitatem*	*humilitatem*
p. 286.	l. 54.	*imaginbm*	*imaginem*
	l. 56.	*peccatori*	*peccator*
p. 288.	l. 20.	*innoluit*	*inuoluit*
	l. 21.	*humanauerit*	*humauerit*
p. 289.	l. 6.	*pœna*	*pœnas*

l. 48.

Digitized by Google

		Frrata	Corrige
	l.48.	ſie	ſeit
	l.52.	ita	ito
p.291.	l.49.	aos	eos
p.292.	l.39.	ſcrucior	crucior
p.294.	l.30.	ſydra	ſydrac
p.295.	l.10.	deſcende	deſcendens
	l.38.	omnium dam- rum, quæ.	omniũ damnato- rũ tormentorũ quæ.
p.297.	l.13.	oxilarandos	exhilarandos
p.307.	l.13.	præpararet	præpararentur
	l.20.	fuiſſe	fuiſſet
p.308.	l.44.	innocentes	Innocentiæ
p.309.	l.2.	eleuetur	eleuentur
	l.43.	oralionem	orationem
p.311.	l.51.	genera	genua
p.315.	l.6.	Salamon	Salamonem
	l.17.	lucius	huius
	l.17.	prærogatiuis	prærogatiuas
p.316.	l.11.	Ioannes	Ioannis
p.317.	l.29.	Samaritane	Samaritana
p.318.	l.44.	interrogauis	interrogaute
p.320.	l.55.	erat	erant
p.321.	l.49.	cognnminitas	cognominatus
p.322.	l.37.	dominum	Dominus
p.325.	l.18.	ſeale	ſcala
	l.52.	atata	atate
p.329.	l.5.	vne	vnde
	l.29.	rlectetur	flectetur
p.330.	l.3.	in tranquillitate	tranquillitate
p.333.	l.31.	nouit	nouis
p.334.	l.4.	puniente	punientem
p.340.	l.5.	ibi	sbi
p.341.	l.41.	lobuens	loquens
p.384.	l.56.	ut	vt
p.359.	l.8.	pueritatem	puritatem
p.361.	l.23.	ſponſam	ſponſum
p.363.	l.37.	cum quo	cum qua.
p.367.	l.52.	bae	hanc
p.371.	l.18.	aduocata	aduocatam
p.372.	l.25.	Sanctus	Sanctis
	l.51.	erga miſericor- dsa eius	erga miſeros eſt mi- ſericordia
p.377.	l.10.	se	tu
p.379.	l.23.	infans	inſtans.
p.380.	l.47.	Propheta	Prophetam
	l.48.	Prophetam	Propheta
p.381.	l.40.	noſtes	noſter
p.383.	l.34.	cauſa	cauſam
	l.34.	Aag.	Aug.
p.386.	l.32.	exercitu	exercitui
p.393.	l.17.	preconins	præconius
	l.24.	ſis	ſi
	l.32.	traditores	traditiones
	l.41.	traditum	traditam
	l.42.	talies	tolles
	l.46.	traditionibus	qui traditionibus
	l.48.	Eccleſiaſticat	Eccleſiaſtica
p.394.	l.10.	oculara	oculata
p.395.	l.5.	gbudio	gaudio
	l.25.	ſic	ſicut audiuimus
	l.44.	qni	qui
p.396.	l.3.	itrepidum	intrepidum
	l.4.	oſt	eſt

		Errata	Corrige
	l.5.	Domine	Domina
	l.10.	ſi nun	ſi non
	l.12.	eſſet	eſſent
p.398.	l.38.	vt facerent Regẽ	vt facerent eum Regem
p.399.	l.5.	denua	denuo
	l.32.	Filiut	Filius
	l.42.	pingebat Apel- les, Apelles pinxit	pingebat Apelles, & numquam dixit Apelles pinxit
p.401.	l.20.	cateri	cateris
	l.46.	inſtant	inſtanti
p.402.	l.43.	diuinitatem	diuinitate
p.406.	l.18.	ſponſum	ſponſus
p.409.	l.19.	ſua	ſua
	l.36.	ora	orta
	l.41.	pernuritur	perquiritur
p.410.	l.1.	appareat	appareant
p.411.	l.2.	Dominum	dominium
	l.14.	poteus	puteus
	l.21.	hominibus	omnibus
	l.22.	confoortaret	conſortaret
	l.41.	penam	ponam
p.412.	l.48.	pertinaciè pecca- tor	pertinaciter pec- cato
p.414.	l.23.	bonitatis	bonitas
p.417.	l.17.	iram	ira.
	l.20.	quemamdomum	quemadmodum
	l.24.	aquam	aqua
	l.49.	præciebat	præcipiebant
p.418.	l.16.	iuueri	inueri
	l.18.	per jo ipſum	per ſe ipſum
	l.20.	cum cuncla cre- aſses	cum cuncta creaſ- ſet Deus
	l.21.	ipſpirauit	inſpirauit
p.419.	l.8.	nemaneat	remaneat
	l.28.	Ioannes	Ioannes
	l.29.	offerrentur	offeretur
	l.43.	tribulatinne	tribulatione
	l.48.	Deum	Deo
p.420.	l.1.	dorauit	adorauit
p.421.	l.14.	condito	conditio
	l.38.	vnitate	veritate
p.422.	l.56.	neceſſitaie	neceſſitate
p.425.	l.6.	mariuntur	moriuntur
	l.24.	confundantur	confundamur
	l.37.	rapere	radere
	l.44.	eundunt	euadunt
p.426.	l.33.	ò plantu	& planctu
p.428.	l.9.	qui	quid
p.430.	l.10.	ſufficies	ſufficiens
	l.11.	vnuſque	vnuſquiſque
p.431.	l.40.	pattores	potiores
	l.42.	hamis	in hamum
p.433.	l.48.	biaiturus	bibiturus
p.434.	l.4.	plutilla	plautilla
	l.4.	capites	capitis
	l.37.	eſtabuntur	eſſabuntur
p.435.	l.15.	cohæredede ſque	cohæredeſque
	l.51.	moribundo	moriendo
p.436.	l.12.	ad comparatio- nem huius	ad comparationẽ huius.
	l.23.	Angelns	Angelicus

l.53. ſe-

Digitized by Google

Errata			Corrige
	l.53.	feſtinem	feſtinent
p.437.	l.12.	deſcrunt.	deſecerunt
	l.19.	experat	exp:rat
	l.55.	ed	ad
p.439.	l.10.	quadam dam mulier	quadam mulier
	l.12.	poſcis d me bibere	poſcis à me bibere
	l.14.	Demine	Domino
p.441.	l.13.	ſtudent	ſtudet
p.442.	l.18.	hac	hanc
p.443.	l.2.	derractores	detractores
	l.30.	videruut	viderunt
p.444.	l.21.	de quo	de qua
p.445.	l.6.	clamantem	clamat
	l.52.	ex fixum	eſt fixum
	l.52.	habe	habet
p.446.	l.4	velle	vellet
	l.5.	quod poſuit	quid profuit
	l.5.	ſapientia	ſapientiam
p.447.	l.23	ſto	oſto
p.448.	l.3.	Eccleſia	Eccleſiæ
	l.39.	ſed ardentius	ſed vt ardentius
	l.51.	ditioni	ditionem
p.451.	l.23.	ſtot	ſtetit
	l.35.	aliquid	aliquit
p.453.	l.57.	& non fluxerunt	& fluxerunt
p.454.	l.35.	vt aliquam ſupplicationem	vt aliqua ſupplicatio
	l.51.	tribuit?	tribuitur?
p.457.	l.10.	oratio	ratio
	l.34	gratlas	gratias
	l.51.	e paruulum	& paruulum
p.458.	l.7.	dilitiæ	delitiæ
	l.8.	dilitia	delitia
	l 13.	onuentum	conuentum
p.464.	l.51.	pnſuit	poſuit
p.465.	l.7.	me	meo
p.406.		minata	minuta
p.470.	l.40.	omnis	omni
p 272.	l.1.	nobis	nos
p.476.	l.5.	deleuit	debuit
	l.51.	infimè	infima
p 478.	l.8	tetra	terrr
p 482.	l.21.	eſſu	eſſe
p.489.	l.2.	cognoſcant	cognoſcat
	l.16.	vetus qui detur	vetus quidẽ videtur
p.494.	l.28.	amans	manus
p.496.	l.3.	migi	mihi
p.497.	l.22.	ſublimiorius	ſublimioribus
p.499.	l.4.	mortem	morte
	l.25.	Princeps	Principes
p.502.	l.25.	Patriartatum	Patriarchatum
p.506.	l.51.	dormit	dormit
p.507.	l.37.	Pater	Patres
p.508.	l.27.	ſuper	ſuperior
	l.32.	teora	terra
	l.51.	rege	regi
p.509.	l.36.	ſueruut	fuerunt
p.513.	l.27.	cibaret	cribaret
p.521.	l.1.	ſuut	ſunt
	l.22.	ergo	erga
	l.41.	Filius Dei abſens fuit.	Filius Dei abſens fuit?
p.522.	l.42.	inſta	iuſta
p.523.	l.41.	vinctis	vinctus
p.524.	l.4.	ſi putei	ſit putei
	l.53.	ideſt in die	ideſt vt in die
p.525.	l.19.	dixit Deus Moyſe	dixit Deus Moyſi
	l.57.	librans	liberans
p.528.	l.29.	vr	vt
p.531.	l.43.	quoaiam	quoniam
p.534.	l.13.	Diuus	Diuum
	l.48.	Domino	Domini
p.529.	l.18.	putabant	putabat
	l.53.	iua	tua
p.530.	l.8.	ſuunt	ſunt
	l.9.	patientia	potentia
	l.13.	de timeat	ne timeat
	l.22.	me	ne
	l.31.	miſſura	miſſurum
	l.38.	populus	populos
	l.39.	populus	populos

Digitized by Google

7-2-1

Google